HIPPOCRATIS

COI MEDICORVM OMNIVM longe Principis, octoginta Volumina, quibus maxima ex parte, annorum circiter duo millia Latina caruit lingua, Græci uero, Arabes, & Prisci nostri Medici, plurimis tamen utilibus prætermissis, scripta sua illustrarunt, nunc tandem per. M. Fabium Caluum Rhauennatem uirum undecunq; doctissimum latinitate donata, CLEMENTI. VII. Pont. Max. dicata, ac nunc primum in lucem ædita, quo nihil humano generi salubrius fieri potuit.



QVisquis HIPPOCRATIS COI Medicinæ parentis, hæc Octoginta uolumina, multis in locis mutilata, per .M. FABIVM CALVVM RHAVENNATEM de Græco ſermone in Latinum conuerſa lectitare non dedignabitur, ſi quid, quod non ſatiſfaciat, occurrerit, aut perperam, uel parum Latine dictum putauerit, hoc & antiquæ HIPPOCRATIS dictionis breuitati non omnibus peruiæ dabit, Codicumq; uarietati. Quorum & ſi magnam copiam habuerit, quos conferre & conſulere potuerit, non omnes tamen eadem habuerant. Quidam autem & eadem, ſed mutilate, unus tamen habuit, quæ cæteri non habuerant. quæ cum conferri cum nullis poſſent, neceſſario uertenda fuerant, prout inueniebantur. Propterea ſe magis dignum uenia putauit, cum ea, qualiacunque eſſent, legi maluerit, q̃ quicquam, quod ipſe inueniſſet, deſyderari. Quare rogat, uti quiſque miſeram Mortalitatem, prout ipſe conatus eſt, pro uiribus iuuet, ſuaque & carpat, & lancinet, & ſi melius habeat, addat, dum mortale genus hominum adiutet.

QVISQVIS ES, SIVE IMPRESSOR, ſiue Bibliopola, caue hoſce octoginta Hippocratis libros, alioſue quoſlibet in Franciſci Minitii Calui officina libraria primum excuſos, excudendoſue, intra proximum decennium uſpiam gentium imprimas, uel ab aliis temere forſan impreſſos uendas. hæc enim ſeueriſſimo edicto uetuit bonarum artium fautor Clemens. VII. Pont. Max. quique ſecus fecerint, eos non modo in ſingula uolumina .xxv. aureis multari, uerum & Chriſtianorum commertio, atq; aqua, & igni interdici uoluit. nec te latere uelim, firmiſſimis decretis Franciſci Sereniſſimi Francorum Regis cautum eſſe, ne quis alius intra ſeptennium eoſdem libros in Galliis imprimat, uel aliubi ab aliis impreſſos emat.

Vale. & uide, ne inuidus negotium tibi faceſſas, bene MEMOR NVLLAM ESSE SCELERVM IMPVNITATEM

CLEMENTI .VII. PONT. MAX. MEDICI VRBANI PRO AEDITIONE HIPPO- CRATIS AGVNT GRATIAS.

MAGNAM tibi quidem hominum genus gratiam debet CLEMENS. VII. Pontifex Maxime, quod pro tua benefica præstantiq; natura, locum nullum prætermittis communibus utilitatibus consulendi, præclaramq; istam uoluntatem præ cæteris tuis cogitationibus affers, ut sub tuo imperio, non solum tuto atq; placate, sed bene etiam ac beate uita degatur. Verum ex hoc quoq; non mediocrem profecto habiturum est quod recente dono HIPPOCRATEM Coum, omnis Medicinæ sine controuersia Principem, quem ipsius admirata scientiam, & beneficiorum magnitudinem etiam experta uetus Græcia, Deorum honoribus coluit, nomini Latino, tuisq; ciuibus impartiendum curauisti, octogintaq; uolumina, quæ multo maxima ex parte in tenebris abdita erant, carebantq; luce communis notitiæ, adhibito homine doctissimo & linguæ utriusq; peritissimo Fabio Rhauennate, transferenda in Latium & in cunctorum cognitionem diuulganda mandasti. Quo præcellente munere, & si omnium propemodum gentium commodum & utilitatem complexus es, ut uniuersi spem bonam suæ ualetudinis uel tuendæ uel recuperandæ acceptam tibi referre habeant, Nos tamen qui in alma tua Vrbe Roma artem Medicinæ excolimus, operamq; nostram ac scien



tiam depellendis morbis hominum ſumus profeſſi, ante reliquos om nes hoc tuo beneficio & ornati & obligati præcipue ſumus, eramus enim uelut agmen ſine Rectore, uagum atq; incertum. & quanquam Galeni ſcriptis doctiſſime ſimul & abundantiſſime nobis tradita eſſet Medicina, Oribaſius autem & Aetius res in primis notabiles, & tanquam artis lumina atq; inſignia, ex ueterum uoluminibus decerpta, in unum congeſſiſſent, opus quoq; συνέκδημον, quod nos comperegrinum poſſumus dicere, compoſuiſſet Paulus, quatuor ſummi uiri & præſtantiſſimi Medicinæ authores, quos ex Latio æmulati Celſus & Plinius admirabili quadam eloquentia noſtris hominibus retulere, Porro autem Auicenna ex aliena lingua & plane barbara, ingenio nihilominus & eruditione græcis par, diffuſa & immenſa præcepta artis, ordine & ueluti lege adhibita, ſeriatim contexuiſſet, deerat tamen Dux & author omnium Hippocrates. quem incredibili ueterum admiratione & laude celebratum, hoc etiam magis deſyderare cogebamur, quod pauca quædam eius ſcripta ferebantur in manibus, tantæ artis atq; doctrinæ, ut non humano ingenio, ſed diuinitus quodammodo eſſe ædita uiderentur, in quibus nullum uerbum quod non uox naturæ, nulla diffinitio, quæ non pro oraculo eſſet, legebatur. Ergo in ipſo fonte & capite auebamus Medicinam ipſam cognoſcere, neq; dubitabamus cum tribus olim Sectis medicorum præclara æmulatione inter ſe certantibus, quæ nam illarum potiſſimum medicinam illuſtraſſe & plura hominibus adiumenta attuliſſe uideretur, Cous fuiſſet & Cnidio & Italo antiquorum iudicio prælatus Chorus, idq; in honorem & gratiam Hippocratis ita iudicatum eſſet, quin cum Principem ipſum primi chori, non haberemus, multis egregiis & utilibus artis inuentis careremus. Atqui huius nunc uoti & deſyderii noſtri per te CLEMENS. VII. facti compotes, iam audentius fidere huic ſcientiæ & prolixius polliceri bonam ualetudinem hominibus poſſumus, uim maximam tuæ diuinæ mentis admodum admirantes. quod non ſo-

lum ipſe tua cura & uigilantia conſulis omnibus,quodq; uere maxi-
mi Principis & optimi Pontificis eſt officium ,benemereri de huma-
no genere non ceſſas,ſed das etiam cæteris bene de hominibus meren
di poteſtatem. Tua illa ſunt munera,tui labores, quod labefactatam
Religionem ſummi Dei,pietate tua reſtituis, quod Pacem commu-
nem quantum in te eſt,procuras,quod tantum æquitati iuriq; tribuis,
ut nunquam neq; minus facultatis iniuriæ,neq; plus dignitatis mode-
ſtiæ fuerit. hæc tu agis,hæc præſtas digniſſima illo loco & honore
quem ſuſtines. Cætera uero quæ ad ſingulorum utilitates ſparguntur,
ab eodem fonte & ſapientiæ & benignitatis tuæ,ita ſunt idoneis cura-
toribus attributa,ut per eos apte & commode diſtribuantur, quemad
modum Collegio ordinique noſtro hæc abs te præbita eſt facultas hu-
manis corporibus aduerſus morborum uim pene infinitam,ope ſub-
ueniendi .Et ſane conueniebat ,cum tu ſalutis animarum omnium
unus curator eſſes,ut corporum quoq; ſalutem ne negligeres. Cumq;
illam potiorem & nobiliorem multo,animarum curam per te ipſum
tuerere,hanc alteram nobis adminiſtrandam præciperes,quod Hippo
crate modo,tuo imperio,tuaq; liberalitate nobis tradito,ſumus & ac-
curate & ſedulo facturi,extremum illud non prætereuntes,agere nos ti
bi pro hoc tuo tanto munere ac beneficio immenſas gratias,Deumq;
ſummum precari,ut quemadmodum Hippocrati ob depulſam ab
eo e Græcis populis peſtilentiam,eoſdem honores quos Herculi decre
uit Græcia,ſic tibi ob innumerabilia merita præſtantiſſimarum uirtu
tum tuarum,Chriſtianum omne nomen,non quidem diuinos hono
res,quos ille ſibi unus uendicat ,qui ſolus Deus eſt , ſed honores eos,
eamq; beneuolentiam,charitatem,pietatemq; tribuat,quæ ſolet eis tri
bui & deferri,qui ſingularium ſuorum beneficiorum monimentis cla
riſſimis ,in hominum genere atq; memoria poſitis,C œlum multo an
te meruerunt,quam aſcenderint. Valeat Sanctitas tua.

CLEMENTI .VII. PONT. MAX. M. FABIVS CALVVS RHAVENNAS FELICITATEM.



V Onam fato quis factum eſſe diceret, uti tunc potiſſimum Hippocrates Cous Medicorum omnium, qui aut ſunt, aut unquam fuerunt, aut poſt aliis erunt in annis, facile princeps reuixerit, ſeſeq; latinis legendum tradiderit, Fabio Caluo Sanctitati tuæ addictiſſimo, ſuſcitante ac interpretante, cum ſenſiſſet te, Clemens Septime clauum nauiculæ Petri moderari, de Medicea familia profectum, quæ ſemper bonas artes, earumq; cultores fouerit, extulerit, euexerit. Quod abunde teſtantur tot liberalitatis exempla a` proauo tuo Coſmo, patruo Laurentio, patre Iuliano, patruele Leone. X. Pontifice Max. & abs te demum in uiros literatos profecta, quot omnis maiorum ætas uidit, & celebrabit poſteritas. Siquidem ſub tui numinis tutela, auſpiciis, & præſidio ſe ubiq; tutum fore confidit, & ſine fine per totum orbem lectum iri, cum hi, qui hæc diuina ipſius monimenta oculis percurrent, & manibus uerſabunt, qualia ſint ea per quæ uiuunt, per eum cognoſcent, morboſq; facile præcauebunt. Medici uero quæ cauſa morbos ipſos gignat, & qui diſcutiantur, diſcent. Quas ob res quiſq; confidenter, animoq; lætiore, promptioreq; Hippocratem legat, de quo tot commoda ſe adepturum ſperet, facturus operæ pretium ſibi & multis, remq; tibi gratam Clemens Pontifex ſumme, cum perſpexerit ſanctitatem tuam medelas æque & in hominum corpora, & in animas poſſe conſpergere, quæq; in omnium hominum utilitatem emitti curauerit, mirum in

modum proficere, Hippocrateaq; hæc uolumina tot annorum mil lia expetita, tuo tempore de tenebris extracta, & eruta, in com munemq; utilitatem ædita. De quibus Chrysippus, Xenophon, Herodotus, Diocles, Mnesitheus, Archigenes, Antyllus, Rufus, Ctesius, Lupus, Galenus, cæteriq; Medici qui postea fuerunt, si quid habuerunt boni, sumpserunt, & mutuati sunt. Quæ si nostræ tempestatis Medici legere, & imitari non dedignabuntur, pristinam barbariem omnem exuent & abdicabunt, sibiq; & generi humano plurimum profuisse deprehendent. Quare cum hæc saluberrima HIPPOCRATIS opera non mediocrem utilitatem hominum corporibus allatura sint, & si mea sponte, tuo tempore citius ipsa ædere proposueram, ut tamen id facerem, plurimum impulsus sum hortatu & authoritate Reuerendissimi patris Ioannis Matthæi Gyberti Antistitis Veronensis, Datarii tui, qui sicuti omnium litteratorum secundum te, fautor est liberalissimus, ita & gloriæ tuæ studiosissimus. In communem igitur hominum usum emittuntur, tuoq; Numini CLEMENS. VII. Pont. Max. (uti par est) dedicantur, quo tutius, maioreque fiducia per Christianum, & Latinum orbem peruagentur, in manusque hominum perueniant, & ab ipsis, in primisque rei Medicæ cultoribus euoluantur, ut inde proficisci intelligant sibi, & humano generi immensam utilitatem, nomini uero tuo & Mediceæ familiæ perpetuam (ni fallor) & immortalem gloriam. Vale.

Mortales gaudete, Deus Saturnia terris
Secula restituit, rursus gens Aurea surgit.
Conspicui Iouis euersum Clementia sæclum
Corrigit, auxiliumq; opifer promittit Apollo.
En magni pietas Clementis & inclyta uirtus
Non modo ui legum, & uita, exemploq; medetur
Mentibus humanis, scelerum uestigia tollens,
Verum etiam, ut prisci cognominis impleat omen
Non minus afflictis hominum medicamina membris
Repperit, Hippocratisq; oracula reddidit orbi,
Quæ longum latuere altis abstrusa tenebris.
Numina nec tantum læua eualuere premendo
Vt non Clementis numen uenerabile contra
Enitens, populis raptum reuocarit ad auras,
Solis & alterius mundum illustrauerit ortu.
Sic uoluere Dei, ut Clemens, & tempore eodem
Hippocrates, noua seruarent duo lumina terras.
Addite Romani titulis maiora uetustis
Nomina, nec tantum patriæ appellate parentem,
Sed terrarum orbis patrem, uigilemq; Deumq;,
Authorem æternæ pacis, cui bella peroso
Admiranda dedit uerum Clementia nomen.
Moribus hic sanctis & relligione, fideq;
Necnon iustitia ingenti, mentisq; uigore
Aetherio, Augustos æquat, Neruasq;, Piosq;,
Pontifices alios longo præit interuallo.
Perniciosa Vrbes hic seditione ruenteis
Pacauit, tutasq; uias, nemora, auia, campos
Esse dedit, iam certa bonis stant præmia morum,
Sontibus at poenæ, & fiducia nulla salutis.
Coelestem hunc seruate Virum pia numina, in annos
Nestoris, & sero ad coelum reuocate merentem,
Quandoquidem afflicto Clemens sic consulit orbi.
Necnon Vos Superi seruent, Clementis Alumne
Gyberte, o nostri Mecænas gloria sæcli,
Et gemini insignes Calui, quibus ille ministris,
Hoc munus dedit æternum mortalibus ægris.

ELENCHVS

Octoginta librorum Hippocratis Coi: Quos M. Fabius Caluus ciuis Rhauennas. Millesimi Quingentesimi: quintiq; decimi: Mensis Iulij die octauo Romae conuertit: Millesimi Quingentesimi decimique insuper: mensis Aprilis die tertio auspicatus, quorum ordo sequitur.

ELENCHVS

FINIS.

Hippocratis Vita de Sorani Historijs.

Hippocrates domo quidem,& genere Cous fuit. Heraclidæ, Phæneretesq; filius, ab Hercule, Aesculapioq; genus ducens, oriundus ue. Nam ab uno uigesimus erat, ab altero nonus & decimus. Meminit eius gentis originis, genealogiæ ue Eratosthenes, Pherecides, Apollodorus, Areus Tarsensis. Heraclidæ quidem sui patris auditor fuit, Herodici deinde, secundum autem nonnullos, & Gorgiæ Leontini Rhetoris, Democritique Abderitani philosophi. Peloponiacis uero temporibus floruit. Natus est (ait Histomachus primo de Hippocratis secta) primo anno octogesimæ olympiadis. Soranus autem Cous, qui cuncta librorum conditoria, monumentaq; in Co perscrutatus est, addit, regnante siue in magistratu existente Abriada, mensis Agrianei septimo, ac uigesimo die, quo etiam nunc, Coos ait Hippocrati parentare. Arte uero medica, disciplinisque circularibus institutus, exercitatus ue, parentibus iam mortuis, de Patria discessit. Quemadmodum uero perperam & maligne Andreas libro de Medica origine, genealogia ue, quoniam librorũ publicum conditorium incenderat in Cnido. Cœteri autem aiunt, quod statuerat quæcunq; in singulis locis agerentur, perficerentur ue, perscrutari, uti ea uarietate magis exercitaretur, excitaretur ue. quemadmodũ autem Soranus Cous in historia tradit, somnus dormienti adstitit, mãdauitq; uti in Thessaliam migraret. Cum uero Græciam totam medicina iuuaret, omnibusq; admirationi esset, Perdiccasq; Macedonũ rex, qui tabe, phthisi ue laborare credebatur, per legatos rogasset, ad sese uti ueniret, cũ Euryphõte Senatu maiore ad eũ uenit, morbũq; illũ animi affectũ, amorem ue esse ostendit. Nam post Alexandri patris mortem, Philan eius

Coi singulis annis Hippocrati parentabant.

Andreas Hippocraten infamauit.

Soranus Cous.

Perdiccas Phthisicus creditus.

Euryphon Medicus.

Phila Alexandri pellex a Perdicca adamata.

pellicem,amicam ue Perdiccas deperibat.cui cum factum differtaret,deprehendit Perdiccam uisu Philes exhilarari,ſicque eum morbo illo liberauit,conſeruauitque. Quem etiam Abderitani, ad Democritum inſania liberandum uocauerunt,totamque Græciam,urbeſq; omnes a peſtilentia liberauit,quin & in Illyrios,plurimaſq; barbaras nationes peſtilentia ingruente,rogantibus eorũ Regibus,uti ad ſeſe ueniret,cum ab eorum legatis , qui Venti illic uigerent,reſciuiſſet,ſine ſe dimiſit. Cum præterea morbum,peſtilentiam ue in Atticam uenturam proſpexiſſet,cumq; hoc futurum præmonuiſſet ,& urbium,& diſcipulorum , quos ad eas liberandas mittebat,curam habuit. Græcoſque adeo amauit,uti cum eius gloria,& authoritas ad Perſas fama perueniſſet,hacq; de cauſa , ab Artaxerxe per Hyſtaniden Helleſpontiorum præfectum , Hipparchon ue,magnis donis,promiſſiſq; uti ad ſeſe iret,rogaretur, cum eſſet ſeuerus,grauis,conſtanſq; auriq; & argenti cõtemptor,ſuorumq; amator,negauit ſe iturum,quemadmodũ ex epiſtola ad eũ ſcripta demonſtratur. Liberauit & Patriã ſuam Con, cum Athenienſes bellum ei eſſent illaturi,cum Theſſalos rogaſſet,uti opitularentur. Qua de re,magnis, & præclaris honoribus, a Cois celebratur,non minus & ab Argiuis , & ab Athenienſibus , qui eum ab Hercule ſecundum ſacris Eleuſiniis initiatum,participem ue fecerunt,ciuitateq; donauerunt,publicaq; ei , poſteriſq; eius alimenta in Curia, prytanio ue dederunt. Liberaliter autem & ſine inuidia cognatos , familiareſq; Medicam artem docebat cum probo iureiurando. Obiuit autem apud Lariſſæos,cum Democritus fertur periiſſe,quemadmodum nonnulli uolunt , nonaginta annorum,ſicuti autem alii octogintaquinque,centum & quatuor aliqui , centum & nouem uolunt alii. Sepultus eſt inter Gyrtonem & Lariſſam,ac etiam nunc eius monimentum oſtenditur in quo diu apum examen mellificantium permanſit. Quo

Democritus inſanus putatur.

Qua cura Græciam a peſtilentia liberauit.

Artaxerxes.

Hyſtanides Helleſponti Hipparchos.

Quantum ab omnibus coleretur Hippocrates,uideto.

Mors Hippocratis.

melle nutrices infantium pustulas & oris hulcera apud tumulum perungebant, & facile sanabant, abigebant ue. Capite uero tecto, in plurimis eius imagunculis fingitur, quemadmodũ nonnulli uolunt pileo, quod nobilitatis est, quemadmodum Vlysses pileatus cernitur. Cœteri autem uestimento, & horum aliqui, propter decorum, honestatemq;, cum Caluus esset. nonnulli ob capitis imbecillitatem. Quidam autem uolũt, uti principis locum & grauitatem conseruaret, retineret ue ambulando. quidam argumentum esse uolunt amantis uagari, peregrinari ue. nonnulli librorum eius obscuritatis indicium esse autumant. quidam uti ostenderet, etiam cum ualemus, lædentia uitare oportere. plurimi, quod ambulando manus iactaret, uti eas cohiberet, firmius ue teneret, caput enim, uestimenti fluentem laciniam manu apprehendens tegebat. De eius autem libris, maxima discordia est. nam alii aliter opinantur, quod fit, uti de iis non facile sit, quicquã affirmare, differere ue. plurimæ nanq; causæ hoc iudicium impediunt, primũ, cognominatio, seu inscriptio. secundũ, formã, figuram ue dicendi, conseruare posse. tertiũ, quia ualentius, uehementius ue, debiliusq;, & remissius quandoq; per ætatem, eadẽ & scribit, & dicit. causasq; præterea multas cum iis posset quis adducere. Summus profecto pecuniarum contemptor fuit, moribusq; seuerus & grauis, magnopereq; Græcos amauit. nam omnes suæ gentis homines summo studio curauit, cunctasq; sicuti antea dictum est, Græciæ urbes pestilentia liberauit. quamobrem, præclaris afficiebatur honoribus, non apud Coos solum, sed & Argiuos & Athenienses. Filios moriens duos reliquit, Thessalum, Draconemq;. Discipulorum uero magnum numerum, sed præstantissimi eius Filii fuisse dicuntur.

Cur capite tecto cernatur.

De libris Hippocratis nihil dicit.

Thessalus Draco que Hippocratis filij.

Index quam copiosissimus rerum scitu ac memoratu dignarum quae hoc praeclarissimo Diuini Hippocratis opere continentur.

Amor cognationis

sibi

Cordis humor

Democriti

roris opinionem

Febris Thaſiorum

Fœtus uiui

Helleborus quid

Laboris obseruatio

Mammæ spasmi

c

Melancholiæ signa

Morbi ancipites

Neptuno morbus

Partus nuper

Piper

Porriginis

Puleium

Puerperis

Purulenti med.

Sanguinis intenti

Senum morbus

Somniorum notæ

Stranguriæ

Terremotus

affectio

Virginis uuluæ

Vuluæ coxendicem

Vulneratæ cerebri

FINIS.

R E G I S T R V M.

A B C D E F.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN

OO PP QQ RR SS TT VV XX YY ZZ.

AAA BBB CCC DDD EEE FFF GGG HHH III KKK

LLL MMM NNN OOO PPP.

Omnes terniones præter F duernionem & PPP quaternionem.

HIPPOCRATIS COI LIBER PRIMVS DE ARTE QVEM M. FABIVS CALVVS VERTEBAT.

SVnt nonnulli qui hoc Artem esse duxerunt, cæteras artes dehonestare. quod putarunt, quodq; ego sentio, non fecerunt, sed quales essent, demonstrauerunt. Mihi autem hoc artem esse uidetur, quid nouum inuenire, quod quidem optimũ sit, hocq; esse sapientiæ officium, opusue, quæq; perfecta non sunt, perficere. Malis autem uerbis aliorum inuenta uituperare, ars non est, cum præsertim nihil melius faciant, excogitentue, sed tantum doctorum, sapientiumq; inuenta apud rudes calumnientur. quod sapientiæ officium non est, prudentiæue, sed est potius naturæ demonstratio, uel artis ignoratio, atechniaue. Solis enim artis ignaris huiusmodi res conuenit, cum quidem cupiant, possint autem nullo modo præ malignitate, uitioq; eo peruenire, uti aliorum benefacta calumnientur, uel si non sint recte facta, reprehendant. Hoc autem modo homines in cæteras artes inuehentes, irrumpentesue, hi compescant, qui possunt, hiq; quibus hæc res curæ est. Præsens autem sermo contra eos est, qui hoc modo medicam artem lancinant, uituperantue. qui audenter locutus est propter eos, qui carpuntur, uituperanturue, contra uituperantes. sin autem abundat propter artem cui opitulatur, potentior erit propter sapientiam, qua adiuuatur, instituiturue. Mihi quidẽ hoc omnino, & in uniuersum uidetur, nullam esse artem, quæ non sit & uera, procul enim a ratione est, & absurdum, quid eorum, quæ non sunt, putare esse. Nam si quis earum rerum, quæ non sunt, substantiã aliquam non uideat, pronunciabit ne ea esse? Si nanq; uere uidere nõ est ea, quæ non sunt, tanquam sint, non uideo, qui cuiquam in mentem ueniet esse, quæ non sunt, tanquam quæ sunt. Quæ enim sunt, mente percipere, & oculis cernere licet, sed quæ non sunt, nõ æque percipiũtur. si quidẽ quæ sunt, semper percipiũtur & uidentur, quæ uero nõ sunt, nec percipiũtur, nec uidentur. Demõstratæ uero iam artes percipiunt, nullaq; est, quæ non ex aliqua specie, & forma uideatur. profecto puto & nomina, propter species & formas eas accepisse. præter rationem enim est, factuq; non facile, species, formasue de nominibus putare ortas esse. Nomina enim naturæ legibus constituta sunt, species autem & formæ ideaue, non sunt legum statuta, sed germina, blastemataue. Hoc autem, si quis ex his, quæ dicta sunt, non percipiat, clarius in cæteris edocebitur. Medicinam ergo (nam de ea mihi sermo est) primũ demonstrabo, definiamue, quemadmodum sentio, Medicinam, Ietricenue esse, labores, doloresue languentium penitus amouere, morborumq; uehementias retundere, nec eos aggredi, manusue illis admouere, qui iam a morbis uicti sunt. sciantq; omnes medicinam mala omnia tollere non posse. Quæ igitur

Quid sit Ars

Quid de arte sentiat, aspicito.

Nomina quomodo imposita.

Medicina quid.

Medicina mala omnia non sanat.

potest facere? de hoc enim mihi posthac sermo erit, quin & in artis demon/stratione, simul rationes, sermonesue eorum, qui eam reprehensione dignam esse censent, refutabo, tollamue, quatenus sese quisque facturum quid pu/tauit. Sermonis ergo principium ab ea parte mihi erit, quam omnes ueram dicent esse, quod aliqui eorum, qui curantur per medicinam, sanantur. quod quidem non omnes, hac parte medicina damnatur. quiq; deteriora sumunt, hoc dicunt, propter eos qui morbis tolluntur, & uincuntur, ac eos, qui mor/bos euadunt, fortuna non arte euasisse ferunt. Ego autem ipse fortunam pe/nitus non priuabo, nam morbos male curatos, malam & aduersam fortunam nancisci puto, qui autem bene curantur, secundam. deinde qui possunt in his qui sanantur, quid aliud causari, quam artem? si quidem ea utentes, ac ei obtemperantes sani facti sunt, species enim, Idosue fortunæ, & forma, figu/raue, nuda est, & non clara. quam cum sese arti cōmiserunt, uidere, & consi/derare non potuerunt, noluerunt ue. Quare non est, quod eos conualuisse, fortunæ acceptum ferant, sed arti medicæ. Cum enim sese arti ipsi conmise/runt, & crediderunt, tunc eius formam, figuramue, siue speciem, idosue spe/ctarunt, & uiderunt, perfectiq; operis uim nouerunt. Dicet certe hic qui con tra differit, plurimos iampridem languentes nullis medicis usos conualuisse. Quod non nego, nam mihi fieri potuisse uidetur, uti hi qui nullis medicis uterentur, in medicinam incurrerent, non tamen quid rectum, & quid non rectum in ea inesset, uiderent, præsertim si sese curantes in eam incurrissent, quam si medicis usi fuissent, nacti fuissent. Hocq; tamen magnum argumen/tum est, Artem esse, & quidem magnam, cum appareat, & eam non putantes esse, per eam esse seruatos. Nam omnino necesse est, languentes, qui medicis usi non sunt, sese sanatos aliqua re scire, & fateri, quid uel faciendo, uel non faciēdo. nam aut inedia usi sunt, aut satietate, plenitateue, uel plurimo potu, uel siti, uel balneis, uel illuuie, uel laboribus, uel quiete, uel somno, uel uigi/lia, uel horum omnium perturbatione, & permistione cum usi fuissent, con/ualuerunt, quidque plurimum & iuuauerit, & nocuerit, necesse est eos scire. Nam nō omnis satis diffinite cognoscere potest, quæ iuuent, quæue lædāt, si nanq; qui ægrotauit, sciret laudare, uel uituperare, siue cognoscere medi/caméta, cibariaq;, per quæ conualuit, hæc omnia medicinæ, artisue medicæ esse inueniret, tamen si quæ prolata sunt, uti prodessent, læserunt, testantur ea artem esse. nam quæ profuerunt, quod rite prolata sunt & data, profue/runt, quæ uero læserunt, quod non rite data sunt, læserunt. nam ubi rectum, & non rectū locum, & terminum utrunq; habet, quomodo hoc ars non erit? Nanq; illud non artem, atechnianue duxerim esse, quod nec rectum, nec non rectum habet. quod autem alterutrum, & utrunq; habet, quo pacto non erit artis opus? sed potius non artis, atechniasue. Præterea si quidem solum ex medicamentis purgantibus, & sistentibus medela cōstaret, & hoc medicinæ, medicorūq;

Quatenus medicina non probetur.

Species idosue fortunæ nuda.

Medicis nō utentes nō negat posse sanari.

Qui sine medicis sanantur, aliqua re sanantur.

Atechnia.

medicorumq; tantum esset, hic meus sermo cassus, & non ualidus esset.

Medicamēta purgātia, et sistentia non satis sunt ad conualescentiam.

Nunc autem uidentur medici, qui maxime laudantur, uictus ratione, quibusdamq; aliis rebus curare, quæ nunquam quis non modo medicus, sed ne rudis quidem, cum hoc audiret, non esse artis diceret. Cum ergo nihil, nec in optimis medicis, nec in medica arte inutile sit, sed plurimis quæ nascuntur, & quæ fiunt, species & formæ, ideaue medelarum, & medicamentorum, nō est quod quisquam eorum qui sine medicis conualuerunt, sponte sua factum re uera dicat, nam quod sponte fit, non comparet. quicquid enim factum est, cur factum sit, & quo modo deprehenditur, quod autem sua sponte factum est, non uidetur sic esse, neq; ulla constare, subsistereue, sed nomen tantum habere. Medica autem ars cur, & quomodo facta sit, deprehenditur, & quibus rebus constet. His uero, qui sanitatem, fortunæ non arti medicæ acceptam ferunt, quis hæc posset dicere. Qui autem in mortuorū calamitate artem tollunt, & eleuant, miror quanam satis digna ratione moueantur, uti non potius hoc mortuorum intemperantiæ dedant, quam prudentiam exercentium medicinam causentur, & accusent, tanquam in medicis tantum insit non expedientia mandare, in languentibus uero non insit mandata præterire, quinimo uerisimilius est languentes nolle, & non posse medicorum mandata exequi, quam medicos non expedientia mandare. Nam qui sana mente, sanoq; corpore languentibus manus admouet, secum præsentia, & præterita reputat, & considerat, uti dicere possit cur langueant, & quæ abegerit. Languentes uero nec cur langueant, nec cur non langueāt, sciunt, nec ex præsentibus, præteritisue uentura prænoscūt, nec cur ea facere iubeantur, quæ medici mandant. præsentia quidem dolent, futurumq; metuunt, sed tamen morbo pleni, cibariis uacui, potius ea captāt, quæ placent, & morbum augeant, quā quæ salutem, sanitatemue parent, non quod mori cupiant, sed quia malum ferre nequeunt. Quid nam ergo potius credendum est, hos ne sic habentes potius ea facere, quæ medici mandant, an ea, quæ nō iubentur? uel medicos his, qui sic habent, sicuti dixeramus, quæ non expediat, mandare, par est & uerisimile non ne magis hos mādare quæ expediāt? hos uero præuaricari, cum obtemperare non possint, tametsi sciant, nisi pareant, mori possent, cuius rei causas, qui non recte ratiocinantur in eos qui nihil in causa sunt, reiiciunt, authores uero liberant. Sunt præterea nōnulli qui propter eos, qui nolunt iam morbis superatos, deploratosue curare, medicam artem damnent dicentes, quod ea quæ curant, per sese sanarentur. quæ autem auxilio egeant, non tangunt, cum oporteret, si quidem ars esset, omnia æque curare. Qui autē hæc dicunt, si medicis uitio darent, quod hæc dicentes contemnunt, tanquam insanos, merito magis uitio uerterent, quam qui hæc damnāt. Si quis enim in his artē damnat, ubi non est ars, nec potest iuuare, uel naturā, quæ suapte ui non potest, posse censeat, magis insanus est

Medica ars cur refelli nō possit.

Quid contra eos qui mortuos medicis assignant, dicat.

Quid medicus consideret ante curam.

Cur languentes non pareant.

Damnatur ars medica, quin etiam cum deploratos non curet.

quam ignarus. quarum enim naturarum, & artium instrumenta perite tractamus, nos earum opifices esse, profiteri licet, cæterarum uero non æquo modo. Cum ergo quid mali quis patitur, quod superet omnia medicæ artis instrumenta, non oportet putare medicina posse tolli. nam cum multa sint in medicina, quæ comburant, tamen ignis ultimo adhibetur, uritue, quinimo & alia plura comburunt. Nondum tamen patet num ne fortioribus minus fortia curentur, tollanturue, certum uero est fortissima, ualidissimaue fortioribus curari, tolliue, quæ autem ignis non perficit, certum est alia arte egere, in qua ignis non sit instrumentum. De cæteris uero eadem ratio est, quæ medicam artem coadiuuant, quarum omnium dico oportere cuiusq; secundum accidentia ex accidentiisue, medicum uim passionis causari, non artem. Qui autem uitio dant his, accusantue qui deploratis, morboue superatis manus non admouent, mandant, uoluntue nihilominus & quæ non expedit, tangere, quam quæ conuenit, expeditue. qui hæc uolunt, & iubent, medicis quidem nomine mirandi uidentur. qui autem arte, & peritia ualent, eos derident. nam tam imprudentibus huius artis periti nec derisoribus, reprehensoribusue, nec laudatoribus non egent, sed consyderatis, prudentibus, gnarisue, quod opificum, & artificum opera cum bene peracta fuerint & perfecta, plena sunt, pleneue peracta. Cum autem aliquatenus deficiunt, diminuta, deficientia præterea diminutaue quædam artificibus, quædam fabrefactis, arteue perfectis danda sunt. Per alias autem artes fabrefacta, peractaue opera tempus aliud aliis rationibus demonstrabit. quæ uero per medicam artem, qualiaue, quoue pacto discernenda, quædam præmissa, quædam præsens oratio docebit. Sunt enim his, qui satis hanc artem nouerunt, quidam morbi non in latenti, occultoue loco positi, neq; multi, quidã contra, & multi. Quæ uero mala rubra sunt, pustulosaue, colore, tumoreue in aperto sunt, specie enim & uisu, & tactu sensum duriciæ, mollitudinis, humiditatis præbent, quæq; calida, quæ frigida, quorũ singulorum præsentia, uel absentia talia sunt. Horum igitur omnium in omnibus medelas sine errore, & certas esse oportet, non uti faciles, sed quod dignoscuntur, inueniunturue. dignoscuntur autem non quibusuis & iam uolentibus, sed horum peritis, qui possunt remedia horum inuenire, qui quidem arte, & ingenio ualeant. quare & ad ea quæ patent, & quæ non patent, ars abundet, oportet, nec ambigat. quæ autem non patent, sunt ossa, & quæ ad ea tendunt, uentriculi.

Deploratos non expedit tangere.

Quædam arti, quædam artifici danda.

Mala patentia pauca sunt. contra, quæ non patent, multa.

Corporis uentriculi.

Corpus enim non unum uentriculum, sed plures habet, duo enim sunt, qui cibum suscipiunt, emittuntq;. Plures præterea alii sunt, quos nouerunt, quibus hæc curæ sunt. Nam quæ carnem rotundam habent, quam musculum omnes nominant, uentriculum, sinumue habent. Quicquid enim non coalescit, & cohæret, carne, cuteue tegatur, cauũ est. quod si ualet, spiritus, aerisue completur, si non ualet, saniei. habent quidem brachia, lacertiue hanc carnẽ,

habent coxæ,habent suræ,habent præterea non carnosa, quemadmodum & carnosa,nam quod pectus,thoraxue dicitur, quo iecur tegitur, uentriculum, sinumue habet, capitisq; caluaria, circulusue, quo cerebrum continetur. tergumq;, dorsumue, quo pulmo hæret. Horum nihil est, quod uacuum non habeat, pluribus enim perflatibus referta sunt, quæ possent recte plura uasa dici, quæ partim habentia lædunt,partim iuuant. Præterea multæ uenæ,neruiq; sunt non solum in carnis superiori parte, sed & ossibus ipsis hærentes,sunt enim articulorum uincula,& ipsi articuli, quibus concursus iuncturæ se se mouentium ossium includuntur, & inuoluuntur circuli modo. horumq; nihil est, quod subspumosum, spongiosumue non sit, circaq; sese cellas, & foramina non habeat, quæ saniem præseferunt. Quibus diductis multos,multaq; dolore affectura egreditur,nihil enim horum oculis, cuiquã uidere est,quæ occulta,& obscure mihi dicta sunt, obscuraq; ipsi arti,siue in ipsa arte censentur esse, non quidem quod occulta superet, sed si fieri potest, superatur. Potest autem fieri, cum languentium naturæ facile perspiciuntur, cognoscunturue, disquirentesq; suapte natura rite disquirant, uestigentue, multo quidem labore, nec sine temporis spatio, oculis uidentur, & cognoscuntur.nam quæ oculorum uisum fugiunt,mentis ea uisu cernuntur, & cognoscuntur. quæ nanq; languentes patiuntur, cum non statim medicus uidet, cognoscitue, non medicus ipse in causa est, sed natura languentis,uel morbi.medicus uero,qui nunquam uidit, nec audiuit tale malũ, mente,& cogitatione discurrit,quale possit esse.quin & qui morbis non uisis, comparentibusue,siue clandestinis laborant,dicere,præcipereq;,de his morbis, ipsis medicis conantur. Quod magis opinione, quam scientia faciunt, nam si nouissent, sciuissentue,nunquam in eos incidissent, quoniam eiusdem scientiæ,prudentiæue est,& nouisse morborum causas, & curare medicamentis omnibus,quæ uetant, prohibentue mala grandiri.Cum hic igitur præceptis, dictisq; languentium ad nunquam errantem certitudinem, claritatemq; rem deducere non possit,dubitat ne auditu potius, quã cognitu curet.Causa uero huius tarditatis ars non est, sed corporum natura, quæ affecta corpori auxiliari cupit,studet tamen, & obseruat ne hoc audacia,temeritateue potius fiat, quam mente, prudentiaue,siue sensu, tarditateq; potius, quam uiolenta celeritate. Hic autem siue medicus, si uisu,& morbi cognitione sufficiat, & medicando sufficiet. Sinautem is in quo hoc perspicitur,superetur,quod tardius ad medicũ accessit,uel morbi celeritate peribit, abibitue. nam & si quis ex æquo sese uti curetur,moueat, & accingat,præoccupando non erit uelocior morbo,qui præuenit,& præoccupat, propter corporum soliditatem, roburue, siue restagnationem, qua morbi non perspiciuntur, in ea degunt, & sunt,languentiumq; negligentia insidiantur, & insident, non præoccupati uero cupiunt, & uolunt curari. Quam ob rem cum quis artis facultate,& ui,

Loca corporis uacua.

Venæ, nerui quid faciant.

Quæ causa cur non cognoscãtur morbi statim.

Causæ morborũ nõ statim cognoscuntur.

Languẽtibus nõ semper credẽdũ.

Quid studeat natura.

Medicus cũ morbum nouit,facile pellit.

morbo clandestino laborantem liberat, & excitat, magis laudandus est, & mirandus, quam cum deploratis, impotentibusue manum admouet, quod in nulla alia arte quæ extet, inest. nam quæ per ignem fiunt, & comparantur, cum ignis non adest, cessant, cæteraq; quæ per ualida corpora fabrefiunt, quædam lignis, quædam pellibus, coriisue, quædam pictura, quædam aere, quædam ferro, cæterisq; similibus, quæ plurima recte fiūt tarditate potius, quam celeritate, quæ, cum absunt instrumenta, cessant, tarditas tamē illis utilis est, propterea q; censentur, & honorantur. Medica autem ars hoc non habet, nam siquid in purulentorum, empyonue morbis erravit, si morbo iecinoris, rhenum, lumborum, uentris, non adhibita diligenti perscrutatione carpitur, quæ omnia omnes uident, cum fiunt, tamen morborum copiam, multitudinemue adiutricem adinuenit, & nanciscitur, uocis claritatem, tarditatem, grauitatem, distillationem, fluctiones, quæq; singulis distillare, defluereq; consueuerunt, per quæ exitus dantur, quorum quædam odore, colore, tenuitate, crassitudine, pondere considerantur, & obseruantur, quorum signa hæc, quædam affectorum, quædam pati queuntium. Cum uero hæc significantur, demonstranturue, natura libens non deserit, tamen necessitate coacta, uacua nihil nocua permeat. quæ cum peregit, & dimittitur, artis peritis demonstrat quid agendum sit. cogit enim color, ignisue pituitam insitam & coaltam diffundere, ciborumq; & potionū acorem uehementiamq; uti coniectetur, quid de his uideatur, quorum quædam ipsa molitur, uti perspiciantur. Præterea spiritus, hanelatioue tunc patet, emittiturq; cum ardua quis & accliuia conscendit, aut currit, sudoresq; tunc his ipsa natura elicit, quod ex aquarum feruore cōspicitur. quæ uero per uesicam transmittuntur, magis morbum demonstrant, quam quæ per carnem. potionesq; has, & cibos præterea ars excogitauit, & adinuenit, quæ calidos magis calefacerent, tabefacerentq; liquefacerentue, quæ nunquam madescerent, diflue rentq; nisi hoc haberent. Sunt præterea alia præ aliis, & quæ per alia transeunt, penetrantq;, demonstrantq;. Quamobrem ne mirū sit, si tardius fides his habetur, & rarius manus admouentur, cum per aliorum scripta, medica prudentia, peritiaq; paretur, quæ multas rationes, modosue ac suppetias, auxiliaue habet rite curatis, non rite uero curatis rarius manus admouet, sin autem admoueat, quantum in sese est, restituit. Quæ hactenus diximus, sunt tradita ab huius artis peritis, quæ re magis, quam uerbis multitudinis fidem sibi comparat, quæ magis credit, quæ uidet, quam quæ audit.

Medica ars nihil cæteris simile habet.

Quid natura agat, uideto.

Similitudinē considerato.
Lotium magis morbos indicat.

Quid proprium artis medicæ.

DE PRISCA MEDICINA

q Vi de Medicina, medicaue arte dixerunt, ſcripſeruntue, hæc ſibi propoſuerunt, calidum, frigidũ, humidum, ſiccũ, uel quicquid aliud breuiter uellent, cauſam morborum, & principium, mortiſq; in hominibus eſſe. horumq;, uel unum, duoue cunctis eſſe propoſuerunt, qui erraſſe deprehenduntur, magiſq; reprehendendi ſunt, cum nihil de arte, quæ eſt, quaq; cuncti in maximis affectibus & morbis utuntur, medicoſq; propterea optimos colunt, dicant. nam quidam eius artifices optimi ſunt, quidam mali, quod profecto non fieret. Nã niſi medica ars eſſet, medicinaue, nihil in ea omnino ſpectaretur, diſquireretur ue, nihilq; in ea excogitatum, & inuentum eſſet, neq; ea omnino eſſet, ſed omnes æque eius imperiti, & ignari eſſent, fortunaq; languentiũ mala regeret, moderareturue, quod non ſic habet, ſed quemadmodũ in cæteris artibus opifices, artificeſue multum inter ſeſe manibus, & mente differunt, ſic & in Medicina ſiue medica arte. Quamobrem, nunquã profecto cenſuerim eam ſuperuacanea, uanaue materia egere, quemadmodum obſcuræ dubiæq;, de quibus ſi quis uelit dicere, neceſſe eſt materia, argumentoue, ſiue hypotheſi utatur, quemadmodum qui de ſublimibus, uel ſub terra poſitis rebus diſſerit, qui etſi ſciat, aut ſe ſcire dicat, quemadmodum habent, tamen nec qui dicit, nec qui audiunt, liquido ſciũt, ſint nec ne uera. nam quo ſe referat, non habet, quo ea confirmet, uerumq; ſciat, quod in medica arte non eſt. nam omnia priſcis temporibus inuẽta ſunt, principiumq;, & uia monſtratur, qua alia inueniantur, multoq; iam tempore inuenta cognoſcantur, probenturue, poſthacq; inueniantur, ſiquis quæ inuenta ſunt, ſatis cognoſcat, hiſq; commotus & concitatus noua perquirat. Siquis autem hæc non admittens, cunctaq; reprobans, modo alio perquirat, fallitur, fallitq; & falletur, nã fieri non poteſt, & cur dicã, artemq; eſſe demõſtrabo, quo patebit, nõ poſſe quicquã aliter inueniri. maxime uero primũq; uidetur oportere eum, qui de hac arte dicit, ſcribitue, cunctis nota dicere. nulla enim alia de re dicere, quærereq; conuenit, quam de affectibus, paſſionibuſue, quibus hi uexantur, nam ſuos quenq; affectus, paſſioneſue prædiscere iuuat, quemadmodum gignantur, ſedenturq;, tollanturue, minuantur, tabeſcantq;. nihil enim melius quiſq; reminiſcitur, & agnoſcit, quam cum audit, quæ paſſus eſt, quarum rerum rudes ſi ſint, non facile eſt, eorum attentionem captare, per alium autem inuẽta dictaq; procliue, & facile eſt, carpere, & recitare. Sed

Priores artis medicæ ſcriptores taxantur.

Medicam artem eſſe, et ueram aſſeuerat.

Certa eſſe inuenta in hac arte.

De rebus communibus tractat medicina.

Medica ars est de rebus, morbis ue uulgo notis.

si quis rudium, & uulgi mentem, & assensum non assequitur, mentesq; audientium bene disponat, attentosue faciat auditores, quod est, non assequitur. propterea superuacanea non eget materia, argumentoue, siue hypothesi, nam per exordia medica ars comperta, quæsitaq; non fuisset, nihil enim ea languētibus hominibus fuisset opus, si per eadē, quibus sani, nutricarētur, ac nisi alio modo, rebusq; aliis nutricati ea illis profuissent, nisi etiam multo illis meliora fuissent. quæ res homines coegit medicam artem quærere, & efficere, quod non fecissent, si eadē, quæ sanis, & languentibus data contulissent, quemadmodum nec etiam nunc conferunt. quinetiam uti altius repetamus, quidem censeo, ne sanorum quidem uictum, cibumue, quo nunc utuntur, excogitassent, inuenissentue, si homini satis fuisset, comedere & bibere, quæ boues & equi, cæteraq; bruta præter homines, quæ ex terra nascuntur, semina, fructus, poma, frondes, herbam cæteraq;, quibus hæc nutriuntur, crescūt, & sine labore degunt, nullo alio cibo egentia. quinimo censeo homines ipsos per exordia hoc cibo usos fuisse, cibaria uero, quæ nunc in usu sunt, ab hominibus inuenta, excogitata, longoq; tempore, arte perpolita, & facta fuisse mihi uidentur. nam hominum corpora plurima, ac grauia mala, hoc ferino, uehementi, magnasq;, & indiscretas uires habente cibo patiebantur, qualia nunc etiam paterentur, si his cibis uterentur, laboribus, doloribusue, morbisq; subitanea, præsentiue morte corriperētur, minus autem hæc eos passos fuisse tunc, par est propter consuetudinem. Crebro autem tunc, & multos imbecillem naturam habentes, periisse, credendum est, qui uero superessent, diu resistere, quemadmodū etiā nūc, qui ualidissimos cibos facile digerunt. cæteri uero multo & labore, & malo ab illis liberātur. propter hāc igitur necessitatem & usum, hi mihi uidētur quæsisse cibū, nutrimentumue, naturæ humanæ cōmodum, huncq; inuenisse, quo nunc utimur. triticū enim terentes, molentes, cribrantes, subigentes, coquentes panem fecerunt, placentasq;, pultemue, siue Mazan hordeaceā, plurimaq; ex hac re efficiebant, quædam elixabant, assabant, torrebantue, miscebant, diluebant, ualida rebus infirmis permista conformabant, ad naturamq; humanam omnia accommodabant, potentiamq; & uires secum putando, quæ ualidiora essent, naturam humanam non posse superare, si iniicerentur, laboresq; & dolores, morbosq; & mortes futuras, quæ uero superare posset, cibum, nutrimentumq; optimum præbitura esse, corporibusq; humanis inde incrementum, salutem, sanitatemue nasci. Huic autem inuentioni quis nam aliud nomen iustius, conuenientiusue ponat, quam medicæ artis, medicinæue? siquidem propter hominum salutem, sanitatemue, nutricatum, nutrimentumue inuenit, quo salutis, sanitatisue causa permutatio fieret cum eo nutricatu, quo labores, dolores, morbiq; creabantur. sinautem ars esse non censetur, non est absurdum, cum eius nemo rudis, ignarusue sit, sed contra omnes gnari, & periti

Quæ de cibariis dicat, aspicito.

Multi priore cibo peribant.

Panificia uaria

Medici hūc cibū excogitarunt.

periti propter eius & usum,& necessitatem,non conuenit, decetue quenquã huius artificem uocari, quoniam hoc inuentum magnum est, plurimæq; obseruationis, & contemplationis. quin etiam nunc, qui certaminibus,siue gymnasiis,cupedinariæq; rei,culinisue student,modo eodem,uiaue quærentes,semper aliquid inueniunt,quod cum ederint, potarintq;,alios superent, fortioresq; quam antea,fiant. Medicinam ergo nunc consideremus,quam omnes fatẽtur propter languentes,& affectos excogitatam,& inuentã fuisse, siquidem & nomen inde habet, & artifices,eorumq; ipsa potiri uult, & unde nam incœpit. Mihi quidẽ quod & per exordia dixeramus,non uidetur quæsita, & inuestigata medicina, nisi per illos, qui hoc uiuendi genus commodum & affectis & ualentibus excogitarũt,quãdo quidem etiam nũc Barbari, qui nulla utũtur medicina,quiq; Græcis finitimi sunt, modo eodem uiuunt, quo cũ sani sunt,ad uoluptatẽ,& cũ languent, nec cũ quid patiunt̃,quicquã quod cupiãt,subtrahunt,aut minuunt. Qui uero medicinã excogitauerũt,inueneruntue,sententiã,opinionemue habuerũt,quã illi,de quibus prius diximus. Primũ quidem arbitror ex eorundẽ ciborũ copia quid subtraxerũt,& pro multis pauca fecerũt, & dederũt. Cumq; hoc illis satis non uideret̃ (non enim languentibus hæc æquo modo proderant, sed erant nonnulli, qui sic haberent,uti ne exiguos quidem cibos superare possent, hos itaq; putarunt, imbecillioris cuiusdam rei egere) propterea sorbitiones inuenerunt,paulum quid firmioris,& robustæ materiæ multa aqua cõmiscẽtes. quod inerat ualidum,mistione,& coctura subtrahebãt,minuebantq;. Quicũq; uero nec sorbitiones poterãt supare,eos ad pocula deducebãt, hæcq; usu & copia obseruãdo,quod modice,ac æquo quodã modo haberet, nec plus quã oporteret, nec minus,nec meracius,nec dilutius,nec serius propinabãt.hoc autẽ probe scire oportet,quibus sorbitiones in morbis nõ conferãt,& cõsiderare. Nam cũ fecerint,febres irritãtur & crescũt, doloresq;.clarũq; fit,quod propinat̃, & infert̃,morbo quidẽ nutrimentũ,& incrementũ esse, corpori uero tabem, malum,& exitiũ. Quibus autẽ sic habẽtibus siccus cibus,panis,placẽta,puls, Mazaue, etsi pusillus datur,decuplo magis malũ crescit,quã si sorbitio,nullam aliã ob causam, nisi cibi uehementia, quæ ad malũ,quo quis afficitur, non facit. Nam cui sorbere confert,comedere uero minime, hic si plusculũ assumat,magis afficit̃,cuius langoris causa huc referat̃, nã quæ ualidæ materiæ sunt,maxime & aptissime sanũ lædunt, nedũ lãguentẽ. Quid igit̃ magis nouum excogitasse uidetur ille,qui medicus uocatur,& artifex eius artis,quã omnes confitent̃,& uident esse,quæ manuũ tractatione cõstat, qui genus uiuendi,uictũ,cibumq; languẽtibus cõmodũ adinuenit, quã ille,qui primũ,& ab initio cunctis hominibus modũ uiuendi, nutrimentũ,cibumq; quo nunc utimur,inuenit,separauitq; ab agresti,& ferino illo? mihi quidem idem modus uidetur,quoddamq; unum,ac simile inuẽtum. Hic quidem quorũcunq;

Certatores, et popinarii quid semper excogitant.

Principia medicinæ.

Quomodo uiuũt barbari.

Sorbitionum, et potionum inuentio.

Quid obseruandum medicis.

Cibus sanorũ languentibus obest.

Duorum horum nutricatuũ differentia.

Medicina in Chirurgian Pharmaceuticam, et Diætitecen.

irrumpentium, intrantiumue natura humana ualens etiam, & sana potiri, & superior esse propter earum rerum feritatem, & agrestem naturam, & intemperantiā, non poterat. Alter uero, quoruncūq; dispositio mala, in quā quisq; inciderat, & erat, potiri, & superior esse non poterat, hæc inuenit auferre, subtrahere, īminuere. quid me hercules ab illo differt? nisi hac una re, quod illud maius fuit genere, specieue, ac uarietate, maiorisq; eguit negotiationis, principiū enim fuit, quod prius fuit. si quis autem sanorū, & languentiū cibum conferat, deprehendet nocentiorem esse cibum ferarum, & cæterorum brutorum sanis, quā languentibus sanorum. nam si quis non nimis graui morbo laborans, nec contra nimis leui, comedat, quæ sani, cum comedunt, iuuantur, panem, carnem, cæteraq; similia non multa, non magnopere læditur, siq; quis sanus, mediocriter robustus, comedat, quæ si bos, & equus comedat, iuuatur, heruon, hordeum, cæteraq; quæ illi comedunt non multa, magis uexabitur, etsi sanus sit, quam langués, si quæ sanorum sunt, comedat. Hæc omnia demonstrāt hanc artem medicam, hac uia cum inquireret, hæc inuenire potuisse, quæ si simplicia fuissent, quemadmodum censetur, & narratur, uti quæcūq; ualida, robustaue essent, nocerent, quæ autem contra, non ualida, nutrirent affectum, & iuuarent, leue & facile negotium fuisset. Non multum enim de eo, quod ualidum esset, uti ad tutum, securū, nō ualidumq; redigeretur, auferendū fuisset. Præterea nō minor est error, nec minus hominem lædit, si quis det, propinetue minus, tardiusue, quā satis est, & expediat. Pars enim famis, & inediæ plurimū in hominis natura potest, & ualenté facere, & infirmū, ac perimere. multa etiam alia mala illis non similia ex plenitate proficiscūtur, quæ nō minus etiam grauia, & periculosa sunt. Præterea uaria multo magis est, ac maioris diligentiæ eget hæc res, mēsuræ enim cuiusdam modū animo considerare oportet, mensurā dico, nō quæ pondere, numeroq; ullo cōstet, quā si quis respiciat, quod expediat & exactū sit, possit cognoscere, nihil enim aliud inuenires, quā corporis sensum. Quāobré difficile est, tam exacte rem nouisse, uti parū utrinq; erret quis, tametsi hunc ego medicū ualde laudo, qui paululū quid in his rebus aberret, peccetue. quod autem exactum & uero proximum est, raro admodum scire, & uidere est. Si quidem plurimi medicorum in his mihi similes esse uidentur malis nauium rectoribus, nam cum illi in tranquillitate regendo peccant, errantue, eorum error non patet, cum autem eos magnus uentus, & aduersa tempestas deprehendit, liquido iam & aperte cūctis hominibus, qui in ea sunt, patet per eorum ignorationé, & erroré, peccatumue, nauem, nisi succurratur, perditū iri. sic & mali, & plurimi medici, cum homines, qui nihil graue, & periculosum habét, curant, si quis in his maxime peccet, erretue, nihil admodum graue, & periculosum admittat, nā multo plura, & sæpius leuiuscula mala hominibus fiūt, quā grauia, & periculosa, in quibus si peccent, errentue rudibus, & ignaris non

Ciborum comparatio.

Quis erret in ægrotis.

Medicos nauium rectoribus comparat.

ris non patet. Cum autẽ magnũ,uehementẽ,fallacemq; morbũ nanciſcũtur, tunc eorum error, & peccatum, Arſq; cunctis patet, quamprimum enim cum languentium pœna, exitioue comparet. quod autem non opportuna uacuitate, non minora mala hominibus fiant, quam plenitate, ſani probe demonſtrant, quoſdam enim ſemel in die comedere iuuat, quod quia confert,ſibi ſtatuerunt,quoſdã prandere,propter eandẽ cauſam,neceſſitatemue. ſic enim his confert,& non illis.Quidam uero propter uoluptatẽ,illis imperantem hoc ſtudent. quidã alterutrũ, & utrunq;.plurimis hominũ ſiquidem nihil facit,& differt,utrũ nam horũ ſequantur,& ſtudeant,uel ſemel comedere,uel prandere,cœnareq;,hacq; conſuetudine uti.Sunt præterea nõnulli,qui nunquã poſſent,quin præter eorũ utilitatem eſſet,ab eo, quod adſueuerunt, diſcedere.Quamobrem horum alteris confert cibum alternis diebus capere, nec temere permutare, alioquin male adficerentnr,nam ſi hi prandent, non confert, confeſtim hi quidem graues, languidi,torpidi, tardiue corpore,& mente,ſenſuue efficiuntur,oſcitãtq;,ſternutant,ſitiuntq;,ſi uero ſupercœnẽt, inflantur, torquentur,uenterq; erumpit, quod pleriſq; magni morbi principium extitit,& hoc,cibaria, quæ ſemel aſſumere conſueuerunt,ſi bis ingererent, nihilq; plus, ſimiliter etiam ſi prandere quis conſueuit, ſicq; illi conferat,non prandeat,cum primum hora tranſit,cõfeſtim uehemens debilitas, tremor, animi defectus,os amareſcit,lutei inſuper oculi fiunt, lotiũ craſſum, calidum,feruensue demittit, lancinantur inteſtina,ſuſpenduntur ue,calligant oculi,percitur ira,difficulter ſpirat,lãguidus efficitur,omniaq; hæc propterea patitur.Cum autem cœnæ accingitur, quæ prius prandio aſſumebat,conſumere, comedereue non poteſt, eaq; cum deſcendunt, torquent, ſtrepunt, crepitantue, uentriculumq; claudunt. Hiq; difficilius cubant, dormiuntue, ſomniaq; tumultuoſa, & perturbata uident,quod pleriſq; morbi principium extitit. quod cur fiat, conſiderato, quod quidem illi, qui ſemel comedere cõſueuit, fieri puto,quod legitimũ tempus non expectauit,dum uentriculus pridianum cibũ penitus diſſoluiſſet,ſuperaſſet,miteſceret, demiſiſſet, quieſceretq;,ſed feruenti adhuc,gliſcentiq; recentia,& noua ſuperintulit. nam hi uentriculi tardius multo digerunt,maioriſq; ceſſationis,& requietorii egent, qui uero prandere conſueuit, quod profecto, quamprimum corpus cibi eguit, prioraq; cõſumpſerat,non habuit,quod cõſumeret,aut frueretur,nec ſtatim ad eũ nouus cibus adceſſit, nam præ fame tabeſcit, quæcunq; enim hunc hominẽ pati dico, fami dedo.Cæteroſq; omnes qui biduo, uel triduo cibo abſtinent, paſſuros eadem dico,quæ de nõ prandentibus dixi,haſq; naturas,quæ celeriter,& uehæmẽter errore,peccatoue aliquo,diſſoluẽtur, cæteris infirmiores,debilioresue eſſe, nã ꝓximus eſt imbecillitate. non potens, non ualiduſue,morboq; morboſus, magiſq; inualidus redditur, cum præter tẽpus laborat.Quod cũ ſit hæc exacta diligentia,obſeruatioue in arte diffici-

Quando error patet.

Sumendi cibi uarietas.

Cum hora cibi præterit, quid fiat,uideto.

Cur uarie hi afficiantur.

Qui diu cibo abſtinent,quid patiantur.

Cur non semper in arte medica attingitur ueritas.

lis, semper exactissimũ, uerissimũq; consequi nancisciue, nõ facile est. Multæ enim res, speciesue sunt in arte medica ad quas exacta diligentia, peritia, & obseruatio usquequaq; nõ potest penetrare, de quibus dicetur. profecto non puto, censeoue, propterea medicam artem, tanquam per exordia non sit bene tractata, quæsitaue, seu inuestigata, refellendam abiiciendamue esse, si non in omnibus, quod exactum, diligens & uerũ est, habeat, sed multomagis propterea amplexandam, quia proxime ad uerũ, exactumue, & diligens accedit, simulq; cogitatione, mente, sensuue, siue prudentia, eo peruenire potuerit, in tanta rerũ & obscuritate, & ignoratione, magisq; mirari debemus, quæq; in ea inuenta sunt, tanquam recte, periteq; inuenta laudare, nec casu, fortunaue reperta putare. Ad eos autem, qui nouo quodam modo ex materia, argumentoue, seu hypothesi, suppositioneue, & supposito aliquo hanc artem quæritant, & constare uolunt, sermonem redire uolo. Nam si calidum est, uel frigidum, uel siccum, uel humidum, quod hominẽ lædit, uexat, molestatue, qui rite curet, calidum frigido tollat, calido frigidũ, siccum humido. Homo mihi detur non ualidæ naturæ, sed infirmioris, qui triticum comedat, quemadmodum ex area tollitur, crudum, non elaboratum, carnemq; crudam, aquam potet, quo cibo si diutius utetur, certo scio plurima, & grauia patietur. Pluribus enim langoribus, & morbis uexabitur, corpusq; non ualidũ erit, uentriculusq; perdetur, corrũpeturue, diuq; uiuere non poterit. Quod nam huic homini sic habenti adiumentum parabitur? calidum ne, uel frigidum, uel siccum, uel humidum? Simplex enim, & unum est, quodcũq; horum. nam si quod lædit, horum quid est, suo contrario discutiatur oportet, quemadmodum eorum sermo, ratioue habet. Certissimum ergo firmissimumue, & apertissimum, cibaria, quibus hactenus usus est, subtrahere, triticiq; loco panem dare, coctam carnem pro cruda, super his uinum potare. Hæc si mutentur, sanescet, nisi penitus præ longo hoc nutricatu perditus, & corruptus sit. quid nam dicemus huic profuisse, calida ne, si frigore laborabat, an contra? Puto me plurimũ ambiguitatis illi quẽ interrogauero præbiturũ. nam qui panem triticeũ confecit, calidũ, uel frigidũ, uel siccum, uel humidum subduxit, & abstulit. quod enim & igni, & aquæ datur, & tribuitur, plurimisque aliis permistum, & peractum est, quorum singula suam facultatem, & naturam habent, quæ cõmista, quædam earum rerum, quæ in his naturaliter insunt, perdunt, & amittunt, superanturq;, cum aliis miscentur. Nam & hoc profecto scio, panem purum, uel non excussum, uel multa aqua subactũ, uel pauca, plurimum in hominis corpore differre, coctumq; ualde, subcrudumue. Multaq; præterea alia, similiterq; de pulte, Mazaue, dicendũ est, cum maxime singulorũ facultates, uiresq; sint, nihilq; altera, alteri similis sit. Quisquis igitur hæc non prospexit, nõ uideo, quo pacto hic quicquam affectuũ, passionum, & morborũ in homine possit uidere, cognosceue,

Suppositum hominis, materiaue.

Hoc cõsiderato.

Potissimum auxilium.

Panis differentia.

Maza.

Quæ prospicienda medico.

reue,

teue. Singulis enim horũ homines adficiuntur, & cõmutantur, alteranturue, hoc,uel illo modo.his rebus tota uita ſana,uel ægra ducitur,& degitur,uel ex morbis conualeſcit,quãobrem nihil his neceſſe magis,aut utilius eſt nouiſſe. Propterea, qui hæc perquiſiuerunt,diu hoc merito, neceſſarioq; mihi cogitaſſe uidentur, quam optime hæc uti haberent,& quadrarent ad hominis naturam,quam reſpeƈtarunt,qui primum hæc inuenerunt. Hancq; artẽ dignam eſſe cenſuerunt, quã Deo, quẽadmodũ putatur,acceptum ferrent,nec ſiccũ, uel humidum,calidumue,uel frigidum, uel horum aliud quid, uel ſimile his quicquam lædere putauerunt, nec horum aliquo hominem egere. ſed quod ualidum uehemenſue in uno quoq; ineſſet, quodque naturam humanam ſuperaret,lædere cenſuerunt,hocq; ſubtrahere ſtuduerunt.Nã in re dulci,quod dulciſſimun eſt,ualentiſſimum eſt,quod amariſſimum,in amara, quod acerrimum, in acri,ſingularumq; rerũ quod uigeret, floreretue,ſiue ſummum, & præcipuum eſſet,quæ uiderunt in homine ineſſe,& eum lædere, nam in homine ineſt amarum, ſalſum, dulce, acre, aſperum, acerbum,lene, multaq; præterea,quæ pro copia,robore,ac uigore,diuerſas uires haberẽt,quæ miſta inter ſeſe, unaq; confuſa non patent, nec hominem lædunt. Cum uero quid horum ſeparatur, ſecerniturue, ſuam naturam repetit, tũc patet,hominemq; lædit. Horum autem ciborum, qui nobis commodi non ſunt, ſi ingerantur, lædũt, quorũ unũquodq; ſolũ cũ eſt,ſalſum eſt,uel amarũ,uel acre,uel quid tale eſt,& ualidum,& uehemens.propterea ab his perturbamur, & agitamur, quemadmodũ, & his,quæ ex corpore ſeparantur,excernunturue.nam quæcũq; homo comedit,potatq;,quẽadmodũ eſt, panis,puls, mazaue,cæteraq;, hos ſapores permiſtos habent,ſed non ſentiuntur, præter quæ ad uoluptatẽ, ſatietatemue parantur, & condiuntur. quæ etſi plurimum ingerantur, nulla perturbatio & excreatio eorum, quæ plurimum in corpore poſſunt fit.nam robur,incrementum, nutrimentumq; inde fit maximum,nulla alia de cauſa, niſi quod optime miſta ſunt, nihilq; ſolum habent, ſed totũ unum faƈtũ eſt ſimplex,& ualidũ. Dubito ego quidẽ ambigoue, quo paƈto,qui hæc dicũt, artemq; ab hac uia,ad materiã,hypotheſinue deducunt, homines curabunt, quemadmodũ proponitᷣ,ſupponiturue.nihil enim his exploratũ eſt,& inuentum, quẽadmodũ reor,hoc ſuapte natura calidũ eſſe, frigidũ illud,uel ſiccũ hoc,humidũ illud,uel alia re cõmunicare, participsue eſſe.Quare puto,cenſeoue illos eadem cibaria, poculaq; habuiſſe, quibus nunc utimur omnes. Calidum autẽ hoc, illud frigidum, ſiccum aliud, humidũ illud eſſe dicunt, adduntue, quoniam cũ medicus quidã languenti neſcio quid calidũ iuſiſſet afferri, cũq; ſtatim peteretur, quid illud eſſet,niſi ad aliquod horum confugiſſet, nugari, delirareue uiſus eſſet.Si uero, quod calidum eſt, caſu acerbum,uel lene,molle,hudumue ſit, & non uehemens, calida enim multa ſunt, quæ diuerſas inter ſe uires habent, cogitandum eſt, ſiquid horum opus

Quid ſpectarint primi artis inuentores.

Quæ ualentiſſima.

Qui humores ſuccique et ſapores ſint in homine.

Quæ perturbẽt.

Qualis panis. puls. Mazaue.

Calidum hoc,uel contra ne ſit,certum non eſt.

Quare hoc calidum, illud cõtra putatur.

ſit dare, & afferre, quod calidum & acerbum ſit, ſtringensue, leneue, & quod molliat, frigidumue ſimiliter, nam frigida præſtant etiam eadem. ſed hoc, uti ego quidem ſentio, contra cadit, nam non ſolum in homine, ſed in corio, ligno, cæteriſq; pleriſq; aliis, quæ minus quam homo ſentiunt, uſu uenit. non enim calidum eſt, quod magnā caloris uim habet, ſed quod acerbū eſt, lene, cæteraq; habet, quæ diximus, quæ & in ipſo homine inſunt, & extra. quæ comeſa, potataq; cum ſunt, ſiue foris delinita, emplaſtrataue, hoc præſtare uidētur. quæ caliditatē, frigiditatemue propter ſuas uires, in corpore ſi ſuſcitent, parum poſſe propterea puto, donec enim calidū, frigidumq; permiſta ſunt, non moleſtant, nam miſtio modū quendam, & temperamentū eſt calido, & frigido inter ſeſe. cū uero ſeparantur, lædunt, cū enim frigidum penetrat, ſtatim uexat, quamprimū enim calidum, quod ineſt, illi occurrit, corporis ad ſuppetias, nullo alio apparatu egens, nec auxilio, quod & in ſanis, & non ſanis operatur. Quod ſiquis ſanus hyeme corpus refrigeret, lotus aqua frigida, uel alio modo, quo plus faciet, niſi corpus penitus rigeat, cū ueſtimenta ſumet, ſeſeq; ſub tectū recipiet, multo magis calefiet. quod ſi uelit magis calefieri, calido balneo, uel multo igne utatur, deinde ueſtimenta ſumat, illicq; uerſet, ubi frigus antea conceperat, multo magis refrigerabit, & horrebit, rigebitue. ſiue quis ſtratus, & enectus æſtu ſeſe uelit hoc pacto refrigerare, decuplo magis æſtuabit. quæ multo plus his, qui per niues & gelu ambulant, eueniunt, cū ualde manus, pedes, & caput frigeſcunt, cū ad noctē pānis inuoluunt, locoq; calido conſiſtant, calore, æſtu, dolore, pruritu q; uexantur. quibuſdā etiā bullæ, puſtulæue, tanquam ignis uſtulauerit, excitātur, quod non ante patiuntur, quā calefiant, præſto adeo utrūq; horū in alterutrā partē adeſt. Sunt & alia multa, quæ de hac re, poſſem dicere, ſed quæ ad languētes pertinere uidentur, hæc ſunt. nō omnes, qui riguerūt febre grauiſſima, acutiſſimaue, percalefiunt, quæ ſi aduentet, non uehementer, ſed ſedatius prorūpit, quin etiā plerūq; non nocua eſt, quam diutiuſq; ſi duret, in pedes fere ſemper deſinit, præſertim illi, qui plurimum riguit, contraq; nonnulli, cum ſudauerint, febriſq; ſedata ſit, multo magis frigeſcūt, quam per exordia frixerint. Cui uero tam contraria maxime fiunt, & tam ſubito, quæ per ſeſe uires auferunt, quid nam poſthac magnū, aut graue ſuperueniat, cuiusue, in hac re, auxilii egeat, quis fortaſſe quid dicat, ſed qui febre ardenti, pulmoniſue uitiis, morboue alio graui corripiunt, calore non tam cito liberant, nec hoc loco calidū, calorue poſt frigidū, friguſue aduētat. quod puto maximū argumentū eſſe, homines ꝓpter calorē, calidūue febre nō corripi. nec hoc eſt cauſa, cur male habeāt, ſed quod calidū amarū eſt, acre, ſalſum, cæteraq; multa, cōtraq; frigus, frigidūue, cū aliis uiribus. Quæ autē lædunt, hæc ſunt, cōparet autē & calor, calidumue, quod plurimū roboris habet, utpote princeps adhortās, incitās, augens una cū illo, nullā tamen maiorē uim adiungit, quā expediat, & adſit.

Contraria commiſta non lædūt.

Quī calor, et frigus concipiatur.

Quid per niues geluq; euntibus eueniat.

Non omnes qui rigent, febre caleſcunt.

Quorum morborum calor non ſtatim ceſſat.

Hæc autē

hæc autem sic habent. de signis uero, notisue, primum quidem notissima, manifestissimaue sunt, quorum iampridem & sæpius omnes periti sumus, & reddimur, quod est, siquis nostrū raucescat, grauescat, de naribusq; stillet, quod acrius sit, & uehementius, quam consueuit antea, singulis diebus naresq; turgescant, ignescantq;, quibus si manus admoueas, diutiusq; teras, trastesue, exulcerātur, cum non carnosus, & durus nasus sit & eius locus. Sedatur autem ferme hic narium fluor, æstusue, non cum destillat & inflammatus est, sed cū crassior est, concoctus, magisq; mistus priori, tunc iam fluctio, æstusue cessat. Quibus autem frigore hoc euenit, signa patent, solum frigus esse, nec aliud signū accedit, quam frigoris, cuius liberatio est, si calefiat, quo statim hæc facessunt, absceduntue, nullaq; alia discussione, digestioneue eget. cætera auté omnia, quæ humorum acrimonia, & intemperātia fiunt, similiter fieri censeo, quæ cum discernuntur & concoquuntur, discutiuntur. quæ præterea distillationū, rheumatonue oculos petunt, quæ uehementes, & acres sint, palpebras exhulcerant, absumuntq;, nōnullorumq; genas, & quæ sub oculis sunt, deuorant, lancinantue, quocunq; defluant, lacerantq;, & dehiscere faciunt, ac rodunt tuniculam, quæ circa pupilam, aciemue est. dolores etiam, æstusq; caumataue tantisper inuadunt, occupantue, quoad destillatio, rheumaue digeratur, crassescatq; magis, sordescatq;. Quod fit, cum hæc inter sese, concoquūtur, miscentur, temperanturq;, quod si in fauces penetret, raucedo, singultus, anginæ, sacri ignes, erysipelataue, spirandi difficultas, suspiriaue, pulmonis uitia, plurimaq; alia suscitantur. Hæc omnia primū, salsum nescio quid, hudum, acre, amarūq; emittunt, tuncq; magis uitia malaue confirmant, roboranturue. cum uero crassescunt, mitescūtq; magis, omniq; acrimonia liberantur, tunc etiam febres, cæteraq; quæ homines uexant, mitescūt, nam ea singulorū horum malorū esse causam putare oportet, quæ cum adsunt, & uigent, crescūt ea, necessarioq; intēduntur, sinauté in aliud temperamentū trāseant, mutēturue, cessant. cū uero sincera, puraue caliditate, frigiditateue fit, nec aliud participet, facile sedat. cū autem, ex calido in frigidū transit, mutaturue, uel contra, quomodo mihi dictū est, trāsit, mutaturue; præterea cætera mala omnia, quæ hominem male habēt, humorum, complexionumue uiribus gignunt, quod fit, cū amaritudo quædā diffunditur, quod flauam bilem nominamus, tunc lassitudo, molestiæ, æstus, caumaue, debilitas, impotentiaue, detinent, occupantue, quibus liberantur, cū purgantur quandoq; sua sponte, uel medicamēto, cū quid horū opportune fit, laboribusq; caliditatis aperte liberant. Quoad uero hæc subleuata, & superiora fuerint, nullo modo laboribus, febribusue liberantur, quibus autem acrimoniæ uirulentæ, acuitates rabidæ, quæ lancinent, mordicentue uiscera & intestina, pectoris langor, animi deliquium, aporiaue prosistūt, prosiduntue, non ante sedantur, quā purgent, sternantur, cæterisue misceantur, quæ digeri, extenuari, crassescere, mutariq;

Distillationum signa.

Distillatio oculorum.

Caumata Rheuma

Erysipelata

Causa horum malorum.

Humores male habent homines.

Aporia.

Chymos

Calor et frigus non putrescit.

Quæ in homine mistio bona. Quando bene degitur.

Quid oporteat medicos scire.

Quid sit homo, et quomodo gignatur, sciat Medicus.

Caseus esu malus.

Temeton bonum non est. Quæ uini mala.

Caseus malus est.

in speciem humorum, chymonue, multis & uariis speciebus, rebusue possunt. quapropter, & decretoria, iudicationesue, & numeri temporum in his plurimum possunt. quamobrem minime dicendum est, horum omnium calorem, calidumue, uel frigus, frigidumue causam esse, uti patiant̃, quæ non putrescũt, crassescuntue. quid autem dicemus nisi horũ temperaturã, mistionemue, cum inter sese pares uiribus non sunt. Nihil enim calorẽ, calidumue sedat aliud quã frigus, frigidumue, si misceat̃, & cõtra si frigori, frigidoue, calor, calidumue admoueatur. cætera autem omnia in homine, quo pluribus miscentur eo mitiora, & meliora sunt. tunc autẽ optime homines habent, & degunt cũ digerunt, & quiescunt, nullamq; potiorẽ, peculiaremue uim præseferunt, demonstrantue. de his quidẽ cumulate dixisse uideor. Præterea medici quidã, & sophistæ dicunt, fieri non posse, quod quisquã recte medicinã sciat, nisi noscat, quid sit homo, quoue primũ modo factus, & compositus sit. Quæ quidem & sophistæ & medici de hominis natura dicũt, uel scribũt, ea minus arti medicæ conferre, conuenireue puto, quã picturæ, graphicæue. Censeo nanq; nusquã aliunde recte de hominis natura cognosci, sciriue posse, quam ex medica arte, quod facile cognoscetur, cum quis rite totam medicinam comprehenderit, quam hactenus plurimi mihi sciuisse uidentur, sed hoc uere dico, quid homo sit, quasue ob causas gignat̃, plurimaq; alia probe, diligẽterue necesse est scire. Quamobrẽ mihi quidem necessariũ uidetur, uti, qui se medicum profiteatur, quidq; boni se facturũ putet, hominis naturam, rerumq; omnium optime sciat, hocq; maxime studeat, quid, quæ comeduntur & potantur, cõmune cũ homine habeant, quidq; ex horũ unoquoq; cuiq; possit euenire, nec hoc simplici quodã modo, quemadmodũ est hoc. Caseum edisse pessimũ est, laborẽ enim doloremue his ingenerat, qui se illo complerint, sed quẽnam laborem, doloremue, siue malũ, quãq; ob causam cuiq; hominũ eum edisse non expediat. nam pleraq; sunt suapte natura esu, & potu mala, quæ non æquo modo homines omnes afficiunt. quare sic differtabo, Vinũ, temetumue meracius, multũq; si potet̃, hominẽ debilitat. quod omnes cũ uident, hanc esse uini naturã, & uim fatẽtur, causamq; huius rei uinum ipsum esse, uinumq; sonticũ esse, quibusq; rebus, ex his, quæ in homine insunt, hoc maximæ possit, uidemus, scimusue. hocq; modo uere de cæteris differam. Caseus enim quoniã hoc exemplo usi sumus, non omnes homines lædit, sed sunt, qui eo repleti nihil læduntur, quinimmo mirandũ in modum, macilentis conferre traditur. sunt & qui difficilius eum concoquunt. quorum naturæ hactenus differunt quod in hominis corpore, quid infensum caseo inest, quod ab hoc cõmouetur his in quibus plurimus hic succus & humor inest, ac in corpore pollet, dominaturue, hosq; magis affici par est. Sinautem uniuersæ humanæ naturæ malus esset, omnes æque læderet, hæc autem si quisque sciret, nunquam mali quicquam pateretur.

Quædam autem in his qui ex morbis conualeſcunt, eueniunt. ſed plurimæ in longis morbis præuaricationes fiunt, nonnullæ ſua ſponte, caſuue, quædam ex his, quæ temere ingeruntur. plurimos nanq; medicos uidi, qui *Quid medico* tanquam rudes, cum in diem, quo languens quid innouaſſet, præuarica/ *proſpiciendū.* tuſue fuiſſet, incidiſſent, lauando ſeſe, uel deambulando, uel quid noui comedendo, alienumue, quæ omnia bona ne an mala eſſent, cum neſcirent, cauſam tamen omnem eo referebant, cum ueram cauſam ignorarent, quod uero maxime, fortaſſe contuliſſet, amouebant. quod non decet, conuenitue, ſed ſcire quid balneum nō opportune admotum faciat, quid defatigatio, nam non idem malum ab horum utroq; prouenit, nec plenitate, nec hoc, uel illo cibo. Quiſquis ergo hoc neſciet, quemadmodum ſingula ad hominem habeant, neſciet quæ ab his fiant, nec recte utetur, quin et hoc ſciat, mihi oportere uidetur, qui morbi, pathemataue, homini ex uiribus, fa/ *Pathemata.* cultatibuſue, ſiue potentiis rerum ueniāt, formiſq; ſiue figuris, ſchematonue. *Dynames.* Dico autem hoc, potentiam ſiue uim eſſe ſuccorum, humorumue, ſiue Chy/ *Schemata.* mon, ſaporūue ſummas uires nouiſſe. formas uero, figuraſue, ſiue ſchemata, *Chymi.* nomino, dicoue quæcunq; in homine inſunt. quædam enim caua ſunt, quæ/ *Formæ, ſchemataue quæ.* dam lata, & in anguſtum rediguntur. quædam expanſa, quædam ſolida, dura, rotunda, quædam lata, & pendentia, ſuſpenſaue, quædā protenta, diſtentaue, quædam longa, nonnulla denſa, quædam ſugentia, ſpongioſa quædā, & rara. horum quidem, quæ magis ad ſeſe ex reliquo corpore, trahere humorē, humiditatemue poſſint, uidendum eſt, caua ne & expanſa, ſolida & rotunda, caua & anguſta, puto quidem quæ ex cauo & lato, in anguſtum rediguntur. Hæc igit̃ ſcire oportet, diſcereue, ſiue obſeruare ex his, quæ extra ſunt, & pa/ *Patentia non* tent. nam qui ore patenti & aperto ſemper eſt, humoris nihil ad ſe trahit, ſi *ſorbent.* uero producat, & contrahat, comprimatq;, & ſtringat labia, magiſq; ſi fiſtulā admoueat, trahet quod uolet, quod & cucurbitulæ admotæ demonſtrant, *Cucurbitulæ for* quæ ex lato in anguſtum contrahuntur, proptereaq; & ad hoc ſic fabrefactæ, *ma cur talis.* & arte confectæ ſunt uti ex carne trahant humorē, uel quid aliud. Plurimaq; præterea talia ſunt, quæ trahunt, & euellunt. Natura autē & forma, figuraue, ſiue ſchema eorū, quæ in homine inſunt, hæc eſt & talis, caput, ueſica, fœmi *Caput, ueſica,* narumq; uulua, locelliue, quæ aperte præ cunctis trahunt, ſemperq; humoris *uulua.* plena ſunt. caua nanq; expanſa, capaciaq; cum ſint, humores defluentes maxime capiunt, & continent, non omnia tamen æquo modo trahunt ad ſeſe, & euellunt ſicuti dura, rotunda, nec quod defluit, ſuſcipiunt. delabitut enim, cum ſedem non habeat, in qua conſiſtat, maneatue. ſpongioſa autem, & rara, quemadmodum eſt lien, pulmo, mammæ, cum ſidentia ſint, maxime ſugunt, *Lien* & ebibunt, dureſcuntq;, creſcunt & augentur, cum præſertim humor acceſſit. *Pulmo* cauum enim locū, ſinumue, ſiue uentriculū extra ſe non habent, quo humorē *Mammæ* defluentē ſuſcipiāt, contineantq;. nā cauus locus eſt uentriculus, humoremq; *Venter qualis.*

Pulmo et Lien cur dure scant.

ſuſcipit, cotidie cogit,& emittit,ſed pulmo, lienq; cum penitus uacui,rari, paruiq; ſint,humorem aduenientem ſuſcipiunt, & ebibunt.cumq; prius rari, molles,& teneri eſſent,duri,denſique fiunt,nec digerunt, nec emittunt,quod ob formæ naturam illis euenit.quæcũq; autem inflant, moleſtant,corpus cũ intrarunt, in membris, latioribuſq; locis tumultuantur, quemadmodum eſt uentriculus, pectus,uenter. quod uero non adeo complebit, uti conſiſtat, mutatur, agitatur, & tumultuatur aperte.quæ autem carnoſa molliaq; ſunt, torporem,replementaq; in his gignunt, quæ quidem in iugulationibus fiũt, ſiue glandiis eueniũt.Cum autem in latiorem locum prorumpet, qui ſuapte natura adeo ualidus non ſit, uti uiolentiæ reſiſtat, nec rurſus adeo tener, & rarus uti ſuſcipiat, & cedat, nihil patitur,nec ſanguinolentum,& denſum, quemadmodum eſt Iecur, heparue, quod ſua denſitate, & latitudine reſiſtit,nec cedit.cum uero flatus,inflatio, phyſaue ſuſcipitur, augetur, & creſcit, ualidiorq; redditur, repercutitq; quod reſiſtit, quod ſine dolore laboreue eſſe non poteſt propter ſuſcipientis teneram naturam, & ſanguinolentiam.Quas ob cauſas, dolores uehementiſſimi, creberrimiq; in his locis gignuntur,ſuppurationeſq;, tuberationes, exceſſuſue plurimi, præcordiorum etiam dolor, ſed non tam uehemens propter præcordiorum ſitum latum,& reſiſtentem.Neruorum præterea natura ſolida,dura,& ualidior eſt, propterea doloribus obuia minus eſt, dolores tamen laboreſue, & in his creantur,tuberculaq; & exceſſus.plurimæ præterea,formarum,figurarumue, ſiue ſchematon ſpecies, ideaue ſunt in homine, & extra.quæ maximas,tam ſanis, quam non ſanis morborum differentias faciunt,quemadmodum eſt, caput puſillum, uel magnum, ceruices graciles,uel craſſæ, longæ, uel breues,uentriculi longi, uel rotundi, pectoris,laterum,coſtarumue latitudo,uel anguſtia,multaq; ſimilia.quæ omnia ſcire oportet,quatenus differãt,quæ cũ ſciueris,ſingulorum cauſas recte contemplaberis,& obſeruabis. De humorũ autẽ ſuccorumue,ſiue chymon uiribus,omniũ & ſingulorũ, quid in homine facere poſſint,cõſiderato. præterea conſiderãdum eſt,quemadmodũ antea dictũ eſt,quaſnã cognationes inter ſeſe habeant, quod autẽ dico,hoc eſt,ſit ne dulcis ſuccus,ſaporue per ſeſe,ſine alterius miſtione,mutetur ne in alium, quis nam potiſſimum ſit,amarus,an ſalſus,acerbus, an acer,potiorq; qui cæteris præponatur,uti detur.dulcem eſſe ducemus naturæ humanæ cõmodiſſimum,ſic enim ſiquis ab exterioribus obſeruet,& inquirat,poterit rem conſequi,quæq; meliora ſunt,eligere. nam ea meliora ſunt,quæ minimum ab cõmodiſſimis,& iucundiſſimis humanæ naturæ abſunt.

Ventriculus pectus, et uenter cur uexantur.

Iecur.
Physa quid agat.

Dolor unde.

Nerui cur non tam crebro dolitant.

Capitis et colli differentia.

Succorum, saporumue considera tio.

OFFICIO LIBER TERTIVS.

Ittera quidem, medici moderatio eſt proſtaſiaue, mandatumq́ꝫ, quo pacto medicum munus parari, tractari, & exerceri conueniat. medici quidem moderationem, proſtaſianue hanc eſſe ducimus, proſpicere, quatenus ſuapte natura poſſit, corpore ſano, ualidoue, colore optimo, habitioreq́ꝫ uti eſſe ſtudeat, ſiquidem uulgo cenſetur, qui male ſui corporis curam habeat, cæteros non bene curaturum. Præterea corporis mundicia, ueſtium non ſuſpectis ad omnia odoramentis utatur, quod languentibus gratiſſimum eſt. deinde prudenti, pudenti, & integro animo, moribuſq́ꝫ eſto. Non ſolum taceat, quæ tacenda ſunt, mores autem probi, & optimi ſint, ſed etiam quantum ad uitam pertinet, moderatam, beneq́ꝫ diſpoſitam habeat, quod plurimum ad authoritatem comparandam facit. mores autem probi, & optimi ſunto, quod omnibus, & colendum & amandum reddit. petulantia nanq́ꝫ & garrulitas deſpicitur, & ſi admodum uſui, utiliſue uideatur, & ſit. facultates autē, opeſue reſpectato, conſideratoue, quæ apud habentes raro æſtimantur, amanturue. Schemaſi uero, formiſue, ſiue figuris, geſtibuſue compoſitis languentes adito. prudentiam quidem uultus præſeferat lenem, mitemue, non aſperam, acerbā, amaramue. nam hoc non probi, ſed improbi, & audacis, hominesq́ꝫ peroſi, ſpernentiſq́ꝫ eſſe uidetur. qui autem in riſum ſolutus eſt, & nimis lætus eſt, moleſtus languentibus eſt. Quamobrem medium ſeruato, parq́ꝫ & æquabilis in omni conſuetudine eſto, nam languentibus paritate quadā, & iuſticia in multis ſuccurrendū eſt, nec parua eſt conciliatio, beniuolentiaue languentium erga medicos, ſiquidem totos ſeſe illis dedunt. Præterea medicus omnibus horis, fæminis, uirgunculis, rebuſq́ꝫ non parui momenti occurſat, quibus omnibus manus, oculoſq́ꝫ abſtinentes habeto, ſicq́ꝫ & corpus, & animū paratum, diſpoſitum habeto. mandata uero, præceptaue, quæ ad medicam artem pertinent, per quæ eius artifex dicendus eſt, hæc ſunt, uti cum diſcere medicamq́ꝫ artem exercere cœperit, ſtudeat, diſcat, ſciatue quæ ad munus medicum pertineant. Primum habitationis locum ægro cōmodum deligat, quo nullus malus uentus moleſtet, ſoliſq́ꝫ lumen, ſplendorue, per ortum non deferat. Lumen enim procul, & perpetuo tenore lucens, & his qui curant, neceſſarium eſt, & his, qui curantur, non moleſtum. Lucemq́ꝫ eam omnino ſectetur, quæ nihil oculis officiat, noceatue. lumen autem, uti ſectemur, mandatur, quod contra faciem, uiſumq́ꝫ non ſit, nam aciem oculorum debilitat, perturbatq́ꝫ, minima ſiquidem cauſa debilitatos oculos perturbat, lumine itaq́ꝫ ſic utatur. Sedilia poſtea æque alta habeto, ut qui in illis ſedeant, ſibi æqualiter conueniant, reſpondeantue, nihilq́ꝫ aeneum habeto præter inſtru-

Medicus qualis eſſe debeat.

Quo geſtu adeūdus eſt æger.

Qualis debeat eſſe medicus.

Quid primum obſeruet medicus.

Luminis ratio.

Luxum domesticum prohibet.

Linteola qualia in his conueniât.

Quæ instrumenta.

Quæ uulnera poscant.

menta ad rem medicam necessaria. siquidem hic luxus molestus,& ambitiosus mihi uidetur his apparatibus, uasibusue uti. puram autem, limpidam, bonam, potui commodam his qui curantur, aquam præbeto. linteis autem pannis,quibus tergantur,mundenturue,puris,mundis, mollibus utitor,causa autem oculorum ad oculosue, tenuibus, mollibus linteolis,spongiis autem ad uulnera, hæc enim per sese probe auxiliantur. cuncta autem instrumenta usui necessaria parata sunto, magnitudine, pondere, tenuitate,subtilitateue commoda. quæ uero porriguntur, cuncta uti conferant,operam dato,potissimum autem, quæ parti alicui laboranti admouentur, quæ sunt uincula, medicamenta,circaq; uulnera linteola,linamentaue, emplastra,linimentaue. hæc enim plurimum temporis in partibus, & locis affectis commorantur. siquidē post hæc, horū remotio, refrigeratio,perpurgatio, aquarū ablutio, parui cuiusdā temporis sunt. si quidq; præterea aliud plus, minusue alicubi peragendum sit,considerato. Hæc enim si fiant uel non fiant, cum usus est, magnam habent differentiam. colligatio quidem,deligatioue, peculiaris,& ꝓpria est medicæ artis, qua deligatus iuuatur. Hæc autē duo potissimū prosunt, quibus crebro utendum est,premere, stringereue, cum & ubi oportet laxiusq; superligare. quo autem ad anni tempora, quando supertegere,optimeq; conuoluere,& quando non oporteat,diligenter considerato, ne quauis horum obliuione lædatur,debiliteturue languens,uel quod affectū est,quod cum usus fuit,factum non est. superligationes autem, deligationesue pulcras,spectandasq; contemnito. molestum enim hoc est, & ostentatorium,iactabundumue, sæpiusq; curatum lædit,languens enim utilitatem non ornatum captat. manuum autem operæ,chirurgiæue est,quæ secanda,uel urenda sunt celeriter,uel tarde pro usus necessitate peragere, quæ æque laudantur. Nam horum utrorumq; usus est, quoniam in quibus opus est unica secatione,manuum opera celeriter peragatur,diuisio,separatioue, siue secatio prodest, siquidem quod sectos iuuat, uel molestat,perniciter, celeriterue tollitur. quare hæc ne differto,hoc enim pernici, celeriue secatione,ueniet. Cum autem plures incisiones fieri necesse est, tarda manuum opera utitor. celer enim in his continuum, & multum laborem, doloremue facit. Quod si aliquatenus intermittat, languentibus aliquam requiem dat, quod & de instrumentis dicatur,scalpris,gladiolisue latis,exacutis utitor. sed hoc nō in omnibus æque mandamus, quædam euim corporis partes sunt,quæ celerem sanguinis fluctionem faciunt, & habent,quod non facile comprimitur,compesciturue, quemadmodum sunt uarices, quædamq; aliæ uenæ, quæ non late secandæ, aperiendæue sunt, nunquam enim defluere cessarent. sanguinem tamen ex his mittere confert quandoq;, sed in locis non periculosis, & in quibus, sanguis tenuis non est,Scalpris latioribus utitor, sic enim latius defluet, & copiosius, minime autem aliter. turpe quidem est ualde, cum ex manuum

Deligatio.

Duo quæ his conducunt.

Secatio, ustioq;.

Celeritas et tarditas ubi adhibēda est.

Missio sanguinis ubi, et quando facienda.

manuum opera,chirurgiaue,quod quis uelit,non euenit. Cucurbitularũ uero modi duo ſunt utiles & in uſu, nam cum diſtillatio, rheumaue,procul a ſu/ periore carnis parte colligitur, circulus huius paruus ſit, nec uentrioſa,ſed oblonga ſit,manibus uti melius tractetur,nec grauis efficiat̃.talis enim ſi ſit, ſaniem ex carne ad ſuperiora recta melius trahet, maiore uero dolore,labo/ reue per carnem ſparſo. alterã ſimilem facito,circulum autem maiorẽ huic circũducito, ſic enim ex pluribus partibus,quod moleſtat,ad locum,quem oportet,eam adducere inuenies. nõ enim oportere putatur magnum cucur/ bitulæ circulum eſſe, cum ex pluribus locis humores caro non traxit. quæ ſi grauis ſit,de ſuperiore,ad inferiora detrudet, cum contra expediat,ſæpiuſq; morbos relinquit, ſiquidem cũ diſtillationes, rheumataue ſubter & procul a ſuperioribus locis colliguntur, & conſiſtunt,lati,magniue circuli multa de reliqua carne trahunt,& conuellũt,quod facit, uti humiditas illinc deducta ad collectam in loco inferiore ſaniem addatur, quæq; uexant,relinquantur, quæ uero nihil moleſtant,demantur,& auferãtur. Quænam cucurbitulæ ma gnitudo uſui ſit,de corporis parte,cui admouenda eſt,cõſiderato, coniectu/ ramue facito.cum uero locum pertuderis incideriſue, de parte inferiore ſan guinem trahito, & excipito. ſanguis enim pateat oportet in locis manu tra/ ctatis,alioquin circulum contractũ ne pertundito,caro nanq; laborantis tena cior eſt.Scalpris autem, gladioliſue recuruis,retortiſue in ſummo utitor,nec ualde anguſtis,nã ſanies quandoq; craſſa,& glutinoſa exit, quæ,ſi in anguſta pertuſione remaneat,ſubſiſtatue, periculum eſt. Quæ autẽ uenæ in brachiis ſunt,compreſſionibus captentur,nam caro quæ tegit uenas, in multis uenæ non bene quadrat,coaptaturue,cum enim caro fluxa ſit, per eam ſæpe utra/ runq; fallit inciſio,tecta ſiquidem uena ſufflatur, ſanguiniſq; defluxus impe/ ditur,plurimis autẽ & puris,ſanieiue. quapropter in hac re inſiſtito, ſiquidẽ hæc duo detrimenta talis manuum opera chirurgiaue defert,ſecto quidem dolorem,laboremue,ſecanti uero paruam gloriam, honoremue,ſed ſummũ dedecus,quod & in omnibus ſeruari, fieriue mandatur. quæ quidem in mu/ nere medico, neceſſaria ſunt inſtrumenta, quæq; eum ſcire oporteat, qui hanc artem didicerit, profiteaturq;, hæc ſunt. quilibet enim, dentium uol/ ſellis, odontagreſiue, & uuæ uolſellis, ſtaphylagreſiue ſcit uti, nam ea/ rum uſus ſimplex eſt, & facilis. De tuberculis autem, hulceribuſq; quæq; maiorum morborum ſunt, maius negotium eſt,tubercula ſiquidem poſſe di ſcutere,collectioneſq; eorum compeſcere,magis artificioſum eſt.conſequẽs autem eſt,hæc in patẽtem,& paruum locum deducere, tuberculiq; coactio/ nem, collectionemue planam, æqualemue reddere. nam ſi plana,æqualiaue non ſint, periculum eſt ne dehiſcant,hulcuſq; cum difficultate curetur,ſane/ turue.quare cuncta complanentur,coæquenturue,maturẽturq; nec ante per/ tundãtur,aperianturue,ſua nec ſponte dehiſcere ſinantur, quam matura ſint.

Cucurbitulæ modus.

Cum locus cucur bitulæ admotæ aperitur, quid agas.

Captatio uenarũ brachij.

Volſella ſiue Odondagra Staphylagraue.

Quatuor hulcerum uiæ.

quæ autem hoc faciant, in aliis dictum est. quatuor auté uias hulcera habere uidentur, quarũ una tendit alte, in profundumue, quæ fistulosa sunt, quæq; sub cicatrice putria, & intrinsecus caua sunt. secunda autem in altum, & superna tendit, quæ supercrescentem carnem emittunt. tertia uero late spargitur, quæ serpentia hulcera dicuntur. quarta sola naturaliter mouetur, & procedit. Hæ quidem sunt carnis calamitates, quibus omnibus ferme eadem conferunt, quorum quidem signa in aliis demonstrata sunt, quoue pacto curentur, quoue congestum conflatumue discutiatur, plenumq; uacuetur, cauum compleatur, quodq; in latum tendit, decore cõpescatur, deq; horum signis, notisue, & curatione, in aliis dictum est, de linimentis uero seu emplastris, cataplasmatisue sic habet. Linteorum quidem, quæ superponuntur, præcipuus & accuratus usus esto, qua morbo, & hulceri cõmodum erit, superponuntor. circa uulnus autem emplastro, cataplasmateue utitor, quod eius usus artificiosus est, quodq; plurimum prodest, quod circũponitur, nam quod circũponitur uulneri, hulceriue adiumento est. linteum autem seruato, quæ quidem extra uulnus, hulcusue sunt, cataplasma, seu emplastrum linimentumue adiuuat. hoꝶ autem usus talis esse debet, de temporibus auté, quibus hæc usui esse debent, facultatesq; uiresue, quemadmodũq; hæc quæ scripta sunt, discéda & exequéda sunt, nunc prætermittit̃, quoniam rei medicæ plurimã & longiorem procurationem exigũt, quæ plurimum artem excessit. Horum autem consequens est de uulnerum, quæ in militia, bellisue fiunt, manuum opera chyrurgiaue dicere, telorumq; spiculorumue extractione, quæ in urbiũ obsidione, expugnationeue cadunt. sed horum paruus est usus, nam raro longoq; tempore ciuiles, & hostiles expeditiones fiunt, sæpius hoc in publicis, seu generalibus expeditionibus euenit. Quamobrem qui manuum opera, chirurgiaue in his uolet uti, hos sequatur, cũq; his tanquam cõmilito degat, & militet, sic enim melius in hac re sese exercebit, hoc profecto uidetur esse circa hæc, aut de his artificiosius dixisse. signa uero telorum intus existentium, prompte, cumulateue cognoscere pars est artis maxima, circaq; hæc manuũ operæ, chirurgiæue, quod si inerit, nunquam saucius ignoratus præteribitur, cum non rite curatur. solus enim horum signorũ peritus his, quemadmodũ decuit, manus admouebit, de his autem omnibus, in aliis scriptum est.

Hulcerum uulnerumue mutila curatio.

Quæ prætermittat uideto.

Militariũ uulnerum curatio Telorũq; extractio uerbis nõ re.

Signa notæue inhærentium Telorum.

HIPPOCRATIS DE PROBITATE, HONESTATEVE, LIBER QVARTVS.

N On temere quidem, & ſine ratione imprudenterue hi fecerunt, qui ſapientiam, prudentiamue, ſiue peritiam quæ in hominum uita uerſatur, propoſuerunt, & dixerunt plurimum uſui eſſe. nam pleræq; ſuperuacaneæ uidentur eſſe, quemadmodũ, quæ nulla de re, quæ uſui ſit, diſputant, ratiocinanturue, harum tamen portiones aliquæ ad hæc, illaue ſumãtur, deducãturue, & reſpondeatur nullam illarum deſidem eſſe, nec malam. nam quod deſes eſt, & otioſum, agitq; nihil, ad malum tendit, trahiturq;. quod autem experrectum eſt & uigilans, mẽtem dirigit, trahitq; ad aliquid, quod uitæ uſui ſit & honeſtati. Diſputationes autem horum nulli ſunt uſui, meliores autẽ ſunt, iucundioresue, & honeſtiores, quæ ad aliquid utile tendunt, utputa artem, quæ ad probitatem, utilitatem, & authoritatem, gloriamue facit. nam artes omnes, quæ turpi lucro, & improbitate uacãt, probandæ ſunt, ſi quidẽ in illis uia quædam, & modus ineſt, qui ſemper probe operetur, ſed ſi ad innocentiam, probitatemue non tendant, populares, uileſue ſiue uulgares ſunt. Qui nanq; his a teneris multo ſudore operã dederunt, cum deinde adoleuerunt, durum his & aſperum uidetur ab illis diſcedere, quibus tandiu conſueuerunt, ac ſi lege aliqua urbibus interdicerentur, ſicq; lucro inerti dediti concionantur, decipiunt, uagãtur, ac in urbibus regnant, quos quiſq; ex ueſtibus, cæteriſq; ornamẽtis cognoſcat. Qui quo ſuperbius, & ſumptuoſius ueſtiunt, & ornantur, tanto magis, odioq; maiore his, qui eos inſpexerint, & penitus nouerint, auerſandi, fugiendiue ſunt, nihil enim, quod uſui mortalium ſit, cogitant, cum nihil doctrina, nec uſu habeant, quod his, ſiue hominibus in communi utile ſit, ſed tantum ex circulatione ambitioneue ſibi ea parare ſtudẽt, quæ magis ad probitatem, ſimplicitatem, & authoritatem, gloriamue, & exiſtimationem in re ſua & arte faciãt, quam ad utilitatem, & uſum cõmunem. hocq; tota mente & cogitatione nituntur, uti rerum copia, & lucrũ his accedat, hiq; ad omnes hominũ occurſus, & cõſuetudinem aſperi, acerbiue ſunt, reſpondereq; prompti, & parati, difficiles, & moroſi ſunt aduerſus altercantes & contradicentes. His uero, qui ſeſe ſimilitudine attingunt, commode & facili conſuetudine, ſeſe præbent, contra ſe autem inſurgentes nihil dicunt, ſed taciti diſcedunt. Contra uero tacentes iracundi, & uehementes ſunt, temporis cuiuſq; occaſioni ſeſe accommodant, copioſe, cumulateq; cibos, epulaſue capiũt, & ſuggerunt. Prompti uerbis, & expediti ſunt, quicquid demonſtratur, admonenturue eleuant, humanitate, facilitateue utuntur, ſeſe gratiæ, gratæue rei, & authoritati, gloriæue, & exiſtimationi accommodant, diſponuntue. ex his cõformati ad ueritatẽ, & ad id, quod demonſtrãt, lubrici ſunt. Horum autẽ omnium potiſſimum dux eſt, & princeps natura, nam ſi in his,

Diſciplina nulla probatur, niſi quæ ad uitam humanam facit.

Quæ artes probandæ.

Doxa Exiſtimatio

Dux natura in cunctis eſt.

qui in artibus uersantur,hoc inesset,prædictis omnibus abũdarent. non enim in sapientia,disciplinaue,siue doctrina,nec in arte aliqua docet,quod decet, & usui sit, quæ proponit & ostendit,quo pacto rerum initia capiãtur.natura autem perfluit & diffunditur, spargiturue. sapientia uero,disciplinaue,siue doctrina,quæ ab ipsa natura facta sunt,cognoscenda proponit.nã qui utrisq; his sermonibus,rationibusue superantur, nunquam utrisq; in rerum demonstratione utuntur. Cum horum quis igitur ueritatem eorum,quæ uerbis proponuntur,disquirat,nunquam quæ naturæ sunt,illis succurrant,nam hi uiam eandem tenere deprehendũtur,quam illi,Quapropter totam exuti maliciã, malignitatemue,turpitudinemq; dedecusue, siue atimian uestiunt.Pulcrum enim quid est & honestum,cũ ex re,quam quis didicit,oratio,ratioue manat, quicquid enim artificiose factum est, ex ratione manauit,nã quod artificiose dicitur,nec fit,uiæ,rationisue,arte uacantis indiciũ est. Putare autẽ,nec facere,signũ ignoratiõis,carẽtisq; arte,atechniasue, nã persuasio,siue opinio præsertim in re medica,causam sonticã his,qui fecerint,perniciẽ autẽ,exitiumue his, qui fuerint usi,portat.nã si uerbis freti rem sese scientia tenere putant,cũ ad opusaccedunt,quemadmodũ aurũ malum,adulterinumue per ignem cognoscitur,tales & hi sese patefaciũt,Quamobrem talis copia his, qui ad prudẽtiam,peritiamue huius artis tendunt, spernẽda est,nam rectũ iter cognitio demonstrat,tempus tamen harum rerum artẽ facilem reddit,causasq; patefacit his,qui recta uia procedunt, quamobrem singula hæc permutentur,misceanturue, sapientia, scientiaue,cum medicina, & medicina cum sapientia. Medicus enim uir sapiens est,philosophusue,Deo similis,parue,plurima tamen in aliis est differentia.nam in medicina, omnia quæ in sapientia, philosophiaue,insunt.pecuniarum contemptus,consuetudo proba.pudens rubor, contemptio uestiũ,demissioue humana,existimatio,discretio,crisisue,quies, lenitasue,mitis occursus,synceritas,prudentia,cognitio eorum,quæ bona,ac necessaria sunt ad uitam degendã,puræ nõ rei,& castæ auersatio,metus deorũ, religioue, præstantia Diuina. Contra uero, qui uere sapientes non sunt, quicquid habent,ad petulantiam habẽt,lucrũ,habẽdi non explebilem sitim, subtractionem, cupiditatem, impudentiam, demonstrandam,nam ipsa cognitio est eorum, qui sese adeunt,usus ad beneuolẽtiam,philianue, tanquam erga liberos & bona,talis est hæc cõmunis sapiẽtia. Quãplurimaq; præterea medicum habere certum est, siquidem deorum cognitio,cogitatioue, siue reputatio, metusue,in eius mẽte uersatur,implicaturue,nam in plerisq;,morbis,passionibusue,& casibus concidentiisue,siue symptomasi,medicina plurimum diis concedit,deosq;,colere reperitur. medici nanq; plurimũ diis concedunt,medicina enim multum posse sibi non arrogat,nec hoc in ea inest,nã multa medici aggrediuntur, & tractant,quæ bene succedunt; multa contra, quod a morbis superant̃,decipiũturue,quæ uero plerũq; præstat medicina, hinc patebit,

Quid ars.

Persuasio in his periculosa est.

Cognitio uera quid faciat.

Sapiẽtia qualis.

Medicus deos potissimũ colit.

hinc patebit,præbebitue.quædam enim eius uia & pars in ſapientia uerſatur hoc modo.nam omnes in medicis ineſſe,& eſſe debere fatentur hæc,corporum cognitionem,& eorum,quæ circa hæc eueniunt,transformationes,mutationes, quæ per totam artem eunt, quæ manuum tractatione, chirurgiaue iuuentur,quæ medicamentis,medicinisue, quæ uictus ratione,quodq; caput potiſſimum & ſumma eſt, horum omnium cognitionem cum ita habeant, medicus inſitam habeat dexteritatem, humanitatemue quandam oportet. Nam ſeueritatem,aſperitatem,ſiue auſteritatem, ſani & ægri pari modo auerſantur.Hoc etiam potiſſimum obſeruet,ne multas corporũ partes denudet, oſtentetue,ne cum rudibus garriat,niſi neceſſaria.nam hoc quoddam ad medicinam illicium eſſe putãt,ne quid præterea præter rem agito, nec ſponte, opinioneue,cũctaq; tibi parata ſint,cum uſui erit, curato,ſin minus, ſemper cum opus eſt, egebis. Hæcq; præ cunctis omni diligentia curato, perfricationem,perunctionem,perlutionem manuum tractatione,uti cõpoſite fiant. Quo autem ad uulnera,linamenta,penicilli,linteola,uincula,expilamenta,ſtatus,optime parato,conſyderatoq;,quæq; medicamenta ad uulnera,oculoſq; præcipuaſq; partes faciunt, ſint tibi præſto parata.præterea inſtrumenta,machinamenta,ferramentaq; & quæ deinceps uſui ſunt, nam horum caritas,indigentiaue non habet cum opus eſt,remedium, magnumq; detrimẽtum portat.Præterea tibi altera præter rem & propoſitum minor, diminutiorue ſit admonitio contra paſſim uagantes morbos, epidemiaſue, quæ per manus fiunt, & ad earum opera neceſſaria ſunt, præſto ſint,quæq; maioris roboris ſunt,& momenti,quæ per rationes,diſciplinasue parantur, nõ tamen poteſt medicus omnia percurrere,ſcireue, ſeu exequi.memoria tamẽ probe teneto, medicamẽta cuncta,uireſq; eorũ,ſimplices, & deſcriptæ,quæ quidẽ ad morbos,& eorũ curationẽ faciant, modiq; horũ moresue ſiue cõſuetudo,quoue pacto, quotoue in ſingulis habeant.Hoc enim principiũ,medium eſt,& ultimum ſiue finis in medicina,lenimẽtaq; ſiue malagmata per ſua genera,ad ſingulorum uſus,neceſſitatesue,præparato,poculaq; quæ ſcindere,ſecare, detergereue poſſint, quæ ex deſcriptione per ſua genera parantur.Quæq; ad potionem, purgationeſq; faciant ſingulorum locorum ſumpta,parata habeto, quemadmodũ expedit per ſua genera,& magnitudinẽ, uetuſtatemq; curata, parataue,quæq; recentia opus ſunt, ſuo tempore parato,cæteraq; eadem ratione,cumq; languentẽ adeas, omnia præparata habeto, ne cũ uſus fuerit,careas,egeasue,priuſq;, quã ingrediaris,languentemue adeas,quid agendum ſit cogitato.Nam plerunq; hæc negotia auxiliũ poſcunt,nõ cogitationes,& uerba,quid ergo futurũ ſit, & euenturũ per uſum,peritiãue præcogitato.pulchrũ autẽ eſt,& cognitu facile cũ ad ægrotũ intraris cõſyderare eius ſedẽ, habitũ, compoſitionem, ſtragulum,recreationẽ,breuiloquentiam,imperturbationẽ, ſtatũ,adſeſſionẽ,diligentiã,curã,& quæ reſpõdeat ad ea quæ illi dicuntur,ad

Medicinæ uiæ, parteſue.

Quid in medico præcipuum ueilt ineſſe.

Quæ potiſſimũ curet.

Inſtrumenta medico in promptu eſſe debent.

Quæ pocula cæteraq; præparanda.

Quid præcogitandum.

Quæ medicus preſtare debet.

obiectaue, quo nam pacto sibi constet quum afficitur molestia, & quo nam pacto tumultus patiatur, quomodoq; sit promptus ad ea quæ subministrantur. præterea primæ præparationis memento, si minus, reliqua sine errore prompte fient secundum præcepta. Crebro ingressu utitor, siue crebro ægrum peruisito, mentemque diligentius his, quæ fallere possunt, adhibeto, mutationibus occurrito, nam facilius feret simulq; quietior erit. quæ nanq; in humidis locis, membrisue gignuntur, stata non sunt, Quapropter facile, & suapte natura, & fortuna mutantur, quæ nisi suo tempore consyderentur, quodam impetu præcurrunt, & præueniunt, tolluntq; cū non est, quod succurrat, & opituletur. plurima nanq; cōcurrunt, quæ molestum quid & difficile faciant, nam quæ singulatim sequuntur, & ueniunt, facilius peritia tollit. Præterea languentiū errata consyderato, peccataue, per quæ siue propter quæ plurimi sæpe mentiuntur quo ad ea quæ sumenda sunt. Siquidem potiones, medelasq; auersantur, & oderunt, sicq; tolluntur & pereunt, quod factum non confitentur, sed medico causam impingunt. Quo præterea loco cubet æger consyderato, quædam enim anni tempore, quædam genere consyderāda sunt, morbiq; laboresue consyderentur, nam aliqui in locis altis cōtinendi sunt, nonnulli non altis, quidam in subterraneis, obscuris, & tenebricosis, sed strepitus, & odores fœdi, maliue maxime fugiantur, præsertim uini, qui cæteris peior est. Quāobrem hæc fugito, mutatoq;, sensimq; quiete, statariæq; hæc cum ministris peragito, plurimisq; pannis, stragulisue languenté tegito, obuoluitoue, cū hoc sic ages, lætoq; & hilari uultu cōfirmato. consolator, hortatorue siue bene sperare iubeto, sua ne cōmemorato, sed auertito, simul etiam quadā acerbitate increpato, simulq; contra dexteritate quadam consolator. Nihilq; illis præsentiū, aut futurorū dicito, demonstratoue, nam pleriq; propterea animum desponderunt, demiseruntue. Quisq; harum rerū peritus, gnarusue præsit, & adsistat qui mandata non aspere, amareue exequatur, utaturue, quodq; mandatur, subministret, quiq; malunt, quæ artis sunt, subtrahere, prodereue ab his separato, ne quidq; longo interuallo, te lateat, prouideto, nihilq; rudibus, ignarisue concesseris, mandauerisq; quod si feceris, malefacti uituperium ad te ueniet, nisi quid ambigue habeat, quod ratione riteue fiet, & procedet, quod cum factum erit, si ad genus referatur, tibi uituperium adimet. Quamobrem in his, quæ sic erunt, & fient, his prædicito, quibus curæ erit cognoscere, quæ cum ita sint, & habeant, quo ad bonam existimationem, probitatemq;, quæ in sapientia, medicina, cæterisq; artibus insunt, medicus partes, quas diximus, assumat, oportet. perficiat semper alterā, obseruet, custodiat, caueat, præbeat, permittat, faciat quæ præstantem, gloriosumq; apud omnes homines conseruabunt. quiq; hac uia procedent, celebres, magnæq; existimationis erunt & parentibus, & liberis, qui & si nō multū sciuisse putabunt, rebus tamē ipsis prudētes, sapiētesq; cēsebunt.

Medicus ægros crebro inuisere debet.

Culpa ægrotantium Medicis sæpe ascribi solet.

Habitationes languentium, pro uarietate morborū eligendæ sunt.

Quales ministri ægrotis dandi sint.

HIPPOCRATIS DE MENTE SENSVVE LIBER QVINTVS.

m Ens autem ſenſusue, defecati, puri, integriq; animi actus eſſe perno ſcitur, quæ ſi exerceatur, creſcit, ſi minus, marceſcit, debilitatur, minuiturq;. quæ ſuo tempore, probe ſi exerceatur, optimo cuiq;, & honori, & emolumento eſt. *Mens quid.*

HIPPOCRATIS DE PRAECEPTIS LIBER SEXTVS.

t Empus autem eſt, in quo temporis occaſio ineſt. temporiſq; occaſio, in qua tempus non multum, medicatio curatioue in tempore, eſt autem cũ & in temporis occaſione. Quare hæc prius cognoſcito, ſcitoue, non cogitatione, rationeue & per ſuaſione, perſuaſibili, uerisſimili ad curãdum, medicandumue deuenito, ſed trito uſu, peritiaue cũ ratione. Perſuaſio enim cogitatioue, memoria quædam, commemoratioue eſt, quæ ex rebus ſenſu cõ prehenſis conſtat, componiturue. Nam ſenſus imagine quadã clara, aperta ue ducitur, qui præfectus, præpatiẽsue cogitationi, mentiue quæ ſubſunt, nũtiat. quæ ſuſcipit, ſæpeq; quale, quantum, quibuſq; eueniat, cõſyderat, ſecum q; uolutans muſitat & commemorat. quam quidẽ cogitationem, perſuaſionemue, comprobarem, ſi quidem ex dubitatione, principium faciat, delationemq; ex patentibus eadem uia deducat. Nam ſi cogitatio, perſuaſioue ex rebus aperte factis principium ſumat, faciatue, deprehenditur, & inuenitur in ſenſus mentiſq; ui ineſſe, quæ ab aliis ſingula ſuſcipit. Quamobrem putandum eſt, naturam multis uariiſq; rebus moueri, cogenteq; ui ſuſcipi, miſceriue, mens autem, ſenſusue, quemadmodum ante dicebam, ab ea ſuſcipiens poſtea ad lucẽ, ueritatemue deducit, ſi uero non ex patẽti uia, & aditu, ſed ex uerisſimili, perſuaſibiliue, fictioneue rationis ſumat, ſæpe grauẽ, & moleſtã intulit diſpoſitionẽ. hi uero ſiue nõnulli uiã carentẽ exitu tenent, tentãtue. quid nã mali fuiſſet, ſi argumenta quibus nitũtur præ ſe ferrent, adducerentq;, qui medicinæ res & inſtrumenta male operantur, & utũtur, quin inſuper innoxiis miſeris, & ſine cauſa exiſtentibus languentium uitio dant, & eos reprehendũt, quibus nõ ſatis uis morbi uiſa eſt, niſi medici imperitia conueniret, & accederet etiã? de is quidẽ ſatis eſto, quæ dicta ſunt, ne unquã nanciſci detur ea, quæ uerbis ſolũ perficiũtur, ſed quæ demonſtratione operis, nã fallax eſt, & errabũda confirmatio, & aſſeueratio cũ garrulitate. Quapropter factis inhæreto, circaq; hæc plurimũ perſiſtito, qui facilẽ & nũquã erraturũ uſum, habitũue, quẽ medicinæ peritiã nominamus, paraturus, & habiturus ẽ. nã utilitatẽ maximã & lãguentibus & his, q hæc bene operãtur, dabit & cõparabit. nec etiã rudes pigeat ſciſcitari, ſi quid hoc cõferre, collaturũq; eſſe uideat ad medelã.

Temporis definitio.
Occaſionis definitio.
Perſuaſio quid.
Qua uia medico procedendum ſit.
Medicus rudes etiam ſiſcitari debet.

Quid potissimũ obseruandum.

& eius occasionem. Sic enim mihi uideor uniuersam arte ex cuiusq; rei, quæ eodem concurrunt,& conueniunt, & fine,& obseruatione demonstrasse.quapropter ea potissimum obseruato , quæ plerunq; eueniunt , placide,leuiter, quiete magis & utiliter, quã præceptione & reprehensione,defensioneue cũ actione.Non inutilis etiã est obseruatio , consyderatio, definitioq; earũ rerũ uariarum,quæ languentibus porriguntur, prosint ne solum.Quod non nimis asseuerandũ est.Nam omnes ferme morbi propter multas circunstantias,causasq; & mutationes diutius quandoq; permanent.Quod admonẽdum & consyderãdum est,sinautem a præmio,& mercede incipias,hoc quidem ad totã rem quid facit,languentiq; hanc iniicias opinionẽ, cogitationemue,si large, nihil reputans præbeat,sese non relinques,negliges,aliumue præpones,cum opus est.quod curandum non est. Nam non utile ducimus , curam hanc animo illius iniicere , præsertim si graui, celeri, & acuto morbo laboret.Celeritas enim morbi tempus ad regressum non præbet , nec probum medicum utilitatem quærere admonet , sed potius existimationi adhærere . Melius igitur est seruatos obiurgare , ac ingratitudinem obiicere , quam præturbare,præcutereue,cum perniciose,periculoseue habeant. Sunt tamen languentes nonnulli,qui uel amicitia,uel hospitio, uel aliqua alia re sibi nota , cæteris sese præponendos putent, secumq; mitius, amiciusue agendum,qui profecto si negligentia, pœna certe, punitioneue digni non sunt.Quamobrẽ his in turbationẽ, ac mutationem tendẽtibus probus medicus sese rite opponet, contraq; mandabit. Quis enim per Iouem , & mediusfidius medicus probus non sese potius fraterne amiceue siue familiariter fideliterq; cum languentibus gerit , quam accerbe, aspereue curat ? Quamobrem primo morbum discernant,cognoscantq;,nullamq; utilitatem medelæ,curationiue præponãt. Summa itaq; cura languentem curent,nullumq; despiciant, nullamq; utilitatem sine respectu , existimationeue doctrinæ medicæ artis quærant . mandoq; & præcipio ne inhumani sint,quinimmo si quando res poscat, gratuito curent, deq; multis bene mereantur,languentiumq; opes respectent, potiusq; bonam existimationem, quam opes captent. sin autem tempus & necessitas poscat,uti hospiti,externoue,pauperiq; succurras , his potissimũ succurrito. Nam si humanitas aderit,& artis amor comparebit. quidam enim languentes,multiue,cũ senserint se morbo non tuto correptos,medici probitate confisi restituũtur,languentibus autẽ sanitatis causa mandare & adsidere bene habet,curã etiam ualentiũ habere,ne in morbos incidant,probũ est. Nam probitatis,bonitatisue causa,& sanorũ cura suscipienda est. qui quidẽ in artis alto gurgite ignorationis sunt,penitusue artẽ ignorant , prædicta,præceptaue nõ sentiunt,auscultãtue.nã cum hi medici non sint, nõ redarguti superbiũt, casuq; & fortuna egentes quædã recte peragũt , quare fidentes in peius decidũt,desidiaq; quadã delicata,quæ sunt artis munia negligũt,quibus medicus probus,

Medicus lucrum sectari nõ debet.

Quisq; probus medicus fraterne curat.

Despiciat nullos medicus.

probus,bonusue,qui socius artis dicitur,uigeat.hic autem medelas sine mensura perficiens nihil horum transcendat. Non enim caret omni facultate,nec perfidus est, tanquam in iniuria, perfidiaue sit. Nam ad curationem hi accedunt, non spectata mala uenarum, arteriarumue dispositione, cæterorumq; medicorum congressum uitant, suaq; tantum probitatis odio quodam auxilia laudant, probantue, languentesq; uexati nutant in utraq; malignitate, cum sese per initia in finem usq; potiori, plenioriue arti, quæ auxiliaretur, non tradiderint. Morborum enim aliqua remissio, magnam languenti relaxationem præbet.Quapropter cum sanitatem optent, eundem usum semper non expectant, noluntue suscipere, similes cum sint Medici uarietati, modoue. Perfecto enim sensu languentes carent, maleq; cum agitentur, morosi, non gratiue sunt, cumq; ualitudinem abunde consequi possint, exhauriuntur, absumunturue,præmiisq;,cum sanescere cupiant, negotiationis, lucri,fœnorisue, uel agricolationis causa, non curantes de his capere, nihilue impensæ parcunt, sed de hac significatione satis esto. Nam remissio,intensioq;,languentis diligentiam,distributionéue medicam nanciscũtur,& possident. Nec turpe, præterue rem esset, si quis medicus angustaretur,ambigeretue in aliquo languente, uel non multo usu, peritiaue allucinaretur, censere medicos alios accersiri,uti communi consilio, collocutioneue disquirant,quæ ad eum languentem pertineãt, simulq; coadiuuent,auxilioq; abundent.Nã si malum persideat,protendaturq;, plurimũq; ambigat medicus, præsensq; malũ in peius declinet,tunc audendũ est,quidque præsentius tentandũ.Quod nunquã quid ars decernat,diffinirem,dicerémq; cõtendendũ, præscribendũ,periurgandũue esse, tamẽ hoc obsecrabo,cũue iureiurando dicã,ne unquã medici uerbis,præsentibus languentibus disceptent, nã hoc existimationẽ, authoritatẽq; eleuat,& imbecilliorem reddit,quod negotiãtium & in foro uersantiũ est.Nec falso illud excogitatũ est,& iactatur, in omni copia inopiã inesse.Præterea magnũ argumentũ est,cũ artis scientia, consistentiaue,cũ quis rite curat,languentes bene sperare iubet,ne ad sanitatẽ festinet, menteq;,& cogitatione perturbetur,& timeat. Quod utile non esse ducimus, sed si ea præmoneat,& præmãdet,nõ errabit. Nã lãguentes propter malã & dolorificã dispositionẽ desperãtes,uitã despondẽt, cũ morteue permutant. Qui uero manu languẽtem tractat,cum artis inuenta demonstrauerit,& fecerit,naturam cõseruet,nec mutet,alienetue,quod si fecerit,præsentem fructũ, utilitatemue reportabit,si minus subitam perfidiam,paruamue fidem, & existimationem.hominis enim bonus habitus,euexiaue, quædã natura est, quæ motum non alienum,magnumue parat, spirituiq; & refrigerationi & caliditati,humorum agitatione,& operatione accommodat, quæ undiq;, & in omni nutricatu permiscetur,nisi quis ab ipso ortu,& principio defectus insit,quod omni ratione reparandum est, simileque priori,quod inest,reddendum.nam

Quid malus medicus agat.

Languentis cupiditas.

Plures medici cur conuocandi.

Medici disceptare non debent coram languente.

Desperatio languentis tollẽda.

Euexia Natura quædam est.

Fricatio.

præter naturam eſt,quicquid tempore diminutum eſt.contritio autem, frica tioue, ſuperiorum, tectorum, præcellentiumue membrorum fugienda eſt, propter uehemētiam medelæ, ſuperuacaneuſq;, magnuſue odor.multa enim communicationem nullam poſſidet, & habet,ſed damnū malumue. modica uero,paruaue, probitatem.nam in portione,particulaue,labor,dolorue modicus ineſt,magnus in tota.ſed gratitudinem , gratiamue,non ſubtraho , demoue,digna enim eſt medicinæ præceptione.Per inſtrumenta autē additio, quodq; demonſtrationem ſignificet, ſimiliumq; rerum memoria ne abeſto. Si uero turbæ & uulgi tibi auditionem, & auram comparare uelles,ne ambitioſe nimis captato , nec poetica, & ficta oſtentatione , quod impatientiam & impotentiam laboris præ ſe fert. Laboris enim appetentiam, magno labore teſte partam , ſi in alios uſus uertatur , non probo , & auerſor . ſe ſolam enim expetit , & ſibi tantum grata eſt , nam hoc fucatum ſtudium eſt , ſumma oſtentatione , & ambitione comparatum . Quod ſiquis mature diſcat, cuncta facile cōparat, præſentia ſumma facilitate conficit, quæ non adſunt, memoria reuocat, malamq; ſortem uitat , quæ cunctis rebus aduerſatur , & colluctatur pernicie ſumma,nihil decoris ſtudioſa , diffinitionibuſq; terminisue, ſuperadmonitioneq;,ſummiſq; deorum obteſtationibus, iuramētiſue, cauſa medici mandantis,crebraq; morbi ignoratione,conſonātia,coboationeue turbæ, rudiumue loquacium , ſermones tranſlatos, uerbaue captando & imitando,morboq; perurenti per copiam comparato,& cōgregato.his quidem qualibet inſiſterem,qualibet præterquā in colecticia medicina,& curatione, peraudenterq; uehemētiam cauſarer,nam in his ſparſa prudentia,probam peritiam præſefert,his ergo, cum imprudentes,imperitiue ſint , tritum uſum neceſſarium ducerem , & utilem cum opinionum peritia poſterius parta. Quis enim opinionum , dogmatonue multiplicem diuiſionem uere ſcire poſſit , ſine manuum firmo, & perito uſu?quamobrem , his qui dicunt, mentem adhibendam eſſe, his uero , qui faciunt , occurrendum,officiendumue eſſe . & impedimento ſuaderem hoc , ne diutius cibum ſubtraherent,& ſi languentis appetentiam excitat , morbumq; retundat , quod ſi quis cæco mentem quemadmodum opus eſt,admoueat, quod magnus metus uitandus,obſeruanduſue eſt , ne multus aer ſubito & improuiſus ingruat, quod perturbat,quæ turba fugienda eſt.præterea flos, & uigor ætatis , cuncta gratioſiora , & meliora habet , deſinentia uero , decrepitaſue contra . linguæ uero non clara diſſertatio, hæſitantiaue, morbo, uel propter aures fit,quod priuſquā prima enuntiet, ſecunda & alia ſuperiniicit,uel antequā,quod mente uoluebat,dicat, mente alia uoluit,quod cum dicitur peritis artis, artemue amātibus, conſiderandum eſt,morbo nec ne fiat.cum parū ætatis inſit,quandoq; uiriū plurimum ſubeſt,cum morbus non perturbat,concitat,& mouetur , longitudinem ſignificat, decretorium, iudicatioue, ſiue criſis morbum ſoluit,

Cæci obſeruatio præſcitaue quædam.

Flos, et uigor ætatis multum facit.

Linguæ hæſitatio in languente, unde.

Criſis quid.

ſoluit,diſcutitue.parua cauſa medicamētis diſcutitur,diſſoluiturue, niſi quis locus præcipuus patiatur,quoniam communis paſſio,ſynpathiaue,quæ cum dolore eſt,moleſtat. quidam enim ex alterius communi paſſione, moleſtantur,& perturbantur. locutio moleſtat cum labore emiſſa,defectio præ labore fit,locus apricus ſalubris eſt. *Quæ uexent ægrum.*

HIPPOCRATIS IVSIVRANDVM LIBER SEPTIMVS.

PEr Apollinem medicū, Aeſculapiū,Hygeian, Panaceianq́ iuro,cæteroſq́ deos cūctos,deaſq́ teſtor,me hoc Iuſiurandum,conſcriptionemq́ pro uiribus,iudicioq́ meo cōſeruaturum,parentiſq́ loco habiturum eum, qui me hanc artem docuit, cum eoq́ uitam, & bona cōmunicaturum, & collaturum in cōmuni uſu quicquidq́ ei opus fuerit, impertiturum,liberoſq́ eius, æque ac meos fratres amaturum.ſiq́ hanc artem diſcere uoluerint,gratuito docturū,ſineq́ cōſcriptione, ſyngraphaue ulla, præceptioniſq́,admonitioniſue, & auditionis, cæteræq́ uniuerſæ diſciplinæ partē illis facturū, impertiturumue.præterea,meis filiis, ac illius, qui me docuit,diſcipuliſq́ cōſcriptis,& iureiurādo,medicaq́ lege conſtrictis, nulliq́ præterea alii impertiturum, medicamentis uero,nutricatiue,pro uiribus,meoq́ iudicio, ſemper ad languentium utilitatē utar,perniciemq́,& iniuriam a me propulſabo.medicamētum autem uenenatum,mortiferumue,rogatus etiā non dabo,nec cuiquā ad hanc rem ſubſcribam,aſſentiarue.ſimiliterq́ nulli fœminæ, quo partū abigat,perdatue, medicamentū, glandulamue ſuppoſiticiam dabo.Puram autem caſtā,& ſanctam meā uitā, & artem præſtabo, & conſeruabo. calculoſos uero nunquam ſecabo, quod illis relinquā,qui hoc exercent.Domos autem quas intrauero,ad languentiū utilitatē intrabo. a corruptioneq́, & iniuria omni uolūtaria quacūq́ præſertim uenerea procul abero. quæcūq́ præterea, de & in corporibus, uirorum liberorum,feminarum,ſeruorūq́ curādo,& non curando, deq́ eorū uita ſenſero, audiuero,uidero, quæ ſermone non liceat ædi,ſilebo,ſacra,arcanaue ea eſſe ratus,hoc quidem iuſiurandum,præſtanti,cōſeruātiue,nullatenuſq́ peieranti, præuaricantiue, mihi liceat apud omnes homines, omni tempore comprobato, ſummaq́ exiſtimatione, & authoritate exiſtenti, uita, & arte frui,præuaricanti uero peierantiue contra.

Apollo. Aeſculap. Hygeia. Panaceia.

Quæ promittat uideto.

Quæ præſtet medicus.

Diræ peierantiū.

LIBER OCTAVVS.

Medicæ artis præstantia.

m Edica quidem ars cũctis profecto artibus præstat, sed eorum inscitia, qui ea utuntur, ac eorum iudicio, qui de his hominibus non bene sentiunt, cunctis iam artibus inferior habetur. Horum autem erratio hanc mihi potissimum causam habere uidetur, quoniam soli medicæ arti nulla alia pœna in urbibus posita est, & irrogata, præter quam uituperationis, infamiæue. quæ quidem errantes nõ punit, qui personis maxime similes sunt, quæ in tragœdiis producuntur. figuram autem formamue, & habitum eorum, quos agunt, habent, tamen illi non sunt, sic medici plurimi quidem uerbis, sermone, famaue sunt. opere autem, & re uera perpauci. nam qui uere medicæ artis cognitionem, prudentiamue sibi paraturus est, commodeue ad eam sese accinget, hæc nanciscatur & habeat, oportet, naturam, ingeniumue, puerilem disciplinam, bonos mores, laboris amorem, tempus. Primum quidem omnium, natura, ingenioue opus est. Natura enim repugnãte, & cõtrafaciente, cuncta cassa, & uana sunt, quæ si ad optima ducat, scientia artis facile paratur, & fit, quam cum prudentia acquirere oportet, discendo in puerili ætate, loco ad disciplinam commodo. laboris autem amorem, laboriositatemue in multum, longumue tempus producere, & conferre. disciplina hæc uti naturaliter insita uideatur, dextereq;, & opportune maturos fructus ferat, cuius similitudinem, & in his, quæ terra gignuntur uidere est. nam nostra natura, seu ingenium tãquã seges, & ager est, doctorũ uero præcepta, dogmataue, semina sunt. disciplina autem, & scientia, puerili ætate comparata, suo tempore est semina in segetem, agrumue sationi paratum iactata fuisse. Locus autem, quo discitur, nutrimentum est aeris, quod segeti, & satis accedit, laboris uero cupiditas est opera, tractatioue, & subactio agelli, tempus autem hæc omnia corroborat, pleneq; nutrit, præbetue, quæ ad medicam artem, ueramq; eius cognitionem conferunt. sicq; hi, qui per urbes uagantur & uersantur, non solum uerbis, & sermone, sed opere, & re medici censebuntur. Nam ignoratio & imperitia malum conditorium, & thesaurus est, malumq; depositum his, qui habent, somniumq; est & eius quædam imago, cogitationisq; ueræ, prudentiæque expers est, timiditatisq;, & ignauiæ & audaciæ nutrix. timiditas enim & ignauia præ sese impotentiam fert, sed audacia artis ignorationem. duo enim sunt, scientia, persuasioue, & opinio, quarum altera scire facit, secũda autem ignorare. Hæc itaq; cũ sacra, sanctaue negotia sint, sacris, sanctisue uiris demonstrantur. prophanis uero fas non est, priusquam disciplinæ sacris initientur.

Quæ pœna malis medicis irrogetur.

Quæ necessaria sint medico futuro.

Disciplinæ comparatio ad agriculturam.

Scientia multum differt a persuasione.

HIPPOCRATIS COI DE COELI QVALITATE, SIVE DE AERE, ET AQVIS, ET LOCIS LIBER NONVS.

q

Visquis autem medicam arté recte perquirere uolet, hæc faciat oportet. Primum quidem tempora anni consyderet, quiq;, & quantum singula possint. Nam hæc inter sese nihil similia sunt, quinimmo propter mutationes plurimum differunt. Deinde Ventos calidos, frigidosq;, maxime quidem eos, qui omnibus hominibus communes sunt, postea singularum regionum & locorũ peculiares, quin etiam aquarum uires consyderato, nam quemadmodum ore, gustuue, ponderéq;, sic & earum singularum uires plurimum differunt. Quamobré si quis Vrbem adeat, quam nunquam alias adiuerit, sitũ eius primo consyderet, uentosq; quibus opponatur, solisq; ad ortum, an ad occasum. Non enim ad eadem pollet ea, quæ ad septentrionem, aquilonemue, siue borean opposita est, & uergit, quemadmodum quæ ad austrum, notumue. Nec quæ solé orientem spectat, queadmodum quæ occidentem, quæ singula maxime animo uoluito. Priusq; quibus aquis utatur, palustibus ne, & mollibus, durisue, & crudis locisq; altis defluentibus, saxosisue scaturiẽtibus, salsis ne, duris, crudisue, siue non coctilibus, terram etiam, agrosue eius perspicito, sit ne nuda & sine arboribus, siticulosaq;, & sine aqua, densaue arboribus, consitaue, & irrigua, curuo ne loco & æstuoso sita sit, sublimiue, & alto, perfrigidoq;. Hominumq; uictum, nutricatumue, quo lætentur, utanturue, perquirito, num ne potores, comessatoresq; sint, desides, uel cõtra laboriosi & exercitati, potuue, & cibo nõ multo utantur. hæc enim singula in his consyderato, si quis nanq; hæc bene cognoscat, si minus plurima, nunquam eum qui in urbem sibi ignotam uenerit, peculiaria loci eius mala, nec communis eorum hominum natura qualis sit, adeo latebit, uti in morborum curatione ambigat, aut erret in his, quæ sciri potuerunt. Quæ si quis prænoscat, temporis cuiusq;, ingruentis & anni quæcunq; mala in communi eam urbem maneant, tam æstate quam hyeme, prædicere poterit, quæcunq; etiam cuique peculiaria, uitæ, uictusue mutatione periculum sit, ne fiant. Si quis enim temporum mutationem nouit, astrorumq; & ortus & occasus teneat, quatenus horum singula fiant, qualis annus futurus sit, præuidebit, prænoscetue. sic quisq; hæc rimando, temporumq; occasiones prænoscendo, peculiaria cuiusq; potissimum, maximeue cognoscet, plurimosq; ad salutem perducet, medicæq; artis recta uia insistet. si quis autem hæc cœlestia, diuinaue esse duceret, proculq; ab hac opiniõe distaret, & esset, scito tamen astronomiam nõ minimum ad medicinam conferre, sed ualde plurimum. Nam cum anni temporibus mutantur & hominum uentriculi, quo nam pacto singula quæ diximus, consyderentur, clarius demonstrabo. Quæcunq; urbs calidos uentos spectat, ea inter brumalem solis ortum &

Quæ potissimũ prospicienda sint medicis, uideto.

Venti.

Situs Vrbium.

Varietas aquarum.

Terræ agrorũue qualitas.

Qualitas agrorum et hominum uictus prænoscatur.

Prænotio futurorum quomodo paretur.

Cognitio astrorũ plurimum ad artem medicã facit.

Situs urbis calidæ. Quæ urbes salsas aquas habeant. Quæ mala ex his creentur. Temporũ uarietas quæ faciat.

& occasum sita est, hicq; huic uenti communes & peculiares sunt, septentrionalibus autem obtecta est, tutaue, & defensa, subsalsas, & multas aquas habet, necessarioq; non altas, profundasue, calidas æstate, hyeme frigidas. Morbisq; desinentibus, intestinorum læuitates, subtercutemq; aquæ, Hydropesue superueniunt. Nam uentres his non facile desiccantur, arescuntue. sin autem aestas, autumnusq; aquosus, austrinusq; sit, necesse est hyemem esse morbosam, pituitosisq;, quadragintaq; annis grandioribus febrem ardentem fieri par est. biliosis uero laterum morbus, pulmonisq; uitia. Sinautem æstas sicca, squalidaue, æstuosaq; sit, austerq; uigeat, autumnus uero aquosus, aquiloniusq; sit, capitis dolores per hyemem, cerebri lancinationes fieri par est, desuperq; raucedines, grauedines, corizasue, tussesq; quibusdam & flatus. sinautem aquilonius, & non aquosus sit, nec in Arcturo, pituitosis quidem suapte natura maxime confert, hisq; qui suapte natura humidi sunt, fœminisq;. sed biliosis hoc infestissimum, inimicissimumue est, nimis enim desiccantur, exarescuntue, lippitudinesq; siccæ superueniunt, quibusdamq; febres graues, acutæue, longæq;, concitationesq; atræ bilis, melancholiæue. nã quod humidissimum & aquosissimũ est bilis, absumitur, quod uero crassissimum est & acerrimũ, relinquitur, sanguinisq; eadem ratione. confestimq; & ex improuiso hæc mala his fiunt. Pituitosis uero hæc omnia auxilio sunt, nã siccescunt, ac in hyemem perueniunt, per alia & ex aliis desiccati, sinautem hyems aquilonia, siccaue sit, Ver autem austrinum, aquosumq;, lippitudines, ophthalmiæue graues, & uehemẽtes per æstatem uigent, pueris autem fœminisq; febres fiunt. Quisq; autem hæc obseruans, contemplatusq; plurima eorum, quæ ex mutationibus uentura sunt, præuidebit. Maximas autẽ anni mutationes ualde caueto, & obseruato, nullamq; libens in his medicam potionem, pharmaconue dato, nec urito, nec secato quod ad uentriculũ pertineat, priusquã decem, aut plures dies transeant, decem enim dies, utræq; solis mutationes, solstitiaq; præsertim æstiua, ac æquinoctium utrũq;, sed autumnale potissimum, periculosissimæ esse putantur. Præterea ortus astrorum, præsertim Caniculæ caueto & obseruato, deinde Arcturi, Vergiliarumq; occasus, mala siquidem potissimũ, decernunt, nonnullaq; tollunt, perduntue, siue corrumpunt, quædam cessant, quædam in aliam speciem & statum transeunt, & mutantur. de his autem sic habet. Præterea de Asia, Europaq; solum, quantũ inter sese per omnia differant, uolo demonstrare, figurasq; & formas, uultusq; species, faciesue gẽtium utriusq; quatenus inter sese uarient, nihilq; inter sese simile habeant. Nam de omnibus terrarum orbis gentibus longus esset sermo. De maximis autem & plurimis earum differentiis disseram, quemadmo-modum mihi habere uideantur. Plurimũ quidem Asiam ab Europa differre dico, naturis omnium & eorum, quæ terra gignuntur & hominum. Multo nanq; pulchriora, maioraq; in Asia gignũtur, Regioq; ipsa mitior hac nostra

Mala diuersa per eadem tempora, cur gignantur.

Ver aquosum quid ferat.

Maximæ mutationes temporum anni obseruẽtur.

Canicula. Arcturus. Vergiliæ. Quæ differentia inter Asiam, et Europam sit, uideto.

Pulchriora maioraq; sunt asiana cuncta, et cur.

est

est, hominumq; genus mitius, & benignius. causa uero horum est temporum anni temperies. Nam auroram uersus, in medio solis exortu posita est, proculq; a plaga frigidiore est, præ cunctis autem incremētum, mitemq; cicurationem rebus omnibus præbet, nisi quid uiolentū peruincat, sed omniū æqua portio superior sit, tamen non omnia in Asia æquo modo habent ubiq;. Nam quæ pars eius regionis inter calidum & frigidum posita est, feracissima ea est, arboribusq; densissima, tēperatissimaq;, cœlestibusq; aquis, & terrenis optime fruitur, nam calore nimio non peruritur, nec siccitate, squalore, æstibusue, penuriaq; aquarum perarescit, nec frigoribus uiolatur, si quidem austrina est, multisq; aquis & pluuiis perfunditur, & niue, matureq; cuncta suo q; tempore illic gigni par est, quæcunq; & seruntur & ab ipsa terra producuntur, quorum fructibus homines ex agrestibus in suum usum & commodum cicurando, transferendoq; utuntur, pecoraq; quæ illic nascuntur, optima, & maxima nutricat, quæ sæpe illic pariunt, partusq; optime educant. Hominesq; illic habitiores esse, specieq;, & forma honestissimos & pulcherrimos, magnitudineq; maximos par est, minimeq; inter sese specie, formaue siue figura differre, nec etiam magnitudine. hanc ergo regionem par est, natura, mediocritate, tempestatibus, anni temporibus temperatis, & tempestiuis proximam esse. corporis autem fortitudinem, audentiam, iracundiam, laborum tolerantiam in his naturis suum, uel alienum ingenerari nunquam concederes, sed uoluptatem superare. multiformes tamen & uariæ illic feræ gignūtur de Aegyptiis autem, & libycis sic mihi habere uidetur, de his uero qui dextera parte, solis hyberni ortus, ad mæotim paludem usq; degunt (hic enim terminus est Europæ, atq; Asiæ) sic habet. hæ quidem gentes magis inter sese differunt, quam modo dictæ propter temporum anni mutationes & regionis naturam. terra uero hæc & regio modo eodē habet, quo & cæteri homines, nā ubi tempora anni maximas, crebrasq; mutationes faciunt, illic & ea regio efferatissima est, maximeq; inæqualis, si quidem montes plurimos & densos & campos & prata in ea inuenias, sed ubi tempora anni non admodum uariant, illis ea regio maxime æqualis est. sic autem & de hominibus habet, si quis cōsyderet, nam hæ naturæ montibus similes sunt arborosisq;, & aquosis locis, quædam uero siticulosis, exilibus, quædam pratensibus & palustribus, quædā campestribus & planis, quædam nudæ & exili terræ, tempora quādoquidem anni quæ formæ, figuræue naturam uariant, differentia inter sese sunt, quæ si inter sese differant, plures & in formis, figurisue differentiæ sunt. Eas quidem gentes quæ parum inter sese differunt, prætermittam. quæ uero magnopere uel natura, uel lege, rituue, siue moribus differunt, de his dicam, quemadmodum habeant. Primum quidem de his, qui longa capita habent, macrocephalisue, nam alia gens non est, quæ similia capita habeat, quod primo lege, rituue, siue consuetudine potissimam causam habuisse uidetur, nunc autem &

Varietas rerum in Asia.

Cœli clementia et soli ubertas in Asia.

Asiatici corporis robore non præstant.

Europæ atq; Asiæ terminus.

Gentes cur inter se differant.

Macrocephali.

natura cum lege, rituue siue consuetudine conspirauit, & conuenit, si quidem eos, qui longissima capita habebant, pulcherrimos, generosissimosue esse putabant. consuetudo autem huiusmodi est. puero tunc primum nato, caput cum adhuc tenellum est, præmunt, componunt, manibusq; in oblongam formam deducunt, sicq; adolescere cogunt, machinamentaq;, & uincula commoda admouent, quibus capitis rotūditas mutatur, perditurue, siue male afficitur, longitudo uero crescit. lex autem ea primum fecit, uti hanc naturam redderet, procedente uero tempore natura factum est, uti lex amplius non cogat, semen enim undecunq; progreditur, de sanis quidē corporis partibus, sanum, de morbosis uero morbosum, si quidem ex caluis calui gignuntur, ex flauis flaui, ex distortis ferme semper non recti, sicq; in cæteris figuris eadem ratio pollet, quid ergo prohibet, quin ex longis capitibus longa capita nascantur? Nunc autem similiter non nascuntur, quemadmodum prius. lex enim præ hominū negligentia non ualet amplius, siue non obseruatur, de his quidem sic mihi uidetur, de illis uero qui Phasin accolunt, nunc dicam. palustris enim ea regio est, calida, aquosa, densa arboribus, temporibusq; cunctis pluuiis multis iugibus, & magnis perfunditur. Horum autem uita in paludibus est, habitaculaq; lignea, canneaq; in aquis struunt, & raro inde prodeunt, per urbemq; & forum deambulant, sed unius ligni lembulis huc, & illuc nauigant, plurimæ siquidem fossæ, canalesue illic sunt, calidasq; aquas sole putrefactas, statarias, non perfluentesue potant, pluuiisq; adauctas. nam Phasis præ cæteris fluminibus, maxime statarius est, lenissimeq; defluit, pomaq; & fructus, qui illic gignūtur, molles sunt, & effœminati, præ aquarum copia & imperfecti, qua propter non percoquuntur, maturescuntue, multusq; aer de aquis hanc regionem occupat, tenetue, quas ob causas Phasis accolæ cæteris hominibus figura, formaue similes non sunt. Nam maximi, crassissimiq; sunt, nulliq; articuli, uenæq; in his comparent, colore luteo sunt, tanquam arcuati, ictericiue, loquunturq; omnium hominū grauissime, tenebricoso, nebulosoq; nō claro, & limpido aere fruuntur, utunturue, corpore ad laborem, & exercitationem pigerrimo sunt, temporaq; anni non multum illic uariant, quo ad æstum, & frigus. spiritus, uentiue plurimum illic austrini flant, præter unum regionis illius peculiarem, & incolam, qui cenchron dicitur, qui quandoq; uiolenter frigideq; spirat, quandoq; calide, & moleste. septentrio autē, aquiloue, siue boreas uehemens illuc non peruenit. cum uero flat, lenis est, & non potens. De naturæ diuersitate, formaq; eorum, qui in Asia sunt, quiq; in Europa degunt, sic habet. de timiditate autem ignauiaue, cum minus fortes, bellacesue sint Asiani, quam Europei, moribusq; lenissimi, mitissimiue, tempora anni potissimum sunt in causa, quæ non magnas apud eos mutationes frigoris, & caloris faciunt, sed semper ferme similes sunt. nā illis mentes non percutiuntur, percelluntur ue, nec corpora ualde mutantur, lancinanturue, quibus

Phasis accolæ.

Phasis qualiter fluat.

Phasiani quales.

Cur Asiani imbelles.

quibus par est, iram efferari, prudentiæq; & caloris magis participē esse, quā quæ semper eodem statu persistit. Mutationes enim sunt, quæ hominum mentes excitant, nec torpescere, quiescereue sinunt. Has ob causas Asianum genus mihi uidetur, ignauū & imbelle esse, propterq; leges, consuetudinesue, maior enim Asiæ pars sub regibus est. Nam cum quantumuis fortes, domini sui, nec sui iuris sunt, nec suis legibus, & moribus uiuunt, sed sub principum, dominorumue ditione degunt, de hoc quidē nullus illis sermo, cogitatioue, siue ratio, & cura est, uti bellica tractent, & exerceant, sed ne bellaces esse uideantur. Nam pericula paria, similiaue non sunt. Hos quidem militare, laborareq; par est, pro Regibusq; mori necesse est, cum sic a puericia per parentes, cognatos, amicosq; cæteros instituti sint, cumq; magnum quid, fortiterq; gesserunt, domini, regesue eorum augentur, crescunt, pullulantue, pericula uero cædesq; tantum ipsi subeunt, & nanciscūtur, quin etiam insuper horum agros, terramue propter bellorum crebritatem & absentiam desertā esse, non coliue necesse est. Quamobrem siquis inter hos egregie fortis est, & magni animi leges auersatur. De quo hoc magnū argumentū est. Nā qui Græci, uel barbari in Asia sunt, qui sub dn̄is, regibusq; non sunt, sed liberi, suisq; legibus degunt, sibiq; ipsis laborant, hi omnium bellacissimi sunt, sibiq; ipsis periclitantur, suæq; fortitudinis ipsi sibi præmia referunt, similiterq; timiditatis, & ignauiæ pœnā, & calamitatem. tamen nōnullos Asianos a cæteris differre reperies, hosque fortiores, hos uero magis ignauos, & imbelles. Quarū rerum causa temporū anni mutationes sunt, quemadmodum in superioribus diximus. De Asianis quidē sic habet. Scythica uero gens in Europa est, quæ circa Mæotidē paludē habitat, differens ab aliis gentibus, Sauromatæ uocantur. horū fœminæ equitant, sagittant, iaculantur ex equo, cū hostibus ex equo pugnant, quo ad uirgines sunt, nec ante uirginitatem deponūt, quā tres hostes occiderint, nec ante cum maritis degunt, quam sacra Nomio Apollini fecerint, deinde sibi maritum deligunt, postea ab equitatu, & militia uacant, nisi cōmunis expeditio cogat. Dexteram mammam non habent, nam tenellis, infantulis adhuc existentibus, candenti ferro admoto matres eam exurunt, ne crescat, dexterumque humerum, & brachium ad omne robur exercent. De cæterorum autem Scytharum forma, quod inter sese similes sint non aliis gētibus, de Aegyptiis etiā eadē ratio sit, nisi quod hi calore cogunt̄, hi uero frigore. Solitudo autē, quæ Scythica dicit̄, campestris est, & plana, pratensis, herbida, magna, modice aquosa. Magni nanq; fluuii tāquā tubulis, fistulisue, per plana scaturiūt. Hicq; Scythæ degūt, qui Nomades dicunt̄, quoniā nulla domicilia habent, sed in curribus habitant, quorū minimi quatuor rotis, maximi sex aguntur, qui domuncularum instar sunt fabrefacti, duplici, tripliciq; tabulato, lutoq; circumliti ne aqua, nix, uentiue penetrent, duoque, uel tria bouū paria, qui præ frigore carnibus carēt, hos currus trahūt, quos fœminæ

Quid acuat, percellatq; mentes.

Cur Asiani non bellaces.

Fortes leges auersantur.

Quare nonnulli ab aliis differāt.

Scythica gens. Mæotis palus. Sauromatæ.

Mulieres horum quatenus militiā exerceant.

Aegyptii cur inter sese similes. Scythica solitudo qualis. Scythæ Nomades quomodo uiuant.

tantum cum pueris habitant. Viri autem in equis sedentes adequitant, hos uaccarũ, equarũ, & ouium arméta sequuntur, locoq; uno hi tamdiu manent, quãdiu herba, fœnumue duret, quo absumpto, alio migrant. Hi auté carne elixa uescuntur, lacq; equarũ potant, hyppacenq;, hoc est equarum caseum comedunt, quo autem ad horum uictum, ritus, legesue, sic habet. De temporibus etiam anni, de forma, figuraue, qua plurimum Scythicum genus a cæteris hominibus differat, simileque sibi sit, quemadmodum & Aegyptium, quodq; parum fœcundum hoc hominum genus sit, feraq; animalia non multa, nec magna hæc regio ꝑducat, diximus. Sub ipsis enim Vrsis, montibusq; Rhipheis, unde Septentrio, aquiloue, siue boreas oritur, spiratue, posita est. Solq; iam finiés, cũ solstitiales circuitus peragit, paululũ temporis hæc loca perlustrat & tepefacit, Ventiq; de calidis partibus spirantes debiles iam, & languidi, pauciq; & rari huc ꝑueniunt, sed ab Vrsis niue perpetua, gelu, aquis, spirantes perpetuo uigent, & frigidi, qui ferme nunquã montes deserũt, propterea difficulter habitatur, multusq; & tenebricosus aer campestria, planaue, totum pene diem detinet. Ac in humidis ferme degunt, hyemsq; illic perpetuo est, paucos auté dies æstas, nec hos omnino totos, campestria siquidem planaue, magna sublimia, nuda, montibus non circundata, sub ipsisq; statim Vrsis complanata sunt, feraq; animalia non magna generat, sed quæ possint sub terra cõdi, tegiue. hyems enim perpetua, regionisq; nudus situs prohibet, quandoquidé & aprica loca & opaca desunt. Tempoꝝ enim mutationes, nec magnæ, nec uehemétes illic fiũt, sed ferme similes, parumq; diuersæ. species uero, formæue, siue figuræ similes inter sese sunt, similiterq; semper uiuunt, hyemeq; & æstate simili modo & eodé amiciuntur, uestiunturue, crassumq; & aquosum aerem ad sese trahunt, aquamq; ex niue, geluq; potant. cumq; nulla exercitatio corporis, animi, mentisue sit, cum nullæ fere, nec ualidæ temporũ anni mutationes illic fiant, propterea horum formæ, figuræue, necessario crassæ, carnosæque sunt, membrorumq; articuli, iuncturæue humidi, non robusti, uentriculique, præsertim inferiores omnibus lubrici. Nam in hac regione uentriculi non possunt desiccari suapte natura, temporisq; anni tempestate, statuue. Sed quia carné præpinguem, nudãq; non hirtamue habent, forma, figuraue similes inter sese sunt mares maribus, fœminæ fœminis. nam cum anni tempora similia inter sese sunt, nullæ pernicies, corruptionesue, nec mala fieri possunt, cum corpus cõformatur, compingiturue, siue componit̃, nisi uioléto, fortuitoq; casu aliquo uel morbo. Magnũ præterea humiditatis eoꝝ argumentũ dabo, quoscũq; Nomadas Scythas inuenies, omnes igné humeris, brachiis, manuũ iũcturis, pectoribus, coxẽdicibus, lũbisq; adhibuisse deprehédes, nulla alia de causa, nisi naturali humiditate, molliciaq;. Nã hoc nisi faciãt, arcus cõtendere, uel iaculari, propter humeroꝝ humidã, lubricãq; siue luxationi obnoxiã, impotentiã nõ possent. Quæ cũ perusti sunt, siue his igné admouerunt,

Hippace quid

Scythica et Aegyptia forma.

Mõtes Rhiphei Rhipeiue

Qui uenti hic spirent.

Plana hic omnia sunt.

Cur non magna animalia illic gignantur.

Cur omnes hi carnosi pinguesque sint.

Cur inter sese similes sint.

Cur ignem membris admoueant.

admouerũt,humiditas omnis ex articulis detrahitur,corporaq; eorũ ualidiora,articulatiora,habitioraq; reddũtur. distorta autẽ incurua, lataq; propterea sunt,primũ quod non fasciantur,quẽadmodũ in Aegypto,nec reputãt,cogitantue,quãtum ad hoc equitatio conferat, nihil enim aliud student, quã uti in equis bene,molliterq; sedeant,deinde propter continuã desidiam.Nã mares, dum equis uehi non possunt, plurimũ tẽporis in carrucis desidẽt,parũq; propter locorũ mutationes, circũuectationesq; deambulant.maxime præterea mirãdũ est,quã fluxa,mollia,distortaq; corpora fœminea sint specie,formaue,& corporis habitu.Scythicũ propterea genus,burrũ,rufumue est,quoniam solis uehementia illinc abest,candorq;,& albedo frigore exurit̃,burraq; rufaue redditur.Fœcunda autem hæc natura esse non potest, nã uiros parua coeundi cupiditas mouet, uexatue,propter naturalẽ humiditatẽ,mollitudinemq; uẽtris,& frigiditatẽ. His igitur de causis,minime par est,hos uiros salaces esse.Præterea continua equitatione delassati, ad coitũ impotentes reddũtur. Hæq; causæ uiris assignant̃.Fœminis uero,carnis pinguitudo,humiditasq;, nã earũ uuluæ, locelliue genitale semen prolificũ arripere non possunt,non enim quemadmodum oporteret, singulis mensibus purgantur,sed parum,& lente,præq; pinguedine uuluarũ os clauditur, semenq; prolificum non suscipit,desidesq; ipsæ fœminæ,& sine ulla exercitatione,præpinguesq; sunt, mollesq; & frigidi earum uentriculi. Propterea necessario Scythicum genus non admodũ fœcundũ est.Hanc præterea sterilitatis,infœcũditatisue horum faciunt coniecturam, quoniã plurimæ eorũ matronæ non gaudẽt ad uiros ititare,uel concipere,propter molestiam,carnisq; obesitatem,nõnullæ uero & propter macilẽtiam, gracilitatemue.Præterea plurimi in Scythia castrantur,muliebriaq; exercent, loquũturq; muliebriter, qui Euirati dicuntur. causam uero huius rei incolæ deo tribuũt,hosq; homines colũt,sibi timẽtes ne talia patiant̃,& eueniãt.Mihi uero hæc,& alia mala omnia diuina esse uidentur,nec ullum esse diuinũ magis,uel humanũ,quã aliud,sed omnia æque diuina.Nam horum unum quodq; suam naturam habet,nec quidquam sine natura gignitur, quod malum quemadmodum mihi uideatur fieri,dicam. Præ ipsa siquidem continua equitatione,pedes tumescunt,dolitantq;,cũ de equo semper pendeant,deinde propterea claudicant, coxendicesq; contrahunt̃, afficiũturue. qui uero plurimum hoc morbo uexãtur,sese hoc modo, curãt.cũ autẽ hic morbus incœpit,utrãq; uenã,quæ secundũ aures est,secãt, & aperiunt, cũq; multus sanguis inde defluxit,propter debilitatem,obdormiscunt,alteq; dormiunt, mox nonnulli sani surgunt, excitanturue,nonnulli uero minime, qui quidem, hac medela, mihi sese perdere uidentur. Nam secundum aures quædam uenæ sunt, quas siquis secet, sterilis, & infœcundus redditur, quod his,ut mihi uidetur, euenit. Nam cum post hoc uxores adeunt, nihil his uti possunt.Primum quidem ad eas nihil mentẽ adhibent,

Quid continua equitatio faciat.

Mulieres Scythæ mollissimæ, et languidæ sunt.

Cur Scythæ rufi sint.

In Scythia cur mulieres steriles.

Sterilitatis altera causa.

Cur Scythæ effeminentur.

Mala huius morbi curatio.

Quæ uenæ secta sterilem reddant.

Cur ditiores potius quam pauperes hoc patiatur.

sed dormiunt, deinde cũ bis, terue, uel sæpius tentarũt, & nihil proficiant, sese aduersus Deum, quem causantur, admisisse, peccasseue rati, suam ignauiam, impotentiamue agnoscunt, muliebremq; uestem induunt, cum illisq; tractant, quæ fœminæ faciunt, quod quidem propter continuam equitationem, primis Scytharum euenit. Pauperes uero minime hoc patiuntur, cum non equitent, quod si diuinum esset, omnibus, æquo modo fieret, non tantum ditissimis, potentissimis, generosissimisq; Scytharũ hoc malum ingrueret, sed omnibus æquabiliter, quin potius pauperibus, parumue habentibus, non honoratioribus hoc fieret, cũ pauperes deos contemnant, ditiores uero contra, plurimũ deos colunt, plurimaq; sacrificia faciunt, cũ diuitiis abundent. pauperes uero minus, cum non habeant, pœnas darent, cũ nihil bonorũ, pecuniarumue diis præberẽt, quod æquius est, eos, qui parũ habent, possidẽtue, pati, quam diuites. Sed enim, quemadmodũ antea dixeramus, hæc quidem non magis diuina sunt, quam alia, quæ naturaliter ueniunt, qui profecto morbus, propter eam causam, quã diximus, Scythis ingruit, quod similiter, quo ad cæteros homines, habet. nam ubi plurimũ, continenterq; homines equitant, plurimi illic pedum tumoribus, doloribus, coxendicibusq; laborant, pessimique ad uenerem sunt. Hæc autem Scythis magis, quã cæteris hominibus fiunt, castratisq; similes sunt, quodq; semper pellitas uestes, brachasq; habent, quodq; in equis maximã temporis partẽ consident, qui ne manu quidem pudenda, præ frigore, & lassitudine contingant, tractantue, coitusq; obliuiscuntur, nihilq; ante, quã uiri sint, tractãt, agũtue. De Scythaꝝ quidẽ genere hoc modo habet. De cæteris uero hominibus Europã incolentibus, maxime hi magnitudine, formaq; inter sese differunt, propter anni temporũ mutationes, quæ profecto maximæ, & crebræ illic fiunt, caloresq;, teporesue ualidi, uehementesue, hyemesq; acerrimas, uehementesue, pluuiasq; multas, contraq; longas siccitates, uentosq; multos, quibus mutationes multæ, uariæ, & ubiq; fiunt. Quãobrem par est sentiri, cognosciue, geniturã aliter compactã esse hyeme, aliter æstate, aliterq; aquosa, aliter sicca. quapropter formas Europæ populorũ magis inter sese differre cẽseo magnitudine per singulas urbes, quã Asianorũ. plures enim perduntur, debilitantur, uiresue amittũt, cũ compingunt, conformãturue, propter temporũ mutationes, quæ multæ, magnæ, crebræq; illic fiunt, quã ubi semp simili modo currũt, fluũtue. De moribus autẽ eadẽ ratio sit. nam agrestes, efferati, solitarii, sæui, iracundi, tali natura, tẽporumue mutatione gignunt, crebræ siquidẽ mentis excessiones, percussionesue hãc sæuiciã & feritatẽ ingenerãt, lenitatẽ uero, comitatemq; tollũt, obscurãtue. Maioris etiam animi eos esse cẽseo, qui Europã incolũt, quã qui Asiã. nã ubi semper tẽpora similiter, & æquo modo currunt, maiores illic desidiæ uigẽt. mutatione. n. & corpus & animus exercet, defatigaturue. quiete autẽ & desidia timiditas, ignauiaq; crescit, laboribus uero & exercitationibus fortitudo. propterea

Continua equitatio ubiq; nocet.

Cur i Europa homines inter sese dissimiles sint.

Seminis genitalis varietas varias formas reddit.

Cur sæuiores in Europa.

Desidia ubi magis uigeat.

propterea Europæ incolæ pugnaciores ſunt, quam Aſiani, propter leges, ritusue, quia ſub Regibus non ſunt, quéadmodum Aſiani. Nam qui Regibus parent, timidiſſimi neceſſario ſunt, quemadmodumq; antea dixeramus, ſeruiles animi temere nolunt pro Imperio alieno, ſeſe periculis exponere. Hi autē qui Europam habitant, ſuis legibus degunt, liberiue ſunt, ſibiq; ipſis, non alienis pericula ſubeunt, promptoq; animo, libenteſq; quæque periculoſiſſima penetrant, adeuntue, præmiaq; uictoriæ ſibi referunt. Sic hæ leges animi magnitudinem efficiunt, operanturue, ſiue ſuſcitant. Totum igitur, & uniuerſum de Aſia, & Europa ſic habet. præterea plurima hominum genera in Europa ſunt, quæ magnitudine, robore, fortitudineue, corporis forma, ſtaturaue plurimum inter ſeſe differant. Cauſam autem huius uarietatis, & ſuperius diximus, & nunc clarius diſſertabo. Qui locum, regionemue montanam, aſperam, altā, aquoſamq; colunt, temporūq; mutationes multū differentes apud illos fiūt, par eſt, illic magnas corporū Formas eſſe, laborioſas, exercitatas, forteſq; ſuapte natura reddi, haſq; naturas ualde feras, ſæuaſq; eſſe. Qui uero loca curua, pratenſia, herboſaue, & æſtuoſa tenēt, calidiq; Venti magis, quam frigidi illic ſpirant, calidis, tepidisue aquis utuntur, magni quidem hi non ſunt, nec communes, ſed lati potius, & carnoſi, capilliſq; atris, fuſciq; magis ipſi, quā albi naſcuntur, pituitoſiq; minus, quam bilioſi ſuapte natura ſunt. Fortitudo autē, & exercitatio potius in animo, quam in corpore uiget, Natura quidem non ſimilis ineſt, legeſq; latas obſeruāt. Si præterea fluuii in ea regione ſint, qui pigras, reſtagnanteſq; & illic ſcaturientes habeant, cœleſteſq; ſuſcipiāt, & emittant aquas, hi ſalubres, & limpidi ſunt. ſin autem fluuii non ſunt, fontanaſq; aquas, ſtatarias, & pigras potent, odoraſq;, neceſſe eſt, has aquas uentrem & lienē lædere. Qui autem altam, læuem, ſiue non aſperam, uentoſam, bonas aquas, habentem, regionem colunt, magno quidem hi corpore ſunt, ſimileſq; inter ſeſe & recti, menteq; & ingenio mitiore. Qui uero tenuia, ſteriliaue, non aquoſa, nudaq; loca tenent, temporumq; mutationes temperatas non habēt, par eſt, in ea regione corpora dura, non magna, flaua potius, quā nigra, moroſa, iracunda, audacia, ſuæ opinionis, obſtinataue gigni. Nam ubi temporum mutationes crebræ fiunt, plurimūq; inter ſeſe differētes, formas illic, mores, naturaſq; magnopere differentes inter ſeſe cōperias. maximæ quidē ſunt hæ naturæ uariationes, & plurimū poſſunt. Deinde regio, in qua tempeſtates, & aquæ commutantur, uariantue, corpora etiam illic uariant. Nam ferme ſemper regionis naturam, formas, moreſq; ſequi comperias. Pinguis uero terra ubi eſt, & aquoſa, ſublimeſq; admodum, & altæ ſunt aquæ, calidæ uti æſtate ſint, hyeme uero frigidæ, quoq; ad anni tempora bene iaceat, homines illic carnoſi ſunt, nō diſcretis articulis, humidi, deſidioſi, nō fortes, animoue mali, quod loci eſt, deſidia, ſomnolētiaq; in illis uiget, & ineſt. craſſi autē ad artes, nō ſubtiles, nō acres, celereſue ſunt. Quo autē loco regio eſt nuda, difficiliſq;

Cur pugnaciores ſint Europani, quā Aſiani.

Locorum uarietas uarios homines creat.

Quæ flumina ſalubria.

Quales gignat alta regio, Sterilis quales.

Quales ubi tempeſtates uariāt. Pinguis regio quos gignat.

Montoſa quales.

accessu, aspera, non aquosa, Quæ hyeme frigore præmatur, p æstū uero sole candefiat, peruraturue. duros ea graciles, macilētosue, robustos, articulatos, hispidosq; gignit, negotiosumq; quid & acre hinc, in hac natura, & uigilans cōperias. Morososq;, periracundos, audaces, obstinatosq;, suæue opinionis, feritatisq; potius, quā comitatis, lenitatisue participes, solertioresq; ad artes, acriores, acutioresue, melioresq; ad res bellicas, & militiam deprehendas. Quæq; terra gignuntur omnia, terram, regionemue suam sapere, sequiue, maxime contrariæ naturæ, speciesq;, formæue, siue staturæ, & Ideæ sic habent. Cætera uero hac uia contemplator, & nunquam falleris.

HIPPOCRATIS DE LIQVIDORVM, HVMIDORVMVE VSV LIBER DECIMVS.

Fabius horum librorum nihil amplius inuenire potuit.

QVæ Humida, Liquidaue sunt, quo pacto in usum, utilitatemq; humani generis componantur, comparenturue, nunc dicemus.

HIPPOCRATIS DE NATVRA LIBER VNDECIMVS.

SI quis autem in uniuersum naturam describere uelit, magnū quid aggrediatur, necesse est. Mihi uero satis in præsentia fuerit, naturam appellare, quod uti cuncta gignantur, ingenerenturue, principia subministrat.

HIPOCRATIS DE SEMINIS GENITALIS NATVRA LIBER DVODECIMVS, QVEM GALENVS POLYBII VVLT ESSE.

Prouidens natura quantum possit hinc perspicito.

LEx quidem naturæ cuncta superat, confirmatue. Semen uero genitale uiri, corporis ex omni parte humida, sanaq; ualidissimaq; discretum proficiscitur. quod autem ualidissima pars discernať, separeturue, hoc argumentū esto, quod cum re uenerea usi sumus, tā parua re demissa, adeo delassamur, uti dici nequeat. quod sic habet. Nam Venæ, Neruiq; toto corpore pudenda petunt, tenduntue, quibus agitatis, contritisue, calefactis & completis, quasi pruritus quidam totum corpus, uoluptasq; uellicat, calorq; quidam ex hac re suscitatur, cum pudenda tractantur, seseq; uir moueat, agitetue, quodq; humidū est in corpore, calefit, dispergitur, præ motuq; & agitatione perturbať, permisceturue, spumescitq;, quemadmodū

Cur semen spumescat.

quemadmodum cuncta liquida, cum agitantur, spumescũt, sic & in homine, quod robustissimum, & pinguissimum est, ab illo humido, liquidoue spumescente secernitur, & separatur, Medullamq; tergi, spinæue petit. Nã quidam meatus & uiæ de toto corpore in hanc tendunt, quæ de cerebro proficiscit͂, & spargitur in lumbos, in medullam, & in totum corpus, de quo meatus, & uiæ humidi, humorisue in eam tendunt. Cum uero semen in medullam peruenit, rhenes petit. Hæc enim uia per uenas est, qui rhenes si exulcerati sunt, cũ eo est, cum sanguis effertur, de ipsis autem rhenibus, per medios testes in pudenda penetrat, transitue, non qua lotium, sed huic alia uia est illi proxima, coniunctaue. Quiq; ueneris somnia patiuntur, propterea per somnum semen emittunt, quod humidum, humorue corporis, labore, uel alia re calefactus, dispergitur, spumescit, secerniturq;, quod cum discedit, & separatur, facit uti coire uideatur. Nam humidũ humorue, huic eadẽ perficit, quæ coeunti. sed mihi de his, q in somnis polluuntur, & coeunt, totoq; hoc morbo nunc amplius dicendum non est, quæq; ante rem faciat, & quare, hæc quidem hactenus dicta sint, siue satis sint. Castrati uero, siue Eunuchi propterea non coeunt, generantue, quod seminis meatus eorũ sublatus est, & læsus. nã quædam uia meatusue, neruiq; tenues, crebriq; per testes, & ex his, in pudẽda tendunt, quibus membrum genitale & tollitur, surgitue, & demittitur, relanguescitue. qui cum secantur, castranturue, cæduntur, rescinduntur ue. quamobrẽ, castrati siue Eunuchi, nec etiam boni sunt, siue fortes, qui & si hæc tractent, terantue, seminis tamen uia clausa est. Nam his testes obdurescunt, neruiq; propterea obtorpescunt, quapropter nec tendunt membrum genitale, nec demittunt, relaxantue. quiq; secundũ aures secantur, sectiue sunt, coeunt quidem, ac emittunt, sed paulullum quid, & non fœcũdum. Maior enim seminis pars, de capite per aures, in spinæ, dorsiue medullam descendit. qui meatus, trãsitusue, secatione, cicatriceq; obducta, durescit, clauditurq;. Pueris autem, cum uenulæ tenues plenæq; sint, seminis transitum cohibent, & impediunt, pruritusq; similiter non accedit, propterea nec humor humidumue corporis eorum, ad seminis excreationem commiscetur, similiq; de causa, Virgunculis antequam adolescant, menses, menstruaue, non descendunt. Cum autem puer, uirgoq; adoleuerit, Venæ, quæ in pueri genitale membrum, uirginisq; uuluam, locellosue tendunt, adolescentia, & incremento latæ fiunt, facileq; fluunt, demittuntue, transitumq;, meatum, & os, per angusta præbent, humorq; humidumue, commiscetur, cumq; latum meatum habeat, puero cum adoleuit, semen exit, similiq; modo uirgini menses defluunt. Hæc quidem sic mihi demonstrata sunt. Semen inquam genitale, de corporis omnibus partibus proficisci, & excerni, de ualidis, solidis, durisue, & tenellis, mollibusue. Corporisq; humore humidoue omni. Quatuor enim species, Ideæue humoris, & humidi sunt in corpore, Sanguis, sanguenue,

Pars ualentissima cur in coitu excernatur.

Non eadem uia est et seminis, et lotij.

Somnia ueneris cur fiant.

Castrati cur non coeant, nec mani bus boni, fortesue sint.

Secundum aures uenæ incisæ, et aures, procreationem tollunt.

Cur pueri et puellæ nihil demittunt.

Quatuor corporis humores.

bilis, choleue, pituita, phlegmaue, aqua, hydorue, siue hydrops. Tot enim species, ideasue congenitas, & insitas homo in sese habet. De quibus morbi proficiscuntur, & fiunt morborum decretoria. Quamobrem mihi demonstratum est, & de his, & quare ex his morbi fiant. Hæc quidem hactenus mihi dicta sunt, de semine genitali, unde fiat, & quo modo, & quare, & quibus non fiat, & quare non fiat, deq; uirginum mensibus. Mulieribus autẽ dico in mistione, coituue, tractatis confricatisue pudendis, locellis, uuluisue cõmotis, pruritum quendam creari, cæterisq; corporis partibus uoluptatẽ, caloremq; suscitari, præberiue. Siquidem & ipsa fœmina de corpore semen demittit, modo in locellos, uuluamue, siue metras, cũ humescunt, modo foras, si non opportune pateant, & hient. Mulierq; cum iniri, coireue cœpit, totumq; illud tẽpus, dũ se uir dimiserit, uoluptate afficitur. siq; fœmina cupiat, appetatue coire, & misceri, seu iniri, prius quam uir emittat, ipsa emittit, dein de uoluptate eadem non afficitur. si uero non appetat, cum uiro perficit uoluptate ducta. similiq; hoc modo habet, quemadmodum si in aquam feruentem, frigidam mittat, paululum quidẽ illius feruor sedatur, sic & uiri semen cum in uuluas, metrasue fœminæ decidit, calorem, uoluptatemq; mulieris extinguit, deinde paulopost quam decidit semẽ in locellos, & uuluas, metrasue, calor & uoluptas excitatur, postea cessat, quemadmodũ si quis in ignẽ ardentem, flammamue uinum mittat, spargatue, primo quidem flammam excitat, paulumq; auget ea uini inspersio, deinde relanguescit, & cessat, sic feminæ calor ad uiri semen excitatur, deinde cessat. Minus autem multo uoluptatis in coitu, mistioneue fœmina capit, quã uir, sed maiore temporis spatio uir. nã cũ uir maiore uoluptate afficiatur, subito maiore agitatione, quam fœmina ab humore, humidoue agitato emittit. habet autẽ & hoc sic, si crebro mulieres uiris misceantur, magis ualẽt, si raro minus, cum quod uuluæ, metræue mistione, coituue humescunt, quæ si plus iusto siccescant, uehementer conuertũtur. quæ conuersæ, & inuersæ corpus ualde afficiunt, tum etiam quod coitus, mistioue sanguinem calefacit, & humefacit, faciliioremq; uiam mensibus reddit, facitue. nam cum menses non defluunt, mulierum corpora morbosa redduntur. Cur autem in mulierum morbis dicemus. Hæc quidẽ hactenus a me dicta sunt. Cũ autem, mulier coiuit, mistaue fuit, si de more, consuetudineue concœptura nõ est, semen utrorumq; cũ fœmina uolet, exibit, si uero conceptura est, non exibit, sed in locellis, uuluisue, metrisue remanebit. Nã uuluæ corripiunt, in sese retinent & claudũtur constipato, conuulsoq; & clauso præ humiditate locellorũ ore, tuncq; semen utrumq; cõmiscetur. Quod si fœmina partus perita sit, secum cogitabit, cũ semen non exiuit, scietq; eo se die cõcœpisse. quod sic habet, quãdoq; robustius est, quod fœmina demisit, quãdoq; contra quod uir. nam & in uiro & in fœmina semen & marinũ, & fœmineũ inest. marinũ autem robustius est, quã fœmineũ. Necesse igitur quid ualẽtius, robustiusue

Quid fœminis in coitu fiat.

Coitus uoluptas utrorumq; est.

Maiore uir in coitu uoluptate afficitur.

Cur fœmina si crebro coeat, magis ualeat.

Conceptus signum.

Semen marinũ et fœmineũ in utroque inesse.

robustiusue ex semine ualentiore gigni, generariue. quod hoc pacto habet, si ab utrisq; semen ualentius proficiscatur, Mas erit partus, si uero nō ualidum, fœmina. nam quod copia, multitudineue superat, illud gignitur, quod supe/rat. Nam si multo plus semen non ualidum sit, quam ualidum, quod ualidius est superatur, non ualidoq; miscetur, & in fœminam conuertitur. si uero plus sit ualidius, quam non ualidum, superetur q; non ualidum, in marem conuerti tur. quemadmodum, si quis ceram, seuumq; commisceat, plusq; ceræ, quā seui mittat, faciatue, ac igni liquefaciat, dum liquidum erit, non patebit, quod nā horum superet. cum uero frigefactum constringetur, tunc seuum a cera, copia & multitudine superari cognoscetur, sic Maris, & fœminæ semē habet, quod etiam ex his manifestis signis coniectari licet, semen marinum, & fœmineum in uiro, & in fœmina inesse. Nam plurimæ fœminæ, cum uiris suis iungeren/tur, fœminas semper pepererunt, cum aliis uero mares. Viriq; etiam ipsi, qui bus priores uxores semper fœmellas pariebant, cum alias uxores duxissent, ma res semper ingenerarunt. quique prius ex uxoribus, mares tollebant, cum ad alias nuptias transissent, fœminas semp susceperunt, sic ratio hæc, meusq; hic sermo hoc afferit, semen marinum, & fœmineum uirum & fœminā habere. nā apud quos fœminas pariebant, quod ualidius erat, ab imbecilliori supera/batur, cum plus esset, quod infirmius erat, fœminamq; generabat. Mares autē apud quos gignebāt, ualētius, quod imbecillius erat, superabat, marēq; facie/bat, tamen non semper ab eodem uiro, & fœmina semen ualidum manat, nec semper imbecille, sed modo hoc, modo illud. Quamobrē ne sit mirū, fœmi nas easdem, & eosdē uiros, masculinum modo, modo fœmineū partū edere, quod & in brutis similiter habet. Quantum ad semen masculinū, & fœmineū pertinet, semenq; ipsum, tam uiri, quam fœminæ de corporis omnibus parti bus uenit, de ualidis autem ualidum, de non ualidis, non ualidum, quod & in partu necessario redditur. Cum autem ex uiri corpore plus in semen, quā fœ/minæ ueniat, partus ille pulchrior est, patriq; similis. Cū uero plus fœminæ ueniat, partus ille pulchrior corpore est, matriq; similis. Est quin etiam cum omnia matri partus similis est, patri uero nihil, nec euenit, uti nulli in nulla re similis sit, sed utrisq;, necesse si quidē est, quicquid editur, alicui simile esse. Nā si ab utrisq; corporibus in partum semen descendit, quisquis ad rem plus contulerit, ac ex pluribus locis demisserit, illi plurimum similis est. Estq; cū puella nata patri magis similis sit, quam matri, puerq; natus uti magis matri similis sit, quam patri. Hæc quidem, & tanta superiorum uerborum testimo/nio mihi dicta sunt, quod & in uiro, & in fœmina facultas generandi & marē & fœminam inest. Quandoq; etiam est, cum pignora gracilia, macilentaue, & non ualida, parentibus plenis, & robustis, nascuntur. Cum iam ualida, & robu sta genuerint. Quod cum cadit, certum est, matris locellis fœtum ægrotasse, nutrimentumq;, & incrementum, quod ex locellis, uteroue matris illi porri/

Cur mares modo, fœminæ modo gi gnantur.

Cur permutato coniugio permu tetur et soboles.

Partus similitu-dinis uarietas un de.

Cur non ualidi ex ualidis gignā tur.

Cur omnes partus non ualidi edantur.

gebatur, nimis hiante uulua, foras fluxisse. propterea partus non ualidus ædi/tus est. nam unum quodque animal pro uiribus languet. Sin auté omnes infan/tes nascentes languidi, & imbecilli sint, uuluæ, locelliue causa sunt, quoniam angustiores fuerunt, quam oporteret. Nam infans nisi latum locum, quo nu/triatur, agitetur, crescat, seu augeatur, habeat, macilentum, gracilemue esse, necesse est, ut pote cum satis amplum locum ad incrementum non habue/rit. Si uero latum locum habeat, & non ægrotet, par est, magnos infantes ex magnis parentibus procreari. Quod sic habet, quemadmodū si quis cucumim, cucurbitamue iam deflorescenté, matrisque pediculo adhærescenté, in paruo uasculo mittat, cauo uasis illius par, similisue reddetur. Si uero quis eundem in maiore uasculo mittat, quod probe cucumim, cucurbitāue capiat (quod tamé maius, quam cucumis natura non sit) cucumis par, similisque cauo huius etiam uasis erit. nam cum crescit, cauo illius uasis hæret, & innititur, cūctaque nascentia semper ferme crescunt, & habent, quemadmodum ea quis cogat. Sic etiam puero, fœtuiue euenit. nam si latum locum in incremento habeat, magnus gignitur, sin autem angustum, paruus crescit. Mutilū uero & læsum membro aliquo partum edi dico, matre, cum eum gestaret, eo loci percussa, uel si ceciderit, uel si re aliqua uioléta mater affecta fuerit. Nā si mater colli/datur, frāgaturue, partus mutilatur, si uero uehementius collidat, partus ipse perit, membrana, quæ eum continebat, fracta, modoque alio simili. Præterea partus mutilātur, cum in uuluis, locellisue, locus, ī quo læsus sit, angustus sit. Nam necesse est, cum ī angusto loco sese corpus agitat, mutilari, prout locus sit. Quéadmodum & arbores cum in terra sunt, locumque non satis amplum ha bent, saxoue, uel alia re coangustante, præmenteue cum emergunt, tortuosæ crescunt, parteque aliqua crassæ sunt, aliqua graciles, quod & in partu, pueroue contingit, si in uuluis, locellisue, seu utero, pars aliqua corporis angustior fue rit, quam alia. Quod uero ex mutilatis integri, sanìue semper ferme nascātur, quoniam mutilatus omnia numero, ui, & facultate habet, quæ sanus, & inte/ger, ea causa est. Cum uero morbus aliquis humori humidoue, quo semé pro creatur, cum quatuor humorum species sint, quæ naturaliter in corpori/bus insunt. Quæ si nō uniuersum, & integrum semen præbeāt (pars enim ea, quæ mutila, & læsa est, minus ualida est) Quapropter mihi minime uidetur mirum, si partus, qua parens læsus sit, ea & ipse parte mutilus nascatur. Hæc quidem mihi dicta sunt de hoc satis. Post hac autem ad ea redibo, quæ antea dicebam.

Cucumis exemplum ponit.

Cur modo parui modo magni nascantur.

Cur mutilati.

Semper ferme sani, et integri ex mutilis nascuntur.

Hippocratis

HIPPOCRATIS DE PVERI, FOETVSVE NATVRA LIBER. XIII.

S

I quidem ſemen ab utriſq; profectum in mulieris locellis remaneat, primum quidem ſimul miſcetur, ut pote fœmina nõ quieſcẽte, cogiturq;, & craſſeſcit, calefactũq; denſatur, ſpiritum deinde concipit, tumeſcitq;, ut pote in loco calido cum ſit, ſpirituq; uulua turgeſcit, quæ ſpiritus plena cum eſt, eum emittit, ſpiritu ſibi uiam ad exteriora faciente, per mediumque ſeminis ipſius egreditur. Cum autem ſpiritus calidus exiſtens uiam ſibi foras fecit, ſpiritus alius frigidus de matre, uuluaq; inſpiratur, hocq; omni tempore facit. Calefit autem, ut pote cum in calido loco ſit, frigus uero, refrigerationemue ab ipſa matre, uuluaq; inſpirante ſuſcipit. Nam omnia, quæ calefiunt, ſpiritum habent, ſpiritus autẽ erumpit, ſibiq; uiam facit, foraſq; exilit. Quod uero calefactum eſt, ſpiritum alium rurſus ad ſeſe trahit frigidum ſciſſura, uiaue eadẽ, quo nutricatur. quod & in lignis & in foliis, & in his, quæ comedunt, & potantur, euenit. quæ quidẽ uehementer calefiunt, quod in lignis accenſis licet uidere. Nam omnia ligna ardentia hoc faciunt, potiſſimũq; ſubuiridia. Spiritum enim quæ cæſa ſunt, emittũt, ſpirituſq; ipſe cum exit, circum cæſuram uolutatur, quod ſemper fieri uidemus. Patet ergo hæc ſpiritus conſyderatio, qui cum in ligno calidus inſit, alium frigidum trahit, & euellit, quo nutricatur, ſubſeq; emittit. Nã aliũ niſi traheret & euelleret, ſpiritus egrediens nunquam circumuolutaretur. Calor enim omnis mediocri frigore nutricatur, cũq; humor, qui in ligno ineſt, incaluit, conuerſus in ſpiritum foras exit, quaq; calor, qui in ligno inerat, foras exit, frigus aliud, quo nutricatur, trahit, & euellit. Quod & uiridia folia faciunt, quæ cum uruntur, ſpiritum concipiunt, & habent, deinde ſpiritus erumpit, ſibiq; uiam facit, reuolutuſq; foras exit, qui cum exit, ſtrepitum facit, qua ſpirat. Legumina quin etiam, triticum, fruges, poma calefacta ſpiritum concipiunt, & habent, qui ſcindens erumpit, quæ ſciſſura, ſi humidior ſit, plus ſpiritus emittit, ſciſſuramque maiorem efficit. Sed quid opus eſt, hanc rem oratione producere. Nam cuncta, quæ calefiunt, ſpiritum emittunt, frigidumq; alium eadem uia ſimul trahunt, & reuellunt, quo nutricentur. Hæ mihi quidem neceſſariæ rationes adductæ ſunt, uti aſſeuerarem, ſemen in locellis calefactum, ſpiritum concipere, & emittere. Simulque cum uulua, metraue ſpirat, reſpiratue, ſemen etiam ſpiritum concipit, & emittit. Nam cum uulua aere refrigeratur, ſemen etiam refrigeratur, ut pote cum in calido loco conſiſtat, ſpiritumq; tunc concipit, & emittit, ſemenq;, cum perflatur, membranã, pelliculamue circũducit. Quod enim ſemen extrinſecus circundat, denſatur, continuaturq;, cum glutinoſum ſit, quemadmodum in pane cocto, toſtoue, membrana tenuis ſuper excitatur. Nam panis cum calefit, perflatur, turgetq;, quaque perflatur, mẽbrana, pelliculaue ducitur, ſic & ſemen totum calefactũ,

Quid agat ſemẽ in uulua, cum remanſit.

Cur omnia ardentia ſpiritum emittant.

Ligna uiridia cũ ardent cur flatum, ſpiritumue emittant.

Folia uiridia cũ comburuntur, ſpirant.

Legumina, et poma, ſimiliaq; calefacta ſpiritum concipiunt.

Quid agat ſemẽ cum in uulua remanſit.

perflatumq;,& turgens membrana quædam circumducit, per mediumq; seminis intro,& foras spiritus permeat, parteque hac paululum mébrana pertusa est,paululũq; seminis hic inest.Seminis autem reliqua pars rotũda,in mébrana,pelliculaue consistit,si quidem semen,quod sex dies in utero mãserat, cum excidisset,spectaui,quod cætera similiter habere,cõiecto.Quo nã pacto semen sex dierũ spectauerim,dissertabo. Coniugis meæ quædã ancilla, Musoergos nomine, satis honesto loco habebatur,quæ cum inter uiros,plusquã deceret,uersaretur,ne in honestior haberetur,concepit. Cumq; hæc Musoergos mulieres inter sese loquentes,quemadmodum fit,audiuisset,cum mulier concœpit,semen extra locellos non exilit, sed intus remanet,quod hæc semper obseruauit,cumq; hæc semen non exire sensisset,heræ hoc dixit,quod cũ rescissem, septimo iam die de loco altiore eam desilire iussi,quo semé illud in terram defluxit,sonuitq;,quod cum illa uidisset,aliquantisper spectauit, & admirata est.Quale autem fuerit, dicam. si quis oui crudi putamen auferat, membranamq; interiorem relinquat,quod intus est,liquidũ comparet, quod similiter fere habebat,tamen coloris rubri,& rotundum erat. quædamque fibræ,uenulæue crassæ,albæ in membrana inesse cernebantur sanie crassa, & rubra conuolutæ, circaq; membranam extrinsecus cruentæ , sanguinolentæue quædam uarices, uibicesue connectebantur,medioq; membranæ loco,tenue quid extabat,quod mihi umbilicus uidebatur,qua primo respiraret,membranaq; tota semen complexa,ex eo circumtendebatur. Hoc quidem semen sex dierum spectaui.Paulo autem post & aliam cognitionem, obseruationemue patentem cuiuis in hoc , qui uoluerit circa hoc,quid scire,testimoniũq; huic meo sermoni uniuerso præbebo,qui uerus est, quatenus quis homo mortalis de hoc negotio scire, & dicere possit. Hæc quidem ad hoc mihi dicta sunt. Quod autem semen,cum in membrana,pelliculaue inest,respirat,certum est, sanguineq; de matre in uuluas descendente,crescit,& augetur,quoniam cum fœmina concœpit,menses non defluũt, descéduntue (si quidem fœtus sanus futurus est) præterquam pusillum quibusdã primo mense,sed sanguis ab uniuerso fœminæ corpore descédens circum membranam extrinsecus cõsistit, spirituq; in membranam trahitur,qua pertusa est,& patet,quo condensatur, quodq; animal futurum est,crescere facit,& adolescere.Cum uero tempus aduenit,membranæ aliæ intra primam tenues,& multæ modo quo prima,creãtur,quæ inter sese connexæ ab umbilico proficiscunt,tenduntur ue,quod cũ factum iam est,sanguis de matre descendit,condensaturq;, caroq; gignitur, qua media umbilicus eminet,per quem respirat,crescitq;.Cum autem fœmina prægnans est,menses non descendunt, nec propterea laborat, languetue, quod sanguis tunc singulis mensibus abunde,continenterq; defluens non perturbatur,cõmoueturq;,sed quiete,placideue, sensimq; nullo non die,sine labore in uuluas,locellosue descendit,quodq; in uuluis inest,augetur. Singulis enim

Quali specie fuerit semen quod sex dies in uulua manserat.

Musoergos ancilla coniugis Hippocratis.

Semen in membrana molli tanquam ouum continetur.

Fœtus in utero quomodo crescat.

Quomodo sensim crescit fœtus.

Fœmina cum uterum gestat menstruis cur non languet.

enim diebus,non ſemel in menſe,propterea deſcendit, quod ſemen in uuluis exiſtens ſemper ex corpore, prout habet,uires ad ſeſe trahit,parūq; primo ea uia ſpirat,reſpiratq;,cū parū ſanguinis a matre deſcendit.cū uero plus ſanguinis a matre trahit,plus etiā ſpirat,reſpiratue,maiorq; copia in uuluas deſcendit. Quæ uero prægnātes nō ſunt,cū menſes non deſcendūt, propterea laborant,quod ſanguen ſingulis mēſibus in corpore perturbat̃,permoueturq; minus,plusue neceſſario, quod mēſis a mēſe plurimū frigore, & calore differt, quod fœminæ corpus quāprimū ſentit, cū humidius ſit,quā uiri corpus,ſanguine uero perturbato,& pmoto,uenaſq; cōplente p ſeſe inde diſcedit,quatenus natura per initia ſit,feratue.Quare cū fœmina hoc ſanguine uacua eſt,cōcipit,cū uero plena eſt,non. Nā cū uuluæ,uenæq; ſanguine uacuæ ſunt,fœminæ ad ſeſe trahunt, fœtuſq; concipiunt. Poſt enim menſium purgationē mulieres cōcipiūt maxime,plurimūue.Cauſa iam dicta eſt.Cū uero ſanguen perturbatū,permotūue,diſcretūq; & ſeparatū foras nō exit,ſed uuluas petat, quæ niſi demittant,ſanguine in his diutius permanēte calefiūt,corpuſq; totū calefaciūt,quādoq; ſanguen corporis uenis dedunt. quæ cū expletæ ſunt, laborant,moleſtantue,tumoreſq; quoſdam excitant,quandoq; periculū eſt,ne ex hoc claudicēt,quādoq; ueſicæ adhæret,præmit,uexat,clauditq; ueſicam, difficultatemq;,ſtrangulationemue,ſiue ſtranguriem præbet, quandoq; cum uuluæ ſanguinis plenæ ſunt,coxendices,lūbosue petit,moleſtatq;,quandoq; etiā cū quinq;,uel ſex menſes ſanguis in uuluis permanſit,uti putreſcat,puſq; gignat̃, plurimiſq; ꝑpterea pus de pudendis deſcendat,& exeat.tumor præterea quandoq; & tanquā phyma quibuſdā in inguine ſuſcitat̃,puſq; illic colligit,& exit.Plurimaq; talia fœminis eueniunt,cū per menſes non purgantur. Sed quid oportuit hæc,hoc loco dixiſſe? Nam in fœminarū morbis dicētur, ſed quem reliqui ſermonem perficiam.Cum autem caro creatur,tunc membranæ,pelliculæue creſcēte in uuluis ſanguine, & ipſæ creſcunt,& augent̃,& ſinuantur,præſertim quæ extra ſunt.ſanguiſq; de matre deſcendēs,mananſue, (quē quidē caro ſpirans, reſpiranſue trahat,ſynceruſq; & optimus ſit) incrementum ingenerat, qui diſcernitur, membranarumque in ſinus ſuſcipitur, quem cum membranæ in ſuos ſinus ſuſceperunt,tunc ſecunda,chorionue dicitur.Hæc mihi adhoc dicta ſunt. Cum autē caro ſpiritu creuit,articulatur, quodq; ſimile petit ſuum ſimile, denſum denſum,rarum rarum, humidum humidum, ac unum quodq; ſuum locum occupat cognatione, qua genitum eſt.quæq; ex denſis facta ſunt,denſa ſunt,quæ ex humidis humida.ſimiliq; ratione cætera fiunt,& creſcunt. caloreq; oſſa denſata dureſcunt.Quin etiam ramos arborum modo mittunt,& in articulos, membraq; diuidūtur, uti melius habeant, tam quæ intra corpus ſunt, quam quæ extra.Caputque eminens, & diſtans ab humeris ſuſcitatur, & fit.Brachiaque,cubiti a lateribus, coſtiſue, cruraq; inter ſeſe diuaricata, diſtantiaue,& ſeparata,neruique

Mulieres quæ grauidæ non ſunt, et menſtruis carēt,cur male habent.

Fœminæ menſtruis carentes non concipiūt.

Qui ſanguis ſit, quo fœmina carens concipit.

Sāguis in uuluis retentus totum corpus afficit.

Menſtruum diutius retinentibus quæ ægritudines contingant.

Caro cum gignitur,quid fiat.

Secunda, chorionue.

Conformatio partus.

prosiliunt, circaq; nodorum, articulorumue naturas, & iuncturas conuoluuntur. Per seseq; os, cæteraq; foramina diducuntur, naresq;, & aures in carne eminent, perforanturq;, oculiq; humoris puri complentur, pudendaq; ipsa qualia futura sint, discernuntur. Præterea uiscera, & intestina articulantur, superioraq; perflant, os, naresq;, cœliaq;, uentriculusue, & intestina perflantur, superneq; per umbilicum respirant, & relaxantur. De uentriculoq; & intestinis in podicem, & foras, uia, & exitus fit, & in uesicā & foras iter fit. Singula autem hæc per respirationē & perflatum articulantur. Perflata enim cuncta per cognationem separantur, & distant, quemadmodū si fistulam uesicæ alliges, per eamq; terrā, harenā, plumbi tenuia resegmina, scobemue in uesicā mittas, aquamq; aspergas, per fistulamq; perfles, primū quidē illa cum aqua miscebūtur, deinde cū perflare desieris, plumbū petet plumbū, harena harenam, terra terram. Si quis hæc arescere sinat, uesicamq; disecet, perspiciatq;, deprehendet ea omnia suum simile petisse. Sic profecto semē, caroq; coarticulantū, conformanturue. quodq; in eo suū simile petit. Hæc quidē mihi ad hoc dicta sunt. Puer qui factus est, hucq; iam peruenit, quod quidē fœmineū est, duobus, & quadraginta diebus cū longissime, conformatur, marinū autē duobus & triginta cū longissimū. Nā plerūq; hoc tēpore, uel paulo minore, uel maiore hæc conformantū, coarticulanturue. Purgatio nāq; post partū mulieribus fere semper sic fit, puellæ quidē puerperio duobus, & quadraginta diebus. Hæc enim longissima, & perfectissima est. periculū enim est, si quinq; & uiginti dies purgetū. Pueri autē puerperio triginta dies longissime, & perfectissime purgatū. periculū enim esset, si uiginti dies purgaretū, postremo autē tēpore minima purgatio descendit. Minus autē iuuenculæ, quā matronæ purgantur. Primiparæ autē & quæ rarius pariunt, plurimū in partu & puerperio laborant, quæ crebrius uero pariunt, minus. Propterea uero post partū fœminæ purgātur, quod ante partum usq; ad duos, & quadraginta dies in puella, in puero autem usq; ad triginta, minus sanguinis ad pueri incrementum descendit, postea uero plurimū donec pariat. Quod rata portione dierum purgando in puerperiis reddendū est, forasq; exeat, oportet. quod incipit, cum fœmina parturit. Sanguis enim ualidiore pueri agitatione plurimum cōmouetur, perturbatur, & calefit, cōmotusq; & perturbatus primus exit, deinde puer, post puerū sanies cruenta, crassa. Quod sic quis declaret, tanquā in mensam aquam sparserit, deinde post illam dies omnes purgatio decurrit, usque ad tempus iam dictum, mensura, quantitateue cotulæ unius, & dimidiæ atticæ, seu heminæ, primum, uel paulo plus, uel minus hac ratione, portioneue, donec cesset. Sanguis autem syncerus exit, tanquam de uictima sacra iugulata, siquidem fœmina ualeat, ualituraq; sit, statimq; coit. Sinautē non ualeat, ualiturave non sit, purgationis minus descēdit, nec tam cito coit. quod sic habet. Si fœmina, cū prægnans est, malū aliquod habeat, puerperis non consuetū,

Similitudinem hanc aspicito.

Tempus conformationis in utero.

Quæ fœminæ plus, minusue in partu, puerperioq; laborent.

Quo pacto fœtus erumpat.

Purgationis qualitas, quantitasq; in puerperio.

non consuetum, cognatumue, cum purgabitur, peribit. Sin autem sana, uel non sana, primis diebus non purgetur, pauloq; post sponte, medicamētisue subito tota simul erumpat, rata portione dierum, quibus non defluxit, bene habet. Si uero non purgetur in puerperio, magnus inde morbus gignitur, periculumq; est, ne pereat, nisi celeriter curetur, purgationemq; quis super agat opportunam. Hæc autem propterea sic protuli, produxiue, uti demonstrarem, puerorū quæ longissima membrorū conformatio, & discretio esset, Puellæ quidem duobus, & quadraginta diebus, Pueri triginta. Testimonium autem est puerperii purgatio, quæ in puellæ quidem puerperio duobus & quadraginta diebus fit, pueri uero triginta, quæ longissima. Nunc autem declarationis causa repetam secundo, quod ante dixeram. Contraq; semen genitale, quod acceperat, cū in uuluis esset & locellis, reddere dico. Nam minus sanguinis ex fœmina ꝓficiscitur ī uuluas, duos & quadraginta dies, cū fœmellam gestat, tot enim diebus puellarum membra conformantur, coarticulanturue, post autē hoc tempus plus sanguinis descendit. pueri uero pari ratione triginta dies. Testimoniū quidem hoc alterum, hæc esse uera, sic habet. Cum semen in uuluas decidit, primis quidem diebus minus sanguinis, a fœmina in uuluas descendit, & uadit, deinde plus. Nam si multum descenderet, simul semen respirare non posset, sanguinisq; copia obrueretur, & præfocaretur, quod in puerperiis cōtrario modo redditur. Nā puerperiorū purgatio multa, & magna primis diebus descendit, deinde minor donec cesset. Plurimæ præterea mulieres pauloante trigesimū diē puerū perdiderunt informē. Sed quæ post, uel trigesimo die perdiderunt, conformatus iam comparuit, puellamq; similiter pro ratione duorū & quadraginta dierū. Cū autē partus ante suos dies perditur, conformatus non est, cum uero post, sua habet membra. Hac itaq; ratione necessario uera est conformatio, coarticulatioue hæc, puellæ quidē duobus & quadraginta diebus, pueri uero trigīta. Testes enim sunt puerorū abortus, puerperarumq; purgationes. Quod autē puellæ semen tardius conformetur, hæc causa est, quod minus ualidum est, & humidius, liquidiusue, quā uirile. propterea necesse est, puellam tardius conformari, cogiue, quam puerū. purgatioq; hac de causa longior est in puellæ puerperio, quā pueri. Nunc autem unde discessi, reliquiue regrediar. Cū autem partus membrorum formas habere cœpit, ossa cauantur, durescūtq;, quod præ spiritu fit, quæ caua cum sunt, de carne sanguinis pinguissimū ad sese trahunt, temporeque deinde roborantur, ramescuntue postrema ossium, quemadmodum & arborum, quæ ultimo loco ramos emittunt. Sic & pueri, fœtusue digiti manuum, pedumque inter sese separantur, parteque eorum postrema ungues enascuntur. Nam uenæ hominis omnes in manuum, pedūq; digitos desinūt, crassissimæ quidem sunt Venæ capitis, corporis, brachioꝶ, cubitoꝶ, cruruū, manuum uero, pedumque tenuissimæ, densissimæ, creberrimæ, plurimæq;

Puerperæ cum non bene purgantur, periclitantur.

Purgatiōes quot diebus fiant.

Quando abortus informes.

Puella cur tardius conformetur.

Cur puella tardius in utero, quam puer conformetur.

Caua ossa quid agant.

Digiti tanquam ramusculi postremo discernuntur.

Quæ in manibus pedibus et digitis insint.

ſunt,neruiq; tenuiſſimi,crebri,denſiue,& multi,manuum præterea,pedumq; & digitorum oſſa minuta ſunt. Hæc quidem in manuum,pedumque digitis inſunt,de quibus ut pote crebra, paruaq; oſſa, neruos,uenaſq; habentibus tenues,crebri,ſpiſſiue ungues enaſcũtur,parteſq; uenarũ poſtremas concludũt, & complectuntur, ne plus una, quam alia procedat. Quamobrem ne mirum ſit,ſi poſtremo corporis loco ſpiſſiſſimi, denſiſſimiue ungues enaſcuntur, & ſunt. Nam de ſpiſſiſſimis, creberrimisue rebus conſtant, & ſunt,ſimulq; cum unguibus & capilli,crinesue in capite naſcuntur,& radicãtur. Natura uero capillorum,pilorumq; ſic habet, qui plurimi,maximiq; corporis ea parte naſcuntur,qua cutis, pellisue ſuperior rariſſima eſt,quaq; capillus,pilusue modicam humoris copiam,qua nutricetur,habeat,quaq; cutis, pellisue rara eſt, pili gignunt̃,quemadmodũ,in mento,barbaue,pectine,pubeue,ſiquaue parte alia pili frutificent. Nã ſimulac fœtus editus eſt,caro,pellis, cutisue ſuperior rareſit, magisq; uenulæ,quã antea comparent. Nam cũ puer puſillus eſt, uenæq; eius puſillæ,tenuesq;,ſemen per eas nõ currit,ſimiliq; modo uirgunculis menſes. Simul enim & pueris,& puellis, uirgunculisue ſeminis,& menſium uia paratur,& ſit. Pubeſq; eorũ pectemue,pilos emittit, cum iam ſuperior pellicula rareſit, ſimulq; lanugo,pilusue ſatis humoris habet,quo nutricetur. Sic & in uiri barba,mẽtoue habet. Nam cũ ſuperior pellicula rarefacta eſt,humor de capite in eã decurrit, ſimul & in coitu, ſimul & medio tẽpore lanugo, pilusue ſatis humiditatis habet,qua nutriat̃,tuncq; maxime cũ humiditas,quæ de capite in coitu deſcendit, aliquantiſper ĩmoretur,& in mento, quod a pectore diſtat. Signũ autẽ quod in rariſſimis pelliculæ ſuperioris partibus pili naſcant̃, hoc eſt. Siquis pelliculã ſuperiorẽ uſtulet,puſtulãq; ſuſcitet, ſanetq; cute, hoc pacto cicatrice condenſata pili non fruticabũt. Qui autem in ætate puerili caſtrantur,pilos in pube, mentoq; nunquã habẽt,totiq; leues, & ſine pilis ſunt,quoniã ſemini genitali uia non datur, nec nuſquã eorum pellis rareſcit. Nam ſeminis uia læſa eſt, & obturata. Quemadmodum pauloante diximus. Mulieres uero mẽto & toto corpore,præter pubẽ leues, & ſine pilis ſunt, quoniam earum humor, quemadmodum uiri,cum coeunt, non æque commouetur,caleſit,cutemq;,rarefacit. Qui uero calueſcunt,pituitoſi,phlegmatodeæsue ſunt,cũq; coeunt,capitis pituita,phlegmaue commouetur,conturbaturue,& caleſit, capillorũq; radices exurit, qui propterea defluunt, caduntue,cum pituita ſuperiorem cutem petit. Caſtrati uero propterea non calueſcunt, quoniam cum coeunt non ualde mouentur, nec pituita calefecta radices capillorum exurit. Cani præterea,capilliue propterea albeſcunt,quod longo tempore humor,qui in homine ineſt, liqueſcit, candidiſſimuſq; excernitur,cutemq; ſupernã petit,capilliq; cũ candidiorẽ humorem ad ſeſe traxerunt,quã antea, albeſcunt,ſuperiorq; cutis cãdidior fit,qua cani ſunt. Candidior eſt ſuperior cutis, quã alia parte, quiq; cum naſcuntur, quid in

Cur dẽſi ungues.

Capillus, piluſq, quo loco fruticet.

Seminis per uenas uia quando fiat.

Virgunculis cur interdum menſes non ſint.

Pubertatis cauſa.

Cute uſtulata pilus non fruticat.

Caſtrati cur non pubeſcant.

Caluitij cauſa.

Caſtrati cur non calueſcant.

Canicies cur.

Cani cur in ortu.

quid in capite canum habent, superior cutis ea parte, candidior est, quã alia. quod sic habet. Caro quãcũq; humiditatẽ trahat, cãdidã, atramue, capillus, pilusue sic inficitur. Hæc quidẽ mihi ad hoc dicta sunt. Deinceps autẽ quod reliqui, prosequar. Cum autem iam pueri corporis partes postremæ ramusculos emiserunt, capilliq; & ungues radicem fecerunt, tunc etiam mouetur, tempusq; ad hoc fit, mari quidem menses tres, fœmellæ uero quatuor, sic enim plurimum euenit. Quidam tamẽ sunt, qui ante mouentur, masque propterea prius, quam fœmella mouetur, quoniam ualidior est, priusque cõpingitur, conformaturue, semineq; ualidiore, crassioreq; constat. Cum uero fœtus in utero mouetur, tunc etiam lac matri præsignat. Nam mammæ tolluntur, papillæque rarescunt, lac tamen non exit, densa uero carne fœminis tardius lac præsignat, & exit, compositis autem rara carne citius. Lac autem propterea gignitur, quoniam uuluæ, cum fœtus inest, turgescunt, uentriculumq; ciborum plenum præmunt, quodq; pinguissimum in cibis, & poculis inest, in omentum, & carnem exilire facit. Quemadmodum si quis corium oleo perungat, sorbereque sinat, deinde præmat, oleum profecto prosiliet, sic etiam de uentriculo, cœliaue ciborum, potionumque repleto, uuluis compresso, pingue eorum in omẽtum, & carnem resilit. Sin autem fœmina rara carne sit, citius hanc resiliendi uim sentit, si minus, serius. Pecoraq; prægnantia nisi morbo aliquo laborẽt, cibo, potuq; magis pinguescunt, similiter fœmina, pingui hoc uuluis calefacto, cãdefacto, dulcefacto, cõpressoq; & in mammas tendente, paululum etiam quid & in uuluas per easdem uenas descẽdit. Quædã enim uenulæ, & in mãmas, & in uuluas tendũt, hæcq; & alia similia, quod lac cũ in uuluas, locellosue deuenit, puer, fœtusue paululũ quid haurit, mãmæ uero lactis repletæ tollunt͂, turgescũtue. Cũq; fœmina peperit facto motus & agitationis principio, si lactauerit, lac in mãmas currit, quod sic habet. Cũ mãmæ sugunt͂, lactãtue, quæ uenulæ in eas tendũt, latiores fiũt, pingueq; de uentriculo trahentes mãmis dedũt. Quin & uir, si crebro coeat, latiores has uenulas habet, magisq; ad hãc rem incitatur, quod & sic habet. Cũ de matre sana, ualidaq; in uuluas consueta descendũt, tũc etiã puer, & fœtusue sane, ualideq; nutricat͂, & crescit, quemadmodũ & quæ terra gignũtur, terra nutriunt͂, quo pactoq; terra habet, sic & quæ terra nascunt͂, habẽt. Semẽ enim in terrã demissum, quodã humore ab ea repletur. Nam terra generum omnium humores in sese habet, quibus ea, quæ nascuntur, nutriantur. Cum uero semen humoris repletũ est, perflatur, tumescitq;, cuius uis, quæ in eo leuissima est, humore, spirituq; commutatur, & uertitur, semenq; dehiscit, primumq; folia emittit, quæ latius, altiusue emissa, cũ seminis humore amplius non nutricantur, ad inferiora, & semen dehiscunt, & uertunt͂, simulq; cũ semine ui, & grauitate, quæ remansit, radices distẽdunt͂, creanturq; de foliis. Cum uero sata firmo modo, radices in inferiora demiserunt, terraque nutricantur,

Quotus in utero fœtus mouetur.

Lac cur fiat.

Pecora grauida potu, et cibo magis pinguescunt.

Lactis copia quando.

Salacitas uiris unde.

Quomodo sata nascantur.

tunc etiam tota euanescunt, præter corticem, qui solidissimus est. Quin etiã cortex terra putrefactus euanescit, temporisq; spatio aliquo, & folia quædã in ramusculos conuertuntur. Semine igitur, quod humore constat (donec te/nerum, & aquosum est) cum ad superius, & inferius incrementum agatur, & moueatur, nullum fructum emittere potest. Nam in eo facultas, uisq; ualida, copiosa, pinguisque non inest, quæ semen procreet. Sed cum iam firmius fuerit, radicibusq; confirmatum, quod natum est, cũ aliquo temporis spatio, tunc etiam latas uenas supra, & infra habet. Tuncq; ex terra haurit, trahitue, non aquosum humorem amplius, sed crassiorem, pinguiorem, plusculumq;, quam antea, qui sole calefactus in extrema gliscit, semenq;, & fructũ sui generis emittit, multusque ex pauculo, magnusque ex tantulo propterea gignitur, quoniã unumquodq; eorum, quod ex terra gignitur, plurimam uim, maiorémq; copiam haurit, trahitq; de terra, quam posset ex eo, quo natum est, sicq; gliscit, & emittit, non unum, sed plurima. Cũ uero semen, fructusue iam feruendo exiluit, suo germine nutricatur. Nam quod natũ est, de terra haurit, trahitq;, seminiq; & fructui suo tradit. Sol autem digerit, maturatq; semen, & fructum, roboratq; & solidat, quodq; in eo aquosum inest, ad sese rapit, & trahit. Hæc quidem mihi dicta sunt de his, quæ terra, semine, & aqua gignuntur. Quæ autem de arborum plantariis panguntur arbores, hoc modo fiunt. Talea qua parte ab sua arbore recisa est, ea in terram demittitur, quæ hoc modo radices demittit. Cum aliquantisper in terra steterit, humorem, spiritumq; concipit, turgescitq;. quod autem supra terram est, nondum turgescit. Spiritus autem & humor uim omnem in inferiora demittunt, tenellæq; radices inde gignuntur, cum uero subter cœperit, tunc etiam de radice humorem trahit, superiorique dedit, quæ spiritum concipit, turgescit, omniq; ui folia emittit, superneq;, & inferne crescit, sicq; in his contra euenit, ac in illis, quæ semine gignuntur. Prius enim semine folium oritur, deinde radices in infe/riora demittuntur. Primum enim arbores radicantur, deinde foliantur, quo/niam in semine copia humoris inest, qui una cum terra folium edit, & nutrit, donec radicetur, quod in talea non fit, nõ enim ex alio creatur, folium primo uti inde nutricetur, sed ipsa talea tanquam arbor est, quæ plurimum a terra distat, & eminet. Quare nõ posset, quod a terra distat, humore satiari, nisi magna uis inferior superioribus impartiretur. Primumque quod pangitur, sese per radices nutricet, necesse est, deinde sic de terra hauriens, superioribus de/dere, foliaq; & germen edere, crescereq;, quod cum creuit, ramos necessario emittit, cur nam dicemus. Cum plus humoris ex terra traxit, qua abundat, ea ramos emittit, crescit autem, & in latum, & in superna, & inferna. Quoniam terræ partes inferiores hyeme calidæ sunt, æstate frigidæ, quod euenit, quod terra tempore hyberno multa aqua cœlesti madescit, comprimitur, densa/turq;. Quoniam perflatũ nullum habet, quo spiret. Non enim tunc admodũ rara est,

Quæ terra gignũtur, quo procedant.

Cur multa ex uno et magna ex parua.

Qui arbor plantatur, crescatue.

Cur herbæ, et arbores contrario modo coalescũt.

Cur terræ inferiora hyeme, calida, æstate frigida sint.

rara est. Hac etiam de causa terræ inferiora tūc calida sunt. Quoniam fimum, stercusue densius iactatum magis calefit, & feruescit, quam rarius si iactetur. modoq; alio hoc etiam euenit, quæ humida sunt, madescūtq;, si coaceruētur, cōpressaq; cōponantur, per sese quam primum calefiunt, putrescuntq;, uel ac ceduntur præ calore. Spiritus enim per ea, cū sint densa, penetrare nō potest. sin autem arida sint, raraq; disponantur, multo minus, tardiusq; calefiunt, ac putrescunt. Sic etiā triticum, & hordeū, humida si sint, aut madefacta, citius calefiūt, quam si arida sint, uel rare disposita. Dorica quin etiam uestimenta, si colligata, uehemēterq; compressa componantur, per sese accenduntur, tan quam igni ustulentur, quemadmodum & nos uidemus. Cætera etiam omnia, si quis obseruet, deprehendet, quæ compressius digerantur, per sese magis calefieri, quam quæ rarius componantur, cum non perflentur, & refrigeren/tur. Sic & terræ inferna, cum plurima sit, seseque premat, ut pote cum densa, humoreque grauis sit, tempore hyberno calefit. Nihil enim perflatur, cumq; perpluit, & si spiret, aqua nō penetrat. quoniam terra densa est, spiratioq; illa in aquam regreditur, propterea q; Mare, Fontesq; hyeme maiores, & calidio/res sunt, quā æstate. Quoniam spiritus, qui spirat, in aquā regreditur, ut pote cum terra densa sit, nec per sua interuenia spiritum penetrare sinat, cumq; aqua multa sit, qua ingruit, discurrens erumpit, patētioremq; sibi uiam facit, quam si pauca esset. Nūquam aqua in terra consistit, sed locum decliuē sem/per petit. Si uero spiritus hyberno tempore de aqua exiret, terra minueretur, semperq; de ea aqua deflueret, per hyemem fontes magni non essent. Hæc quidem omnia mihi sunt dicta, cur hyeme terræ inferiora calidiora uideātur, quam æstate. Nunc autem dicam, cur æstate contra frigidiora terra, si quidē æstate rara, & leuis est, ut pote sole uehementius ingruente, humoresq; ad sese ex ea trahente. Semper enim terra plus, uel minus aquæ in sese habet, spiritus q; omnes nobis ex aqua sunt, & ueniunt, quod sic coniectari licet, hoc modo habere, quoniam semper ex omnibus fluminibus, & nubibus uenti spirant. Nubes autem sunt continua aqua, & connexa in aere, tuncq; terra leuis, & rara per æstatem est, per decliuiaq; aquā demittit, quæ cū decurrit, semper nouū spiritum suscitat. Quodq; spirat, per terram, cū rara, & leuis sit, graditur, terrā q; refrigerat, simulq; aqua ipsa refrigeratur. Hæc quidem sic habent, quemad modum, si quis aquam ī utre premat, & stringat, punctuq; aciculæ, uel re pau lo maiore spiramentum aquæ faciat, utrēq; suspendat, spiritus nullus per fo/ramen illud exibit, tātum autem aqua paulatim defluet, cum latum locū non habet aqua, quo spiret, sic & aqua, quæ in terra est, hyeme habet. Si uero latū locum aquæ, quæ in utre sit, facias, utrēq; suspendas, spiritus per illud fora/men cum aqua progreditur, cum iam latiorem locū habeat aquæ motu, per utrem uti discurrat, per foramenq; propterea prosiliat, sic & aqua, quæ in ter ra est, æstate habet. Latiorem enim locum habet, cū terra rara sit, solq; humo/

Cur humida cum coaceruantur, ca lefiant.

Dorica uestimē ta.

Mare, et fontes cur hyeme cale scant, et turgeāt.

Cur æstate terræ interuenia frige scant.

Quid nubes.

Quo pacto hoc probet uideto.

Cur aqua hyeme calida, æstate friget.

res ab ea, ad sese trahat, spiritumq; ab aqua separatum, immittat frigidum in terræ interuenia, quæ rara & leuis est, tunc qui terræ interuenia, & aquã æstate refrigerat, seseq; ipsum, simulq; aqua, cum ex puteo hauritur, semper tanquam flabellum, spiritum suscitat, qui aquã refrigerat. Quæ uero æstate non hauritur, non agitatur, sed desidet, & desatur, spiritumq; nullum de terra suscipit, nec immittit, solq; & aer in puteum non diffunditur. Quamobrem aquæ superior pars calefit, quæ reliquã calefacit, propterea aqua, quæ æstate non hauritur, calidior est, quam quæ hauritur. Fontesq; præterea profundi semper æstate ualde frigidi sunt, hyeme calidi, quoniam terræ interiora tunc calida sunt, tuncq; aqua hausta calida est, sed paulo post aere, & uẽto frigidiore percurrente, frigescit, quemadmodum æstate si hauriatur, frigida est, sensimque tepescit similiter, quemadmodũ & aqua in puteo, cum æstate non hauritur, calida est. Hæc quidem ad hoc mihi dicta sunt. Præterea rursus repetam, cur æstate terræ ĩteriora frigida sint, hyeme uero calida, curue arbori, quæ coalitura sit, simul bis calefieri, uel refrigerari, non expediat, sed si superior pars calefiat, inferior refrigeretur, uti cum radices illud hauserint, arbori tribuant, arbor uero ramis, sicq; caloris, & frigoris mutua dispensatio fiat. Sic etiam in homine, cum cibi uentriculum intrarunt, cum digeruntur, calefaciunt, quos potus refrigerat. Sic & arbori superne modo, modo inferne refrigerari conuenit, propterea tam superne, quam inferne crescit arbor, quoniam & a superiore loco, & ab inferiore nutricatur, donecq; tenella admodum est, fructum non fert. Nam uis pinguis & crassa in ea non est, quæ ad fructum conferat, cum uero tempus accessit, tunc iam in ea uenæ latiores fiunt. quæ pinguem, & crassam fluctionem illi præbẽt, quam sol dispergit, cũ leuis sit, percoquit, ac in postrema fructus & poma emittit, tenuemq; humorem ex pomis, & fructibus deducit, crassioremq; decoquit, calefacit, dulcemq; reddit. Quæ autẽ arbores fructum non ferũt, tantum uberis in sese non habent, uti fructũ edãt. Cum autem arbores temporis spatio corroboratæ fuerint, satisq; inferna radices confirmarint, amplius non crescunt. Quæ præterea arbores, uel inoculatione, uel insitione non sua crescunt, cum creuerunt, pomum, fructumue non suum, sed illarum, unde oculi, surculiue trãsferuntur, & in his inseruntur, quod hoc pacto habet. Primum quidem oculus, & surculus alimento suæ arboris germinat, deinde eius, cui inseritur, cũ uero pullulauit, tenues radices in eam demittit, sic que primo & suo, & illius humore fruitur, deinde cum tempus accessit, per eam arborem radices in terram demittit, de terraq; humorem trahens, fruitur, & nutricatur. Quare mirãdum nõ est, si quæ inseruntur, suum, non eius, in qua inseruntur, pomum, & fructum ferunt. Nam de terra uiuunt. Hæc quidem mihi de arboribus, pomis, fructibusq; propterea dicta sunt, ne orationem imperfectam relinquerem. Nunc autem rursus regrediar eo, cuius causa hæc mihi dicta sunt. Dicoq; cuncta, quæ in terra nascuntur, terræ humore

Fontis alti qualis aqua.

Homines sicuti arbores nutricantur.

Cur insita suum fructum ferant.

more uiuere. queadmodúq; terræ humor habet, sic & humi nascétia habent. Sic & puer de matre in uuluis uiuit, queadmodum mater sanitatis habet, sic & puer habet. Si quis autem hæc quæ dicta sunt, a principio in finé usq; reputet, Naturam omnem similem & humi nascentium, & hominum esse deprehendet, hæc quidem mihi ad hoc dicta sunt. Puer autem cum in locellis & uuluis est, manus ad genus habet, caput ad pedes. Nec est probe discernere, si puerum in uuluis uideas, caput nec ne supra, uel infra habeat, mébranæq; de umbilico tenduntur, quæ eum continent. Nunc autem demonstrabo, quod pauloante dixi me demonstraturum, quatenus humanæ méti expedire datur, ne scire uolenti hoc non pateat. Semen quidem in mébrana est, medioq; eius umbilicus, quo spiritum trahit, & emittit, membranæq; aliæ de umbilico nascuntur, & sunt. Puerіq; naturam aliam omnem, quemadmodum dixi, ad finé usq; habere deprehendes. Si quis præterea hoc testimonio, quod dicam, utatur, magis confirmabitur. Nam si quis uiginti oua recétia, uti edútur, duabus, uel pluribus gallinis supponat, singulisq; diebus, a secundo incipiens usq; ad ultimum, priusquam pullus excludatur, si unum subtrahat, frágat, consyderet omnia, quemadmodum dixi, habere deprehendet, siquidem liceat gallinæ naturam humanæ comparare. Quod autem de umbilico membranæ tendantur, cæteraq; quæ de puero dicta sunt, in ouo gallinaceo a principio in finé usq; sic habere deprehendes, quod profecto, si quis non uidit, in gallinaceo ouo umbilicum inesse mirabitur, quæ quidem habent, quemadmodum mihi dicta sunt. Cum uero Fœminis partitudo, partusue aduétat, quod tunc fit, cú puer sese manibus, & pedibus agitat, membranamq; interiorem scarificando rumpit, quæ cum fracta est, cæteræ minus ualidæ rumpuntur, quæq; illum continent, primum rumpuntur, deinde postrema. Quæ cum fractæ sunt, tunc puer uinculis liberatus, & reuolutus foras exit. Nam membranæ non possunt eum amplius continere. Nec uuluæ, locelliue, membranis iam reputis, quemadmodú dicebá, puerisq; ipsis prodeuntibus, quæ cú partú non multa ui conuoluunt, uuluis cohærent. Cum autem puer prodit, uim facit, uuluasque in exitu dilatat, ut pote tenellas, & molles, per caputq; exit, siquidé naturaliter exeat. Nam superiora umbilicus aggrauat. Cum autem in uuluis puer inest, in dies ualidior fit, simulq; ac decimus mensis aduentauit, membranas, inuolucraq; rumpit. Nam tunc partitudo matri aduentat, si uero quid uiolentum puer patiatur, ante statutú tempus membranas frangit, & erumpit de matre si nutrimentum ante deficiat. Sicq; partitudo, pariendiue tempus ante legitimum tempus matri aduentat, & ante decimú mensem progreditur. Si quæ uero plusquam decem menses sibi gestasse uidentur (nam & hoc sæpius audiuimus) modo quo dicam, falsæ sunt. Cum uuluæ de uentre perflantur, (quod sæpe cadit) tumescút, tuncq; sibi fœminæ concœpisse uidétur. Si præterea cum menses descendunt, diutius in uuluis peruolutentur, & maneant.

Partus terrenis comparatur.

Pueri situs in utero.

Per ouum hoc confirmat.

Quo pacto puer erumpat.

Caput prius exit si naturaliter exeat.

Quæ plusquam decem menses gestasse uidentur, cur fallantur.

ſemper enim in uuluas defluit, quandoq; & cum ſpiritu de uentre, quandoq; cum calore. tuncq; profecto ſibi fœminæ concœpiſſe uidentur, cum menſes non defluunt, cumq; uuluæ tument. Poſtea tamen eſt, cum menſes ſua ſpóte prorumpant, uel cum alii ſuperueniunt, qui priores protrudunt, ſpirituſq; & tumor progreditur. Multis iam poſt menſium purgationem uuluæ ſtatim hiauerunt, ſeſeq; in pudenda uerterunt, quæ uiris miſtæ ſemen eodem die, uel ſimul paucis diebus ſumpſerunt, retinueruntue. Fœminæ uero harum rerum & rationum imperitæ, putant ſe tunc concœpiſſe, cum menſes non deſcenderunt, uuluæq; tumuerunt. Quod autem nō eſt diutius partum in utero continere, & habere, quam decem menſes, dicam. Nutrimentum, & incrementum, quod de matre deſcendit, puero iam ſatis non eſt, cum decem menſes tranſiuerunt, partuſq; creuit, qui de ſanguine, quod dulciſſimum eſt, trahit, lactiſq; aliquantum haurit. quæ cum minus ſunt, quam opus eſt, partuſq; iam ualidus eſt, & robuſtus, qui plus nutrimēti, quam adſit, cupit, proptereaq; ſeſe agitat, hymenaſq; & membranas diſrumpit, quod magis primiparis cadit. Nam pueris nutrimentum, quod ſatis ſit, ante decimum mēſem deficit. Propterеaq; deficit, quod fœminæ quædam per menſes multum purgātur, quædam non multum, quod ſi ſemper fiat, in natura, & genere, uuluaue, malum uuluæ, metroonue creatur. quæ uero parum per menſes purgantur, tempore poſtremo puero, cū iam robuſtus eſt, minus nutrimenti præbent. quod facit, uti agitetur, ac ante decem menſes prodire feſtinet. Parum enim ſanguinis & de his & de iuuēculis matribus procedit. Semperq; ferme cadit, has fœminas, quæ parum menſium demittunt, parum etiam lactis habere. ſicciores enim ſunt, denſioreq; carne compactæ. Hac itaq; ratione, cum nutrimētum deficit, puer prodit, niſi quid uiolentum patiatur. quod ſic confirmatur. Pulli enim gallinacei de oui luteo creantur, hoc modo. Cum mater inſidet, & fouet, ouū calefit, & quod ineſt, matreq; agitatur, quod cum calefactum eſt, ſpiritum cōcipit, per eiuſq; raritatem refrigeratur aere. Nam ouum adeo rarū eſt, uti ſatis ſpiritus, quod intus eſt, trahat, pulluſq; in eo creſcat, per articuloſq; cōformetur, quemadmodum & puer cum in utero eſt, ſicuti mihi iam ante dictū eſt. Pullus itaq; gallinaceus de oui luteo procreatur, candido autem, & albo nutricatur, & creſcit, quod omnibus, qui hoc aduerterunt, patet. Cum autē pullo nutrimentum oui deficit, cum ſatis unde uiuat, non habet, plus nutrimēti quæritans ſeſe in ouo uehementius agitat, membranaſq; diſrumpit, quod cū mater ſenſit, putamen roſtro percutit, pullūq; excludit. quæ uiginti dies peragunt, clarumq; eſt, hoc modo habere. Nam cum auicula oui putamina percutit, & perrumpit, nihil in eo, quod alicuius momenti ſit, ineſt. conſumptum enim eſt in pulli nutrimentum. Sic & puer cum in utero creuit, quia mater ſatis nutricare eum amplius non poteſt, plus nutrimenti, quā quod adſit quæritans, non quieſcit, mēbranas lacerat, uinculiſq; ſolutus ſimul foras exit. quæ quidem

Cur pluſquam decē menſes partus in utero eſſe non poſſit.

Cur nutrimentū ante decimum menſem puero in utero deficiat.

Quæ parum lactis habeant.

Hoc contra Plinium, et Ariſtotelem eſſe uidetur.

Partus quando accelerat.

quidem decem menses, cum longissime peragunt. Similiterq; brutis pecoribus, & feris partus aduentat, & fit tempore, quo horum quodq; parit, nec longiore. Singula enim animalia tempus habeant, necesse est, quo parcius nutrimentum partui subministrent, deficiatq;, quod cum fit, partus accelerat. Quæq; minus nutrimenti partui suggerunt, citius pariunt, quæ plus tardius, hæcq; mihi quidem ad hoc dicta sunt. Puer uero cum mẽbranæ circũfractæ sunt, siquidem in caput uertatur, mulier facile parit. Sin autem in latus, aut in pedes, quod sæpe cadit, si uero sic casus tulerit, uel locellis latioribus, uel quia mater cũ parturire cœpit, non satis quieuit, quod si fiat, mulier difficilius pariet. Nam plerũq; uel ipsæ pereunt, uel partus, uel simul & matres, & qui insunt, maxime uero primiparæ ex puerperis laborant, dolorum imperitia, quæ toto quidem corpore laborant, sed præcipue lumbis, & coxendicibus. Nam harum coxendices maxime diuaricantur, diducunturue. quæ uero partuũ peritiores sunt, minus laborant. Sin autem in caput puer ueniat, caput prius exit. Deinde cætera membra sequuntur, postremus autẽ umbilicus, cui secũda extenta connectitur. post autem hæc, Aqualiculus cruẽtus ab capite, corporeq; reliquo ui, labore, & calore separatus qui uiam puerperarum purgationi auspicatur, & facit primus. Postea uero quam hæc sanies exiuit, purgatio fit, tẽpus iam dictum, mammæq;, cæteraq; membra subhumida mulierũ dehiscũt. Primo quidem partu parum, deinde quo pluribus partibus tentantur, multo plus etiam dehiscunt, puerperi purgatione, uenis iam uacuatis, hæc autẽ mihi ad hoc dicta sunt. Gemelli uero sic uno coitu, & initu gignuntur. Multos crebrosue sinus, & conuolutos habent uuluæ, partim longius, partim propius pudenda. quæq; animalium plurima gignunt, & pariunt, plures habent sinus, quam quæ pauciora, similiterq; & pecora, & feræ, uolucresq;. Cum uero genitale semen in duos sinus diuiditur, uuluæq; metræue suscipiunt, nec sinus alter in alterũ demittit, diuisum in utroq; sinu membranam obducit, similiq; modo animatur, quo & unũ, quare diximus. Quod autem uno coitu, & initu gemini creentur, & generent, comprobant, canis, sus, cæteraq; animalia, quæ uno coitu duos, uel plures catulos pariũt. Nã unusquisq; suo sinu conditur, suaq; mẽbrana conuelatur, quæ facta uidimus ipsi, quæ omnia plurimũ eodẽ die pariũt. Sic & mulier una mistione duos pueros enititur, unũquemq; suo sinu, suaq; mẽbrana conuolutũ, eodẽ die, primũq; unus sua mẽbrana prodit, deinde alter. Quod autem Mas & fœmina gemini nascant, dico, semen genitale partim ualidũ, partim nõ ualidũ in uiro, & ĩ fœmina, & ĩ omni animãti inesse, quod simul totũ non exit, sed iterato, tertioq; quãdoq; effundit. Nec quod prius exiuit, semper secundo, uel tertio simile est, robore, uel imbecillitate, sinũq; quemcũq; crassum, robustũq; intrauit, mas illic gignitur, contra quẽ liquidius, ac inualidius, fœmella illic creat. Si uero sinus utrosq; semen ualidũ intrauit, mares utriq; erunt. Si non ualidũ, fœmellæ utræq; creabunt. Hic Sermo sic dictus totus finem habet.

Pecora similiter enituntur.

Cur quædam tardius, quædam celerius pariant.

Partus qualis.

Quãdo in enixu matres, partusue pereunt.

Cur primiparæ magis in enixu laborent.

Caput prius exit, deinde cætera.

Vmbilicus.

Quæ dehiscant.

Qui gignantur Gemelli.

Canes, et sues hoc confirmãt.

HIPPOCRATIS DE SEPTIMESTRI PARTV LIBER QVARTVSDECIMVS.

Macrobius, et Galenus in epidemiarū comentarijs hoc disserit.

PArtus quidem septimestres, centum & octoginta duobus diebus eduntur, & fiunt, particula diei addita. Nam si primi mensis quinq; & decem dies computes, quinq; si quidē menses, cētum quadraginta septem & diei dimidiū sunt, si uero sexaginta, minus uno, proxime, circiterue duo mēses perficiuntur. Sic igitur his perfectis, & existentibus, ad septimum mensem desunt dies plusquam uiginti, dieiq; particula addita, ad anni uero dimidium superant. Cum ergo partus ad hoc principium perfectionis deuenit, præ seq; robur multū ferat, hac perfectione magis, quam cæteris temporibus membranæ, tuniculæue, quibus antea degebat, laxantur, quemadmodum spicæ priusquam fructus maturescat, demittuntur. Partus quidem ualidi, robustiq; membranas ui quadā discindunt, necessarioq; partum accelerāt, plurimi tamen horū pereunt. Nam cum parui sint, maiore utuntur mutatione, quam cæteri. quadragintaq; dies necessario male patiuntur, cum de uulua ante tempus prodierint, quod & multos decimo mense partos necat. Pauci tamen ex multis septimo mense genitorum supersunt, quoniam exiguū tempus in uulua constiterūt, quo possent omnia, quæ perfecti, uicturiq; partus, sustinere, secumq; de matre deduxerunt, quæ mense octauo passurus erat partus, & mater. quos labores si superent, & in lucem prodeant, tamē pauci possunt superesse propter labores, quos dico octimestres, & multos decimestres necare. Multi præterea partus septimestres, cū membranæ laxātur, quod cedit, petunt, illicq; degunt. Primos autem quadraginta dies quidam plus, quidam minus tolerant, & afficiuntur, propter mutationem ex tuniculis, quæ nutriebant, & umbilicum, per quem nutrimentum trahebant, & quia alio transiuit, propterq; matris labores. Nam membranæ, & umbilicus conuulsi matri dolores faciunt, partusq; pristino uinculo solutus grauior fit. Multæ uero fœminæ, cū hæc ueniunt, superfebriūt, quædam & cum partu pereunt, quo igne, febreue cunctæ pauculo tempore utuntur, & ægrescunt. mēse præterea octauo dicunt, partus in utero difficillime gestare, meritoq; dicunt. Nam octauus mensis, & tempus hoc, non solum per se grauis, sed etiam multo magis, si dies de septimo mense, uel nono, uel anno suscipiat. Sed hos dies fœminæ non similiter & dicunt, & agnoscunt. Nā ideo falluntur, & errant, quia non sic numerantur, & fiunt, sed quandoq; de septimo ad quadraginta plures dies accedunt, quandoq; uero de nono mēse, quādoq; & de anno, tunc enim necesse est, uti fœmina sciat, quo tempore, & mense concepit. Mensis autem octauus ambiguus est. Per hunc enim fit, uti habeant indiscrete, uixq; discernantur. Mea quidem sententia, & pars decimi mensis, mensis est. Quamobrem hūc facile meminerunt. Quare fœminis de partu penitus oportet non fidem habere. Nam quæ sciunt, dicunt, & semper dicunt,

Cur septimestres edantur.

Cur pauci septimestres uiuant.

Cur plus, minusue quidam septimestres partus afficiuntur.

Cur octauus mensis grauis sit.

Cur fœminæ in conceptu errent.

& sciscitātur,

& ſciſcitantur, nec cuiuſquam operi uel ſermoni credunt, ſed quod ſciunt ſuis corporibus eueniſſe. Si qui autẽ aliter dicere uelint, his licet, & permittitur. Sed fœminæ quæ hoc iudicant, uictoriæ palmã illis dant, quæ de hac re cum petũtur, dicunt, ſemper pignora eniti, & in lucem edi ſeptimeſtria, octimeſtria, nonimeſtria, decimeſtria, & undecimeſtria, ſed horũ octimeſtria non ſupereſſe, cætera uero ſupereſſe. Præterea dicunt, in prima quadragentaria multos abortus fieri, cæteraq́; quæ perſcribuntur cæteris quadragentariis, ſinguliſq́; aliis menſibus. Cum uero ſeptimo menſe tuniculæ, membranæue circũſcinduntur, partuſq́; alio migrat, dolores, & labores, qui per octauum menſem conſueuerunt, inuadunt, quiq́; per ſextam quadragentariam. Quod tempus cum præteriuit, partus & matris inflammationes, quibus bene futurum eſt, diſcutiuntur, & diſſoluuntur, uenterq́; molleſcit, tumorq́; de præcordiis, & ilibus ad loca inferiora deſcendit, bonamq́; partus uerſationem, ſeptimamq́; quadragentariam, hic enim ſunt plurimum, & reliquum tempus partus. Nã hæc loca illis mollia, & amœna ſunt, faciliuſq́; & crebrius hic agitantur, proptereaq́; ad enixus faciliores redduntur, totiuſq́; huius quadragẽtariæ hoc faciliores ultimos dies fœminæ ferũt, & habẽt, donec ſeſe partus uertat, poſt hæc autẽ & parturiũt, & dolores, laboreſue procũbunt, donec & puero, & uuluæ dolore liberent̃. Si qua præterea fœmina, cũ multos partus ediderit, claudum aliquem, uel cæcũ, uel aliud malũ habentẽ edat, menſem octauũ dicunt in his moleſtius tuliſſe, quã in his, quos nihil mali habentes ediderũt. Nam partus aliquo membro captus, læſuſue menſe octauo tam uehementer ægrotauit, morbus uti exceſſum fecerit, quemadmodũ in uiris ingẽtes morbi faciũt. Qui uero partus alio tẽpore ualde ægrotãt, priuſquã morbus abſceſſũ faciat, pereunt. Qui autẽ octauo mẽſe, nõ ualde laborãt, ſed quid ob naturalẽ eius mẽſis malignitatẽ patiunt̃, quadragintaq́; dies in ea imbecillitate tranſigũt, pleriq́; ob dictas neceſſitates, cauſaſue, ĩ uulua cõualeſcũt. Si qui uero his quadraginta diebus edant̃, ſupereſſe non poſſunt, quoniã poſt enixũ, partũue patient̃ eadẽ, quæ ĩ uuluis paſſuri eſſent. Qui uero ĩ uulua male habet, in menſemq́; nonũ malũ trahat, mẽſeq́; eo edatur, ſupereſt, & uiuit. Quin etiã ſi ſeptimo menſe pariat̃, ſupereſt, ſed ex his pauci tamẽ coaleſcũt, ſolidũq́; robur, & incrementũ capiũt, quemadmodũ qui perfecti pariunt̃, nec hi labores, quos in uuluis paſſuri erant, euadunt, propterea graciles, & macilẽti reddunt̃, tamẽ potiſſimũ hi ſeruant̃, qui noni menſis exitu naſcunt̃. Hiq́; ualidius degũt, qui plurimum ab octimeſtrium morbis abſunt. Nam qui ſeptem quadragentariis eduntur, qui decimeſtres nominantur, propterea potiſſimum coaleſcunt, quoniam ualidiſſimi ſunt, plurimumq́; abſunt a malis eorum, qui per menſem octauum quadraginta dies male habuerunt. Morbos autem & paſſiones octimeſtrium macies nono menſe natorum declarat, quamuis pro tempore ſatis magni ſint, non tamen tam excarnati, quam ſeptimeſtres eduntur.

Quid dicant fœminæ aſpice.

Quid agat partus ſeptimo mẽſe.

Quare claudi, cæciue partus edantur.

Qui poſt enixũ uiuant.

Cur macilenti fiant.

Decimeſtres cur educentur.

Concœptus et cæterorum decretorium.

ſed perfecti carnoſi eduntur, quoniam tempus, quo in uuluis fuerunt, ſine morbis peregerunt. Præterea pignorũ concœptus, abortus, & partus eo tempore fiunt, & diſcernuntur fœminis, quo morbi ſanitas, & mors cunctis hominibus. quæ cuncta partim per dies, partim per menſes, partim per dieȝ quadragentarias, partim per annum præſignificant. Nam in omnibus his temporibus ad unũ quodq; multa conferentia & amica, multa etiã inimica, & hoſtilia inſunt. Conferẽtia quidẽ ſanitatem, & incrementa faciunt, contraria uero morbos & mortes. Dies ergo maxime inſignes, & obſeruãdi, ſunt primi, & ſeptimi. Multi quidẽ circa morbos, multi uero circa partus pollent, & poſſunt. Nã abortus & quidẽ plurimi per hos dies fiunt, quæ defluctiones dicunt̃, nõ abortus. Cæteri uero dies, qui intra quadraginta ſunt, minus quidem ſignãdi ſunt, & obſeruandi, multi tamẽ decernũt. Hæc quidẽ in mẽſibus & diebus ſtata, rectaq; ratione fiunt. Singulis.n. menſibus fœminis ſanis & ualẽtibus menſtrua comparent, tanquam peculiarem uim in corporibus menſis habeat. Si quidẽ ſeptimi menſes prægnantibus principiũ perfectionis ſtatuũt, pueriſq; ipſis, cũ ſeptimeſtres ſunt, multa differentia, & notanda in corporibus fiunt, denteſq; hoc tẽpore comparere incipiũt. Quæ ſimilis & eadẽ ratio in decretoriis diebus obſeruatur, ſiquidẽ forte quis & his ſimul utat̃, & inſiſtat, aduerſeturue, ſcito teſtimonii cauſa, dicta eſſe. Nam eũ, qui bonus futurus eſt Medicus, oportet probe conſyderare, quæ faciãt ad languentiũ ſalutẽ, dies omnes obſeruare, pariũ quidẽ, quatuor, & decẽ, octo, & uiginti, duos, & quadraginta. Hic enim concordantiæ, harmoniæue terminus a quibuſdam ponitur, ſexq; ſuapte natura par, & perfectus. Quã ob cauſam longũ eſſet ĩ præſentia narrare, quæ ſic obſeruentur, trientibus, & quadrantibus, triaſiue, & tetraſi, trientibus quidẽ coniunctis omnibus, quadrãtibus uero per duo coniũctis, duobus autẽ per duo, coniugatis. Quadragentariæ uero primũ quidẽ in partibus ſtatuunt, quoniã qui primos quadraginta dies ſuperat, & fugit (qui in omni quadragentaria fiant) abortus fugit. Plures enim abortus in prima quadragentaria fiunt, quã in cæteris, quo tempore præterito partus ualidiores ſunt, membraq; ſingula per corpus diſcernuntur marium præſertim, tunc omnia congruunt. fœmellæ uero per hoc tempus carnium ſolum thorulos, apophyſiasue habere uidẽtur, plus.n. temporis ſimilia in ſimili & ſimile eſt, tardiuſq; propter conſuetudinẽ, amoremq; & cognationẽ diſcernitur, ſiquidem & cætera cum a matre ſeparant̃, & diſcernuntur, puellæ, quã pueri ſerius diſcedũt, ſed citius & ſapiũt, & pubeſcũt, & ſeneſcũt corporũ imbecillitate, uitæq; ratione. Secũda uero quadrãtaria, teſſaracontaſue eſt, in qua per octauũ mẽſem in uulua partus languẽt, de quibus totus hic ſermo ſic dicitur. Tertia autẽ eſt, qua cum iam editi ſunt, male habent, quos quadraginta dies, ſi fugiant, & euadant, ualidiores, ſapientioreſq; comparent, & eſſe uidentur. Nam per hos dies clarius uidẽt, ſtrepitumq; audiunt, cũ antea non poſſent, tanquã hoc tempus laxationem,

Quæ faciant hæc.

Dierum obſeruatio.

Quãtum dies, et menſes poſſint.

Dierum parium obſeruatio.

Conformationis tempus in utero.

Qui puellæ a pueris differant.

laxationem,& incrementum habeat,cũ ad alia,tum ad ſenſum,ſapientiamue, quæ eo corpore capitur,& ineſt.Peculiare enim quid ſenſus per primos dies in puerorũ corpore clarum eſt,ineſſe.Nam cum dormiũt,ſi ſubito excitent, uel rident,uel plorant.Si uero ſua ſponte expergiſcãtur,ſtatim rident,& plorant,quod antequã quadraginta dies tranſeant,nec tracti rident, nec uellicati plorant,niſi hoc tempus tranſeat.Nam uires in mucco,humoreue glutinoſo hebetantur,quin & mors per parcam nanciſcitur.Quod omnibus exemplum eſt,omnia quæ ſunt,ex hiiſdẽ naturã habere,mutationemq; per tempora per ueſtigata habere,quod in ſingulis declaratur,cũ alia ueniãt,alia diſcedãt.Nã anno toto & finito plurimi morbi fiunt. Sanitates etiã plurimæ temporis ratione, per mẽſes,dieſq; ſingulos accedũt.Septimanis autẽ,& multa alia differentia, notandaue in corporibus fiunt. Nam ſeptimo anno dentes pueris cadunt,& alii ſubnaſcuntur. quæ autem in corporibus ea ſcribam.

Quid ſuapte natura pueri faciãt.

Mors et cætera cur fiant.

Septimana ĩ corporibus prævalent.

PRINCIPIVM autem huius Septimeſtris, in aliis codicibus ſic habebatur.

E Septimeſtribus autẽ,quidam ſic dicit, quod negotiũ oculis nondum uidi, ſed tantũ audiui. Quo autem modo mihi fieri
d poſſe uideatur, declarabo.Multæ naturæ mutatationes,cõuerſiones,& exceſſus in animalibus,& arbuſtis,cæteriſq; ſatis,ſponteue naſcẽtibus æuo perpetuo,longoq; fiunt.Nam alicubi iam fœmina, & mas multis manibus,oculis,auribuſq; conformati,natiq; ſunt,uariiſq; aliis formis,concreta ora, & oſſa alii habentes,mirandam naturæ præuaricationẽ, mutationẽ,& exceſſum.cuncta.n.tẽporibus labentibus & diſcreta,& confuſa & peculiaria perficiũtur. Nam ſecundũ priſcã generationẽ,cũ omnia animãtia condita,& creata ſunt,ſic conformata fuerunt,ſcitoq; etiam nunc eodẽ modo,& per eadẽ ſecundũ leges,& rite cũcta conformari,naſciq; poſſe. Mihi uero(quemadmodũ homini circa ſeptimeſtria definienti datur) hæc ſtata ſpecie,pro cœli,terræq; benignitate, quemadmodũ fructus, oriri uidentur.Quod uidere eſt in Aegypto,ubi omnia perfecta naſcũtur,& perficiunt,multa etiã & per annũ totũ,omniq; tẽpore terræ benignitate,caloriſq; circũ aggeratione, Niliue inundatione ſcaturiunt.Simili modo & circa animantia,ſeptimeſtriaq;,perfecta,uitaliaq; illic omnia naſcuntur.Quamobrem ſi quæ cõcœptura eſt,uti ſibi ſucceſſionẽ pariat,bene habeat,uirq; ad eã rem demittendã promptus,p̃ſtoq; ſit,corpus ſiue corporis alueus creat,& perficitur.Collatio.n.& cõcordia,ualidaq; neceſſitas,& uis cogit,uti p̃ficiat,& adoleſcat ſuo ſatori nõ diſſimile.Nã ſi maior,minorue,& diſſimilis forma, & figura ſit,illi unde orta eſt,p̃fecta nõ haberet.Quare dicito,ſtatuitoue, mediũ quid eſſe ĩ magno negotio,conformationẽ, rhyſmonue.Si ergo cõformatio

De ſeptimeſtri alio modo.

De membris agnaſcentibus.

Terræ Aegyptiæ fæcundiatas.

Quid ad ſimilitudinem faciat.

aliqua ad homines peruẽtura eſt,leni & miti modo pueniat neceſſe eſt,perq; hominũ cõmoda,ſi minus,quidam præpubeſcũt,& præſeneſcũt,quẽadmodũ,qui præſaneſcunt,& ſi rite,& ſecundũ legẽ fiat.Conformatioq; contabeſcit,& ad oſſium cõmoda, fibrarum,uenarum,neruorũ,uiſcerũ,inteſtinorum, uteri,cæterorumq; perfectionem conuertitur. Sed forſitan aliqui petent,cur octimeſtria, & trimeſtria non uiuant? quoniam fluxi , paruuliq; ſunt . quædã enim ſic æuum, & ætatem nacta ſunt,& per ſimilia conformari,& diſcerni, conſueuerunt,quemadmodum,quæ in terra feruntur,& plantantur.quædam enim pluribus, quædam paucioribus diebus naſcuntur,ſecundum tempus. tempus autem ſolis,& lunæ circuitu perficitur, & ſequitur, nec etiã undecimeſtres,nec duodecimeſtres,ſecundum eãdem rationem horũ uiuẽt,donec pueruli ſunt.nihil.n.præter ſua ueſtigia,& naturã fit, aut adoleſcit,nec etiam ſi quid fabulenť. Sed cuiuſq; cõformatio,forma,figurae, & ſimilitudo,ſiue rhyſmos ſecundũ naturalẽ legem perficiť,& rite finitur.Nã naturalis machinatio cuncta in oculos,uel aures,uel nares,uel os tranſfert,quæ conformationibus his continetur , uel per alias concretiones , ſyncriſieſue abſumit.Quare nunc periti cum ſint,concœptus omnes noſcent, quæ prius excogitaui.

Cur octimeſtres, et trimeſtres non uiuant.

Temporis authores ſol, et luna eſt.

Rhyſmos.

Quæ prius conformentur.

HIPPOCRATIS DE OCTIMESTRI PARTV LIBER DECIMVSQVINTVS.

d E Octimeſtri uero generatione , ſeu ortu, hæc duo continua ſerie dico eos pati,quæ pueri ferre nequeant,proptereaq; Octimeſtres nõ ſupereſſe,ſeu non uiuere.Nam hæc duo mala continua ſerie patiuntur , quodque & in uulua fit, & quod poſtquã in lucem peruenerunt, partiue ſunt, ꝓpterea nullus octimeſtris partus ſupereſt, & uiuit. Quin & qui decimeſtres uocanť,ſi uicturi ſunt,dico naſci oportere ſeptem quadragentariis dierũ,ſicq; melius educi. Nam prima quadragẽtaria perfectiſſimus eſt,cũ uero plures accedũt, pereunt.Nam qui multa pauculo tẽpore ſumunt,plurimũ laborare cogunť.Ex quibus mortes fiunt. Puer autẽ ante partũ laborare, & in periculo eſſe,ne pereat , incipit,cum in uulua uertitur.Nam omnes caput in ſuperiora habẽtes gignũtur. Cũ uero pariunť, plurimi per caput eduntur,tutiuſq; explicantur,quã qui in pedes naſcuntur. Corporis enim partes in caput proclinatæ puerũ exeuntem non impediunt, ſed magis,maioraue ſepimenta , & impedimenta fiunt , cum in pedes erumpunt.Conuerſiones enim in uentre,ac alia pericula, quin & puerorum oculi in iugulum ſæpe tendere uidentur . Si præterea quamuis partem umbilicus uuluæ adnexus compræhendat,magis puer ea caput agit,ſi uero collum, aut humerum multo magis pueri conuerſionem impedit , quod cum fit,neceſſe eſt,&

Cur octimeſtria non uiuant.

Quando partus periclitatur.

Melius in caput exeunt.

est,& matrem magis laborare,& puerū uel perire,uel difficilius exire.Quamobrem iam multi pueri de uentre morbos traxerunt per exordia, quo uel perierunt,uel morbosi uixerunt.Qui uero bene,& tuto in lucē exeunt,hi optime coalescunt.Qui autem subito,cum ex uentris angustia prodierunt,crassiores,maioresq́,quam ratio poscat, fiunt,plerūq́ pereunt, cum non uerū incrementum,sed tumor accesserit, nisi statim tumor,uel tertio die,uel paulo diutius resīdat,& demittatur,morbosi enim inde redduntur, quin nec tuto nutrimenta,uictusue, nec cœlum,perflatusue mutantur.Si quid enim morbosum, & per os, & per nares trahitur,malum est, quin & si quæ intrant,non talia,& tanta sint,quæ uires sufficiant, & superentur, & digerantur,sed plura,quā expediat,hanc superfluam copiam,perflatusq́ & succi, & humoris cognati per os,& nares, & intestina,& per uesicam demittere cogito, priusquam malum adducat.Qui uero diutius,quam cōsuetum est,in uulua necessario manserūt, quod subcrudis,non consuetis, externisue succis non mitefactis usi sint, cum exierunt,necessario plurimum laborant,uel pereunt multi.Siquidem & hominibus sæpe locorum mutationes & ciborum,morbos uel faciunt,uel tollunt. De uestimentis autem eadem ratio est. Pro carnis enim qualitate, succo,humoreue,calidis, mollibusq́ & cognatis,hisue consentaneis uestiantur pueri, non quibus uiri.Præterea umbilicus, per quem & cibum, & spiritum trahit partus,cū matreq́ cōmunicat,solus ex omnibus corporis partibus, cū partus intus est,semper patet.Cū uero exiuit,clauditur,& extenuatur,cætera patent, Quemadmodū quæ terra nascuntur.Nam semina, & fructus cū pleni sunt & maturi,suapte defluentia separantur, & decidūt.Sic pueris maturis, & perfectis umbilicus obturatur, cætera uero patent,& aperiuntur, uti quæ intrant, suscipiant,naturalesq́ exitus habeant,quibus necessario uiuentes utūtur.Nam singula separantur,suosq́ concœptus petunt, quæ uero sole maxime nutriuntur,& fouentur,superāt.Decimestres autem, & Vndecimestres partus septem quadragentariis eduntur, Septimestres autem anni dimidio. Nam plurimæ fœminæ menstrua purgatione finita, necessario concipiunt. Tempus igitur unius mensis, & tres,uel plures dies,quibus durat hæc purgatio,fœminis datur. Plurima præterea alia & fœminarum,& uirorum sunt, quæ concœptus morentur, & impediant. Præterea hoc in his maxime consyderandum est, Mensis ne principio hæc purgatio fiat,& an unum diem,& an duos duret.Si unum,trigesima fere pars mensis est,si duos,circiter quinta & decima est.Cæteraq́ horum ratione consyderentur. Nam minori spatio nec potest purgatio finiri, & solui,nec conceptus fieri. Præter autē hæc omnia plurimæ fœminæ necessario mense dimidiato,uel tardius concipiunt. quod cum cadit, sæpe gestasse uidētur dies octoginta & ducentos, hoc est septem quadragentarias.Nam si mulier post mediū mensem concipiat, partus ad undecimum mensem necessario peruenit,uti singula ad iustum circuitū perueniant.

Multi de uentre morbos trahunt.

Qui probe coalescant.

Quæ morborū, quando mortis causa editis pueris.

Mutatio loci, et ciborū quid possit.

Proprietas umbilici.

Decimestres, et undecimestres,et septimestres quādo pariantur.

Concœptus uarietas.

HIPPOCRATIS DE PVERI DENTITIONE LIBER DECIMVSSEXTVS.

Qui carnosi sūt, lactis minus hauriunt.

P Veri suapte natura habitiores, rata portione carnulentiæ lac non hauriunt, sed uoraces plus lactis hauriunt, tamen rata lactis hausti portione non pinguescunt, carnescuntue. Qui plus micturiunt, quam hauriāt, hi annum non durant. Quibus uēter multum fertur, defluitue, pulchreq; & bene concocūt. Sani magis sunt, quibus, cum uoraces sint parū, hi morbosi sunt, si rata lactis hausti portione non nutricantur. Quibus multū lactis uomitur, his uēter sistitur. Quibus in dentitione uenter plurimum demittit, subducitue, minus hauriunt, quam qui rarius & parū. Quibus in dentitione febris grauis & acuta superuenit, hi rarius hauriūt. Qui cum dentiunt, non emaciātur, tamen deponuntur, periculū est ne conuulsio, spasmosue supercapiat. Qui hyeme dentiūt, si cætera pariter eant, hi melius, & tutius euadunt, & liberantur. Qui cū dentiunt, conuelluntur, & spasmontæ non omnes pereunt. Nam plurimi seruantur. Qui cum tussi dentiunt, diutius durāt. Pueri compunctione magis emaciantur. Quos dentientes hyems super occupat, si diligentius procurentur, dentitionem facilius ferunt. Qui plus micturiunt, quam demittant, hi pro rata portione habitiores sunt. Qui rata portione non micturiūt, his crebro cruda aluus in puericia demittitur. morbosi, somniculosi si sunt, & habitiores, sæpius resanescunt, & si non belle, & abunde habeant. Qui cum lac hauriunt, comedunt, hi facilius lactis depulsionem ferunt. Qui crebro demittunt, hi subcruentā, & non digestam aluū emittunt. Plurimi cum febriunt, somnulenti sunt. Si ulcera sine febre in tonsillis fiant, tutiora sunt. Quibus puerulis cum lac sugunt, tussis adsistit, hi uuam tumentē, maioremue habere consueuerūt. Quibus in tonsillis, paristhmidisue pustulæ uagantes, serpentiaue ulcera, siue nomæ subito superueniunt febribus, & tussiculis durantibus, his periculum est, ne sæpius redeant. Si ulcera in tonsillis recrudescant, malum est. Si ulcera in crudis & similibus repullulent, periculosa sunt. Si pueris ulcera momenti alicuius in tonsillis discutiantur, puerique ipsi lac hauriant, & deuorent, salutis signum est. Qui cum prius lac sorbere, & deuorare non possent, in tonsillarum ulceribus, multam bilem reiectāt, uel per inferna demittunt, hi periclitantur. Si quid araneosum in tonsillarū ulceribus insit, bonum non est. Si post prima tempora in tonsillarum ulceribus pituita non prius solita per os defluat, utile est, tamen euocanda est. Si uero cum prius cœpisset, postea remittat penitus, uti lubens, & facile ueniat, enitendum est. Nam cum non sic defluet, timendum est, ne tonsillæ, cum destillatione uexent, & ingruant. Plurimum aluus cita tussiculas siccas discutit. Pueris si quid plusculum digestum deducatur, emittaturue, diuturna tonsillarum ulcera discutit. Si qua per dies quinq;, uel sex non crescunt, periculosa non sunt. Qui lactis plurimum hauriunt, hi fere semper somniculosi sunt.

Dentitionis uarietas.

Qui morbosi pueri facile conualescant.

Tonsillarum, paristhmiorumue ulcera.

Quid in his statuat aspice.

Quid tussim discutiat.

Qui cum

Qui cum lac bene hauriunt,habitiores non fiunt,hi uix coalescunt, educuntur ue. Si per æstatem tonsillarum ulcera fiant,peiora sunt,quam quæ cæteris temporibus ingruunt,quam primum enim serpunt, crescuntue serpentia circa uuam ulcera, tonsillarum, hiq; si euadant, & seruentur,uocem mutant. Quæ circa fauces ulcera serpũt, difficiliora,grauioraq; sunt.Nam ferme semper suspiria,spiritusue difficultatem super inferunt.

HIPPOCRATIS DE VIRGINVM NATVRA LIBER DECIMVSSEPTIMVS.

PRincipium quidé mihi compositionis artis medicæ est de rebus semper, nuperque & genitis,& generosis. Non enim potest quis morborum naturam cognoscere (quod quidem est huius artis) disquirere, & inuenire,nisi totum primo cognoscat, de quo particularia descenderunt,discretaue sunt. Primum quidem morbum,qui sacer, Comitialisue dicit, syderatosq; & apoplecticos,terroresq; imaginosos,qui tam uehementer homines territant, uti desipiant,sibiq; spectare laruas quasdam infensas,dæmonasue uidētur,modo nocte,modo die,modo utroq; tempore, quo multi se suspenderunt, sed plures fœminæ,quam uiri. Nam muliebris natura minor,& ignauior est, sed uirgines,quibus nuptiarum tempus aduenit, maturæq; iam uiro sunt, magis hoc patiũtur,præsertim cũ menses descendunt. Nam ante hoc non admodũ male afficiuntur.postea.n. sanguis in locellos liquitur, stillatue,tanquam defluxurus.Cum igitur os non patet,quo defluat, exeatue,sanguisq; ob cibaria, corporisq; incremētum plurimus illic cogitur,tuncq; cum quo defluat,non habet,præ copia cor sæptũ transuersum, præcordiaq; petit. Cum igitur hæc plena sunt,cor languescit, marcescitue,quo torpescit,deinde delirat, desipitue.Quemadmodum siquis sic considat,uti sanguis de superioribus partibus in tibias,surasue non descēdat, pedes torpescunt, quapropter gradum facere non possunt,nisi sanguis decurrat, qui statim decurrit,si pedes in gelidam aquam,quæ talos superet, demittantur.Nam hic torpor lenis est,facileq; discutitur.Sanguis enim uenarum rectitudine facile decurrit,locusq; hic corporis periculosus non est, sed de corde,præcordisq; tarde decurrit. Nam uenæ hinc tortuosæ, & recuruæ sunt,locusq; hic periculosus est, & ad insaniam paratus. Cum enim hæ partes repletæ fuerint, cum febre horror ingruet,quas febres errones,errrabundasue, siue planetas nuncupant. Cum autem hæc sic habent, præ graui, celeri,& peracuta perflāmatione furit,præ marcore uero, marcescentiaue clamat,& uociferatur, præ tenebricosis autem imagunculis occursantibus terretur,& timet,præ cordis uero pressione suspēdia parat, & expedit.sanguinis

Sacer morbus. Apoplecticos. Dimata. Dæmon. Quid hoc faciat aspice. Cur fœminæ se magis suspendāt, quam uiri, potissimumq; uirgines.

Quid pedum torporem discutiat.

Quid insaniam adducat.

Planetes febres.

Varietas furoris.

autem malignitate, & uitio languet animus, & æstuat, malumq; trahit, horrenda, formidolosaue profert, & nominat alios, tentatq;, & expedit in puteos desilire, seseq; demittere, suspendereq;, tãquam melius sit, coloremq; crebro uariat, & mutat. Cum autem imagunculæ, phantasmataue cessant, lætitiaque & uoluptas aliqua datur, mortem, tanquam bonum quid orat, & optat. Cum autem hæc resipuit, mulieres, quibus est ea curæ, pretiosissima uestimenta fœminæ eius, cæteraq; uatibus deceptæ, dedicant, consecrantue Dianæ. Sed huius liberatio, & medela est (nisi quid uetet) sanguinis missio. Sed equidem hortor, mandoq;, cum hoc uirgines patiuntur, quamprimum cum uiris coniungi, & cõmisceri. Nam si concipiẽt, sanescent, si minus, cum pubertate, uel paulopost cessabit, hisue corripientur. Sed mulieres iam adultæ, & steriles magis hoc patiuntur.

Dianæ donaria.
Medella insaniæ.

HIPPOCRATIS DE FOEMINEA NATVRA LIBER DECIMVSOCTAVVS.

d E fœminea uero natura, morbisq; hæc dico, sentioue, maximam quidẽ causam, & potissimum quid in hominibus esse diuinum numẽ, deinde mulierum naturas, & colores. Nam quæ admodum Albæ sunt, humidiores, & fluxiores sunt, Nigræ uero ficciores, duriores, & compactiores. Subrubellæ uero medium quid utrarumq; habent, sic etiam & de ætatibus euenit. Nam nouæ, siue Adulescẽtes humidiores, & multi sanguinis sunt plerumq;. natu uero maiores, siue his adultiores, & Vetulæ, ficciores, & non multi sanguinis. Mediæ uero medium quid ex utrisq; habent. Quamobrem qui rite, probeue hæc tractabit, primum a diuinis numinibus auspicetur, deinde mulierum naturas, ætates, anni tempora, locos, in quibus degunt, pernoscat. Nam frigidi loci fluxiores sunt, & humidi, calidi uero sicci, & statarii, stringentesue. Principium ergo faciam, & auspicabor, docens a loco suapte natura humido, qui humorem aquaticum ingenerat. Si ergo humor aquaticus in uuluis inerit, mẽstrua minora, & peiora fiunt, & defluunt, deinde statim cessant, uenterq; tumescit, mammæ siccescunt, cæteraq; male habent, sibiq; concœpisse uidentur. quod his signis cognosces, si humescit, naturæ os si tangas, macescit, febrisq; ignisue corripit, aqua defluit. tempore uero procedente, postrema uẽtris pars dolitat, lumbi, coxendices, ilia, qui morbus potissimum abortu gignitur, sed & aliis causis. Cum autem sic habuerit, calida perluito, calefaciẽtiaq; apponito, qua dolor non habet, deinde medicamẽtum, quod per inferna agat, propinato. Postea uuluas bubulo stercore suffito, deinde quod cum cantharide conficitur, apponito, post tres dies, quod cum felle, deinde secundo die tres dies aceto perluito.

Deus potissimus author et causa rerum humanarum.

Cognitio naturarum.

Munus medici.

Quæ gignat locus humidus.

Humoris aquatici cognitio, et medela.

Primus locellorũ morbus.

Stercus bubulum suffitur his.

perluito. Si quidem uenter molescat, febrisq; cesset, menstruaq; defluāt, cum uiro dormiat. Si minus, eadem rursus facito, dum menses decurrant, quibusdamq; appositis utitor. Dies autē inter medios, & medio die Crethmei corticem potato, Pæoniæq; atras baccas, sambuciq; semen, fructūue cum uino ieiuna, multamq; mercurialē comedito, decoctūq; alliū & crudū, mollibusq; & lenibus cibariis utitor, polupulisq;, cæterisq; mollibus. Quæ si pariat, sanescit. Sin autem uuluæ iecur petant, mulier statim mutescit, dentes cohærent, nigrescit, subitoq; hoc patitur, sana etiam si sit. Quod potissimum uetulis, uirginibus, uiduisq; cadit. Si nouæ, iuuenesue sint, parereq; consueuerint, quæ cum sic habent, manu subter data uuluam de iecinore dimoueto, de præcordiisq; usq; ad inferiora fasciato, uinoq; odoratissimo perluito, naribusq; olida admoueto, subteriora uero odoratis subfito. Cū uero resipiscet, medicamētum, quod per inferna purget, propinato, deinde lac asininum potato. Postea naturas odoratis subfumigato. quod cum buprestí conficitur, apponito. Postridie uero netopon, metoponue. Tertio postea die uuluas, hysterasue odoratis subfumigato. Postridie autem puleium admoueto. Secundo postea die aromatis subfito. Hæc autē uiduam facere iubeto. Virgo autē cum uiro dormito, nihilq; ad naturas admoueto, nec medicamētum potato. Sed cunilaginem, conyzanue, castorionq; cum uino ieiuna potato. Caputq; odoratis ne pertinguito, nec eorum odorem naribus admoueto. Sin autē uuluæ procidant, forasue prodeant, maximus ignis febriculosus uerenda, sedemq; inuadit, lotiūq; guttatim stillat, lācinatq;, siue mordicat. Quod his euenit, quæ recens a puerperio cum surrexerint, cum uiro non dormiant. Cum uero sic habent, myrti baccas, lotiq; ramenta cum aqua feruere facito, hac que postremam aluum foueto. Pudenda uero quam frigidissima perfundito. Quæ tenuiter trita apponito. Deinde lenticulæ aquam cū melle, & aceto potato, uomitoq;, dum uuluæ corrigātur. Lecticamq; a pedibus altiorem statuito, sicq; cubato. Pudendaq; odoramentis subfumigato, nares autem fœtidis. Cibariis autem lenissimis, mollissimisue & frigidissimis utitor. Vinum autē aquosum, dilutumue, nō album potato, ne lauato. Ne ue cum uiro cubato, siue cū uiro dormito. Si uero penitus uuluæ procidant extra pudēda, tanquamq; tumida scortea crumena propendeat. Quod cum cadit, dolor postremum uentrem, lumbos, & coxendices capit, nec facile in suam sedem, & locū redeunt. Hic autem morbus corripit, cum post enixum mulier de pudēdis laborauit, uel si cum uiro in puerperio cubauit. Cum autem sic habeat, pudendis refrigerantia admoueto, quodq; propendeat uino nigro, in quo granati putamina decocta sint, purgato, perluitoq; & intro dato. Mel deinde & rhesinam mistam demittito, spongiamq; superligato. supinaq; extentis pedibus & altioribus iaceto, cibariisq; abstineto, sorbitione nutricato, parūq; potato, donec septem dies transeant. Quæ si sic redeant, bene habet, si minus diutius circū/

Cum uulua iecur petit. quid faciat uideto.

Lac asinæ.

Aromata.

Castorion.

Præcidentia uuluæ.

Cum locelli penitus exeunt, quid agas uideto.

foueto,calefacito,perlũito,perungitoq́ , demumq́ mulierẽ tabellæ,ſcalæue gallinariæ colligato,altiuſq́ a pedibus tollito, & in caput agitato,& pertundito ſcalam,manuq́ locellos retrudito,deinde crura diſtendito,alterneq́ alterã ſuper altera colligato,declinatoq́,in cubile diemq́,& noctem ſic ſinito, modicumq́ ptiſanæ ius dato,nihilq́ aliud.Poſtridie uero mulierẽ in coxendicem reclinato,quam maximamq́ cucurbitulam admoueto,plurimũq́ temporis trahat,ſinito,quã cum amoueris,cutẽ ne pertundito , ſed in cubile mulierem reclinato,ſinitoq́,nihilq́ aliud, quam ptiſanæ ius propinato.Donec ſeptem dies tranſeant.Si uero ſitiat, aquæ modicũ frigidæ, dato.Cum uero ſeptem dies tranſierint, cibariis quam molliſſimis, leniſſimisue, & modicis utitor. Sin autem egerere uellet , iacens egerat,donec quadraginta dies tranſeant,poſtea ſurgito,quã modiceq́ deambulato, nec lauato,nec olidis ſuffumigato,modiceq́ comedito. Si uero locelli,ſiue uuluæ percendãtur,altiora petunt,illicq́ hærent,locumq́ ſub ilia,ſi tangas,durum deprehẽdes,dolorq́ uentris partem poſtremam,ilia,lumbos,coxendices,cruraq́ corripit,quæ uix tendere poſſunt, quæ ſæpe turgent,& exulcerantur,puſq́ demittunt.Qua de re ſæpe pereunt,niſi ſeces,uel peruras.Quæ cum ſic habent,medicamentum, quod per inferna purget,dato,multaq́ calida lauato,ſuffumigatoq́ , cumq́ recens lota, ſuffitaq́ ſit,diuaricare mandato,locellorumq́ os attrahere,myrrhamq́ caloniam roſaceo aſperſo ſuffumigato, pæoniæq́ baccas quinq́ nigras tritas,caſtorii quid miſcẽdo cum uino magno & odorato potato , & in ſanum coxendicem iaceto,baccharinq́,uel album oleum ad ſanum coxendicem dato , plurimaq́ allia & cocta & cruda comedito, iuſq́ ſorbeto, cibiſq́ mollibus utitor.Cum uero dolor ſedatus fuerit,ſuper ſanum coxendicem aliquantiſper ſtato,deinde lotio laureum aſpergens ſuffumigato,poſt autẽ ſuffumigationem cyclaminon apponito , poſtridieq́ lotam ſuffumigato per aromata , tamen hac potiſſimum re ſteriles,& infœcũdæ fiunt. Si uero locellorum os ſubuertatur,menſtrua non fiunt,decurrũtue.Sin autem fiant,pauca, & mala ſunt . Cum uiroq́ ſi coeat,dolitat, dolorq́ poſtremam aluum, lumbos,& coxendices habet,digitoſq́.Si pertingatur, oſq́ locellorum perquiratur,non comparet. Cum ſic habuerit, lotio uirili ſuffumigato , deinde lenticulæ cremore, ſubluito. Poſtea uuluas Aegyptio oleo ſuffumigato . Cuius odor ſi ad nares perueniat,ſpes eſt , eam ſanam fore,cũq́ cubitũ ibit, Aegyptium oleum in uellere apponito. Poſtridie autem ſi quid correctum , directumue magis os ſit,perſpicito.Deinde odoramentis,quæ non lancinẽt,ſuffito.Purgamentaq́ non uellicantia,mordentiaue apponito.Poſtea parũ aceti aſpergens ſubluito.Cum uero menſtrua uenient,cum ieiuna erit, ne lauato, ſed ſuffito , cum uiroq́ eſto,maxime tamen hoc morbo ſteriles euadunt.Sin autem uuluæ coxendicem petant, menſes non decurrunt , digitoq́ ſi pertingatur,os in coxendice deprehenditur. Cũ ſic habuerit, calida lauato, alliũq́ comedito

Cum locelli percenduntur , quid agendum.

Cum locellorum os ſubuertitur.

Curatio.

Cum locellorum os coxendicem petit.

comedito plurimum. Lacque ouillum, meracum potato, postea suffito, medicamentumque per inferna purgans dato, quæ cum purgata fuerit, misto feniculo, & absynthio suffito, quæ cum recens suffita fuerit, os digito trahito, postea scyllam apponito. post hoc autem die intermisso, quod cum narcissi no conficitur. Cum autem tibi purgata uidebitur, netopon apponito, postri die rosaceum, dieque uno prius quam menses decurrant, ab hac appositione cessato, postridieque si deficiet, rursus incipito. Si uero sanguinis quid in menstruis erumpat, satis est. Si minus, quattuor cantharidas capite, alis, pedibusque abscissis tritas cũ uino potato, uel pæoniæ baccas nigras quinque, uel sepiæ oua, uel semen lini trita cum uino. Sique dolor, lotiique difficultas, stranguriaue habeat, calida aqua desideto, mulsumque dilutum potato. Sin autem primo non purgetur, rursus potato, donec purgetur. Cum uero purgamenta decurrent, fientue, cum ieiunauerit, cum uiro sit, mercurialemque & polupos elixos in purgatione comedito, cibisque mollibus, lenibusue utitor. Quæ hoc morbo liberabitur, si concipiet. Si uero post partum non purgetur, uenter, & crura tument, rigorque & dolor postremum uentrem, coxẽdices, & lumbos habet. quandoque ad intestina progreditur, & animo linquitur. Hæc autẽ per morbi principia patitur. Cum uero tempus procedit, caua uultus rubescunt. Cũ igitur sic habuerit, cum autem uuluas suffumigaueris, Cyclaminon apponito, quodque cum tædula conficitur potato, donec defluat, pinguique anserino, myrrha, & rhesina tepida uuluarum os perungito, quam maximeque emplastrato, mercurialemque, allium, porrum decoctum ante cibum comedito. Brassicæque ius potato, cibisque mollibus, marinisque potius utitor, perluitoque, dulcibusque & pinguibus abstineto, donec sanescat. Sin autem uuluæ perflammentur, spiritus pituitosi complentur, mensesque albi, & pituitosi defluunt. Quandoque sanguis tenuium membranarum, fibrarumue repletus defluit, præque humiditate cum uiro esse non uult. Quæ propterea lutescit & emaciatur, quam petito, num ne quod defluit, sese lancinet, mordicetue. quod si nõ est, hoc fluentum de cerebro dicito defluere. Si uero lãcinet, de uentriculo. Sin ergo de uentriculo, post lenticulæ cremorem uomito, deinde ueratro, helleboroue purgato, postea in nares indito. Cum uero tibi superior uentriculus purgatus esse uidebitur, medicinam per inferna dato, dulcibusque & pinguibus cibis abstineto, sed acria tanquam conferentia porrigito. Si uero pudenda ulcerata sint, meliora sunt frigida, parũque calida lauato, ne caput quidẽ. hypericon uero, lini semen, saluiam cum uino diluto ieiuna potato. Cum autẽ hoc fluentum cessarit, cremore ficorum subluito. Postea cõprimentibus lauato. hic autem morbus difficilis est. Sin autem uuluæ penitus inflammentur, menses uel omnino non decurrũt, uel pauci, & mali decurrunt. Quæ cum ieiuna est, uomit, cum uero quid edit, cibaria uomit, postremumque uentrẽ, lumbos, coxendicesque dolitat, animoque linquitur, uenterque modo durescit, modo molle-

Cum puerpera non purgatur, quid fiat uideto.

Cum locelli inflãmantur, quid accidat aspice.

Cum locelli penitus flammescant, quid agas uideto.

ſcit, perflaturq; & turget magnuſq; adeo fit, uti ſeſe concepiſſe uideatur, quē ſi tangas, replementum illud euaneſcit. qui tumor ad decē uſq; menſes paulatim creſcit, tanquam prægnans ſit. Cum uero decem menſes præterierunt, uenter aqua repletur, umbilicuſq; extuberat, digitumq; ſi admoueas, uuluæ os gracilentum, extenuatumue, collapſumq; deprehendas. cumq; menſes cōparuerint, pauci, maliq; ſunt. Claueſq;, iugulumue, & collum gracileſcunt, pedes uero turgēt. Cum ergo ſic habuerit, medicamentū, quod per infema purget, dato, quæq; purgent, nec lancinēt, uellicētue, ſiue mordicent, apponito, deinde calida cum pari modo aceti acerrimi ſubluito, mercurialemq; comedito. Similam que, farinamue in eius cremorē, iusue mittito, decoctāq; ſorbeto. Hic autē morbus periculoſus eſt. Sin autē in locellis, metreſiue uulcus rubens, Eryſipelasue gignatur, pedes primum tumeſcūt, deinde crura, inguina, coxendices, lumbi, quantoq; temporis plus procedit, tanto magis tumeſcūt, uenterq; turget, horrorq; & rigor, febriſq; & debilitas, imbecillitasue corripit, præq; dolore quieſcere non poteſt, ſed ſeſe iactitat. Dolor autem hic de uentre poſtremo in coxēdices, lumbos, ilia, præcordia, pectora, caputq; progreditur, moriq; uidetur. Qui dolor cum remittit, torpor, torpedoue manus capit. Eſt & cum inguina, crura, poplites liueſcant, paululumq; temporis meliuſcule habet, deinde rurſus eadem patitur, corpuſq; puſtularum completur, uultuſq; rubeſcit, uehementerq; ſitit, fauceſq; ſicceſcunt. Qui morbus ſi prægnanti fiat, perit, ſi uero non prægnanti, curata conualeſcit. Cum ergo ſic habuerit, ſi labor habeat, refrigerātia porrigito, uentrēq; ſubducito. Quæ ſi prægnās eſt, cibis, potionibuſq;, quibus partus nō perdatur, utitor. Sin autē uenter non ſubtercurrat, ſubluito. Si uero prægnans non ſit, medicamentum propinato, pauciſſimiſq; & molliſſimis & frigidis cibariis utitor, mercurialēq;, & ſambucum, actenue comedito, ſalſaq;, pinguia, acriaue. quemadmodum ſunt, cunila, origanonue, rhuta, thymos, ne porrigito. Cum autem ignis, febriſue remittit, tumorq; non ſubſiſtat, medicamentum ualidius, quod per inferna agat, propinato. Sed tamen paucæ hunc morbum euadūt. Sin autē uuluæ, metræue præter naturam hient, menſeſq; pluſquam oporteat, & glutinoſiores, & crebriores defluant, ſemenq; intus non conſiſtat, remaneatue, digitoq; ſi pertingas, os hians deprehendes. Quamobrem ignis, rigor, dolor poſtremum uentrem, coxendices, lumbos corripit, qui morbus cruento perfluuio gignitur, cūq; menſes morantes, remoratiue ſubito prorumpunt. Cum uero dolor maximus habet, tunc calefacientia apponito, ſuffumigatoq;, & foueto, medicamentumq; per inferna purgans porrigito, quæ non lancinent, apponito, deinde his, quæ conſtringunt, ſubluito, quāq; raro lauato, cibiſq; ſicciſſimis utitor. Sin autem cum hæc feceris, non ſaneſcat, medicamentum propinato, quo ſupra, & infra purgetur, cūq; menſes mouentur, & cum ceſſant, ſimiliterq; nutricato, hic autem morbus lœtalis eſt. Sin autem locelli, metræue

medium

Locellorum eryſipelas. *Curatio.* *Mercurialis.* *Sambucus, Acteue.* *Acria, Drimeaue.* *Origanon.* *Rhuta, Peganonue.* *Thymos.* *Medicamentum. Pharmaconue.* *Cum uuluæ præter naturā hiāt, quid cadat uideto.* *Medicamentum, anceps.* *Cum locelli inter coxēdices ſtatuuntur,* *Medela.*

medium coxendicum,lumborumue petant,postremum uentrē, deinde crura dolitat,cumq; oletauerit,egesseritue,magis dolet,oletumq; progreditur, lotium stillat,animo linquitur.Cum sic habuerit, colligata uesicæ fistula spiritum immittito,suffumigato,uel multa calida lauato,subterq; pudenda olida suffito,sub nares uero odorata.Cum autem dolor cessauerit,lenticulæ cremore præpotato,medicamentum,quod superna,& uentriculum moueat, propinato.Cum autem in suam sedem & locum locelli,hysteræue redierint,& steterint,medicinam,pharmaconue,quæ subter purget,porrigito,deinde lac potato,postea cū uuluas, hysterasue uino foueris,quod cū lauro conficitur,immittito,quæq; nō lancinent,aceto cōmisto apponito,deinde aromatis suffumigato. Sed tamen hoc morbo steriles, & claudæ, cholæue fiunt, siue lutæ, chloræue.Cū autē albus fluor,rhoosue intus gignitur,tanquam lotium asininum exit,& comparet,dolorq; uentrem extremum,coxendices, lumbos, ilia habet,cruraq; & manus turgent,cauaq; uultus,oculi humescunt,color arcuatus,icteriodesue fit,uel albus.Cumq; incedit,debilitatur, anellat. Hic autem morbus gignitur, si cū suapte natura pituitosa sit,febriat, motaq; bilis non purgetur.Si quidē igitur uentriculus coacescat,uentris fluctiones,diarrhoeæue fiunt, Sin autem in uuluas,hysterasue deflectat, & uertatur, fluor,rhoosue gignitur. Hanc cum uentris fluctio, diarrhoeaue habet, papaueris albi, rubriq; corticis, spinæ fructum, baccasue pari modo trita cum farina in uino diluto coquito, potatoq;. Sin autem uelis, putamen granati sub cinere decoctum,tritumq; cum pari modo farinæ, & similaginis in uino decoctum propinato. Quam minime uero lauato,cibariisq; siccissimis, & frigidis utitor. Cum autem fluentum,rheumaue cessauerit, medicamentum,pharmaconue, quo superna purgentur, dato,lacq; asininum potato. Cum uero subter purgata fuerit,lac bubulum,quod sub aere steterit, meracumq; uinum cū aquæ quarta parte,si poterit, quadraginta dies potato,sed uesperi.Cū potauerit, similaginem,farue,siue chondron sorbeto. Cum autem hoc lac decē dies potauerit, decimam huius lactis & aquæ subducito, portiunculamq; unam lactis nuper mulcti adicito, postridie duas,ad decem usq;,& pro diluto meracum potato quattuor dies,plusq; sorbeto. Cum autem ad quartum & decimum diem peruenerit, tertia aquæ parte addita lacti potato decem dies,uti quinginta dies hi omnes fiāt,deinde cibariis utitor.Profluuiū aliud, fluorue alius,siue rhoos.Cum fœmina suapte natura non admodum fœcunda concœptus, partusq; profert, primum quidem menses minus defluūt, postea deficiunt,tardiusq; quam antea descendunt, deinde subito plures, puri, ualidioresq; prorumpunt. Qui si semel multi prorūpant, postea rata portione in uentre detinentur, duos,tres,& plures menses, quod in hoc profluuium desinit, mulier enim lutea, pallida, ochreue,& macilenta fit, medicamentum igitur sic habēti propinato,quod & supra,& infra purget,lacq;

Medela.

Profluuium album.

Medela.

Profluuiū aliud.

Medela.

postea asininum, uel serum potato, deinde suffito, & foueto, medicamentoq; uuluas, hysterasue purgato, quod non lancinet, pungatue, postea diluto aceto subluito, deinde aromatis suffito. Hæc auté ante primũ mensium diem facta sint muliere non illota, nec impasta, crassamq; polentam insalitam sorbeto, aromataq; rosaceo & netopo conspersa suffumigato, deinde cũ uiro dormito. Sin auté acceptabula, sinusue locellorum, siue cotuledones pituitæ cõpleantur, menstrua quidem optime defluunt, concipit que mulier, sed cum partus ualidior fit, perdit. Non enim contineri potest, sed erumpit. quod sic dignosces, cum humescit, muccosum, glutinosumq;, & quod non lancinat, defluit, cumq; menstrulis purgata sit, defluxusq; sedatus, mucci duos, uel tres dies de uuluis decurrunt. Hanc bis, terq; ficorum cremore, olinthonue subluito, postea constringentibus deinceps apponito, quo pituita purgetur, molliaq;, leniaue suffito, lauatoq;. Post autem apposita diluto aceto subluito, aromataq; conspergito, & in menstruis subter fumigato, deinde non pasta, non lota cum uiro concũbito. Cum uero menstrua latitant, dolor extremam aluum habet, sibiq; uidetur pondere quodam grauari, premiue, coxendicesq; lumbos, ilia laborat, quæ cum in præcordia prorumpunt, præfocant, cumq; crebro acria uomuit, paulum leuatur, sed caput & collum dolitat. Cum uero dolor aduentat, si quid appones, calefacientia apponito, olidaq; subter fumigato, supra autem odorata, castoremq; & cunilaginem, conyzanue propinato. Cum uero subter olida fumigaueris, sub nares autem odorata suffito, cum autem dolores cessauerint, medicamentum, pharmaconue propinato. Post lac asininum, deinde succum, iusue porrigito, quo uomat, & ad nares apponito. Cum uero purgaueris, his uuluas suffumigato, quæ cum lauro conficiuntur, quodq; cum narcisso apponito, tresq; dies suffumigationes prætermittito, deinde quod cum cantharide conficitur, apponito. Postridie uero pingue anserinum, postea cum tres dies interposueris, lauatione cum aceto subluito, mercurialem uero in his purgamentis ante cibaria comedito, cibariisq; mollissimis, & lenissimis utitor, quæque acria sunt, drimeaue comedito, terq; die calida lauato, uel bis. Si uero cum hæc feceris, menses suo tempore non compareant, & fiant, cantharidas potato. cumq; comparuerint, fiét ue, mulier ieiuna, non lota, sed suffumigata, cum uiro concũbito. Cum uero prægnans menstruum partum perdat, perferreq; nequeat, præterq; naturam emaciet, huius uuluas, hysterasue purgato, corpusq; pinguefacito. Non enim ante partum ad maturitatem perferre poterit, quam eius uuluæ crassæ, & ualidæ sint, quod si fiat, concipiet, & perferet. Sin autem præter naturam crassescat, non concipit. Nam omentũ, quod superiacet, cũ præpingue, & crassum est, uuluas hysterasue magnopere comprimit, seméq; gentiale, geniturãue suscipere non sinit. Hanc cũ medicamentum propinaueris, quod per inferna purget, ad uuluasq; quod non inflet, spiritumue, siue inflationem immitat, sed eas

Cotuledones cũ pituita replẽtur.

Medela.

Menses cum non decurrunt.

Medela.

Cantharides.
Pingue anseris.

Cantharides.

Cum prægnans partum mẽstruũ perdit, cur fiat.
Medela.

Crassæ cur non concipiant.

ſed eas purget,appoſueris,emaciabis.Si uero locellorum , & uuluarũ, hyſte/ronue ſtoma, osue dureſcat, uel fauces, collumue,ſiue auchen, quod ſi digi/gitum admoueas,deprehendes,cognoſcesue , cumq́ in coxendicem conuer/tuntur,quod cũ ſic habet,nihil acre porrigito, aſperumue , ſiue drimy.Nam ſi os ulceres,inflammatur,periculumq́ eſt,ne penitus ſterileſcat.Quamobrẽ, quæ purgent , apponito , non quæ lancinent , pungantue,ſiue mordeant.Si uero mulierem ſterilem purgare uelis , ſitq́ ne bililoſa , an pituitoſa , hoc paſto dignoſces , ſi uaſculum cum arena , in quod menſes defluxerint , ſub ſole donec areſcat , habeas , teneasue,quæ ſi bilioſa ſit, ſuper arenam luteus ſanguis comparebit,ſi pituitoſa,muccoſus, quorum utruml bet ſit,per infer na purgato, uuluiſq́ appoſita dato.Si uero menſes nihil omnino decurrant , ſi quidem præ dolore , laboreue ſit, primum quidem uentriculum inferio/rem purgato,deinde,quod ſanguen de uuluis educat, apponito,deinde poſt unum,uel duos dies,quæ ſanguen educãt, apponito.Per aliud uero tempus, crethmi corticem tritum cum uino potato. Sin autem uuluarum os humi/dius ſit,quam tempus poſcat, quæ acria ſunt,admoueto,uti lancinetur,mor/deaturue,ac inflãmetur,& admodum dureſcat,cum autem obduruerit, acria dato,ſeu apponito.Nam uellicantia,pungentiaue,ſiue mordentia ſaniem di/ſpergunt,deinde lenia , molliaue apponito, mala autẽ ad cætera non minus apponito.Sin autem ad coxendicem puerperia firmentur,locelli uero,hyſte/ræue ad ilia,ſanum coxendicem oleo ægyptio albo,uel baccario perungito, in eumq́ iaceto,pæoniæq́ baccas nigras quinq́ tritas cum uino potato,uel ſambuci fructum , quantum tribus digitis capitur, cum caſtoris fabæ quan/titate , deinde cum lota fuerit , ſuffumigato, potionibuſq́ & cibis lenibus, mollibusue, & mercuriali & omnibus acribus,præter radiculã,raphononue, & cepas utitor.Cum autem locelli,hyſteræue ſtrangulant , ſub naribus olida cuncta ſuffumigato,quemadmodũ eſt bitumen,aſphaltonue,ſulphur,cornu, lucernã extinctã,marini uituli pingue,oleumue, caſtorion, ſub pudẽda autẽ, odorata.Si uero puerperæ uuluæ perflammentur , puerpera accẽditur,præ/focaturq́,cum ſic habuerit,linteum prætendito,deinde marinam algam tri/tam,farinam hordeaceam , lini ſemen tritum , cinerem ſermenticium, oleo aſperſo cum aceto,donec quemadmodum polenta,maſſaue fiat,decoquito, poſtea poſtremam aluum quanto calidiore ferre poterit,linito.Sin autem lo celli compingantur , conſtringanturue,lentem cum multa menta cum aceto decoquito , halitumque eius,ſiue nidorem & fumum ore excipito , nareſq́ obturato , ſubterq́ olida fumigato,mercurialemq́ comedito , ſimilamq́ & farinam in eius iure decoctã ſorbeto . Si qua uero male , difficulterue pepe/rit, priuſquam dolor habeat, medicamentum quod uuluarum dolorem ſe/det, porrigito , cibariaq́ mollientia dato, ſin autẽ uenter caleſcat,ſubluito. Sin autem poſt partum locelli , metræue inflammentur, ſolani, ſtrychneiue

Cum os, uel collum uuluæ dure ſcit, Medela.

Sterilis qui fæcunda reddatur.

Qui bilioſa, uel pituitoſa cogno ſcatur.

Cum menſes non decurrunt.

Chretmi cortex, uel crithini.

Cum os uuluarũ tumeſcit, Medela.

Cum puerperia non exeunt, Medela.

Baccarion oleũ.

Strangulatio uuluæ, Medela.

Quæ olida.

Cum locelli inflammantur, Medela.

Cum uulua ſtringitur, Medela.

Cum puerpera difficulter peperit, Medela.

Cum metræ poſt partum inflammantur.

succum in pudenda dato,cũq; hic calescet, alium,si uero hic non sit,odorati iunci,schinuue,uel apii,selinuue,uel cõuoluoli,rhamnuue,uel betæ,teutluue, uel cucurbitæ de media & tenerima eius parte exprimito,diutiusq; indito, demũ ceruſſam tritã,aqua subactã lana exceptã apponito, sin autẽ horreret, auferto.Sin autẽ mulier locellorũ,hystereonue molestia debilitatet, ac bilis eã præfocaret,strãgularetue, leuiter eã purgato,doloréq; sedato,peucedani succi tres cyathos propinato. Si uero lumbos,iliaq; uuluæ molestẽt, si uelis cõmutare,remouereue,sulphur,bitumenq; tritũ melle decoquito, crassamq; glandulã conficito,in sedéq; dato.Si uero locelli,hysteræue siccefaciãt, quã primũ hæc apponito.Cũ mulieri locelli,uuluæue,siue hysteræ durescunt,pudendaq; turgent, durescuntq; inguina, pudendaq; æstuant,cancer ingenerari incipit.Cum sic habuerit,cucurbitæ partẽ interiorẽ tritam cũ fauo, melleue in aqua decoquito,lancemq; huius,cotulamue per sedẽ immittito, donecq; purgetur,teneto.Cum uero mulieri medicamentum, pharmaconue das,quæ uuluas purgent,& educant,cõmisceto,quæ sunt hæc,cantharides quinq; sine capite,alis, pedibusq; tritæ, tribuli secundum mare nascentis radices tritæ, conchulæ quantitate, sertulæq; campanæ uiridis, uel in umbra disiccatæ, tritæ conchulam,uel apii semen pari modo,uel sepiæ oua quinq;,& decem trita cũ uino dulci diluto propinato. Cumq; dolor habuerit,in aqua calida sedeto ,mulsumq; dilutum potato, uel ranunculi, batrachiuue folia, floresq; tritos stateris Aeginensis quantitate,pondereue propinato.Cũ uero dolor habet,cicer albũ, & uuam passam in aqua coquito,frigefacitoq;,huiusq; lancem,cotulamue propinato,cum uero lotii difficultas, strãguriaue habet, in aqua tepida sedeto, uel adianti stateris Aeginensis quantitatem, pondusue,cum uino albo propinato,uel albæ uiolæ semen, quantum tribus digitis capitur,tritum cum uino albo similiter propinato,uel nigræ radicem ad eũdem modum, uel lilium quod in domibus nascitur, similiter propinato, uel anchusæ duos fasciculos cum foliis,in uino & aqua pari mensura coquito,potatoq;, uel chamæleontis radicem uellicato,quemadmodum cum ueratri potionem paras,cum uinoque & aquæ parimodo decoctã propinato, uel brassicæ succum, marrubiiq;, porriue parem utriusq; modum misceto, lacq;, succumue lasaris, silphiiue trium semiobolorum quantitate misceto, uinoq; albo decoquito, propinatoq;.Hoc autem & menses, & secundas elicit,uel oliuas albas,priusquam oleum insit,disectas siccato,deinde tundito, pinsitoue, & cribrato, cum uinoq; propinato.Hoc autem,& mẽses,& secundas elicit, dictamni cretici quantitatem, pondusue cum aqua propinato. Si uero propinando secundam non posses educere,cremore, decoctoue sambuci,uel ebuli,& actes foueto,cantharidasq; cum hoc misceto,& apponito, quod & partum educit, eiicitue, quod si lancinet, pungatue,siue mordeat, auferto,rosaceumq; adiicito,& apponito.Cum autem aufugit,abiitue intro, populi

Medela.

Cum hysteræ mulierẽ debilitant, Medela.

Cum lumbos et ilia uexantur, Medela.

Cum uulua durescit,quid agat. Canceris signũ. Medela.

Quæ uuluam purgent.

Silphion.

Dictamnus.

Acte.

populi cretici baccas nouem tritas propinato, hocque subluito. Si qua uero difficulter pariat, cunilaginis, conyzæue quãtum manu capias, marrubii, por riue succo, iureue diluito, netopiq; conculam, drachmamue & dimidium cõmisceto, cum uinoq; propinato. Menses autem elicit peucedanon, & panaces, peoniæq; radices, cum uino si propines. Partum uero mortuum locellis educit, si uiolæ, & portulacæ, andrachnesue semen, fructumue tritum cum uino albo uetusto propines. Menses autẽ cit, semen albæ uiolæ tritum, quantum tribus digitis capitur, potũ uino odoratissimo, magnoue, uel capræ pillulas quinq;, uel sex tritas uino odoratissimo, aquaq; & oleo asperso subter sedili fumiges, deinde hoc ꝑpines, subitoq; laues, in cubileq; reclines, uel brassicam comedito, iusq; sorbeto, uel leuci, uiolæue albæ semen, fructumue tritũ, quantũ tribus digitis capit̃, cũ uino propinato, ac in aqua calida sedeto, sin autẽ hoc non habeas, fœniculi, marathruue radices tritas cum mulso tepido propinato, uel fraxini baccas circiter decẽ, tritas cum uino dato, quod optimũ est in omni uuluarũ dolore, ualdeq; lotiũ cit, uel lassaris, silphiue succũ herui quãtitate, cardamiq; semen, fructũue tenuiter tritũ cũ uino, uel lacte canis propinato, quod & partũ eiicit. Hoc etiã partũ eiicit, herbã rhanunculũ, pusillumq; elaterii cũ aceto mistũ, beneq; dilutũ, temperatumue potato, uel brassicæ tenellũ caulẽ radito, acuito, summũq; eius netopo perungito, eoq; percutito, siue intro dato. Mẽses uero si non currãt, non fiantue, terebithi semen, fructũue tritũ cũ uino diluto ieiuna potato, calida lauato. Menses ciere si uis, purpureas, rubrasue pæoniæ baccas tritas cum uino propinato. Hæc puerperia purgant, marathru, fœniculiue semen fructumue, crethmi corticẽ, thus tritũ cũ uino propinato, uel tædam quã pinguissimã, pæoniæ baccas quinq; tritas in uino coquito, dimidiãq; huius percolati lancem, cotulamue propinato, quartãue cotulæ partẽ, uel mercurialis semen, fructumue, & folia cũ uino ꝑpinato, uel pæoniæ nigras baccas quinq; tritas, sepiæ oua cũ uino porrigito. Puerperia hæc educũt. decoctũ irionẽ, erysimonue, farinãue eius oleo asperso sorbeto, cibariisq; deinde mollissimis, lenissimisue utitor, uel scamoneã tritã lacte muliebri subigito, cũ lanaq; apponito, uel mercurialis folia trita cũ linteolo apponito, uel artemisiã herbã tritã rosaceo dilutã admoueto, uel albã radicẽ tenui modo tritã rosaceo aspersam apponito, uel pæoniæ radicẽ tritã melle, rosaceo, uulturino pingui subactam cũ lana apponito, uel similã, farinãue non lotam ad eundẽ modũ admoueto, uel lolii farinam, triticeãq; simul melle subactã, cũ lana apponito, purgamentũ mensiũ, puerperi, & aquæ prorũpentis, lanariæ radiculæ, struthiuue, siue passerculi, tenui modo tritæ, quãtũ tribus digitis capit̃, melle subigito, cũ lana admoueto, quæ ĩ Andri littoribus nascit̃. Purgatio uuluæ, hysterasue, mercurialis, & cucurbitæ pusillũ tritũ, uino, & melle subactũ cum linteolo apponito, uel leporis pilos cõbustos, & tritos uino & melle decocto subactos cũ aqua ꝑpinato, calidaq;

Populus cretica.
Netopon.
Menses elicit,
Peucedanon,
Panaces,
Pæonia.
Capræ pillulæ.
Fraxini baccæ.
Silphion.
Cardamon.
Lac canis.
Rhanũculus herba.
Mensium purgatio.
Puerperæ purgatio.
Diuersa purgamenta.

lauato. Partus purgamentum, hordeum deglubatum, denudatumue, siue decorticatum dimidii modioli, sextariiue quantitate, triumue unciarũ pōdere, quatuor aquæ lancibus, cotulisue coquito, deinde bis, terue sorbeto. Puerperia sic purgato. Sambuci folia, ebuliue, seu actes decoquito, oleumq; super aspergito, & propinato, decoctamq; brassicam, & porrum comedito. Purgamenta uuluarum. Syriaci rhu, sumaciiue semen & folia trita cum uino propinato, uel irionem, erysimonue tritum, & farinam decoctam cum uino porrigito, uel atramenti sutorii, misyosue duos obolos tritos, uino subactos apponito, uel lini semen tritum, uinoq; subactum apponito, uel trifolii semen tritum cum uino propinato. Si uero lumbos uuluæ petant, & in illis firmentur, polypos elixos, & assos comedito, uinumq; nigrũ boni odoris, meracum quã plurimum potato, uel Syriacum rhun, sumacıumue rubrum cum uua passa, farinæq; sitaniæ pusillo in aqua decoquito, porrigitoq;, uti sorbeat, potetue, uel mora rubi sicca, tenui modo trita cum farina recenti decoquito, cũ uinoq; diluto odorato potato, uel cretam, terramue Samiam nigrã tritam astragali, taliue quantitate, aqua subactam apponito, uel hypocystiden tritam, cũ uino propinato, uel mali grani uinosi succo farinam subigito, desiccatoq;, postea tritam cum uino propinato, uel myrti nigras baccas tritas cũ farina decoctas porrigito, uel testi granati dulcis corticis triti drachmam cũ uino propinato, uel triticum, hordeumq; tostum tritum cum uino nigro potato, uel dulcis granati succum cum aquæ pari modo commistum propinato, uel papaueris semina, quantum tribus digitis capitur, trita cũ aqua propinato, uel similaginem, farinamue sitaniam, gypsiq; parem modũ subactum aqua apponito, uel dulcis granati corticem tostum, tritumq;, cæteraq; putamina similiter tosta, & trita cum uino propinato, uel salicis marinæ, uiticisue, seu agnu folia trita cum uino nigro potato. Si uero sanguen ex uuluis defluat, marini roris, cachryosue radicem tritam cum uino propinato. Profluuii, & doloris uuluarũ pocula alıa, cedri baccas, cedridasue, seselim, cuminumue latũ, cuminũ Aethiopicũ, cassiæ semen, fructumue, baccas iuniperi, arceutidasue, marini roris flores, cochryasue, quernos herinaceos, hechinidasue, melanthion, gitue, dauci radicem, & semen, fructumue, aromata, thymum, thymbram, scopam amerinam, ericenue, pinum humilem, hypericonue, papauer album, crethmi radices, & semen, fructumue, maluæ radices, mercurialis semina, & folia, urticæ semina, fructumue, saluiam, populũ creticam, dictamnum, pseudodictamnum, amomum, cardamomum, helenium, aristolochiam, castorium, adiantum, dracontium, peucedanum, piganu, rhutæue semen, & folia, selınu semen, apiiue, marathru, fœniculiue semẽ, fructumue, hipposelinu, maiorisue & agrestis, apii semen, fructumue, & radices, hippomarathru, maiorisue fœniculi & agrestis, cabaliniue, & semen, & radices, struthiu & semen, fructumue, & radices, hyssopon, cilicon, irionem, erysimonue, pæoniã, panaces, quodcunq;

Syriacus rhus.
Misu.
Triphyllon.
Cum uulua lumbos uexat, Medela.
Rhus.
Mora ruborum.
Creta Samia nigra.
Setania farina.
Profluuii, et doloris uuluæ diuersa remedia.
Diuersæ uuluarum, Medela.

ces,quodcũq; horum uelis,& cõmisceto,& per se solum aqua, uel uino decoquito,quemadmodũq; uelis propinato.Dolorum uuluæ sedaméta,& purgamenta optima hæc sunt.maluæ radices aqua decoquito,& eam aquã propinato,uel pæoniæ baccas,fructumue,cedrini olei paululũ cõmisceto, & cũ uino propinato,& uuluæ dolores sedabis.Cum autem uuluæ strangulant.Castorium,& cunilaginem,conyzanue cum uino albo propinato.Si uero nasum petant.Cocci cnidii,quod intus est, album melle subigito,nasumq; eo perlinito.Doloris hoc remediũ est.Maluæ,marathruq;,siue fœniculi radices,crethmi corticem cum uino propinato, uel marinas stellas nigras cum brassica coquito,uinumq; odoratum spargito,& propinato,uel myrrhæ tres obolos, coriãdri pusillum,& rhesinæ,pæoniæ radicem,cuminum Aethiopicũ.Hæc tenui modo trita,cum uino albo tepido propinato.Hoc auté uuluas sistit, & pellit.Crotonis, rhiciniue radicem tritam cũ uino propinato.Si uero cor petant uuluæ,uel strangulent.Semen,fructũmue uiticis,hagnuue,& pæoniæ cũ uino propinato.Hæc acria apposita sanguen ciunt,& uuluas purgãt. Canthari das quinq; cum thure,& myrrha commisceto,melleq; subigito, & oblongã glandulam, & crassam conficito,lanaq; & linteo tenui albo circunducito, & oleo Aegyptio albo linito,& apponito,uel buprestin,si quidem parua sit,totam,si uero magna,dimidium,cum prædictis misceto, & ad eundem modũ apponito.Si uero mollioribus,lenioribusue uti uelint, buprestas in uinum iacito,cuminum Aethiopicũ adiicito & seselin & anesum, & decoquito, & ad decé buprestas olei acceptabulum commisceto, cæterorum autem omnium par singulorum esto. Myrrham autem, & thuris pusillum commisceto, drachmamq; ex hoc sumito,& apponito,quemadmodũ prius,uel melanthion, siue git tritum,melle subactum, in glandulam redactum apponito,siue intro dato,uel lapulam,philistionue ad eũdem modum compositum apponito, uel anemones foliis tritis,linteoq; impositis,myrrhæq; pusillo cõmisto,similiter utitor.Sãguen hoc sistit.Glandé, gallamue, siue balanon Aegyptiam tritam,susinonq;,hoc est terram Aegyptiam aqua subigito, lanaq; exceptam apponito.Purgat hoc bilem. Sicyes,cucurbitæue,siue cucumeris angurii, quæ intus sunt,tenuiter trita,melle subacta,in glandulã redacta apponito,uel cucurbitæ syluestris, colocynthidosue agries, quod intus est, tenui modo tritum,melleq; subactum similiter apponito,uel elaterii quatuor potiones, pingue anserinum, & caprinum, & misy commisceto,glandulamq; conficito, & in linteum dato,& apponito,uel thalpien,mitioremue sublutionem melle cõmisto,conficito,& apponito,uel crassiora pinguioraue fici folia terito, & elaterii duas potiones cõmisceto,& nitri quantum eleterium melle subactum apponito. Si uuluæ perflammatæ sint, pituitaue molestentur, nitrum rubrum pingue fici,quod intus est,par utriusq; tenuiter tritum, glandulam conficito,& apponito,uel cumini folia trita,uino subacta cũ linteolo apponito,

Cum strangulãt.

Cum nasum uexant.

Quæ uuluas purgent.

Cum cor uexãt, strangulantue.

Diuersa uuluæ purgamenta,et medicamina.

Cucumis anguriùs.

Colocynthis.

Elaterion.

Misy, uel hemisy.

Thalpie.

Alba radix, quæ sit uideto.

uel albam radicem tenuiter tritam, melle decoctam, in glandulam redactam apponito, uel lasaris, silphiiue succum, lacue, seu opon cum fici lacte cõmi-sceto, melle subigito, & apponito, uel fici semina, granulaue interiora trita similiter apponito, uel tauri fel, nitrum rubrum, netopon, cyclaminon tritũ, horum quanta est galla, cyclamini uero plusculum, melle subactũ apponito, uel myrrham, salem, cuminum, fel tauri melle subigito, & cum linteolo appo nito, uel piperis baccas circiter triginta deglubatas, tritamenq; medici medi-caminis, quod est oculorum, quod piper uocatur, & rotundorum altera tãta, hæc tria tenuiter trita, uino dulci, uetusto subacta, lana excepta cũ linteolo apponito, deinde lotio perluito, uel titumalli lac, succumue melle subactum cum linteolo apponito, uel scyllæ radicem sex digitos longam radito, exa-cuitoq;, huiusq; duos digitos lana conuoluito, & apponito. Molliunt hæc, narcissinon, cuminum Aethiopicum, thus, absynthion, cypiron, aliorum qui-dem cuiusq; par, narcissini uero quatuor portiones, hæc trita in lini crudi lin teolo cõmista, in glandulamq; melle admisto redacta apponito, uel cyclami num tali, astragaluue quantitate, floréq; aeris fabæ quantitate terito, melleq; optime subigito, glandulamq; conficito, & apponito, uel puleium, glecho-naue, myrrham, thus, fel suis melle subigito, glandulamq; conficito, & ap-ponito, uel hoc quod stringit, Syriacun rhun uino nigro subactum appo-nito, uel cnicon simili modo confectum apponito, uel lotu ramenta simi-liter confecta apponito, uel Syriacum rhun, sumaciumue melle subactũ ad-moueto, uel sulphur, pingue suillum, oui uitellum, luteumue, similaginem, farinamue melle subigito, calefacitoq;, lanaq; excipito, & apponito, uel pin-gue, oleumue anseris, ouillum, ceram albam, resinam, rosaceum, linteolo te-nui laniato exceptum apponito, uel cerui medullam, & pingue liquefactum, & lana exceptum admoueto, uel caprificos, ficosue hybernas aqua decoqui-to, percolato, oleumq; superspargito, lauatoq;, postea uero uino aspero, in quo granati putamina, galla, loti ramenta decocta sint, subluito, uel uini fe-cem combustam aqua perluito, eaq; aqua subluito, deinde uino, in quo gra-nati putamina, myrti baccæ, Syriaci rhu folia deferbuerint, uel uino nigro, in quo lentisci folia, saluiæ, hyperici decoxeris. Sin autẽ aliquatenus uuluæ sint ulceratæ, butyrum, thus, myrrham, rhesinæ pusillum aqua decoquito, perco-lato, uinũ aspergito, lauato, uel marrubium, sambuci fructum, anesum, thus, myrrham aqua decoquito, percolato, deinde uinum aspergito, subluito, uel brassicam cum mercuriali, pusilloq; lini seminis decoquito, percolato deinde subluito, uel myrrhæ paululum, acceptabulũue, thus, seseli, anesum, lini semẽ pari mensura terito, netopon, rhesinam, anseris pingue, duabus uini lancibus, aceto albo, Aegyptio aspso decoquito, percolato, tepidoq; lauato, uel aqua qua mercurialis decocta sit, myrrhæq;, thuris, netopi que par modus cui ad-ditus sit, tepida lauato, uel saluiam, hypericum aqua decoquito, & lauato, uel sambuci

Scyllæ radix quanta sit, ui-deto.

Diuersa locello-rũ medicamenta.

Caprificus

Profluuium hæc stringunt.

Diuersæ lauatio nes.

ſambuci fructũ,& lauri pari modo,uino decoquito, deĩde lauato, uel puleiũ aqua decoquito,deinde oleum ſpargito,& lauato,uel pingue anſeris, reſinã q; liquefacito,& in aquam tepidam mittito, & lauato, uel butyrum, cedrini olei paulum cũ melle liquefacito,& in aquam tepidam iactato,& ſubluito, uel cuperum,iuncum,calamum odoratum,pari modo myrrhæ puſillo addito,ſiſymbriumq; uino coquito,& lauato,uel apii fructum, aneſi,ſeſelis,melãthion,gitue uino coquito,& lauato,uel cedrum creticum uino coquito,& lauato,uel uitem albam,bryonianue,ſeu echetroſin aqua diluito cum myrrha, & lauato,uel ſpumã argenti,floremue uino & aqua diluito,& lauato,uel duas elaterii potiones aqua diluito,& lauato,uel cucurbitas agreſtes duas, colocynthidasue agrias dyo, uini, uel lactis decocti quatuor lancibus , cotulisue diluito,percolatoq;,& lauato,uel cucurbitæ,cucumerisue angurii,ſiue ſicyes fruſtulum interiorem quatuor digitorum,aquæ quatuor lancibus, cotulisue decoquito,percolato,mel & oleum aſpergito, & perluito, uel thapſiæ radicis fruſtulum duarum potionum quantitate,duabus aquæ lancibus decoquito,percolato,mel adiicito,& lauato,uel ueratri tantundem eodem modo cõficito,& perluito,uel thlaſpion,pedemue gallinaceum,ſiue cardamum agreſte,ſaurionue acceptabuli mẽſura,duabus aquæ lãcibus percoquito,percolato,mel miſceto,tepido perluito,uel cucurbitæ, cucumerisue angurii palmũ interioris partis,aquæ lancibus quinq; decoquito,percolato, oleum aſpergito,& lauato,uel coccos cnidios,baccasue circiter ſexaginta, quinq; lancibus aquæ percoquito,percolato,mel,& oleum miſceto, perluitoq;. Si quidem ſuapte natura pituitoſa ſit,cneori aliquantum terito,mulſiq; lance , cotulaue Aeginetica perfundito,hocq; perluito.Si uero bilioſa,lauri potionis quantitatem,ododeoſq; drachmam,uel ſcamoniæ,ſucciue ſicyonii potionis quantitatem terito,mulſoq;,uel aqua uuæ paſſæ lancis Atticæ menſura perfundito, perluitoq;,uel daphnoidos, laureæue potionem eodem modo parato, perluitoq;,ſi bilioſa ſit.Si uero pituitoſa,coccos deglubatos,tritoſq;,aquaq; madefactos,percalefactoſq; qua percolata,tithumali lac,ſuccumue mittito, & perluito potionis unius quantitate,uel cneorii,uel papaueris lac, ſuccũue quantitate eadem miſceto,modoq; eodem utitor quouis horum, lauatioq; non minor , maiorue ſit, quam duæ lances , cotulæue. Suffimenta ſuauia, leniaue hæc ſunt.Cõtuſam gallã ſuffito,uel loti ramenta , & oleæ folia ſicca contuſa,oleo ſubacta ſuffumigato,uel ſuper dolii,amphoræue oleariæ operculum ſtuppam accenſam iacito,& inſuper cupreſſi ramẽta, & ſuffumigato, uel ſcamoniã,myrrham,thus roſaceo aſpergito,& ſuffumigato,uel bitumen, aſphaltonue,ordei purgamenta,furfuresue miſceto,& ſuffumigato,uel marini uituli pingue ſuffito,uel cupreſſi,& fraxini ramenta, & cuperi radicem roſaceo ſpargito,& ſuffito, uel calamum odoratum, aromaticonue,cupirum, bryoniam,algam ſuffito,uel ſemen apii, & aneſum commiſceto, & roſaceo

Cedrus cretica.
Echetroſis.
Colocynthis.
Cucumis anguarius,uel ſicya.
Thaſpia.
Veratrum.
Thlaſpion.
Saurion.
Cucumis anguarius.
Cnidiæ baccæ.
Cneoron.
Daphne ododes.
Scamonia,
Sicyoniuſue Succus.
Perfuſiones uariæ.
Suffitiones diuerſæ.
Diuerſa ſuffimenta.

ſpargito,& ſuffito,uel ſiccam reſinam, pollinem thuris in prunam,calidúue cineré iacito,& ſuffumigato,uel cinamomum,myrrham, caſſiam pari modo commiſceto,& ſuffumigato,uel crocum,myrrham,algam,bryonue pari modo commiſceto,& ſuffito,uel calamum,cneoron,crocum,roſarum rubrarum folia ſuauiter olentia ſicca, trita cum croco miſceto, dimidiaq; croci parte ſtyracem. Hæc ſicca tenuiter trita commiſceto, melleq; decocto quā puſillo ſubigito,cómiſtorum horum omnium ſuffumigatio pondo Attici oboli eſto. Hæc autem uaſe oleario ſimili operculum tenue pertuſum habente ſuffumigato. Serméticiuſq; ignis eſto ſuper quo uas ponatur, ſuperq; ſedile pertuſum detur,quo ſedeat,quæ ſuffumigetur,uel chalbanen, reſinam, myrrhā, thuris pollinem roſaceo ſpargito,& ſuffito,uel panacis, & cupreſſi ramenta oleo Aegyptio albo madefacito, & ſuffito,uel cinamomū, nardum,myrrhā roſaceo ſpargito & ſuffumigato,uel leucoiu,uiolæue albæ ſemen,fructumue cedri,ſcobem,ſegmentaue,ſiue raméta,chalbanen melle ſubigito, & ſuffito, uel capræ excreméta, ſpyrathusue,leporis uillos,marini uituli pingui,oleoue ſpargito,& ſuffito,uel coaguli marini uituli,phocesue tuniculam,membranulamue tenuiter tritam,& ſpongiam,& algam,bryāue tenuiter trita, ſimul miſceto,pinguiq;,oleoue marini uituli ſubigito,ſuffumigatoq;,uel capræ ſpyrathus,excrementaue,marini uituli pulmonem,cedri raméta ſuffito, uel ſtercus bubulum ſiccum,aſphalton,bitumenue,cedri raméta ſuffito,uel ſpinæ Aegyptiæ,acanthesue fructū, cedri ramenta,myrti folia ſicca tenuiter trita,oleoq; balſamino,ſeu myropobalſamo ſpargito, & ſuffito, uel aromata in roſaceo miſſa ſuffumigato,uel nucleos uuæ tritos,& cedrías baccas, cedridasue,& reſinam pineam dulci decocto miſceto & ſuffumigato, uel ſtercus bubulū ſiccum,contuſum,cribratum, cum heruinæ farinæ dimidio,aceto ſubigito,placideq;,leniterue ſuffumigato. Cū uero ſuffumigaueris, lenticulæ cremorem, iusue,ſeu decoctum potato,ſorbeto,& uomito. Deinde ſimilaginem, farinā ue decoctam porrigito, uinūq; ſuperpotato,poſtridie uero coccum cnidiū deuorandum dato. Tertio autem die quod lotium ciat,quod ſic conficies. ciceris albi granulorum duas partes,uuæ paſſæ tertias aqua uſq; ad dimidiū decoquito, percolato, ſubaereq; ponito,deinde propinato, deinceps ſaluiā, & lini ſemen ſimul aqua coquito,propinatoq;,decoctamq; farinā bis die porrigito,uel ſambuci,actesue folia manu plena quatuor uini diluti lancibus coquito,lancemq; & dimidium olei ſuperiacito ſuperq; ſedile pannis inuoluta fœmina locata calidum fumum per inferna ſuſcipito,uel ſambuci, ſeu actes folia manu plena cū myrti pari modo aqua decoquito,& ſuffito, uel hordei furfures aqua decoquito, qua diffuſa, quod remanet in linteum mittito, & quam calidiſſimum ferre poterit,foueto,uel acetum,oleum,mel aqua decoquito,deinde ueſicā lagunculæ capacem,uel tenui pellicula utriculum ſumito,calidaq; ea ī eū iacito,linteoq; circumuoluito,& foueto, cum uero linteū amouebis,

Modus ſuffumigationis.

Diuerſa ſuffimenta et fomenta.

Cedridæ.

Potio lotiū ciēt.

Fomenta uaria.

amouebis,alterum circũducito,uel pini corticem , & rhu Syriaci , ſumaciiue folia uaſe aquæ pleno ualde coquito,aquãq; diffundito,quodq; remanet, cũ hordei furfure, & oleo calefacito,deinde in linteũ iacito,& foueto , uel loti, cupreſſiq; ramenta cum aqua,& oleo coquito,deinde in linteum dato, & foueto,uel triticeos furfures modioli menſura,& aromata cũ aqua decoquito, ſimiliterq; conficito,& utitor,uel triticeos furfures,duorũ modiolorum mẽſura,gallam tritam,& ſpinæ albæ, rhamnuue corticem tritum oleo aſperſo, cum aqua feruefacito,ſemiq; coctum paſtillum conficito,linteo cõuoluito, & foueto,uel hordeaceos furfures,braſſicam, porrum ſimul coquito, oleum ſpargito,ſimiliq; modo foueto, uel cum his ſolani,ſtrychnuue folia, & oleæ decoquito, ſimiliterq; conficito & foueto. Hæc quidem ſatis ſint. Si uero liquidis fomentis utaris,quemadmodum ſcriptum eſt,facito. Sin autem ſiccis, paſtillos coctos,ſemicoctoſq; conficito,hiſq; foueto. Teſtaceis etiam calidis linteo conuolutis foueto, linteiſq; ipſis calefactis, lenticuliſq; teſtacis aquæ calidæ plenis ad pedes appoſitis, uel tritam iridis radicem cum his coquito ad eundem modum,& foueto. Hydrops uuluarum. Sin autẽ in uuluis & metriſin aqua gignatur,menſtrua minora,paucioraue,& peiora fiũt,diutiuſq; durant. Semper tamẽ fere cõcipit,quod menſe peracto,perditur, multaq; aqua remanet,& congeritur. Quam ſic habentem lacte,& papaueris ſucco potionato, donec partus moueri incipiat, plerumq; tamen ante hoc tempus abortus perditur,ſanguineq; uuluæ perfluunt. Quod & labore,defatigatione,ſimiliq; alia re cadit. Quod autẽ hydrops,aquaue inſit,hoc modo dignoſces. Si digito pertentaris,os gracile , lubricumq; præ humore nimio, deprehendes. Sin autem hæc per initia non fiant,ſed iam ſeſe partu mouente,ne perdatur, præfoceturq; , periculum eſt,ſi quidem uẽter extremus tumeſcit. qui ſi tangatur, tanquam uulnus dolet,febriſq; eam & æſtus,fremituſq; corripit , dolorq; grauis,& uehemens pudenda,uentrem extremum,coxendices,lumbos,& ilia habet. Quam,cum ſic habeat,calida lauato,quam maximeq; calida, qua dolet, admoueto, medicamentumq; quod per inferna purget,propinato,quantũq; tibi uidebitur,intermittito,deinde & foueto, & apponito. ciclaminiq; quid melle tinctum in linteum datum ad uuluarum os apponito . cupreſſiq; ramẽta aqua macerata,ſimiliter confecta apponito plus,minusue temporis , quanto magis, uel minus punget,mordebit , ulcerabitq; ſpicillumq; plumbeum, ſtagneumue demittito,digitoq; ſimiliter tentato,poculaq; quæ ſuſcipiet libens,& admittet, propinato. cum uiroq; concubito præſertim temporibus præſentibus. Nam ſi genituram concipiet, prægnans fiet,pariet, prioraq; & præſentia , & futura cum partu ſuperpurgabitur,ſicq; maxime ſaneſcet. Sin autem uuluæ,metræue dureſcant,aſſulenturue,os earum exaſperatur,mẽſtrua non comparent, & ſi comparent , arenoſa ſunt,hocq; tempore genitura non fit,& ſi fiat,cum his miſcetur,& exit,& ſi digito tangas,os uuluarum aſperum

Diuerſa fomẽta.

Quæ foueant.

Hydrops uuluæ

Duricia uuluæ. Medela.

deprehẽdas. Cum autem ſic habuerit, cyclamini quid,ſalis,fici ſimul terito, & miſceto,melleq; ſubigito,& apponito,deinde foueto, quibuſq; purgetur, lauato,mercurialem,& braſſicam decoctas comedito,& ius ſorbeto, calidaq; lauato. Si uuluæ,metræue,ſiue matræ dureſcant,menſtrua tolluntur, abſcondunturue,& os earum coit,clauditurue,dumq; ſic habet,non concipit, digitumq; ſi admoueas , os aſperum deprehendas,nec intrabit,& febris eam corripit,æſtus,fremitus,& uentrem extremam, coxendices , lumbos ilia dolitat. Quod etiam patitur,ſi partus perditus, & corruptus, putriduſq; intus ſit. Eſt uero quibus & a partu hoc ueniat ſæpius,& aliter. Cum autem ſic habeat,hãc multa,& calida lauato,& ſuffito. Cum uero recens lota,& ſuffita ſit, ſpicillũ in os demittito,& aperito, latumq; reddito, digitoq; non minus patefacito, quemadmodum in priore ſcriptum eſt,apponito,poculaq; eadem propinato,& quẽadmodum priorem curato. Si uero coſtas,lateraue metræ, & uuluæ petant,& in ea procumbant,tuſſis dolor , & duricia quædam pilæ ſimilis ſubter coſtas ſentitur, cũq; tangitur tanquam uulnus dolet,tabeſcitq;,& pulmonis uitium eſſe uidetur,peripneumoniaue,ſeu pulmonia,conuelliturq; & lancinatur,tactumq; refugit,menſtruaq; non comparent,& in quibuſdam ſi compareant,abeunt,euaneſcuntue. Si qua tamen defluant,imbecillia ſunt,pauca, prioribuſq; peiora. hocq; tempore genitura non fit. Cum ſic habuerit, medicamentum,quod per inferna purget,elateriumue porrigito,quod cum potauerit,multa,& calida lauato,mitiaq; fomẽta,& quæ ſuſcipiet,& admittet,adhibeto,quibuſq; ſanguis purgetur,ea apponito, quemadmodum eſt lini ſemen toſtum tritum,tribratum,papaueriſq; ſemina tenuiter trita cum tenui farina,caſeoq; caprino mundato , deraſo,tritoue decocta muria cõmiſta, caſei quidem eſto portiones duæ,cæterorum autem una,uel non recentem farinã, non ſalitam decoctam cum uino mane ieiunæ propinato. Pultem autem craſſam melle ſuperſparſo,ueſperi dato,quodq; poculum potiſſimum uolet, potato. Sæpeq; ſuffito,calida perluito,ceratoq;,linimẽtoue placide linito,mollefacitoq;,de latere,coſtaue uuluam,quantum potes,deducito,lataq; uitta, faſciaue latus,coſtamue uincito,ligatoue,plurimũq; lactis bubuli quadraginta dies potato,cibariis uero leniſſimis,molliſſimisue utitor. morbus autẽ hic uehemens eſt,& lætalis,paucæq; curatæ eum fugiunt. Sin autem uuluæ os penitus claudatur,ſicuti caprificus dureſcit,quod digito ſi tangas,durum,& conuerſum deprehendis , digitumq; non admittit,menſtrua non comparent, ſemen genitale non ſuſcipit,uenter extremus, lumbi,coxendices , ilia dolitant. Eſt cum & ad ſuperiora prorumpat,præfocetq;,ſtranguletue. Cum ergo ſic habuerit, medicamentum,pharmaconue, quod per inferna purget, potato, multa calida lauato,quæ os molliant apponito, ſpicillum demittito,os aperito,digitoq; ſimiliter patefacito,perluito,cũ uero molleſcet , quæ ſanguen purgẽt, admoueto,poculumq; dato,quod admittet,braſſicamq; comedito, & ius ſorbeto,

Duricia alia.

Medela.

Cũ uulua coſtas petit.

Medela.

Cum uuluarum os clauditur.

Medela.

& ius sorbeto. Si uero metræ, & uuluæ obliquentur, & os obliquatur, mensesq; modo non comparent, modo cum comparuerunt, euanescunt, mutanturq;, minoraq;, & peiora, quam prius erant, fiunt. semenq; genitale hoc tempore non admittitur, uenterq; extremus, lumbi, coxendices, ilia dolitant, & contrahūtur. Cum sic habuerit, medicamentum elaterium propinato, calida lauato, suffito, deinde uuluarum os digito dirigito, ac odora suffito, poculumq; dato, quod suscipiet, cibis uero lenibus utitor, decoctaq; & cruda allia comedito, cūq; uiro dormito, & in sanum coxendicem cubato, alterum uero, foueto, hic autem morbus uix abigitur. Si uero locelli, uuluæue, siue metræ concendantur, coardescantue, uenter tumescit, uentoq; repletur, pedesque & uultus caua turgescunt, colorq; malus fit, menses non comparent, semenque genitale, hoc tempore, non suscipitur, mulierq; debilitatur, æstuat, angitur, & dissoluitur, cūq; surgit, stat, & graditur, spiritus angustia eā uexat, quidquidue comedat, aut potet, molestat, debilitat, difficiliusq; spirat, & uomit, quā ante quā quid sumpserit, magisq; desperat, quin etiā sæpe fere strangulatur, præfocaturue. Cum sic habeat, medicamentum, pharmaconue, quod per inferna purget, potato, calidaq; lauato, & suffito, postq; paulo, quibus purget, & pungatur apponito. totumq; corpus crebro suffito, & foueto, sub pudenda uero odorata suffumigato. Sub nares auté olida, potionesq; dato, quæ uuluas purgent, mercurialemq; comedito, postq; lac potato, quemadmodū in laterꝫ dolore, siue cum latus uexant, dictum est. hic quidem morbus longus est. Si uero locelli turgescant, frustulenturue, siue caruncularū & sanguinis frustula intus cieent, concipiantue, herueis similibus frustulis earū os repletur. Quod si tangas, sic habere deprehendes, menstruaq; non fiunt, nec genitura hactenus continetur. Cum ergo sic habuerit, cyclaminum abraso cortice, allium, salem, ficum, mellis pusillum conterito, cōmiscetoq; & glandulam, balanonue conficito, & in os uuluarum dato, cæteraq; aliarū uuluarum, earumue malorum appositia medicamina, quæ his conueniāt, apponito, præsertim acria, rodentia, absumentiaue, quibusq; sanguen purgetur, potionesq; dato, quæ sanguine uuluas purgent, pelliculaq; uulturis uolsellā, ferrumue, quod radit, xystranue circūducito, uel digito os uuluarum & omnia detergito, perluito. Sin autem uuluæ conuertantur, menstrua non decurrunt, semen genitale non suscipitur, dolorque uentrem postremum habet, lumbos coxendices, ilia, digitoq; si tentes, nunquam earum os pertinges, quoniam ualde recessit, Cum sic habuerit, medicamentum, quo supra & infra purgetur, propinato, sed magis infra, osq; & uuluas suffumigato, calidaque bis die lauato, poculaq; dato, quæ lubens suscipiat, & cum uiro sæpe dormito, & brassicam comedito. Si locelli suo loco non stent, sed huc, & illuc moti prorumpant, quoue ferantur, dolorem præbeant, modoq; non compareant, modo tanquam sedes decidant, cūq; supina iaceat, redeant, cum uero surgat, uel resupina iaceat, uel

Cum uuluæ torquentur.

Medela.

Cū uuluæ accensæ sunt.

Medela.

Cū frustula concipiunt.

Medela.

Cum uuluæ conuertitur.

Cum uuluæ consistunt.

Medela. aliquatenus moueatur, decidũt, exeuntue. Sæpe & cum quiescit, nihilq; se dimouet, excidunt. hanc maxime quiescere, nihilq; se se dimouere mandato, lectumq; a pedibus, altioré statuito, quibusq; in prioribus usus es, utitor, constringentibusq; subluito, & foueto, ac olida suffito, sub nares autem odorata, picemq; cum uino, in calice, putamineue granati calefacito, tepidamq; intro dato. quod cum indideris, lata uita, fasciaue, siue tænia in lumbis deligato, ne excidat, sed intus maneat, quodq; opus est, peragat, uel papauer album cum caseo, & farina decoctum sorbeto, quemadmodum scriptum est. Cum latus, costasue molestant, quodq; lubens suscipiet poculum, porrigito, cibarisque lenissimis, mollissimisue utitor, & cum uiro tunc maxime cubato. Sin autem uuluarum os hiet, apertumue sit, quam suapte natura par est, & consueuit, menstrua plura, peiora, liquidiora, plusq; temporis, quã par est, defluunt, semenq; genitale non tangit eas, siue non hæret, nec intus remanet, sed quam primum effunditur, digitoque si uuluarum os pertentes, apertum, & patens deprehendes. Quapropter hanc imbecillitas capit, febris, rigor ob menstrua sic defluentia, dolorq; ultimam aluum, lumbos, coxendices, & ilia habet. Quod potissimum patitur, & euenit, cum quid corruptũ destillat, intusq; putrescit, partus quandoq; aliaue res in causa est. Cum ergo sic habuerit, medicamentũ, quo superna purgentur, dato, cũq; dolor uexabit, calida fométa, apponito, calidaq; lauato, pauloq; post, quemadmodum in superiore scriptum est, subluito, poculumq;, quod maxime lubens suscipiet, porrigito, quæq; maxime siccefaciunt, suffito, polyposq; & mercurialem comedito. Si uuluæ lubricẽtur, leuigenterue, menstrua plura, peiora, liquidioraq; defluũt, & diutius, semenq; intus non remanet, sed contra statim exilit, digitoque si uuluæ os tentes, tangasue leue, leionue, siue leuigatum, & lubricum deprehendes, propterq; hæc mẽstrua debilitas, imbecillitasue, rigor, & febris eam corripit, uentremq; extremum, lumbos, coxendices, ilia, dolitat, maxime quidem si quid partu, uel alio modo corruptum in ea putrescat, quam cum dolor ingruet, quemadmodum superiorem curabis. Si locelli per uentrem errent, dolor grauis, acutusue, & uehemens coxendicem, lumbos, ilia habet, deq; crure claudicat, quam cum sic habuerit, hoc pacto curato. medicamentum elateriũ propinato, postridieq; his suffumigato, duos hordei modiolos, choenicasue, folia oleæ tenuiter concisa, tritam, & cribratam gallam, hyoscyami semen tritum, tertia modioli, chœnicosue parte in ollam nouã dato, superq; dimidiã olei lancé, cotulamue spargito, subigito, misceto, suffitoq; ter die, quatuor dies. de nocte autem, uesperiue lac bouis cum aqua, & melle potato, calidaq; lauato. Si locelli caput petant, signum hoc erit. uenas, quæ in naribus, & sub oculis sunt, dolere dicet. hanc multa calida lauabis, laurũq; & myrtum aqua decoquito, rosaceum aspergito, caputq; linito, odorataq; suffumigato, brassicãq; comedito, & ius sorbeto. Si uero crura, pedesq; petãt, quod sic

Marginal notes: *Medela.* — *Cum nimis hiant locelli.* — *Caussa.* — *Medela.* — *Leue, lionne cũ est uuluæ os.* — *Medela.* — *Cum locelli per uentrem uagantur.* — *Medela.* — *Cum locelli caput uexant.* — *Medela.*

quod ſic dignoſces, pollices pedum in ungues contrahuntur, crura, coxæ dolitant, quam cum ſic habebit, multa calida lauato, crebro foueto, ſuffitoq́, quod maxime ſuſcipiet, porrigito, & olida ſuffumigato, & roſaceo linito. Si fœminam uuluas, hyſterasue dolentem cibi faſtidium, rigor, & febris capiat, papaueris albi quinta ſemimodioli, hemichoeniciuue parte, ſemen, fructumue urticæ, pari modo, caſeiq́ caprini dimidium modiolum hemichoenicaue deraſi ſimul miſceto, ſubigito, uino decoquito, ſorbeto. Si fœminam poſt partum fluor, profluuiumue capiat, cibariaque non retineat, nigram uuam paſſam, granati dulcis granula, hoeduli coaguli quid uino nigro coquito, & porrigito, uel caprinum caſeum deraſum cum farina triticea decoctum ſimiliter propinato. Si fœmina poſt partũ ſanguen uomat, læſa eſt iecinoris fiſtula, dolorq́ uexat inteſtina, corq́ uellicat, & conuellit, hanc multa calida lauato, calidaque fomenta, quæ potiſſimum admittet, apponito, lacq́ aſininum quinque dies potato, deinde lac uaccæ nigræ ieiuna quadraginta dies potato. uesperi autem ſeſamen tritum bibito, hic uero morbus periculoſus eſt. Si uero mulier iam diu non concœperit, cum menſes comparere cœperint, tertio, uel quarto die tritum alumen aſperſum roſaceo, lanaque exceptum apponito, treſq́ dies teneto, poſtea linteum laceratum oleo tinctum in bouis fel mittito, ſubactũq́ optime apponito, treſq́ dies teneto, deinde cum uiro cubato. Cuiuſq́ uuluarum morbi remedium, lini contuſi calamos, ſtipulasue quantum manu capitur, tenui modo ſecato, conciditoue, quamque ſuauiſſimo uino albo noctem madefacito, deinde in ollam nouam diffundito, calefacitoque, duoſque lanæ molliſſimæ globulos eo tingito, & cum alterum apponis, alterum amoueto. Purgamentum uuluarum, ſin autem uuluas purgare uelis, primo quidem hordeo oleo madefacto, & ſuper prunas iactato ſuffumigato, poſtridie uero carnem ouiculæ cum hordei modiolo uehementer coquito, ſub aereq́ dato, tenetoue, deinde tepidum comedito, iuſq́ ſorbeto, poſtero autem die thus, puleium tenui modo tritum, melle ſubactum, lana exceptum, tres dies apponito. Si uero locelli ſedem petant, excrementa cohibeant, dolores lumbos, coxendices, aluumq́ ultimam habent, uexantue. Cum uero ſic habuerit, calida lauato, lumbos foueto, olida ſuffito, quæque uuluas purgent, pellant, uentreſq́ amoueant, apponito, introue dato, quæq́ lubens ſuſcipiet, ea propinato. Si uuluarum os ulceratum, perflammatumq́ ſit myrrham, pingue anſeris, ceram albam, thus cum leporis pilis molliſſimis, qui ſub uentre ſunt, tenuiter trita hæc omnia, commiſtaq́, molliſſimaq́ lana ſuſcepta apponito. Si uuluarum mala fugere non poſſit, purgamentaq́ earũ deuolui non poſſe uideantur, ſtatim quidem cibaria ſubducito, uiticiſque, hagnuue tenella germina, foliaue tenuiter trita cum uino, melle, oleo aſperſo decocta lancem, cotulamue eius tepidi propinato. Sin autem

Cũ locelli crura, et pedes molestant.

Medela.

Cum cibi faſtidium ob uuluæ dolorẽ obrepit.

Medela.

Cũ fluor, rhusue poſt partum uexat.

Medela.

Cum diuturno tẽpore non concipiat.

Morborũ omniũ uuluarum remedium.

Purgamentum uuluarum.

Cũ locelli ſedem uexant.

Cum uuluarũ os ulceratur.

Cum uuluarum mala pelli non poſſunt.

Cũ locelli flammescunt. *Cum locelli mouentur.*

locelli perflammentur, sambuci, ebuliue, seu actes folia tenerima cum tritici setanii farina coquito,tepidumque propinato. Si locelli motentur, agitenturue, hederam siccissimam tenuissime terito,linteoloq; tenuissimo ligato, & admoueto, nihilq; aliud porrigito, deinde tostum recens hordeum, tritum,aqua decoctum propinato, uel papauer tostum tritum,saluiam, cuperum, anesum, trita cum uino propinato, hordeaceamque farinam uino decoctam ter die dimidiam lancem, cotulamue, sorbeto. Si menses, menstruaue suo tempore non decurrant, fiantue, folia,tenellaue germina brassicæ, crambesue, & rutam tenuiter tritam cum hordei farina, modioli mensura, aqua coquito, sub aereq; teneto, deinde mane tepefacito, oleum aspergito, cõmisceto, cũque subter fumigaueris, lancem huius,cotulamue sorbendam dato, deinde polypum uino albo strangulatum, coctumq; comedito,uinumq; illud potato, uel si uelis,pisciculos uino odoratissimo,magnoue decoctos comedito,iusq; sorbeto.Si uero pudẽda pustulent,haphthi siue,myron,rosaceumue uino tepefacito, quo pudenda perluito, deinde in granati dulcis putamine myrrham, & resinam cum uino feruefacito, quo tinctum linteolum apponito. Si uero lotii difficultas, stranguriaue capiat, cucurbitam utrinq; pertusam, & perforatam intra pudenda dato, superiore parte exacuta,myrrhæq; siccæ tritæ fumum per eam excipito, deinde potiones,quæ lotiũ prouocent,ieiunæ propinato.Si cor uorsus consistant uuluæ, strangulentq;,nec inde discedãt,& dimoueantur,marrubii semen,fructumue & pulei tribus aquæ cyathis tritum coquito,& aceti albi cyathum, & mellis tertiam cyathi partẽ cõmisceto,cuius tepidi lancem ieiuna sorbeto. Si post partum,uel abortum rigor capiat,tritum iuniperi,& saluiæ fructũ uino albo diluto percoquito, cyathumq; aceti albi aspergito, misceto,maneq; percolatum,& tepidum propinato. Si locelli uentum percœperint,siue in his uentus gignatur,uenter,ieiunumq; intestinum dolitat,quod cum est,saluiam tritam, & cuperum,noctem unam aqua madefacito, mane puram in ollam difundito, farinamq; triticeam iniicito, cyathumq; aceti albi superspargito, lasarisque succum, silphiiue fabæ quantitate cõmisceto,& coquito,sorbendumq; dato.Sin autem pudẽda malum odorem concœperint,columellaue, siue cion intus gignatur,& dolitet,dolorem apii semen ieiunæ datum sedabit, malum odorem anesum & eundem modum datum,columellam uero, curculionemue, siue ciona secato, reciditoue. Si uero pudenda ulcerentur, pruriunt, & uellicantur, quæ sedant,oleæ,hæderæ,rubi,dulcis granati folia tenera tenuiter trita,uino peruetusto madefacta,& decoquito, deinde caruneulæ recentis frustulum teres & oblongum capito, hocq; uino tingito, & intro dato,& hæc folia supponito,noctẽq; teneto, habetoue, mane demito, myrtũq; uino feruefacito,quo pudenda perluito. Si genituram,semenue genitale,non suscipiat, contineatue,cum naturaliter menses decurrerint, quod euenit,

Cum menses non decurrunt. *Medela.* *Cum pudẽda pustulantur.* *Stranguria cum uexat.* *Cum locelli strangulant.* *Cum post partũ, uel abortum febricitat.* *Cum uentus,uentositasue in locellis est.* *Cum pudenda male olent.* *Cum pudenda ulcerata sint.* *Medela.* *Cum genituram non suscipiunt.*

euenit, si membrana prætendatur, quod & aliis de causis fit. quod sic dignosces, digito si pertingas, obiicem, problemaue deprehendes, huic hoc appones, resinam, aeris florem melle subigito, tenue linteum hoc tingito, oblongumq; componito, linumq; in eius summo ligato, quod extra pendeat, & intro ualde dato, quod cũ eduxeris, uino, quo myrtus ferbuerit, perluito. Si spiritus angustiæ, asthmataue fœminam capiant, sulfur fabæ quantitate, cardami parem modum, rutam, peganonue, cuminũ Aethiopicum tenuiter terito, uino diluito, quod ieiunæ propinabis, a cibisq; abstinebis, deinde nõ multum, & raro comedito. Si puerpura perfletur, uẽtumue percœperit, ouiculæ, capræue pruna assatum iecur uirulentum comedito quatuor dies, uinumq; uetustum potato. Si lumbos doleat, anesum, & cuminum Aethiopicum tritum cum uino potato, calida lauato, & calida, tepidaue potato. Si menses non decurrant, testam ostreæ crassiorem tostam tenuiter tritam & origanum anseris pingui subigito, calefacito, cum linteo tepidum apponito. Si locelli non pateant, clausiue sint, & menses non compareant, cucurbitam agrestem, colocinthidaue agriam, & folium, & cuminum Aethiopicum, nitrum, salem thebaicum, neben, narcissumue, farinam, myrrham, resinam, trita, & cõmista melle subigito, calefacito, glandulam, balanonue conficito, & apponito, siue intus dato. Si conuersi petant intestina, & strangulent, cum uino cedrino cuminum Aethiopicum tritum potato, & calida lauato, & calida potato. Si menses non defluant, pingue anseris, netopon, & resinam cõmisceto, lanaq; apponito. Si uero magis quam conueniat, decurrant, susinon, & raiæ, siue batu linguam lana apponito. Si locelli moti prorumpant aliquo, hordeum cum furfuribus molitum, cerui cornu uino aspergito, & suffumigato. Sin autem uuluæ mala, siue hystera nõ possint effugere, fœniculi radicem uino decoquito, oleum, & mel aspergito, & propinato. Si menses non comparent, & eos uelis prouocare, & euellere, triticeam farinam cum hordeacea coquito, & oleum aspergito, porrigitoq; uti comedat. Si uuluæ pituita uexentur, & inflammentur, cotuledonis, umbilici ue ueneris, siue cimbalariæ folia marrubium cum tritici farina coquito, & oleum superspargito, porrigitoq;. Si motæ quoquam proruant, prorumpantue, doloremq; præbeant, muscum, scabiemue oleæ, & lauri, & cupressi ramenta, cum aqua decocta, & in linteum data apponito. Si uuluas doleat, & ad uesicam dolor tendat, marrubii semen, fructumue tritum aqua decoctum ieiunæ dato, fouetoque. Si locelli promineant, eos aqua tepida perluito, simulq; uinum, & oleum misceto, & perungito, & retrudito, teniaq;, uittaue in coxendices, & lumbos reuoluta ligato, & olida suffumigato. Quod si mingere nõ possit, calida lauato, & foueto, cupressiq; ramenta suffito, quæq; lotium moueant, propinato. Si uero profluuium, rhoosue prorumpat, comprimẽtibus, stringẽtibusue suffumigato, tritum origanum, onidaue

Causa et medela.

Cũ Asthma puerperas uexat.

Cum puerpera uentum percipiet.

Cum lumbos dolitat.

Cum menses non decurrunt.

Cum locelli clauduntur.

Cum strangulãt.

Cum menses non decurrunt, et cũ nimium.

Cum locelli mouentur.

Cum locellorum molestias uitare non possit.

Cum menses non comparent.

Cum locelli pituita uexantur.

Cum dolore afficiunt.

Cũ locelli exeũt.

Cum eorum os ulceratur.

Cum profluunt.

Cum pudenda ulcera contraxerunt. *Cum partu os ulceratum est.* *Cum locelli dolitant.* *Cum pudẽda pustulantur.* *Cum uulua strangulat.* *Cum chorion, secũdaue non exit.* *Cũ uulua caput uexat.* *Cum profluuium intro decurrit.* *Purgatio uuluæ.* *Cum uuluæ dolitant.* *Quæ lac reparent.* *Hippomarathron.* *Hipposelinon.*

quæ omnis sicca sit, cum lana apponito. Sin autem in pudendis ulcera sint, pingui bubulo perungito, & apponito, myrtumq́, siue myrrham uino feruefacito, hocq́ diluito. Si post partum locellorum os ulceretur, florem rosarum tenui modo tritum, uino subactum cum leporinis pilis apponito, comprimentibusq́, seu constringentibus perluito. Si uuluas, hysterasue doleat, caput allii, spiculaue decocta trita, nitrũ tostum tritum, cuminũ melle subactũ apponito, calida lauato, calida potato. Si uerenda pustulentur, aphthisiue, pingue bouis, seuumue, seu stear, butyrum, anseris pingue, oleumue, susinum misceto, hisq́ pudenda linito, calidaq́ lauato. Si uuluæ persistant, & strangulent, lucernam extinctam sub naribus dato, fumumq́ uti inde excipiat, curato, deinde myrrham tritam oleo subactam cum lana apponito, dilutamq́ resinam cum oleo propinato. Si chorion, secundaue non exeat, decurratue, cunilaginem, conyzanue terito, & appositum conficito, & cum lana apponito, deinde squatinæ cutem sicccam tritam, ignynue, seu igden, uel ichtyen, ramẽtaue trita cum uino propinato. Si caput, uentrem, lumbos doleat, chole, bilisue, huius locellos uexat, medicamẽtum ergo huic propinato, quod supra, & infra purget, calidaq́ lauato, quæq́ bilem purgent, apponito, & anesum, git, melanthionue tritum cum uino propinato. Si profluuium, rhusue intus gignatur, decurratue, cancros fluuiatiles uino strãgulato, decoquitoq́, hocq́ uinum propinato, quæq́ siccefaciũt, suffumigato, & apponito. Si profluuiũ, rhusue intus gignatur, marrubii fasciculũ terito, & cũ uino propinato siccefacientibusq́ & constringentibus utitor. Si profluuium, rhusue intus gignatur, decurratue, hemionida, siue hemionu honida tostam, tritam, cribratam cum uino propinato. cæteris autem ad eundem modum utitor. Si profluuium intus gignatur, & longi temporis iam sit, sinon, onionue tostum, tritum cum uino odorato, propinato, quodq́ siccefacit, suffumigato, quæq́ stringunt, apponito. Si locellos, hysterasue purgare uelis, nitrum, cuminum, alliũ, ficos siccas, tenuiter trita melle subigito, & apponito, calida lauato, calidum potato. Si uuluas, hysterasue dolitet, cyclamini radicem uino albo coquito, uinumq́ illud propinato, calida lauato, calidum potato. Sin autem lac non compareat, extinctumue sit, cætera quidẽ similiter curato, semen, fructumue fœniculi, & radicem, butyrumq́ simul coquito, refrigeratumq́ propinato, optimum autem est syluestre fœniculum, hippomarathronue, syluestreque apium, hipposelinonue, simul coquere, decoctumque propinare. Si lac extinctum sit, marrubium tritum aqua propinato, calida lauato, porrum, brassicam, folia cytisi simul cocta comedito, decoctũq́ sorbeto. Si lac extinctum sit, saluiam, helelisphaconue, cedrinas, uel iuniperinas baccas simul coquito, decoctum diffundito, uinum super spargito, propinato, decoctumq́, quod remansit, cũ farina bulbo coquito, paululũq́ olei supspargito, & comedito. ab his quæ acria, acida, salsa, crudaq́ olera sunt, abstineto, nasturtium tamen,

cardamonue,

cardamonue,ſi cum uino potetur,optimum eſt,lac enim purgat, calida laua to,calidum potato,non egelidumue,ſeu apothermon.Si fœminam uelis cõcipere,prius eam,uuluaſq;, metrasue purgato, deinde coctum anethũ ieiuna comedito,meracumq; uinum ſuperpotato,nitrumq; rubrum,cuminum,reſinam melle ſubigito,& cum linteo apponito,cumq; aqua defluet,nigras glandulas,peſſusue,quodq; molliat,apponito, cum uiroq; dormito.Si mulierem uelis concipere,prius eam,uuluaſq;,metrasue purgato,deinde linteum tenue laniatum, melle tingito, glandulas, balanusue conficito,ſuccoq; cucumeris madefacito,& admoueto,donec recludantur,deinde magis intro pellito,cũ autem aqua defluet,uino & oleo perluito,cum uiro dormito, cum autem cubitum ibit,puleium cũ cedrino uino tritum potato.Partus,uuluæq; ſiue metras eiectorium,ecbolionue.Cucumeris agreſtis ſuccum potionis quantitate, in pultem,farinamue decoctam,maſſamue,ſeu mazan ſpargito, & in linteum iacito,& cum duos dies ieiunauerit,apponito,uel ſtaphidos agrias, taminiæue uuæ, ſylueſtriſue duas drachmas mulſo diluito,& propinato.Corrigendæ uuluæ tentamentũ,experimentumue,capita, ſpiculaue allii decocta cum linteo uuluis admoueto,poſteroq; die digito pertentato,an os uuluæ, & metras offendas,inueniaſue,quod ſi eſt,bene habet,ſi minus,rurſus apponito,uel netopon lana peruolutũ apponito,perſpicitoq; num eius odor in os penetret, quaue oleat, uel ſcorpii marini fel umbra deſiccatum lana peruolutũ admoueto,uel puleium ſiccum, tritum,melle ſubactum lana conuolutũ apponito, uel cucumeris ſemen tritum,& oſtreæ teſtam toſtam,tritam,oſtraconue cum leporinis pilis lana conuolutum admoueto,uel alumen Aegyptium lana conuolutum apponito,uel cãtharidas tres tritas uino madefactas lana cõuolutas admoueto, uel artemiſiam herbam tritam uino ſubactam lana cõuolutam apponito,uel git, melanthionue tritum uino ſubigito cum uellere admoueto. Puerperæ recens enixæ oleum roſaceum,ceram uino ſubigito,cũ uellere admoueto,uel uini albi ueteris fecem combuſtam,tritam, uino albo ſubactam cum uellere apponito,uel bulbulum ex tritico ſumptum,tritum uino perfuſum cum uellere apponito,uel elaterium duarum potionum quantitate,cerãq; uino diluito,& in linteolo apponito,uel butyrum,& alumen melle ſubigito,& cum uellere admoueto,uel netopon,& chalbanen,& miſy roſaceo ſubigito,& cum linteolo apponito,uel ſcamoniæ ſuccum,& pingue, ſtearue, cũ pulte,maſſaue,ſiue maza miſceto,& uinum aſpergito,& cum linteolo admoueto.Si uero concipere nolit,miſyos fabæ quantitate aqua dilutum propinato,& annum totum non concipiet.Sin auté cognoſcere uelis, ſit nec ne mulier fœcũda,terra erythrea,lapideue oculos linito,ſi quidem medicamentum penetret, fœcunda erit,ſi minus,non.Si pueri pudenda puſtulétur,aphthaue, tenui modo trita amygdala cum puſillo farinæ, & bouis medullæ aqua coquito,hocq; tepido linito,deinde aqua,in qua myrtum feruere feceris, per/

Cardamon,naſturtiumue lac purgat.

Conceptus comparatio.

Quæ partum eyciant.

Maza.

Staphis agria.

Quæ uuluam corrigant.

Puerperæ recens enixæ uariæ emplaſtrationes.

Netopon ubique Hippocrates,nõ metopon ſcribit.

Contra cõceptũ.

Cognitio,prærogatiuaue fœcunditatis.

Calculi remedia. luito. Si uirguncula calculo laboret, folium Aethiopicæ radicis, lasarisue tritum drachmæ pondere cum uino uetusto decem dies propinato, deinde cũ aqua uiginti dies, multaq; calida bis die lauato. Postea hoc linimentũ, emplastrumue, siue cataplasma admoueto, tenuiter trita, allium, portulacam, apiũ, loti, & cedri ramenta mista, mulso subacta linito, uel folia rubi trita, farina cõmista, mulso subacta linito, uel sambuci, actesue folia, & myrti, & terebinthi tenerrima germina similiter conficito, & linito, uel loti ramenta, mori, sycaminiue folia, & rhou, sumaciue trita cõmista, passæ uuæ aqua diluta linito. Suffumigationes, ouiculæ, uel capellæ seuum, stæsue siccum, contusum, tostũq; & tritum hordeum oleo perfusum, sparsumue suffumigato, uel ceruini cornus ramenta, & oleas nondum oleum habentes, tritas cõmistas oleo asperso suffito, uel Syriacum rhun rubrum, sumaciumue tritum cum farina oleo asperso suffito, uel bitumen, aspaltonue, farinamue, tritum siccum bubulum excrementum, furfures oleo asperso suffito, uel loti, & cupressi sicca ramenta, & rhou, sumaciiue folia trita uino nigro aspero, austeroue conspersa suffumigato, uel chalbanen, thuris pollinem, resinam uino, uel rosaceo cõspersa suffito, uel capræ cornu, gallam, suis uel ouiculæ pingue, cedreo conspersa suffito, uel terram quæ sub pedibus equi, uel asini est, onidas, origanonue uino nigro cõspersa suffito. Lauationes myrti, rubi, hederæ, lauri folia aqua decoquito, & tepida lauato, uel rhou, sumaciiue, dulcis granati, rubi folia aqua decocta, mulso conspersa lauato, uel sambuci, actesue folia, & echini aqua decocta, & diffusa tepida lauato, uel fœniculi, marathruue, & brassicæ radices concisas aqua coquito, diffundito, oleum aspergito, lauato, uel flores uitis, oenanthenue, cupiron, uuam passam, astaphidaue aqua decoquito, mulsum aspergito, lauato. Lenimenta, malagmataue, maluam aqua coquito, mulsum aspergito, tepida lauato, uel cupressi ramenta, & amaracon aqua coquito, diffundito, dulce conspergito, lauato, uel serpyllũ, albæ uiolæ radices aqua decoquito, mulsum aspergito, lauato, uel pinum humilem, hypericonue, schinon, iuncumue odoratum, cedri baccas, cedridasue aqua feruefacito, tepida lauato, uel fauum, cerionue, butyrum, resinã, pingue anseris, aqua feruefacta lauato, Fomentatio, lolium, ærasue tostũ, tusum madefacito, coquito aceto mulso meraco, deinde in linteolum dato, & foueto, uel lentem, phacusue tostam, molitam & in similaginem crassiorem redactam similiter decoctam, paratamq; cũ linteolo foueto, uel heruom, horobusue similiter parato, & foueto, saluia etiam, helelisphacosue adeundem modum si paretur, optima est. uel saluiam, helelisphaconue, hypericon, hordei furfures aqua coquito, & cum linteolo foueto, uel loti, & cupressi ramenta, prismataue passæ uuæ madimento, & aqua, seu apobregmate calefacito, & in lienteolo ponito, & foueto, uel oleæ folia myrti, cedri, hederæ, lauri cum hordei furfure aqua coquito, & cũ linteolo foueto, uel cupressi, & cedri ramenta, tritici, hordeiue furfures cõmisceto,

Diuersa cataplasmata. *Diuersæ suffitiones.* *Lauationes.* *Malagmata.* *Fomenta.*

commiſceto,paſſæ uuæ aqua ſubigito,paſtillum conficito, coquito,calidũ linteo conuolutum admoueto,uel ſemen,fructumue,ſeu radices albæ uiolæ, tritici,uel hordei furfures ſimul aqua coquito,paſtillum conficito, coquito, quemadmodum ſupra foueto,uel ſerpyllum, tritici furfures ſimul coquito, cum linteolo foueto. His etiam rebus fouere poteris, calida ſpongia, molli lana,linteolis,teſtaceis uaſculis in lenticulæ formam confectis,folliculis,utriculisue calidæ aquæ plenis. Purgamentum quod concœptum parat. Si mulierem cõcipere nequeuntẽ ad hoc comparare uelis, primo ſit necne biliosa, pituitoſaue conſyderabis, quod ex menſibus ſic deprhendes, arena ſicca in uas teſtaceum iniecta menſes defluentes excipito,ſub ſole ſiccefacito,deinde perſpicito, num ſanguen in arena ſiccefactum, luteum colorem,uiridemue præſeferat,quod eſt bilioſæ,ſi muccidum pituitoſæ. Quidquid horũ ergo ſit,prius uentriculum ſuperiorem,uel inferiorem, quẽadmodũ tibi uideatur, purgato,paucos deinde poſt dies uuluas,locelloſue locellorum fomenta, ſuffimentaue,ſi quidem uuluæ,locelliue plenæ,duræq; ſint,uti conceptum impediãt, tria ſemicongia Attica uini quã ſuauiſſimi,dulciſſimiue ſumito,cum pariq; aquæ modo miſceto,ſemenq;,fructumue,& radices fœniculi,quæ inter ſeſe quarta portione reſpondeant,dimidiamq; roſacei lancem cum his in ollam nouam dato,huiuſq; ollæ operculum pertundito,perforatoue,canneãq; fiſtulam indito, hancq; ollam cum his ſine arundinea fiſtula ne exuratur, feruere facito,deinde fiſtula repoſita,ſuffumigato,cum ſuffita fuerit,ſcyllam apponito,quemadmodum ſubſcriptum eſt,tam diuq; hãc apponito, donec molle,& latum os uuluæ dicat eſſe. Sin autem intrinſecus ulcera, puſtulæue ſint,quod in purgatione deprehẽdes, ſummaue labia ulcerata eſſent, aneſum tritum pingui anſeris,& roſaceo ſubigito, lana ſuſcipito, carniſq; bubulæ fruſtulum ſex digitis longum,craſſum uero magis,quam eſt pedis pollex,hac lana inuoluito,& intro dato,poſtremæq; huius carnis parti linũ alligato, quo eam educas. Menſium purgamenta,ſi purgatio non decurrat,cucumeris interiora,trium obolorum quantitate ſumito, & artemiſiam herbã, & thuris obolum tritum melle ſubigito,lana ſuſcipito,& ſemel die ad os apponito,hocq; quinquies facito,uel pampinum uiridem tritũ melle ſubactum in lana ſimiliter apponito,uel cupreſſi ſemen,fructumue,& thus tritũ ſimul melle & roſaceo ſubactum cũ lana apponito,uel abrotoni triti tres obolos melle ſubacti lana apponito,uel elaterii,myrrhæ tritum obolum,melle ſubactum ſimiliter apponito,uel cupreſſi fructum tritum,cucumeris,ſicyoniæue cucurbitæ partem interiorẽ,thus,melle & roſaceo ſubacta lana ſimiliter admoueto. Purgamentum,ſi fœmina non concipiat, parthenion, uel artemiſiam herbã, uel adianton, uel hyſopon,uel origanon,& laurum uiridem,cedri ramenta tenuiter trita in ollam nouam iacito,tauriq; lotii tres lances,cotulasue ſuperfundito,hancq; ollam ſuper ſcrobem terra excauatam,uel batillum cũ carbonibus

Quæ foueant.

Quo pacto conceptus pariatur.

Locellorum fomenta.

Medela ulcerum et puſtularum uuluæ.

Menſium prouocatio.

Diuerſa purgamenta.

accensis ponito sub sediliq; pertuso,perforatoue ponito,in quo fœmina pannis optime conuoluta sedeat,per infernaq; hũc fumum, halitumue, donec sudet,suscipiat.cum uero sudauerit,calida,in qua artemisia,& laurus ferbuerit, lauato,deinde appositum facito, uel artemisiam & bulbulum tritum cum lana apponito,quod tres dies facito,postea cum uiro dormito.concœptoriũ appositum,melle nitrum,& thus tritum excipito,glandulam,balanonue cõficito,& apponito.Leniẽs,molliensue,& purgans appositum,caricas,ficosue siccas,seu ischadas,donec granula interiora decidãt, aqua decoquito,tenuissime terito,rosaceo conspergito,& lana apponito.Alterum acrius,uehementiusue,brassicæ, rutæq; parem modum terito,similiterq; conficito,& utitor. Leniẽs molliensue, & purgans aliud appositum,medullam anseris,uel bouis, uel cerui fabæ quantitate lacte mulieris & rosaceo subigito,& tãquam mollissimum medicamentum, unguentumue conficito, hocq; uuluæ os, metrasue lenito.Purgamentum aliud calefactorium,statariumue,seu cõstrictorium, stalticonue,medullam anseris, nucis quantitate, lentiscinæ, uel terebenthinæ resinæ tantundem rosaceo subigito,& tanquam cerotum, unguentumue cõficito,& molli,liniue igne liquefacito,quo tepido uuluæ os, metresue & pectinem perungito,perfunditoue.Conuulsorium & statarium purgamentum, pæoniæ baccas tres,uel quatuor rubras tritas uino propinato,sin autem magis agere,& conuellere uelis,nigras.Purgamentum aliud & conuulsoriũ,lauri baccas ad summum uiginti tritas cum uino potato, seselisq; dimidium acceptabulum. Purgamẽtum aliud,tauri felis tres semiobolos Atticos cũ uino misceto, & ieiunæ propinato,catapotiaq; conficito, conformatoue,& dato. Purgatorium appositicium, setanian farinã,myrrhæ,croci,castorii tres obolos tritos rosaceo subigito,& apponito,uel semen,fructumue urticæ tritum maluæ succo,& anseris pingui subigito,& apponito.Si non purget,quantum tribus digitis capitur,pollinis farinæ aqua decoquito,mel aspergito,& sorbẽdam hanc pollentam dato.Locellos hoc aperit,& purgat,cantharidas quinq; tritas aceto albo subigito,ne nimis liquidum facito,sed uti digitis cogere,& tractare possis,pingueq; fici albi sine granulis,& corio,corticeue duplum ad cantharidas, commisceto q;,& glandulam conficito,molliq; lana cõuoluito, & apponito. Si post partum non purgetur, trifolium tritum cum uino albo potato,quod & menses euocat,& partum. Locellorum purgamentum, cum puero inmortuo sanguen nõ exit, cucurbitã agrestem,colocyntidaue agrian, tritam melle subactam delinito, uel apponito. Sanguinis purgamentum,sanguen de uuluis educes,si semen, fructumue tritum uino dilutum albæ uiolæ propines. Similiter de uuluis sanguen educes, cum rhou,sumaciiue triginta baccas rubras recentes tritas cum canina rosa rubra cum uino propinaueris, donec sanguis erumpat. Purgamentum appositicium,si muliebria non compareant, styracem, & origanon tenuiter tritum cõmisceto, & anseris pingue superspargere,

Concœptoria.

Purgamentaria.

Catapotia.

Cantharides.

Canina rosa rubra.

ſuperſparge,& apponito. Purgamentum appoſiticium,quod uuluas,& purgat,& euacuat,tritam tenuiter abſynthii radicem melle & oleo ſubactam apponito. Purgamenta appoſiticia, quæ locellos aperiunt,& aquam educunt. Scyllæ fruſtulum ſex digitis longum, craſſum minimo digito capito,cuius circiter duos digitos leui modo exacuito, lanaq; ſuccida reliquum conuoluito, quodq; exacutum eſt, intro dato,diemq;, & noctem ſic ſinito,deinde amoueto,& aqua odorata perluito.Purgamentum, & lenimentũ,quod aquã, pituitam,bilem, luteaq; & ſubcruenta menſtrua agit, & educit, dum modo diuturna non ſint,locellorumq; os mollefacit,cuminum, quod edimus,myrrham,thus,ſalem cyprium, abſynthium tenui modo terito,narciſſino,& roſaceo oleo ſubigito, modiolũ,chunue roſaci eſto,narciſſini uero quarta huius parte,quæ omnia cõmiſceto,& glandulam, balanonue conficito,quã linteo crudi lini conuolutam apponito, uel pinnulæ tenue linteum circũligato, & Aegyptio albo oleo tinctam apponito,diem,& noctem ſinito,deinde amoueto,& aqua odorata perluito. *Poſtremum horũ medicamentum.*

HIPPOCRATIS DE SVPERFOETATIONE MVLIERVM LIBER DECIMVSNONVS.

C

Vm fœmina ſuperfœtat, ſuperconcipitue,ſiue ſupergrauidatur,ſi primum concœptum in medio uuluæ loco habeat, & ſuperconcœptum eo prorumpat,prior eum inde pellit. Sin autẽ in altero ſinu,cornuue priorem fœtum habeat,& ſuperconcœptus alterum occupet, non maturum eum emittit, cum uulua concœptu maturo liberata humeſcit,& laxatur.Si uero ſupercõcœptus cõfeſtim nõ exeat, dolores præbet, profluuiumq; mali odoris emanat, febriſq; eam corripit, uultuſq;, tibiæ,& pedes tumeſcunt,ſi intus permaneat,cibumq; non ante capit, quã exeat. Mulieres autem illæ ſuperconcipiunt,quarum ſtomachus,os ue locellorum non penitus clauditur poſt primum concœptũ.Semper enim ferme poſt cõcœptũ clauditur. Signum autem eius,modo comparet,modo non.Quod ſi antequã ſuperconcœptus in membra digeratur,diſcernaturue, claudatur, non turget,creſcitue,ſed tabeſcit, & putreſcit,donec exeat.Si cui fœtus in locellis de eius inuolucro,ſecundaue prodeat, antequam exire incipiat,cum difficultate pariet,caputq; ſi non præcedat.Si cui puer cum ſecunda prodeat,ea facile parit.Sed ſi ad ſtomachum,oſue locellorum hæſerit ſecunda,puero diſcuſſa,defractaue non optime ea parit,nec partus facile prodit.Secunda nanque illic retinetur,& remanet in ſe ſe conuoluta.Cum uero partus maturus fuerit,caroq; huius ungues ſuperarit,manuũ, & pedũ ungues deerunt,deficientue.Cum autem partu iam maturo manus proferatur, emi-

Quæ ſuper concipiant.

Quæ non facile, et contra pariãt. *Stomachus uuluæ.* *Quando ungues deſunt puero.*

Quo pacto partus educatur.

neatue,primo,quo ad poteris,eam retrudito.Sin autem utræq;,utrasq;,si crus præmittatur,& hoc.Cum autem utraq; crura præmittuntur, odorata suffumigato,quo uulua humescat. Cum uero caput extabit,corpusq; reliquum intus erit,sic quoq; suffumigato.Cũq; pars corporis ĩ uuluis,locellisue erit,pars in pudendis, pars extra pudenda manebit, turgebitq;,sic etiam suffumigato,si quidem hac suffumigatione redeat,bene habet,si minus,crasso elaterio aqua diluto uuluæ os circumlinito, uti partus dolores,parturiendiue iniiciat, ciboq;,& potu hoc etiã facito,uti parturiat. Si uero pudenda tibi magis sicca, quam tempus posceret,uiderentur esse,cerato,unguentoue liquido ea linito.

Quo modo partus mortuus educatur.

Cũ uero pueri caput extra uuluæ stomachum sit,corpus uero reliquum non prodeat,puerq; mortuus sit, digitum aqua tingito, & inter stomachũ locellorum,caputq; partus mittito,& circũducito,deinde mentum digito perforato,partum educito. Cum uero corpus extra fuerit, caput intra,partu in pedes se se agente,cum digitum circũduxeris, manus utrasq; aqua perfundito, & inter stomachum uuluæ & partus caput mittito,puerumq;,seu eius caput educito.Sin autem extra stomachum locellorum puer sit, sed intra pudenda retineatur,manum iniicito,& caput circũprehendito, & educito. Sin autem inmortuus,nec per se,nec per medicamenta naturaliter partus prodiret, cerato maxime lubrico manum perlinitc,deinde in uuluam dato,& collum ab humeris magno digito, polliceue separato.Pollexq;,magnusue digitus unguem prominentem,& longum ad hunc usum habeto, manusque separatas, abscissasue educito, deinde in unum cogens uentriculum perforato, placideq;,& sensim intestina extrahito,Postea latusculum, costulasue cõminuito, uti concidens corpusculum,confidensue compactius fiat,cũq; non tumescet facilius exeat.

Secũda, chorion ue qui extrahatur.

Sin autem secunda,partusue conuolucrum, siue chorion non facile decideret,exiretue,per uim ne educito, sed puerperam super tripode olleario,& altiusculo locato,uti partus suspẽsus pondere suo sensim cum inuolucro deuoluatur,& exeat,quod placide fiat,ne si uiolenter,& præter naturam exiret,inflammationem excitaret, super lanamq; mollem,recensq; carminatam satis magno cumulo uti cedat, demittaturue partus cadat, uel super utriculos duos iunctos aqua plenos hac lana superstratos,deinde utrũq; utriculum acu, spiculoue pertundito, perforatoue, uti cum aqua paulatim defluet,confidant, & demittantur,partusque umbilicum, secundam umbilicus trahat.Si uero puerpera super tripode olleario sedere nõ posset, super sedili pertuso locetur. Si nec super hoc præ imbecillitate stare posset,lectulum altissimum a capite statuito, uti quam maxime partus onus subter deuoluatur, sub alasq; puerperæ tæniam,uittamue,seu latum & molle lorum dato,lectuloque extra & supra stragula deligato, ne lectulo erecto corpus puerperæ subter labatur.

Quid faciat umbilicus ruptus, uel ante tempus abscissus.

Similiter & si umbilicus abrumpatur, & si quis eũ ante tẽpus abscindat,portiones æquilibres graues sint, & æquo pondere instrumentoꝝ, quibus

quibus secūdillæ eductionē molliaris, faciasue. Nā hæc est optima horū cu ratio, minimeq; lædit. Si cui partus in uulua, metreue moriat, nec exeat, tunc uulua humescat, deinde siccescat, nec quidquam amplius humoris intus habeat, retineatue, primo quidē partus turget, deinde marcescit, tabescitq;, carnesq; marcefactæ primæ foras exeūt, ultimo autē loco ossa. fluorq; interdū, profluuiūue corripit, nisi prius ea pereat. Cū autē partus īmortuus est, quod multis signis coniectari licet, sed hoc potissimū, si eā modo ī dextera, modo in sinistra parte iacere mādes, crebroq; sese motare. simul. n. tāquā saxum, uel quid aliud graue, partus repit, quo fœmina sese uertat. Si mortuus est, pecten frigescit, si uiuit, calescit, totusq; uenter, cū antea distētus esset, cōcidit cū reliquo corpore. Si cui parturienti ante fœtū multus fluor cruētus sine dolore defluat, periculū est, ne partus intereat, aut nō uiuat. plurimaꝝ grauidaꝝ ante partū stomachus, os ue locelloꝝ ꝓpe est. Mulier grauida si nō coit, partu facilius liberat. Quæ geminos gestat, quo die, & ordine concœpit, eodē parit. Nā utrosq; in eodē inuolucro, chorioue cōtinet, habetue. Si puer ī locellis retinet, nec facile, sed cū labore, mediciq; machinamētis exit, eius umbilicus, cū primū editus est, & uiuit, nō ante resecādus est, quā mingat, uagiatq;, nec mater ab eo discedat, separeturue. Si sitiat, mulsū potato. Si umbilicus tanq̄ stomachus tumescat, puer agitabit, uagietq;, quo adhuc spirāte umbilicū secato. Sin autē umbilicus nō tumescat, puerq; nō agitet, tpe accedēte non uiuet. Mulierē grauidā si aliter nō dignoscas, oculi tibi demōstrabūt. Nā retracti, & caui magis sunt, liuidiusq; eoꝝ albū est. Si qua ꝓpe partū existēs, cauos oculos habeat, uultusq; & tota, pedesq; turgeāt, tanquā alba pituita, morboue subtercutaneo laboret, siq; albas auriculas, sīmasq; nares hēat, liuidaq; labia, hæc mortuū gestat partū, uel male uiuentē, & nō uictuꝝ, & ex sanguē, tanquā morbosum, uel īmatuꝝ, & ante tempus edet. his femellis sanguis aquosus est. Huic igit post partū odorata apponito, resq; boni odoris & comedito & potato. Quibus nares ante uultū restituent, suūq; resumēt colorē, si prægnantes terrā, aut carbones deuorare cupiant, deuorentq; in capite puerorū editorū signa horū cōparent. Præterea mulieris prægnantis māmas obseruato, consyderatoue, utra maior sit. Nā illic partus est, similiter & oculos. maior. n. erit, clarior, perlucidiorue totus intra palpebras, qua maior fuerit māma. Si cui femellæ p apposita nō ualde uehemētia articuli dolitēt, dentibusq; fremat, crebro hiet, mēbraq; præter naturā contēdant, hāc potius concœpisse putandū est, quā aliud habere, patiue. Mulier quæ præter naturā crassa & pinguis est, hoc tempore non concipit, quoniā spiritus, & pituitæ plena est. Quæ uero suapte natura talis erit, horū causa concipiet, nisi quid aliud impediat. Plurimis fœminarū cū menstrua sunt uentura, stomachus ipse, ipsarūue, sese tunc magis conuellit, quā alias. Mulier quæ facile cōcipiebat, si nō cōcipit, huic bis in anno uena incisa de manibus, & pedibus sanguinē mittito. Si cui caput

Partus immortui signa.

Cum fluor cruentus partum præcedit a malo est.

Quæ facile pariant.

Quando umbilicus non statim secandus est.

Signa grauidæ.

Quæ partū mortuum gestet.

Cū grauidæ terram uel carbones edunt, quid eueniat.

Qua parte sit partus uideto.

Crassæ præter naturam cur non concipiant.

Concœptus qui paretur.

coxēdix,manus uel alia corporis pars doleat,cũ cõcœpit,cessat.Cũ uero partu liberat̃,redit.cui cõfert odorata & edere,& potare,& ad uuluæ os apponere.Cũ uero fœminã aliq̃ꝫ concœptus caussa curabis,cũ purgata uidebit̃ esse, locellorũq; os bene habere,lauato,caput emundato,nihil ungito,postea linteo loto,sine ullo odore capillos conuoluito, mundoq; reticulo,apiculoue, sine odore ullo linteũ colligato,& quiescito,cũ prius chalbanen igne,nõ sole calefactam ad uuluæ stomachũ apposueris. Postridie uero mane reticulũ, apiculũue cũ linteo soluito, caputq; & uerticẽ olfacito.Quod si bene oleat, quo ad purgationẽ bene habebit,si minus,male.quæ ieiuna facito.Si uero cõ cœptura nõ est,nec purgata,nec alias bene olebit,nec si prægnãs hoc faciat, apponatue,sic redolebit eius uertex,caputue.Cũ autẽ omnia recte habere uidebunt̃,& oporteat ad uiꝝ ire,fœmina quidẽ impasta esto , uir autẽ crapula, temulẽtiaue liber,frigida lauet̃,& cõferẽtia comedat. Quod si fœmina geniturã se suscepisse cognouerit,cũ uiro eo tẽpore, ne ãplius dormito,sed abstineto,quiescitoue. Sin autẽ præ siccitate nesciret,uirq; se semẽ emisisse dicat, locelliq; , & uulua in pudẽda remiserint,& humescãt,cũ uiro rursus misceat̃, donec cõcipiat. Mulier aũt quæ cõcipit quidẽ,sed bimestrẽ prorsus nec ãte nec post,p hoc tẽpus partũ perdit,quod bis,uel ter ei si accidat,uel si trimestria,uel quadrimestria , uel maiora pignora p eundẽ modũ perdat, his uulua cũ partu crescit, trãsitq; bimestre,uel trimestre, uel quod uis aliud tẽpus,nõ laxant̃,ĩ maiusue sese dedũt,uti cũ partus crescit,eũ satis capiãt,ꝑpterea partus eo tpe perdit̃.Quare his p cucurbitulas,& medicamẽta appositicia,latiorẽ,cõceptuiq; accõmodatiorẽ uuluã reddito.cucumeris,cucurbitæue sicyoniæ ĩteriora trita,cribrataq;,melle decocto subigito,paulũq; lasaris adiicito, quo spicillũ linito,tãq; crassũ efficito , quãtũ uuluæ stomachus suscipiat,& ad os uuluæ apponito,ĩtroq; dato,uti ad eius ĩteriora penetret.Cũ uero medicamentũ tabuerit,spicillũ educito, sicq; cõfectũ elateriũ apponito,cucurbitãq; agrestẽ eodẽ modo,quã plurimaq; allia hoc tẽpus comedito, lasarisq; caulẽ,quidqdq; uẽtriculũ inflet,& tertio quoq; die appositũ admoueto,donec recte habere uideat̃,tantũq; quantũ admittet, dies uero ĩter medios molliẽtibus utitor.Cũ uero molliẽtibus os uuluæ cõstiterit,seseue demiserit,post quã mẽses cõparere incipiẽt,maneat. Cũ uero sicca erit,misceat̃,Si cui post partũ,uel abortũ uulua purulenta fiat,uel alia de causa,nec alias eã consequi, seu occurrere possit, quoniã ĩ tunicula,tãquã in furunculo,tuberculoue,siue phymate pus sit, huic cõferet spicillũ unguẽtariũ in os uuluæ, metresue demittere,quod lenius est,quã ustio, qđ si spicillo cedat,sat est,deinde erucas, cãpasue de tithymallide collectas aculeo sensim,placideue, ne interiora defluãt, abscisso,sole tostas terito,scarabeosq;,uermesue pillularios , oletariosue similiter sole tostos & tritos.sintq; erucæ põdo duo oboli Aeginẽses,scarabeorũ uero duplũ,pusillũq; anesi,uel alicuius taliũ cõmisceto. Nam male oloret quæ

Cur quædã partus bimestres,uel maiores perdãt.

Medela.

Purulẽtæ uuluæ caussa,et medela.

Campæ tithymallidis.

Scarabei pillularij.

oloret,quæ tenuiter trita cũ uino albo boni odoris,magnoue ꝓpinato,quod cũ potauerit,si uẽtriculus torqueret,torperet,grauareturq́ȝ,mulsi paulũ sup/potato. Si qua uero cõcœptionis,liberorũq́ȝ ꝓcreationis egeat,cupidaue sit, cũ liberis careat,& iam antea pepererit,qđ uuluæ stomachus,osue siccescat, uel summa parte affectus,perplicatus,clausus,nõ rectus sit,sed in alteꝶ coxendicem,uel anum conuersus,latitet, uel sese cõpegit, & cõuellit,uel stomachi labellũ superaruit,quacũq́ȝ igit̃ de causa cõuolutus in sese durus, asper sit,& callosus(nã cũ nõ patet,durescit,callescitq́ȝ) his mẽstrua non cõparẽt,uel minora,uel plura,maioraue,diutiusq́ȝ quã deberẽt,defluũt. Quibusdã uero menstrua corporis,& uuluarũ sanitate,& stomacho locelloꝶ nõ ualde læso,natu/ralẽ,iustũ,& insitũ exitũ nanciscunt̃,inueniũtue. Sed tamẽ mensiũ caliditate læsi locelli semen, genituramue non suscipiunt.quod stomachus uuluarũ cũ non rite suscipiat,alio uertit,conceptumq́ȝ prohibet. hanc toto corpore,to/tamue foueto,medicamentũq́ȝ propinato,quo superiora,& inferiora purgẽ/tur,si utrinq́ȝ sit opus. Si uero tãtum supra,post medicinam suffumigato. Sin autẽ infra ante medelam suffito. Cum uero corpus recte purgatũ uidebitur, post autẽ uuluas,metrasue,si cõferre uideatur, crebro suffito.cupressi ramenta, lauri folia concepta super suffimentũ iacito, multa deinde,& calida lauato. Cum uero recẽs suffita,& lota fuerit,os uuluæ,metresue spicillo stagneo, tenuiore primo, deinde crassiore,quatenus opus sit, patefacito, et dirigito, donec recte habere uideatur. Spicillũ autẽ aliquo liniente tinctũ demittito, cũ conferre uideat̃, spicillaq́ȝ postrema parte caua conficito, deinde lignis oblongioribus coaptato, sicq́ȝ utitor. Hoc autẽ tẽpus uinũ albũ dulce,boni odoris,magnũue, quo tedulæ præpĩguis frustula,semẽ apii,cuminũ Aethiopicũ tusum,thus optimum,decocta sint,quantum satis esse uideatur,potato, & quot dies uideantur satis esse. catellosq́ȝ elixos, scylaciaue, polyposq́ȝ in uino uel dulci decoctos comedito,iusq́ȝ sorbeto,brassicamq́ȝ elixam comedito,uinũq́ȝ album superpotato,neue sitito,bisq́ȝ die calida lauato. Hocq́ȝ tempus ab aliis cibariis abstineto. Post hoc autem si quid purgationis per stomachum,osue locellorũ decurrat,quod extra compareat,hanc potionẽ unũ,uel duos dies amplius potato,spicillisq́ȝ amplius ne utitor,medicamẽtisq́ȝ appositiciis uuluas purgato. Si cui stomacho uuluæ recto,magno,sano,& bene habente,& quẽadmodũ par est,iacẽte mẽstrua nequaquã cõpareãt,uel minora, & nõ sana sint,diutiusq́ȝ durẽt,morbũ, quẽ uuluæ habeãt,disquirito. Si quid corpus ad hanc rem addat,conferatue,caussamq́ȝ cur non concipiat,& sic habeat,perquirito,qua comperta medelam,quam suscipiat,adhibeto,& ea porrigito,quæ admittet,& tempus poscat, & a ualidis incipito,& in minus uali/da,linientiaue desinito, dum uulua, stomachusq́ȝ eius uideatur bene habere, satisq́ȝ purgatus esse. Sin autem potione, medicamentoq́ȝ non procedat, nec si modicum, satisque temporis etiam potauerit, hanc potionem ne

Concœptus reparatio.

Quæ concæptũ impediant.

Medela.

Spicillum quale in his uelit esse uideto.

Scylacia, marinos canes puto.

Stomachus locellorum.

reliquito. Cũ uero recte habuerit, spicillis stomachi os apito, mollefacitoq;, uiamq; apposito, parato suffimẽtis, medicamẽtisq; leniẽtibus. Cũ uero bene lenita uidebit, medicamenta apponito, uuluamq; purgato, dum uideat recte habere. Quæ leniãt primũ apponito, deinde ualidiora, tum rursus leniẽtia, & odorata. Nam plerumq; ualida medicamenta uuluæ stomachũ ulcerãt, lancinantq;, deinde rectũ, sanumq; statuito, beneq; ad genituram suscipiendam reddito, uuluamq; desiccato, perflatoq;. Si uero mulier præ pinguitudine uuluas ad concœptum læsas habere uideatur, quam maxime eam emaciato, macilentam, gracilemue præ cunctis reddito. Tempus autem concœptionis optimum est uernum non concipienti. quo si non concipiat, prouideto. Vir autem crapula distentus ne esto, nec uinum album potato, sed nigrũ ualidissimum, meracissimumq;, cibariaq; quam ualentissima comedito, calida ne lauato, ualidus, sanusq; esto, cibisq; qui ad hoc negotium non faciunt, abstineto. Cum uero marem ingenerare, serereue uolet, mensibus desinentibus, & cessantibus misceto, maximeq; intrudito, introue pellito, dum esuriet. Cum autem fœminam, mensibus adhuc defluentibus, nec dum cessaturis, dexterum præterea testem, quantũ ferre possit, colligato, sinistrum, cũ marem ingenerare, serere, seminareue uoluerit. Stomachus uero locellorũ, metresue suffimentis & clauditur, & recludit, aperiturue. Leniẽtibus nãq; lenitur, molescitq; & aperitur, contra autẽ asperis. Quare hæc subterfumigato, loti corticẽ, lauri semẽ, baccasue, foliaq; uiridia concisa, thus, myrrham, artemisiæ fructum, uel folia, tusum anesum, pingue, seuumue, ceram, sulphur, cupressi semen, peucedani radicem, myrti folia uiridia, concisa, castoris testem, masculi asini ungulas, onidasue, siue stercus, allia, scorodaue, styracen, pingue suis. Sin autem locellorũ os conuersum sit, his suffumigato. Sic enim uertitur, dirigitur, aperitur, hisq; lenitur, mollescitq;, partimq; durescit, & clauditur, si hæc subterfumiges, sandarachen, capræ pingue, seuumue, succum, lac ue fici, lasaris, silphiue lac, succumue, seu opium, cyclamini succum, iusue, thapsian, tithymalli lac, cardamomi fructum, semenue, herbam, quæ peplos dicitur, castoris testem, lini semen, nitrum, arei radicem, uuam agrestem, staphidaue agrian, nepitæ, calaminthesue folia uiridia, passerculi herbæ, strutiiue semen, fructumue. Medicamenta lenientia, mollefacientia, uehementerq; purgantia, & mouentia, thapsiæ radicem, medullam bouis, anseris pingue, simul hæc, & oleum rosaceum ferueto, quatuorq; dies apponito, uel marrubii succum cum uino albo dulci potato, uel resinam, oleum, cuminum, nitrũ, mel simul calefacito, & quatuor dies cũ lana utitor, uel semen, fructũue apii, thuris glebulas, granaue quinq;, cuminũ æthiopicũ cũ uino albo, dulci, meraco potato, bisq; die lauato, uel myrrhã, thus, fel bouis, resinã, terebinthinã, uel netopon, cuiusq; horum parem modum misceto, lanaq; pura, uel panno linteo tenui, oleo albo Aegyptio, boni odoris tincto, linoq; colligato, lotæ recens apponito, polypumq;

Cum pinguedo concœptum impedit, quid agẽdum sit.

Qui maris et fœmellæ cõcœptus paretur.

Quæ leniãt, asperent, claudãt, aperiantq; uuluam, locellosue.

Medicamina purgantia locellos.

Diuersa locellorum purgamẽta.

polypumq; concisum comedito, uel apii semen, frustumue, & asparagi, cum uino albo ter die ieiuna potato, uel myrrhã, cassiam, thus, cinamomon, netopon parem modũ singulorũ cũ lana indito, uel glandulas, balanusue conficito, & imponito, uel cucurbitæ syluaticæ, agrestisue partẽ interiorẽ, cuminũ tusum, anethi semen, frustumue, cupressi radicem diligenter, tenuiterue trita, melle decocto subacta, & in glãdulas redacta apponito, uel pæoniæ radicẽ, semen apii, lasaris succũ, opionue cũ uino potato. quin & bubulus ipse, bolbionue tritus, & appositus purgat, uel myrrhã primã, æris floris paululũ cũ uino albo boni odoris apponito. Medicamenta quæ apposita, uel indita uuluã, metrenue purgãt, hæc sunt, Florẽ æris, nitri, tertiã huius partẽ sumito, melle decocto subigito, tãq; longas, & crassas, quã expedire uideat, glandulas cõficito, sicq; ad uuluæ, metresue os apponito. Sin autẽ uelis ualẽtius agere, solũ elaterion, & florem cõmisceto, sicq; cõficito, & apponito, uel surculorum fici corticẽ derasum tenuiter tritũ cõmisceto. cũq; os uuluæ, metresue siccũ uideat, dimidiũ apponito, uel similiter elaterii portionẽ unã, floris æris, æruginisue duas, cyclaminũq; tritũ cõmisceto, subigito, cũq; tẽpus esse uideat, cũ uellere apponito. Quæ profluuiũ albũ purgẽt apposita, purã artemisiam herbã, nitrũ, cyclaminũ, cuminũ simul terito, subigito, & apponito, uel artemisiã uiridẽ tritã, myrrhæ tertiã partẽ uino boni odoris, magnoue subigito, & cũ uellere uino albo tincto apponito. Cũ uero locelli, metræue demittentur, nitrũ, cucumeris ĩteriora, cyclaminũ semisiccatũ simul terito, similiterq; subigito, & cũ uellere apponito. Diuersa apposita, & omnia purgãtia. Staphidã agrian, uuamue syluaticã, agrestemue, siue uitalbã uiridẽ cũ artemisiæ foliis tritã melle decocto subigito, & in umbra siccato, cũq; opus fuerit, inde apposita cõficito, mulieriq; ipsi ad apponendũ dato, uel florẽ æris, æruginemue, uel alumen Aegyptiũ cũ cyclamino tritũ cũ melle decocto, sicuti superiora confectũ, uel cũ sicca fico myrrhæ pusillũ cõfarcito, cõmiscetoue, uel cyclaminon, albã tritã uino albo subactã, tenui linteo missam apponito, uel cyclaminon semisiccam, nitrũ pingue, cantharidas, sandarachen similiter conficito, & apponito. Cum autẽ uirgunculæ iam maturæ menses suo tempore, non comparent, multum febricitat, dolitat, sitit, potat, uomit, furit, locelli mouentur, ac rursus resipiscit. Cum autem ad intestina uertuntur, tunc uomere, febricitare, & desipere incipit. quæ cum cessant, famescit, sitit, mitescitq; febris. huic pelliculas agninas calidas ad uentrẽ dato, pudendaq; suffumigato, prunas in batillũ, doliumue iacito, superq; eas myrrhã fabæ quantitate, thuris uero bis tantũ, superq; huius os hanc ieiunã locato, uti pudenda fumũ inde suscipiãt, deinde multa calida lauato, postea molle, liquidũue alumen Aegyptiũ lana exceptũ apponito, uel tritã artemisiã uino albo subactã apponito. Puerperæ uero, fœminæue nuper enixæ myrrhã, cerã, rosaceum cõmista cũ lana apponito. Cũ autẽ locelli procidant, sicca, aspera, acerbaue

Profluuium albũ quæ purgent.

Diuersa locellorum purgamẽta.

Si uirgini menses non decurrant.

Cum locelli procidunt.

& quæ cohibeant, apponito, potionato, porrigito, mentemq; adhibeto. Purgamentum, nigram ficum, allium, nitrum, cuminum diligenter trita, cum lana apponito, uel sepiæ testam, osue tenui modo tusam, cum leporinis pilis & lana apponito. Sin autem post partum locellos, hysterasue doleat, cũ ptisana porros, marrubiumue coquito, paululumq; caprini pinguis superiacito, sorbeto, deinde nitrum, cuminum, fici parem modum, netopon rosaceum, anseris pingue cũ tenui linteo apponito. Si uero menses non decurrant, pæoniæ bis septem nigras baccas tritas cum uini binis cyathis potato. Sin autem locelli, metræue crebro procidant, tepida eos perluito, supinamq; reclinato, putamina granati, gallã, rhum Syriacum, rubrũ, sumaciumue, trita uino albo subacta perluito, retruditoq;, deinde uinum asperum, austerumue, quo lauri folia decocta sint, propinato. Cum uero prægnans profluuium demittit, stercus asininum, onidaue siccam, minium, burrumue, siue milton, sepiæ testam, ostraconue trita cum linteo apponito. Si uero non purget, hoc tritum oboli Attici quantitate cum uini albi cyatho propinato, & purgabitur.

Cum menses non decurrunt.
Cum locelli crebro procidunt.
Onis onidos. Miltos.

HIPPOCRATIS DE FOEMINARVM MORBIS LIBER PRIMVS.

Haec de Fœminarum morbis dico, mulierem non fœcundam, non parientemue, seu atocon crebrius, citius, periculosius, difficiliusue languere, & affici menstrua purgatione, quam ea, quæ fœcunda est, & parit. Nam cum peperit, latiores illi uenulæ ad menstruam purgationem reddunt, meliusq; purgatio post partũ, puerperiũue defluit, quæ eas latas reddit, & lubricas, fluxasue, cum præsertim corporis proximæ partes, & uentris, & mãmarũ cũ ea defluunt, erumpuntue. Nam cæteræ corporis partes cum ea purgatione aperiuntur, & erumpunt, quidue purgamenti demittunt, quod cur fiat, in pueri natura dictum fuit. Cũ enim se se corpus aperit, demittitue, quid uenæ necessario magis ad menstruam purgationem patent, locelliq; & metræ, cum præsertim per eos puer decurrit, uimq; & dolorem, laboremue infert. Quæ cũ sic habẽt, mulier per menses facilius purgatur. Si quidẽ partus, & puerperii purgationis perita sit. Nam si quid post partum patiatur, quod menstruas purgationes impediat, hoc facilius feret, quam quæ nunquam peperit. Locelli enim, metræue his magis consueuerunt, corpusq; citius, magisue completur fœminæ, quæ uterũ gestat, gestauitue, latiorq; uia sanguini in corpore fit, cũ peperit, utpote corpore demittẽte, corpusq; minus laborat, & sanguis, cũ latiorem locum nactus est, nisi uenæ superimpleantur, & superlaborent. Si uero mulier non pariat, fœcundaue non sit, corpus eius completur, ualidius, densiusq; redditur, quod

Cur mulieres crebrius laborent.
Quæ puerperia facile decurrant.

partum

partum gestare nō consueuit,quam quod partum, & puerperii purgationem ferre consueuit.Cū uero parit,puerperiiq; perita fit, hæc quæ sterilis fuerat, locelliq; difficilius recluduntur,aperiunturue, laboriosiusq; menses defluūt, pluresq; morbi prorumpunt, uti propterea mẽses sæpiantur,impediãturue, quoniam sterilis, atocosue fuerat.Quod quemadmodum dixeramus,habet. Nam fœmina rariore,molliore q; carne est, quã uir, propterea de uentriculo celerius eius corpus, & magis quã uiri,humiditatẽ trahit. Si quis enim super aquam,locumue aquosum duos dies,& noctes lanam purã,pannumq; probe contextum purum pari pondere cum lana ponat,teneatq;, deinde auferat,lanam multo grauiorem,quam pannum deprehendet.Cur autem hoc fiat,hæc caussa est,quod aquæ plus semper in uas latioris,quã angusti decurrit.lanaq; cum rara & mollis sit,plus aquæ decurrentis suscipit.Pannus uero cū sit plenus,& cōtextus,quod nimium est,& superfluit,& respuit. Sic & fœmina cum rara, & spongiosa sit, plus humiditatis, & citius suo corpore de uentriculo trahit,hauritue,quam uir.quæ cum tenella,molliq; carne sit,cum eius corpus sanguinis plenum est,nisi quid ex eo subterfluat,cum plena,& calefacta caro est,morbus gignitur. Nam fœmina sanguinem calidiorem habet, quam uir, propterea calidior est,quã uir.Si uero plurimum ex eo,quod accessit,abeat, defluatue,nullus labor,nec sanguinis calor fit.Cum autem uir solidiore carne sit,constetue,quã fœmina,superior eius uentriculus non adeo sanguinis com pletur,uti nisi singulis mẽsibus quid sanguinis excedat, eum languere necesse sit. Quantū enim satis est,ad corporis nutrimẽtum trahit, hauritue, corpusq; eius cum molle non sit, corroboratur, nec superlaborat ea plenitate,nec supercalescit, quemadmodum fœmina. multumq; ad hoc uiro confert, quod magis,quã fœmina defatigatur,exerceturue,quod humiditatis quid adimit. Cum ergo fœminæ sterili,atocoue menses subtrahunt̃,nec decurrunt, exeunt ue,morbus gignitur.Quod euenit,si locellorum os non pateat,tortuosumue sit,uel pudendorum quid inuersum sit.Nam quicquid horum fuerit, menses non prius exeunt,quam hæc sanescant.quod malum his potissimum fit,quæ locellos angustos habent,ceruixue eorum extra pudenda sit,quorum alterum cum sit,uel cum uiro fœmina non misceatur,uenterq; plusquam expediat,uacuetur,præ morbo hoc locelli conuertuntur,torquenturue,cum suapte natura nec per uenas humescant, quoniam fœmina non coit. cūq; uenter magis uacuus,siccus,leuisq; sit,quam expediat,tunc latior illis locus est,uti conuertantur,quandoq; & locelli,& eorum os torquet̃,conuertiturue,ceruixq; extra pudenda propendet. Cum uero locelli, metræue coitu madescunt, uenterq; uacuus non est,non facile torquentur, conuertunturue,seu inuertuntur.hoc etiam in caussa est uti locelli claudantur.Cum fœmina non coit,cūq; mẽses qui priores exigant, pellantue tres menses retenti non defluant, quod si fiat, bene secum agetur, si minus hæc patietur,sæpe strangulabitur,horror,ignis,

Cur steriles magis afficiantur.

Lanæ, et panni comparatio.

Carne molliore quam uir est fœmina.

Cur mulier calidior sit quã uir.

Quid fœminas afficiat.

Locellorum inuersio.

Menses diutius remorati, quid agant.

renum dolor sæpe corripiet. hæc faciunt menstrua tres menses retenta si non exeant. quatuor autem menses remorata nisi exeunt, & prioribus exitum faciant, magis quam tertia uexant, præsertim mensium tempore, sæpe uero sine labore, doloreue esse uidetur, & est. Quartanorum autē hæc signa sunt, crebro multum, & crassum mingit, uenter durescit, maiorq́ fit, quam antea fuerat, dentes concutit, cibaria fastidit, uigilat, hæc in quartanis menstruis retentis patitur, quæ si curet̃, & in his, & in quintanis sanescit, nisi multa decurrant, uehementiusq́ uexent. Cum autem ad sextana perueniet, medelam nullam habet, signaq́ maiora prioribus, & quæ magis uexent, accedent. postea uero super his & hæc patiet̃, deficiet, æstuabit, modo huc, modo illuc se se iactabit, animo linquetur, exanimabiturue, pituitam uomet, uehementerque sitiet, ut pote uentriculo ardente. Cum locelli, metræue sanguinis pleni sint, si tangetur, dolitabit, præsertim pectinem, crebroq́ grauiter, acuteue febricitabit, locelliq́, metræue sæpe murmurabūt, cum sanguis cōmotus, & perturbatus per eos discurret, uenterq́ uti deberet, non demittet, nec uesica lotium deliquabit, quoniam metræ, locelliue in eorum stomachum, angustumue os, & meatum neruosum prorumpent. qui si uentrem petant, spinam, & tergum totum dolitabit, linguamq́ infrenabunt, non clareq́ loquentē reddent, exanimantq́. Est autē quibus locutio statim subtrahatur, stomachusq́ lancinetur, & flaua bilis exeat, spiritusq́ multus prorumpit, & impeditur. deficit aliqua, angitur, seseq́ iactitat, & accenditur. Cum uero consistit, uesica de locellis tenue quid sanguinis trahit, tuncq́ lotium rubrum demittitur, totumq́ corpus laborat, dolitatue, collum præsertim, spina, lumbi, inguina. præterea cum graditur, uenter, crura, tibiæ, pedes præter modum, decorumue tumescunt, mors aduentat, cum sex menses. purgationes menstruæ non comparuerunt, sicq́ sæpe hæc res finit, & fit. Est etiam quibus fœminarum, cum duos menses in locellis, metræsiue multæ purgationes menstruæ steterunt, pulmonē petant, illicq́ consumentur, tabificæq́ similem eam reddunt, & eadem patitur, quæ de tabe diximus, quæ superesse non potest. Est quibus & hæc eueniunt, cum duos, aut tres menses in locellis purgationes mēstruæ steterunt, uti pus fiant, quod præsertim fit, si igne, febreue ardēti comburātur. Signa uero hæc sunt, si purulentæ sint, pectine uehementer dolent, punguntur, sese tangi non patiuntur. Cum autem meliusculæ habituræ sunt, menses per pudenda prorumpunt, pusq́ & sanguen mali odoris septem, octoue, uel nouē dies defluit, per exordia quemadmodum dictum est, uexatur. Cum autem purgata fuerit, si ulcera non superueniant, & in locellis non remaneant, optimum erit. quod si fiat, maioris egebit curationis, ne ulcera putrescant, maliq́ odoris fiāt. quæ si meliuscule habebit, tamen partum non feret. Sin autem in locellis magna ulcera sint, mensesq́ purulenti per pudenda non defluent, supra inguina tenera uentris parte pus prorumpet sine tuberculo, phymateue pure ut pote deuorante,

Menses sex mensibus retenti non habent medelam.

Stomachus uesica.

Mors fere semper sequitur sex mensium purgationibus retentis.

Mensium uarius affectus.

Locellorum ulcera.

Cum per uentrē pus erumpit, a malo est.

deuorante, disrumpenteue,quod cum prorumpet, male olebit.quod si fiat, fœmina ea non supererit.quæ & si supersit,semper tamē sterilescet.pus enim hac deinceps exibit,quoniam locellorum os huc prorupit.Est autem quibus & hoc fiat, cum duos, tres, uel plures menses in locellis menstruæ purgationes detinentur,perq; teneram uentris partem prorumpunt, purulentæq; non sunt,supra inguina, tanquam tuberculum,phymaue fit magnum sine capite, rubrum. Quod cū plurimi medicorum ignorarent,persecuerūt, pertuderūt ue ferro,sicq; eam ad summum periculum deduxerunt. Hoc autem tuberculo,furunculoue,siue phymati simile hoc modo fit. Cum locellorum os uentris tenellæ parti hæret,caro sanguinis impletur, satiatur, tumescitq;,ut pote sanguinis plena, quandoq;,si locellorum os transmutetur,pudendaq; petat, per eaq; menses exeant, quod in uentre extuberauit, considet,deprimiturue. Nam in uuluas,metrasue declinat,dediturue,carnes uero foris relaxantur,deprimunturue. Sin autem uersus pudenda locellorum os non uertatur, uenter suppurat,mensesq; ea prodeunt, hisq; eadem pericula fiunt,quæ prius dicta sunt,quandoq; & in uomitum uertitur.Est quibus & sedem,quemadmodum in uirginum morbis dictum est.Minus autem hanc uiam fœminis menses faciunt,quam uirginibus.Cum uero menses absconduntur,uenter extremus dolitat, quidq; graue uidetur inesse,quod uehemēter lumbos,ilia uexat.Si uero menses præ morbo non defluāt,uel crassi,muccosi, glutinosiue sint,primum ergo uentriculum supra, & infra purgato, deinde locellos appositione, qua sanguis purget, quidq; temporis intermittito, quodq; sanguen educat,propinato,crethmon autem cum uino,in quo tæda decocta, sit potato.Si uero nihil defluat, uti prægnans esse uideatur, cūq; cū uiro miscetur,dolitet,tanquam quid graue insit, uenterq; murmuret,tollatur, quemadmodum prægnantibus,corq; uexet, præsertim cum quadraginta dies transierint, uēterq; sub umbilicium crebro uexet, collum,lumbos, inguina dolitet.Cū duo,tresue menses transierint,est cum menses abunde per pudenda prorumpant,tanquā carnium frustula nigra,quemadmodum ex abortu. Quibusdam etiā,& in locellis ulcera gignuntur,quare cum medela mentem adhibeto.Plurimis etiam euenit,uti sex menses, aut paulominus uterum gestasse uideantur. Nam uēter prominet, cæteraq; tanquam prægnanti fiunt. Præterea est quibus quinto, uel sexto mense purulenta supra inguen continua serie prorumpant,uiamq; ea sibi faciant. Est quibus in locellis, & supra inguen ulcera fiant,ac in periculo sunt,ne moriātur,quæ si supersint,sterilescunt. Est quibus & per pudenda marcida,purulentaq; defluāt,quæ in locellis ulcera gignunt,mortisq; periculum afferunt,quæ ne inueterascāt,curato.quæ & si curentur,sanescantue, sterilescunt.Cum uero sexto mense, menstrua non prorumpent,omnia patientur,quæ sterilis,cum menses uiam non inueniunt, & defluunt.quæ si curetur, sanescit,si minus octauo mense morietur.multis autem fit,si mēses pituitosi,

Cur uenter extuberet.

Signa mensium non defluentiū.

Medela.

Locellorum ulcera mala sunt.

Locellorum uarij morbi.

minus quam sanis diutius defluant,uti si rite curentur, sanescant,si quidē foeminæ purgationes menstruæ defluant,sed minus,quam deberent,uel locellorum ore clauso,uel pudendis ab eo reclinatis,uel parum uti defluant,quantū deberet,patentibus,uti liberum exitum sæpiant, continenter tamen in locellos descendit.qui cum modice complentur,semper quid sanguinis paulatim per os in pudenda reiectāt,cūq; dies quibus purgari consueuit,præterierint, sanguenq; in locellis retineatur,sæpiaturue, quod si superueniēs non pellat, sed paulatim usq; crescat,& aggrauet adeo uti primo,secūdo,uel tertio mense non multum prorumpat,cum plures menses uenerint, multo magis laborabit,lentaq; febris, ignisue corripiet,nec dum sic habebit, concipiet,præsertimq; eos dies uexabitur,quibus purgari consueuit,debilitabiturq;.Par etiam est,& uerisimile,medio quoq; tempore eam febricitare,horrere,de corde laborare, copiamq; in dies crescere, totumq; sæpe corpus dolere, præsertim lumbos, spinam, inguina,manuumq; & pedum articulos.Sed hæc non simul omnia uno tēpore,dolitabit,sed quo sanguis deuolutus,excretusue de uuluis cum in his consistere non possit,prorumpet, quoue firmabitur, tumefaciet, tuncq; uehemēter corporis articuli dolitabūt. Cæteraq; modo dicta omnia modo huc,modo illuc comparent,prorumpuntue.Quæ si rite curetur,sanescet,si minus,morbus hic septem,uel plurium mensium fiet,lætalisq; erit,uel claudam reddet,uel membro aliquo debilitabit.Si uero præ rigore & inedia sanguis circa neruos compingatur,quod illis potissimum fit,quæ uirum non habent. quæ mala si partus peritæ fiant,dicta & dicenda longiora erunt,sed minus laboriosa.Mala uero hæc signa,principia,finesue partus peritæ,& imperitæ fient,nisi curent̄,quod statim agendum est,si minus,mala subito prorumpunt,super apparētue.Si uero purgationes mēstruæ plures,quā debeat, crassioresq; prorumpunt, cum suapte natura corpus latius sit,siue locellorū os,stomachusue prope pudenda sit,& super his,cum uiro coeat, multaq; uaria,callida comedat, multa magno impetu, & ui simul abunde descendent, quæ uuluarum os latius reddent,dum modo nulla euacuatio,& inedia superueniat,sed contra multa,uaria,calida,simul edat, quæ uuluarum os,& corpus dilatabunt;cum appetat,bene pascatur, & cum uiro coeat,uariaq; & calida si super inferātur,late,& bene in uuluas demittet,decolor tamen erit,donec sic habebit.Si quod postea malum, nusemaue, & affectus,seu pathema superueniat,quod corpus male habeat, molestetue, tamen uuluæ, metræue late defluent,corpusq; in eas probe demittet. Si uero post hæc febriat,non comedit,non quiescit,sed uexatur,dolitat,lumbos præsertim propter menses,menstruasue purgationes,postea tempore procedente,magis omnia medio tempore laborabit, & nisi curetur,periculumq; erit,ne sterilescat,uel male & tempore,& morbo afficiatur,patiaturue. Si quidue mali supueniat,ne moriatur. menstruæ uero purgationes mediis diebus plurimæ & crassiores defluūt,per initia autem

Mensium molestia.

Morbi huius malus finis.

Cur sanguis circa neruos,et articulos compingatur.

Cur multæ purgationes menstruæ, et crassæ defluant.

Mensium modus, et qualitas.

initia autem & finem minus, & extenuatius. Modus autem iustus est,ne sanæ fœminæ plus, minusue paulo quam duæ lances, cotulæue Atticæ defluat. duosq;,uel tres dies, plus,minusue temporis morbosum,& non fœcundum, seu aphoron est.Quare corpus fœminæ consyderato, petitoq;,num ne semper morbosa fuerit. Nam si plus, uel minus,pluresue dies,uel paucos magis quam consueuerint,menstrua defluxerint, morbosa sunt, nisi suapte natura morbosa sit,& non fœcunda,seu aphoros. quod si est,potiusq; ad sanum tendat,muteturue,melius est. Sanguis autem defluit, tanquam de sacra uictima iugulata,statimq; si sana sit,coit.Quibus autem in natura sit,plusquã quatuor dies purgari,multaq; defluunt,macilẽtæ hæ sunt, & languidæ,partusq; earũ. Quæ uero minus quam tres dies purgãt, paucaue defluunt,crassæ,boni coloris,uiraginesq;,seu andricæ sunt,nec partus meminere,nec concipiũt.Si uero strangulatio repente fiat,quod potissimũ his fit,quæ cum uiris non coeunt, potiusq; uetulis,quam nouellis.Leuiores enim sunt earum uuluæ,metræue, quod potissimum propterea fit,cum uacua est,seu sese uacuauerit,plusq; solito sese defatiget. Nam uuluæ defatigatione desiccatæ, ut pote uacuæ, & leues locum latiorem nactæ facile conuertuntur, ut pote uacuo uentriculo. quæ conuersæ ad iecur præcordia, & superiorem humiditatem decurrunt, cum defatigatione desiccatæ sint,magis quam tempus exigat.Nam iecur humidum est,cui uuluæ cum adhæserunt,confestim strangulant, perflatum qui circa uentriculum est,præripiendo,simulq; dominantur.Est cum de capite, ut pote strangulato, pituita uersus præcordia descendit. Estq; cum una cum pituitæ fluctione de iecinore in locum suum redeunt, strãgulatioq; sedatur. Nam cum descendunt,humiditatem trahunt,grauantur,stridũtq;,strepũtue, cum in suum locum redeunt.Cum uero ad suam sedem redierunt,est cũ post illa uentriculus magis humescat. Caput enim iam pituitam in uentriculum demittit.Cum autem super iecur,præcordiaq; sunt uuluæ, strangulant,oculorumq; album conuertunt, tuncq; illa frigescit, quædam etiam liuescunt, quædam dentes conterit, sputũq; per os defluit,similesq; illis sunt,qui comitiali sacro,herculeoue morbo corripiũtur.Si uero diutius uuluæ super iecur, præcordiaue stent,præfocant.Est autem cum fœmina uacua sit,uel defatigetur,cum uuluæ conuersæ stomachũ,angustumue os uesicæ petant, lotiumq; impediant, stranguriaue faciant, malum præterea nullum habeat, curataq; statim sanescat.Est cum & sua sponte sanescant,est uero quibus defatigatione, uel inedia uuluæ lumbos, coxendicesue petant, molestentq;. Sin autem fœmina corpus male habeat, mensesq; biliosi, crebri,multiue defluant,qui facile dignoscuntur,sunt enim ualde nigri. Est uero cum nigri,lucidi,paulatimq; defluant, nec statim coeant, stringanturue,quo semen maris,& fœminæ languescit, proptereaq; mulier non concipit morbo quidem incipiente, dies eos,quibus consueuit,nec plures purgat́,deinde uero cũ super menstrua

Andricæ.

Strangulationis uuluæ caussa quæ.

Cũ locelli iecur, et præcordia uexant.

Menses biliosi quales.

procedunt, dies plures purgatur, menſtruaq; minora quotidie comparent,
Febris erratica.
febreſq; erraticæ, graueſq; cum horrore, cibiq; faſtidio ſuperueniunt, quan/
doq; & cordis lancinatio, tuncq; maxime laborat, cum menſes aduentant. Cū
Quam uarie affi tiant menſis.
uero purgatur, & per ea, quæ apponuntur, melius habet, parum durat, deinde
rurſus ad eadem relabitur, curata uero ſtatim ſaneſcit. Sin autem nō curetur,
tempuſq; procedat, prædicta cuncta uexabunt, dolorq; uentris, quandoq;
ſubter umbilicum corripiet, quandoq; autem inguinum, modo lumborum,
coxendicumq;, colli quandoq; uehemens interdum ſtrangulatio prorumpit,
tenebricoſumq; quid præ oculis obuerſatur, calligatue, ut pote in ſuperiora
Cum fœminæ corpus male habet, menſes minores defluunt.
miſſa purgatione, & uexante. Si fœminæ corpus male habet, menſtrua mino/
ra deſcendunt. Quibuſq; corpus repletū eſt, mēſtrua his plura fiunt. Cui men
ſtrua biliosa deſcendunt, ſæpe linquitur animo, cibum auerſatur, æſtuat, uigi/
lat, crebro hiat, nec gradū facere uult, poteſtue, nec uidere ſibi uidetur, triſtis
eſt, timet. Quæ ſi curetur, ſaneſcit. ſi uero tempus procedat, multo magis la/
borat, cum qua optime agetur, ſi uomitus bilioſus ſuperueniat, uel ſi uenter
Mitia non lædunt.
non ualde moueatur, bilioſaq; demittat, non uehemenſq; profluuium ſuper/
ueniat. Nam ſi quid horum uehemēs in corpus affectum prorumpat, pericu/
Profluuiorum conſuetudo.
loſum eſt. Si uero placide, quid bilioſum, uel totum, quod uexat purgetur, ſa/
neſcet. Sin autem nec curetur, nec horum quidquam fiat, fœmina ea peribit,
ſemper tamen fere profluuium bilioſum hunc morbum ſequitur. Sin autem
hoc fiat, primo quidem paucula comparent, deinde per omnes dies plura
defluent, tempore uero procedente, ferme ſemper in grauem morbum uerti
tur. metræ, uuluæue bilioſa purgatione defluente, lancinātur, ulcerantur, quæ
Locellorum ulcera.
ſi hoc compeſcatur, ſaneſcit. Si uero locelli propter ulcera inflāmentur, mor
bus ingraueſcit, ſemperq; de uuluis multa olida, purulenta defluunt, carniū
lotarum aquæ non diſſimilia, & ſanioſa, magiſq; cuncta prædicta uexant, ma
giſq; ulcera crudeſcunt, efferanturue, donec eam uincant. Si uero ſaneſcat,
Pituitoſa menſtrua.
propter cicatrices ſterileſcit, aphoroſue fit. Sin autem fœmina corpus non
belle habeat, pituitoſaq; ſit, menſtrua pituitoſa demittet, quod facile cogno/
ſcitur. Nam tanquā membranulæ, fibrulæue, telæq; aranearum in his depre/
Telæ araneæ in menſtruis.
henduntur, & obtenduntur, menſtruaq; ſubalbida ſunt, quod fit, cum eius cor
pus, & caput pituitæ plenum eſt. Quæ nec per nares, nec per ſedem, nec per
lotium purgetur, ſed cum mēſtruis, ſanguinis cōmotione & purgatione pro/
Qualis uexatio in his.
deat, quæ cum ſic habent, duos, uel tres menſes nihil uexant. Cum uero plus
temporis procedit, nec curetur, magis laborat, febriſq; errabunda eam corri/
pit, ſæpeq; cibi faſtidium, corq; ualde moleſtat, cum ſupermenſtrua aduen/
tant, quæ ſi curetur, purgeturue, temporis paululum melius habet, propter
ea quæ apponuntur, & induntur. Poſtea eodem relabitur, & niſi curetur, tem
Pituitoſus defluxus.
puſq; procedat, omnia quæ bilioſa menſtrua demittenti prorumpunt, donec
fluor ille compeſcatur, pituitoſus etiam fluor ſuperuenit, uel quæ paulopoſt
dicam, qui

fluor si superueniat, quotidie modo multus, modo contra defluit, quandoq; ueluti carnis lotura, quandoq; ueluti sanies defluit, crebriq; sanguinis grumi, frustulaue insunt, qui terram tanquam acetum lancinent, ferueieue faciant, fœminamq;, quacunq; parte contingant, uellicent, uuluasq; ulcerent. Quæ cum ad hoc peruenit, eadem patitur, quæ superior, sed minus eius caput laborat, ulceraq; nec uisu turpia, nec curatu difficilia sunt, nec magna, nec purulenta, nec humida, nec olida, quemadmodum illi. Sed huic minus fiunt, quæ si curetur, conualescit, morbusq; si procedat, ferme nunquam perit. Sed fœcunda, phorosue, quæ sic habet, esse non potest. Si cui uero fluor, rhoosue non fiat, hæc sibi uidetur prægnans esse, ac eadem patitur, quæ ea cuius in puerperio menstrua, purgationesue uiam non inueniunt, uel crassa, glutinoq; similia defluunt. Quæ autem, & si coeunt, non concipiunt, de his petito, num ne supermenstrua, epimeniaue illis compareãt. Quod si annuat, num ne purulenta & frigida sint, petito, num ne statim, cũ coiuit, semen exiliat, an primo, tertio, sexto, septimoue die. Quod si statim dicat, metras uuluæq; os rectũ nõ est, sed inuersum, tumidum, madidum, quod semen non suscipit, continetue. Si uero dicat secũdo, tertio, uel deinceps die semen exilire, maxime madida uulua est, propterea semẽ inde deluitur. Sin autem sexto, uel septimo, semen putruit, putridũq; desilit. Quæ autẽ uulua per exordia semẽ non suscipit, primo curet, osq; dirigat, quæ autẽ secundo, uel tertio die, semen deluit, uulua, & caput purget. Quæ uero putridũ dicit, uulua, & totũ corpus purget, quoniã totũ humidũ est, quæ singula sic obseruato. Cuius aũt purgationis egeat, sic cognoscetur. Cũ supermẽstrua, epimeniaue aduẽtarint, duo lintea crassiora, asperioraue, diurnũ unũ, nocturnũ alterũ destinato, quæ palmi magnitudine quoquo uersus complicata, super tenuem cinerẽ, cribratũue ponito, cũq; menses defluent, uti sup ea cadant, curato. quæ cũ uase ubi cinis sit, & ea sup distenta, subdant, quæ post diẽ, & noctẽ de cinere tollito, & perluito, sub soleq; distẽdito, uel in loco tenebricoso, umbrosoue, quoue melius pspici posse uideant, qualiaq; post eã lauationẽ remãserint, spectato. Quæ si pituita cohibeat, muccosa, & aqua, & ipsa erũt. Si uero salsugo, uel bilis, burra, rubraue, & subliuida. Quæ cũ uideris tecũ putato, multæ nec ne purgationis egeat, totũ corpus spectando, colorẽ, ætatẽ, uictũ, robur, anni tẽpus. Curatio uero totius corporis est, uuluas purgare, si os earũ clausum est, aperire, si tortuosum, dirigere, si humidum, siccare, cæteraq; contraria facere. Nam omniũ fere eadem curatio est, præter, quã supermenstrua, epimeniaue prouocare, cũ remorant. Nã quibus nihil defluit, euocãdũ est, si quidue mali in his est, auferendũ. Nã cũ pituitosa, biliosa, membranacea, hymenodeaue sunt, saniosa, tenuia, alba, grumosa, frustulẽtaue, siue thrõbodea, nigra, carbũculosa, tenebricosa, fuscaue, siue zophodea, uel aspera, acria, salsa, turbulenta, purulenta, hæ oẽs caussæ subtrahẽdæ sunt. Concœptũ. n. impediunt, quæ pituitosa, phlegmatodeaue

Locellorum ulcerum curatio.

Quid in his agẽdum, quæ non cõcipiunt.

Mensium cognitio.

Medela.

Menstrua, epimeniaue quãdo prouocanda.

Diuersitatẽ eorũ obseruato.

Carnosæ raro cõcipiunt.

membranacea, fibrosaue, siue hymenodea menstrua demittunt, carnosæ sunt, corpus humidũ habent, multũ, tenax, glutinosum spuunt, cũq; acre quid, uel acidũ gustant, liquidũ ualde, aquosum, & non salsum spuunt, quidquidq; comedant, uel potent, turbat, molestatue, modoq; uenter considet, modo attollitur, tumescitue, plurimũq; nauseant, debilitant, multãq; caput destillationem, rheumaue demittit, cunctaq; cõplent, concutiũtue, plurimãq; humiditatẽ deducunt, partes, quæ sub oculis sunt, liuescunt, turgentq;. Has totas foueto, plurimũq; & ante, & post cibum uomito, medicamentisq; lenibus, uentriculũ inferiorẽ mollefacito, quæ minime bilem agant, citentue porrigito, semel comedito, plurimũ exerceto, cibisq; siccissimis utitor, minimoq; potu, sed meraciore. Melius autẽ est, uentrẽ solutũ conseruare, sed uuluas, si hoc uictu non auscultant, medicamentis, & appositis lenibus purgato. Semperq; ante purgationes, fœniculorũ, marathronue fomẽto foueto, suffitoue, deinde odoramentorũ, thymiamatonue, quæ cũ supermenstrua, epimeniaue uentura sunt, uti fiant, curato. quæ si pura, syncera, cruentaq; sint, tunc uirũ adito, cũ non penitus cessarint, cũq; uirũ aditura est, constrictorio, stypticoue suffimento, hypothymiamateue aliquo odorato subterfumigato, quod sup cinerẽ calidũ iactatũ, sedẽs per infundibulũ subducta plũbea fistula, qua uti locellorũ os magis pateat, utitor, excipiat, quã plumbeã fistulã, cũ in lectulũ redierit, retrudito, cũq; uir uenerit, subducito. Si uero, quæ uir demiserit, nõ sentiret, crura tamẽ distẽdat, superponẽdoq; alterne permutet, quiescatq;, nec dimoueatur eo die, ieiunetq;, si minus pulticulã, cyceonaue insolitã, cũ fouebitur, sorbeto. Si uero postquã cũ uiro fuit, semen, geniturãue primũ, & secundum diẽ contineat, tertio etiã quiete caueto ne desiliat, cibisq;, & balneis abstineto, decoctamq; aqua farinã insalitã bis, terue die sorbeto, quod sex, & septem dies facito, si quidem post congressum, quæ uiri sunt, non exeant. Tẽpus hoc totum ne lauato, neue sese dimoueto, si tamen deambulare uelit, loco plano, & leuigato deambulato, per accliue uero, aut decliue nullo modo, super mollia sedeto. Si concœperit, usq; ad trigesimum diem eodem modo uictitato. ne lauato, uel si lauari sit opus, pauca, & non ualde calida lauato. caput uero ne perfundito, cibis quidem utitor, & panibus, artisue, & si uelit placenta, mazaue, de carnibus uero, palumbe, phassaue, & similibus, de marinis autem, quæ uentrem sistunt. olera acria ne comedito, uino nigro utitor, carnibusque assis, potius quam elixis, tam placidarum bestiarum, quam ferarum. Quæ si concœperit, facito, si minus, quod quæ uiri sunt, foras prodierunt, secundo, uel tertio die, cum multa humiditate, clarum est uuluas, plusquam expediat, humescere, quas modo iam dicto curato, dum siccescant. Cum uero siccæ uidebuntur esse, medicamẽtum, quod molliat, adhibeto, quod mihi optimũ esse uidetur, & ante & post, dum in suam naturam redeant. tuncq; uirum adito, cum super menstrua, epimeniaue pauca, & boni coloris defluent, cumq; ipsa magis

Capitis rheuma.

Medela harum.

Locellorum purgatio.

Cyceon.

Post uiri congressum quid agat hæc fæmina.

Quæ semen non continet, quid agat.

Cum uirũ adeat hæc mulier.

ipſa magis,quã aliis diebus appetet. Nam ſi mẽſes ſuis diebus defluẽt,uuluæ lenitæ,& bene directæ erũt,quæ ſi geniturã,gonenue decẽ,uel duodecĩ dies continueant,uirũ amplius ne adito. Si uero ſanis uuluis non concipiant,quod pleriſq; euenit,quæ & ſi habitiores uideantur, uuluæ tamen ipſæ uel aliquo affectu,maloue,ſiue paſſione,uel multa potione medica,& ſuffitione ualidæ non ſunt,uti geniturã contineãt,priuſquã his aſſueſcãt,& conualeſcãt, quod ſic dignoſcitur. Nam ſecũdo,uel tertio, & ulterius die quæ uiri ſunt, craſſa, cõpacta,muccoſaq; deſiliunt,quod malo aliquo, uel morbo uuluaꝝ fit. Cũ ergo talia cõparent,huic quidẽ uuluarũ medicina ſatis eſt,corpuſq; uti bonũ habitũ tueatur,cõpactiuſq; ſit curato,paucis balneis utitor,ſed multis,& lenibus laboribus,exercitatiõibusue,& ab acribus,& ſalſis abſtineto. Vomitu aũt ante eos dies,quibus mẽſtrua uenire conſueuerũt,utitor, deinde fame,inedia ue domato,cæteraq; quæ ante dicta ſunt,facito. Hæc quidẽ circa hæc medicina ſatis eſt. Quibus autem ſtatim,cum coiuerunt,quæ uiri ſunt,defluũt,his uuluaꝝ,locellorũue os in cauſſa eſt, quod ſic curato, ſi quidẽ ualde clauſum ſit,tedulis oblongis,leuigatis,& teretibus,fiſtuliſq; ſtagneis,plumbeiſue patefacito,leniq; fœniculi,maratruue ſuffimẽto,pyriaue ſubter fumigato, quæq; uuluas purgent, extenuent, dirigantq; apponito,uel intro dato. Poſt autem has purgationes, ſuffitioneſue his rebus lauato, quæ cauſſæ officiant,aduerſenturue. Quibus autem os inuerſum eſt,ac coxẽdicem uerſus procidit (Nam & hæc,quæ uuluam genituram ſuſcipere prohibent,ſæpe fiunt) quod cũ euenit,ſuffitionibus odoratis ſubterfumigato, poſt has uero de coxẽdice uuluarum os digito deducito,reuellitoue. Cum autem deduxeris,tedulis,plũbeaq; fiſtula modo prius dicto dirigito. Cũ autẽ directæ,& apertæ uuluæ fuerint, lenibus appoſitis purgato,cæteraq; prius dicta facito. Cũ aũt uuluæ pluſquã expediat,patent,hiantue,purgationis egent,poſt uero hanc lauationum,ſuffimentorumq; egere cenſendum eſt. Sin autem uuluæ prope,quemadmodum expedit,pateant,hiantue,uomitionis,ſuffitioniſq; olidæ egent,dum in ſuum locum redeant, uictuq; prius dicto utitor. Si uero locellorum os pingue, craſſumue ſit,proptereaq; non cõcipiat,lapſana, ſinapinue,ſiue napy elixum comedito, merumq; ſuper potato, nitrumq; rubrum,cuminum, & reſinam apponito,quodq; optimũ eſt cũ uino nitrum, uel cum myrrha reſinam, uel cuminũ cũ albo oleo,uel cerui cornu cõbuſtũ,farinæq; hordeaceæ duplicẽ modum cũ uino coquito, quatuorq; dies propinato. Sin autẽ hoc pacto non reficiat,meliusue non habeat,marrubiũ,porrũue decoquito,eãq; ſuplocato, uti fumũ ſubter excipiat,uel phagũ,phagineãue glãdẽ tritã apponito,alliaq; recẽtia comedito,mulſumq; ſuper potato,deinde uomito. Quibus aũt intus manẽt,intuſq; putreſcũt,moleſtãtq; ſemẽ atriplicis ſylueſtris, atraphaxioſue, ſiue aurei oleris,cucurbitæue agreſtis,andraphaxioſue agrias tritũ cum melle delingẽdum dato,uel cucuminum. Cum autẽ olida demanẽt,nec concipiat,

Cur non concipiant ſanæ.

Curatio quæ.

Cum ſtatim poſt coitum genitura exit.

Medela.

Cum os locellorum inuerſum eſt et non rectum.

Medela.

Cũ uulua nimis hiat.

Cũ pingue,craſſumue eſt os locellorum.

Medela quæ.

Cum intus manent et putreſcunt et menſes, et ſemen genitale,quæ medela.

portulacam, andrachnenue, uel eius succum cũ pingui anserino mistũ apponito. quibus uero sextana, uel septimana, quæ uiri sunt, putria demanant, exeuntue (quod par est & bile, & salsugine fieri) quod ueratro, scamonioue curabis, uel portulaca agresti, peplioue. Nam hæc supra, & infra bilẽ, & pituitam purgant, flatusq;, physasue, seu inflationes pellũt. Prius uero quã purges, odoratis suffumigato, deinde appositis purgato, sicuti supra dictũ est. Post autem has & appositiones, & purgationes his quæ molliãt, utitor, mercurialisq;, artemisiæ herbæ, anemonesq; appositione, uel albi, nigriue ueratri, sicq; curato, modoq; hoc uictitato. Totũ fœminæ corpus ꝑspicito, sit ne siccius, carnosiusue, quod si siccius sit, crebris balneis utitor, pulmentis omnibus elixis, & uirulentis, siue marinis, siue carnibus, diluto & aquoso uino, herbis, holeribusue decoctis, carnibus pinguibus, uirulẽtis potius, quam assis, & dulcibus, quã contra. Nam hæc plerũq; & corpus, & uuluas humefaciunt. Sin autẽ humidius sit, hoꝝ nihil tales uuluæ egent, sed cõtra facito, ne tãgito, ne lauato, neue suffito, nihilq; horũ agito, quoniã periculosum est, si agitentur. Quæ si magis, quã natura poscat, humescãt, siccato, subterfumigatoq;. Si uero biliosa in eas defluãt, quæ bilẽ purgent, dato. Sin autẽ salsa, lac asininũ, & uinũ, cæteraq; præsidia, curioseq; caussas morborũ, uiresq; uestigato, ꝓdicitoq;, sicq; cætera peragito, locaq; circũquaq; curato. Quæ uero nimiũ uuluarũ ore patente concipere prohibent̃, harũ corpora, locellorũq; ora cõmode parato. Cũ autẽ humiditas ꝓhibeat, hãc, cæteraq; omnia fœminaꝝ negotia ne prohibeãt, ꝑspicito, siue totũ corpus, siue locelli, siue utriq; in caussa esse uideant̃. Quod si uuluæ, has ne siccæ nimis, aut humidæ sint, curato, sed potius bono succo, humoreue siccæ. Nam quo tali humore sicciores sunt, eo ualidiores, crassioresq; sunt, quã macilentæ. humescẽtes uero siccato, quid tamen humoris ne siccæ nimis sint, relinquito. Nam hoꝝ excessus omnino fugiendus est. Nam humidæ nimis, siccæue uuluæ non cõcipiũt, nisi quid hoꝝ naturaliter habeant. Cũ uero rite curatæ fuerint, tunc uirũ adeant, menstruis incipientibus, uel desinentibus, optimum etiam est, & cum cessarunt. Per hos enim dies tentent, si concipiãt, quoniã hi opportuni sunt. Sin autẽ statim nõ cõcipiãt, cæteraq; bene habeãt, nihil impedit, & aliis diebus cũ uiro cõcumbere. Curatio.n. appetẽtiã facit, uenulæq; demittunt̃. Quod si quæ uiri sunt, cũ his quæ fœminæ cõcurrãt, citius concipiũt. Hoc.n. huius rei caussa est, & his, quibus statim cõcurrit, & his, quibus paulo post. hæc autẽ de his dicta sunt. Sin autẽ uuluaꝝ os humidius sit, semẽ non cõtinet, quare acribus appositis utitor. Cõpũctus.n. & ĩflãmatus uuluaꝝ stomachus corroborat̃, cũ quid tale fit. Si uero durescãt, repleãturue locelli, melius est acria, & quæ pũgãt apponere. tenuia .n. alba, & ignea duriciã discutiunt. Si uero duricia mollescat, lenibus, mollibusue curato, hisq; quæ nõ pungãt. Sin autẽ diu non concipiat mẽsibus non comparentibus, cum tertiana, uel quartana fuerit, tritum alumen oleo irino subigito,

Cum putrefacta exeunt caussa et medela.

Artemisia. Anemone.

Modus uictus.

Locellorum humescentium curatio.

Conceptus paratio.

Penitus humidæ siccandæ nõ sunt.

Tempus concubitus.

Quid acria, uehementiaue faciant.

Quæ duriciam uuluarũ tollant.

Medela non concipientis.

ſubigito,lanaq; apponito , treſque dies habeto, quarto fel bubulum ſiccum oleo decoctum linamento apponito,treſq; dies habeto,quarto demito,cũq; uiro concubito.Si ſemẽ genitale fœmina non ſuſcipiat,fœmineis naturaliter euntibus, uel quemadmodum alter codex habuit, non euntibus,membrana, meninxue præpoſita eſt, quod & ex aliis cauſſis fit, quod digito cognoſces. Nam obicem, problemaue pertinges.Quare hoc appoſitũ conficito,reſinã, florẽ aeris,æruginemue melle ſubigito,linamentoq; ſuſcipito,in oblongũq; conuoluito,linoq; ad eius extrema colligato,quã maximeq; intro dato.quod cum eduxeris, tepido uino,in quo myrtus decocta ſit, perluito,quod melius eſt,quam tunicã,pelliculamue abſcindere,uel quemadmodũ alter codex habuit,ſed melius eſt tunicam, chitonaue abſcindere. Sunt præterea fœminæ, quæ facile concipiant,ſed partũ ad maturitatẽ non perferant, quẽ tertio,uel quarto menſe perdunt,nulla cauſa,nec ui,nec cibo non cõmodo præcedẽte. Quod in cauſſa eſt unũ eorũ, quæ diximus,ſed præſertim cũ uuluæ creſcentem partum non capiunt,quem cũ perdituræ ſunt,uẽter mouetur,debilitas, febris,cibi faſtidiũ capit.Eſt autẽ & hoc in cauſſa,ſi uuluæ leues,leuigatæue, ſeu lubricæ , liæ ſint , uel natura,uel ulceribus innatis . Nam ſi leues ſunt , eſt cum tuniculæ,membranæue, ſeu hymenes,quæ partum circũducunt,cũ ſeſe partus agitat, ab his diſcedunt, ut pote minus,quam expediat,uuluis hærentes,cũ nondum partus maturi,perfectiue demittuntur,& alienantur.Quæ ſingula quiſq; cognoſcat,ſi curioſe petat,de locellorum uero leuitate,ſi alia fœmina,cum uuluæ ſunt uacuæ,tangat. Nam aliter notum non fiat.Sin autem his menſtrua deſcendunt,calida ſunt,exeuntue. Quædam tamen horum,ſi curentur, ſpes eſt,uti partum ad maturitatem perducant,de his autem ſic habet.Si uero fœminam,quæ concipere nequit, fœcundam reddere uelis,menſes,cum defluxerunt, ſint nec ne pituitoſi, bilioſiue conſyderato, quod hoc pacto dignoſces. cum uas arena ſicca plenum,quod menſes defluentes excepit, ſole ſiccatum præ ſe uirorem feret, ſi bilioſi ſint, ſi uero pituitoſi, muccidum quid. Quorum utrum ſit, primo uentriculum ſuperiorem , uel inferiorem , uti cenſueris , purgato , poſtea uuluas, deinde cum eam concipere uolueris, hederæ baccas ſeptem tritas, uel foliorum ſuccum cum uino uetuſto ſingulis menſibus propinato,deinde cum menſes ceſſabũt, heſidion, neſidionue meraco uino odorato, magnoue decoctũ in glandulã,balanonue redigito,& ad meridiem uſq; appoſitũ,inditumue teneto, uel tritum alumen Aegyptium cum lana apponito , cũq; ſol occiderit,auferto,uinoq; odorato abluito.Hæc autẽ cũ mẽſes ceſſant,facito, habet aũt & hoc ſic.Cũ fœminæ purgatæ,& delinitæ fuerint,tũc potiſſimũ cõcipiũt, ſemẽq; ipſis inualeſcit, ſi cũ oportet,uiris ſeſe miſceant,ſemenq; uiri facile cõmiſcet,quod ſi hac re ſuperat,fraterne conciliant,& conueniunt.Tunc.n.uuluarũ os maxime patet, & extentum eſt, poſtq; purgationes uenæ ſemen attrahunt, ante uero non

Partus retinendi curatio.

Leuitas uuluarũ uti dignoſcatur.

Quæ fœcunditatem parent.

Heſidion,neſidionue, quid ſit quærito.

Conceptus tempus.

patet cũq; uenæ sanguinis plenæ sunt, semen, gononue non æque trahunt. Si uero semen, gonosue continua serie defluat, nec cesset, fœmina ea non libenter cum uiro coit, nec si coit, concipit. Coxendices, lumbiue dolitant, lentus ignis, debilitas, deliquium animi superueniunt. Est & cum locelli suo loco non sedent. Si ergo plenitate defluat, melius est, eam sic sinere. Si uero postero die uulua demittatur, demulceaturue, similaginem comedito, suillam carnem, uel palumbi, uinum nigrũ potato, potionesq; eas porrigito, quæ ad fluorem, rhoonue scribẽtur. Nunc autem de earum morbis, quæ in uentre habent dicam. Fœminæ in uentre bimestrem, trimestremue, uel etiam ulterius partum habenti, si super menstrua, epimeniaue singulis mensibus defluant, necessario eam macilentam, & imbecillam dico fieri. Est etiam & cum ignis supercapiat, quoad defluunt, postq; defluxionem pallescit. Cum uero pauca sensim defluunt, his uuluæ plusquã tempus poscat, patent, hiantue, partusq; incrementum impediunt, prætermittuntue. Nam cum in uentre fœmina habet, de toto corpore sanguis paulatim in locellos descendit, quodq; inerat, circũdat, & auget. Si uero locelli plusquã tempus poscat, hient, partus incrementum impediunt, sanguinisq; defluxum, quo minus quemadmodum singulis mensibus, sicuti consueuerat, defluat, quodq; in uuluis inest, tenuatur, non ualidumq; redditur. Si uero fœmina curetur, partus perditur, & ipsa periclitatur, malumq; ne longum fiat, periculũ est. Si purgatio post partus eiectionem, plusquam opus sit, currat, ut pote locellis magis hiantibus periculosum est. Si uero fœminæ partum gestanti caput pituitosum sit, pituitaq; acida de capite in uentriculum descendat, non uehemens ignis supercapit, pulsusq;, & palpitationes, palmiue. Est quibus imbecillæ subdissoluuntur, grauesq;, acutæue rursus resiliunt. Sin autem & cibi fastidium, inediaue, & imbecillitas adsit, periculum est, ne breui partus perdatur, & ipsa nisi curetur, in periculum deducitur, ut pote uentre late defluente. Quare cum euasit, statim comprimito, pleraq; præterea pericula sunt, quibus partus perduntur. Nam si prægnans morbo aliquo laborat, fœtus perditur, si ualida non est, si quod onus attollit, si percutitur, si salit, si non comedit, si animo uexatur, si multũ, uel parum comedit, si terretur, si febriat, si clamet, si crapuletur. Nam cibus, potusq; multus crebro caussa est, uti fœtus perdatur. Si uuluæ perflentur, uentosæue sint, partus eiicitur. Si densæ, si magnæ, paruæue sint, & alia his similia habeant, partus periclitatur. Si prægnans de uentre, lumbisue laborat, ne partus eiiciatur, timeto, quoniam tunicæ, membranæue, seu hymenes, quæ eum comprehendunt, continentue, dehiscunt, rumpunturue. Præterea quædam fœminæ partus eiiciunt, si quid acre, uel amarum, asperumue præter consuetudinem comedant, uel potent, cum adhuc paruulus fœtus intus est. Nam cum paruulus adhuc intus est, si quid etiam perexiguũ præter consuetudinẽ ingerat, fœtus perit, siq; ea comedat, aut potet, quibus necessario, quemadmodũ

Quãdo non concipit.

Victus ratio.

Prægnantium mala.

Caussæ uariæ abortus.

Quã facile abortus fiat.

quemadmodum dixeramus, uenter ualde cõmoueatur, cum paruulus fœtus ineſt. Nam uuluæ, cum de uentre defluit, turgẽt, & reſiliunt, ſiq; mulier pluſquam tempus poſcat, defatigetur, ſiq; uenter eius coarctetur, uel dilatetur, ſic etiam fœtus perit, abiitue, ut pote defatigatione calefactus, uentreue compreſſus. Nam ualde parua, & non ualida ſunt eorum membra. quin & magni ſic perduntur. Quare mirandum non eſt, ſi mulieres etiam nolentes abortum faciunt. Nam magna cura, cuſtodiaue, multaq; peritia opus eſt, uti fœtus in uuluis conſeruetur, perferatur, & educetur. Si uero prægnans corpus male habeat, biliosaq; ſit, laborioſaq;, doloribusue obnoxia, febriculoſaq;, oſq; eius amarore torqueatur, uexeturue, linguaq; lutea ſit, uiridisue, lumina, ſeu oculi arcuata, icterodeaue ſint, ungues bilioſi, feliue ſimiles, ſiue cholodees, lotium acre, cum præſertim ſæpe febriat, hæc huic euenient, cum pepererit. purgatio bilioſa defluet, partuſq; non ualidus erit. Sin autem bilioſa demittat, egeratue (quod ſæpe fit) melius, faciliusue tranſiget. Si uero poſt partum purgamenta bilioſa, uel admodum atra, nigraue demittet, pingueue quid ſuperfluitet, quod ſenſim deſcendat, nec ſtatim coeat, conſtringaturue, per initia quidem melius, faciliusue tranſiget, feretue. Poſtea uero difficilius, minuſq; ſuperpurgabitur, quam expediat, quod corpus male habet, puerperiaq; minora, & peiora defluunt. Hæc etiam omnia patietur, ſi menſtrua bilioſa minora, minuſq; temporis defluent. minus quidem temporis languebit. morbus autem ad eadem pericula, ſigna, & mutationes deueniet, quod ſi bilioſa uomant, per uentrem purgantur, uuluæq; ulcerantur. Quare multa cura, cuſtodiaue hæc fœmina eget. Nam cum quid tale fit, & ſi nõ moriatur, ſterileſcit, aphorosue fit. Si uero nihil horum fiat, nec curetur, puerperiaq; abſcondant, & euaneſcãt, uno & trigeſimo ad ſummum die peribit. Huic medicamentũ, quod bilem agat, cholegonue, & aneſum prodeſt, & quæ lotium ciunt, uomitoq; & ſudato, uentremq; ptiſanæ cremore cũ melle, uel ouo, & maluæ aqua ſubluito. Quibus autem prægnantibus circiter ſeptimum, uel octauum menſem plenitas mammarum, uentriſq; ſubito cõcidit, mãmaq; extenuatur, lacq; non comparet, partum periiſſe dicendum eſt, uel ſi uiuat, languidum eſſe. Sin autem cum prægnantes ſunt, ſeu in uentre habent, ſupermẽſtrua, epimeniaue comparent, abortiunt. Sin autem multa, & olida ſint, partus morboſi redduntur. Si uero prægnans pituitoſa ſit, caput doleat, crebro febriat, pituita caput petat, grauedinem, & frigus inferat, corpuſq; & uenas perfluat, cũ caput plenum fuerit, color plumbeus fit, pituitam uomit, lingua, cõmuniſq; urinatio exalbeſcit, perturbatio frigida diſcurrit, cum difficultate mouetur. Cũ uero pepererit, purgatio pituitoſa decurret, in qua tãquam membranulæ, telæue araneæ diſtentæ uidebuntur, eademq; omnia patietur, quæ illa, cui menſes pituitoſi decurrent. minus autem temporis languebit, morbuſq; eadem & pericula, & ſigna, & mutationes habebit. Nam pituitoſa uomet, ſimileſq; illi

Prægnantium uarij affectus.

Medela.

Quid ſignificet partum periiſſe.

affectus, pathemataue ſuccedent, & immorabuntur, puerperiaꝗ eodẽ modo turgebunt, tollenturue, minus tamen temporis durabunt, quam menſes, menſeſꝗ pituitoſi decurrent. Si uero purgatio remorata non erumpat, quinto, & quadrageſimo die peribit. Sin autem puerperii purgatio pituitoſa defluat minus quam ſanis, curata ſaneſcet, conualeſcet, reflabiturue. Nam hoc malũ difficile, & periculoſum eſt. Huic medicamentum, pharmacumue, quod pituitam ciat, porrigito, caprinumꝗ lac decoctum cum melle miſtum. Si uero non auſcultet, naſturtium, cardamonue, uel cnicon, uel cneoron, coccumue cnidium, uel polypodion, uel ſerum, uel quid ex his compoſitũ dato, quæꝗ uentum, pituitam agant, demulceant, educant. Si uero prægnans lienoſa ſit propter mala menſtruorum iam dicta, puerperii purgamenta ſimilia laborantibus morbo aquæ ſubtercutem, hydropicisue demittet, modo pauca, modo multa, loturæꝗ carnis ſanguinolẽtæ ſimilia, paulo craſſiora nõ coeuntia, cunctaꝗ patietur, quæ illa, cui menſtrua aquoſa defluebant, periculaꝗ eadem, & mutationes hic morbus habebit. Nam uel aquoſa defluent, uel purgatio euaneſcet, abſcondeturue, uel in uentriculum uertetur, crura, pectus, uel quid horũ eueniet, periculaꝗ eadem erunt, quæ ante dicta ſunt. Si prægnans turgeat, quam plurimũ urticæ ſemen tritum cum uino odorato, magnoue diluto cum melle bis die propinato. Si prægnantem bilis uexet, ptiſanæ decoctum dato, pollinem Syriaci rhoi, rubri, ſumaciue, uel mororum immaturorum ſuperſpargito, non calidumꝗ ſorbeto, & ſiſtetur. Si uero prægnans ſubito præfocetur, ſtranguleturue, quod potiſſimum fit, ſi defatigetur, non comedatue, calefactis defatigatione uuluis, cũꝗ humoris minus ad partum accedit, ut pote cum uulua, uenterꝗ magis uacet, quam tempus poſcat, partum ad iecur, præcordiaꝗ dirigit, quæ cum huda ſint, ſubito uehementer ſtrangulant. Nam omentum, quod circa uentriculum eſt, occupat, ſubitoꝗ uocem fœminæ aufert, oculorumꝗ albũ inuertit, cæteraꝗ omnia, quæ ante dicta ſunt, patiť. Si qua præterea uuluas perflent immiſſa, ſtrangulant. Subito nãꝗ prægnanti ſtrangulatio incipit, cum de capite in præcordia pituita defluit, ut pote cum corpus reſpirare non poſſit, ſiꝗ cum pituitæ deſcenſu partus pituita deductus in ſuum locum redeat, ut pote humiditate trahente, mulierꝗ ea conualeſcit. Nam ſtrepitus, murmurue fit, cũ fœtus in ſuũ locum redit, mulieriſꝗ uenter plurimum humeſcit. Sin autẽ fœtus quã primũ in ſuã ſedem non redeat, duo ſtatim fiunt, quæ fœtum uexent, pituita de capite deſcẽdens, ſi permaneat aggrauat, & frigefacit, lociꝗ deſuetudo, periclitaturꝗ, niſi quis eam celeriter nutricet, curetue melius, mulierꝗ ea ſtrangulabitur, peribitue, de his quidem ſic habet. Si uero prægnanti partus iam aduentat, parturiatꝗ, diutiuſꝗ in enitendo laboret, quod plerũꝗ partus tranſuerſus, in pedeſꝗ deſcendat. Nam melius eſt in caput deſcendere, quod ſi tranſuerſus deſcendat, difficile, periculoſumue eſt, tãquã ſi quis de uaſculo anguſti oris oliuæ

Periculum mortis in prægnãte.

Medela.

Prægnãs lienoſa quid patiatur.

Medela.

Strangulatio uuluæ cur.

Partus difficultas.

oliuæ nucleum transuersum educat, quod non cõmode sic educitur. Sic & fœminæ graue, & difficile pathema, passioue fit, cũ partus obliquatur, transuerseue descendit. Nam sic non facile exit. Difficile etiam exit, cum in pedes sese agit. Qđ sæpe uel matres, uel partus, uel utrosq; necat. Magna etiã caussa est, ne facile exeat & hoc, si mortuus est, si percussus, syderatusue, siue apoplectus, si duplicatus est, & non distentus. Cum autem fœmina prægnans est, lutea, uiridisue tota fit, quod eius sanguis purus, syncerusue singulis diebus de corpore in partus incrementum destillat, minusq; sanguinis in eius corpore in partus incrementũ destillat, minusq; sanguinis in eius corpore remanet. Quare necessario pallescit, seu uiridis fit, semperq; diuersa cibariorũ genera appetit, quæ cum in uentriculum sanguinolenta descenderunt, sanguis minuitur, propterea non ualida redditur mulier. Præterea cum partus aduẽtat, crebro fœmina spirat, hiatue, sique purgatio incipiat, uentriculus repletur, caloreq; premitur. maxime uero sæpe spirat, hiatue, cum partus accelerat, tuncq; maxime lumbos dolitat, quod eos partus percutit. Sæpe etiam cor interea dolitat, ut pote uentriculo circa, uel propter fœtũ, uel propter uuluã compacto. Si uero puerperæ uulua refrigeretur, perfleturue, capræ, uel ouis iecur pruna decoctum comedito, uinumq; uetustum meracius, nisi quid impediat, quatuor dies potato, si longe a partu sit. Si uero lũbos, coxendicesue doleat, anesum, cuminumq; Aethiopicum tritũ potato, calida lauato. Si spiritus angustia, asthmaue capiat, sulphuris fabæ quantitate, cardamomi tantũdem, rutæ, cumini Aethiopici parem modum, trita, ieiuna cum uino potato, crebro cibis abstineto. Si post partum multum purgetur, uuluaue ulcerata sit, uel uesica, uel intestinum oletum, lotiumq; non contineat, oua cum syriaco rhoo, sumacioue sorbeto, panemq; cinericium, prunaue tostũ comedito, cæteraq; facito, quæ suprascripta sunt. Si puerpera sicca sit, difficulterq; humescat, oleum potato, locellos foueto, maluæq; aqua cum oleo, uel pingui anserino subluito, ceratoq; liquido perungito. Si uero parere nõ possit, resinam, uel cuminum, uel pini corticem subterfumigato. Si post partum uulua tumeat, ne discutito, quemadmodum medici faciunt, sed hæc medicamenta, pharmacaue optima porrigito. cuminum Aethiopicum, seseli, cuminumue latum, quantum tribus digitis capitur, quinq; uel sex pæoniæ baccas, uel radicis, uel seminis eiusdem drachmæ dimidium, hæc trita cũ uino albo dulci, suauiue ieiunæ dato, uel pastinacæ, dauciue Aethiopici radicem, cuminum latum, seseliue, pæoniæ radicem ad eundem modum, uel hipposelini, syluestrisue apii, uel dauci Aethiopici semen similiter, uel crethmi Aethiopici radicem, uel cumini Attici quatuor obolos, uel piper, myrtodanonue, uel anesum, daucium, actæum, pæoniæ radicem, hæc trita cum uino propinato, uel myrti, myrtidaniue duo, uel tria germina, uel cuminum Aethiopicum, pæoniæ radicem, uel lini semen similiter, quo & pueros tussientes cũ

Cur grauida pallescat.

Signa partitudinis.

Quæ post partũ fiant.

Partus difficultas qui tollatur.

oui assati luteo, sesamoq; freso nutriunt, leniuntue. Si uero pueri uerenda rubeant, perflāmenturue, tritas amygdalas, bouis medullam cum farinæ pusillo aqua decoquito, pudendaq; perungito, myrteaq; aqua perluito. Nunc de puerperarum purgationibus, puerperiisue, deque his quæ post partum ueniunt, dicam. Cū fœmina non purgatur, puerperiaq; & menstrua nō decurrunt, uel uulua durescit, uel lumbos, ilia, inguina, coxas, crura, pedes dolitet, uenter turgeat, corpus horreat, febres graues, acutæue inde gignuntur. Hanc sic habentem si sine febre sit, balneis curato, caput anethino oleo perungito, super maluam aqua decoctam oleo cuprino asperso locato. Quibus morbis suffimenta succurrunt, melius est post ungere. Si uero febris adsit, balneis abstineto, suffimentis autem, fomentisq; lumbos, postremam aluum curato, medicamentumq;, quod ad uuluam faciat, sepiæ oua, uel castorion miscēdo porrigito. Post hoc autem similaginem cum ruta decoctam, uel ptisanæ cremorem sorbeto. Si fœminæ cum puero in partu minus humoris, quam oportuit, decurrat, caputq; retineat, pauloante partum, uel post caput dolitabit. Quod si in uentrem affatim descendat, cōmouebit. Quare statim succurrito, ne fluctio, diarrhoeaue corpori male habenti superueniat, uexetq;. Sin autem de capite fluentum hoc, rheumaue descendens in puerperii purgationē uertatur, multumq; concutiat, meliuscule habebit, sin autem præter modum in uentrem descendat, curato. Si uero modice in uentrem decurrat, facilius partus exit. Sin autē puerpera parū purgetur, lumbos ualde dolitat, locus omnis circa pudenda tumet, coxæ accēduntur, de ore, naribusq; pituita ualde aquosa defluit, caput dolitat, horror, febrisq; corripit, turget, dentes concutit, uēter, & uesica stringitur, lumina agitat, hæbetiusq; cernit. Si fœminæ partu liberatæ purgatio leniter non descendat, sed quemadmodū in uuluæ inflāmatione, clausum est eius os, stomachusque uerendorum, ceruixue turget, simul ac puer excessit. Quod si non purget, horror, febrisq; corripit, uenter tumet, quem si tangas dolitat, cū toto corpore, corq; & lumbos sæpe dolitat, cibū auersatur, uigilat, compungiturq;, postea quinto, uel septimo die uenter mouetur, nigraq; & ualde olida demittit, sæpeq; lotio asinino simile, quod cum fuit, meliuscule sibi habere uidetur, quæ si curetur, breui sanescit, si minus, superueniente uehementi fluctione, diarrhoeaue periclitatur, puerperia euanescunt, absconduntur ue. Sin autem uenter non moueatur, nec sua sponte purgetur, nec accomodata celeriter porrigantur, tempusq; procedat, multo magis iam dicta dolebit, superq; his ne sicuti plumbum liuescat, periclitabitur, morboq; subtercutaneo corripiatur, umbilicusq; uuluis subleuatus ne excidat, magisq; nigrescat, quam loca circūstantia, quod cum fiet, mulier ea superesse non poterit, plurimæq; diuerso tempore pereunt, pro ut & corpus, & morbus habet, tamen unum & uigesimum diem non prætereunt, quod plerumq; uenit. Si uero medicamētis, uel sua sponte purgatio prorumpat, quod fit, cum

Puerperarum purgatio.

Quid si non curentur eueniat.

fit,cum uuluæ ſanguinis copia ſubito deſcendente coactæ os demittunt, laxantur.Quæ ſi prorumpat,olida,& purulenta eſt,& quandoq; nigra.Quod ſi fiat,meliuſcule habet,& ſi curetur, conualeſcit.Præterea in uuluis ulcera gignuntur,ut pote puerperiis in illis putrefactis.Quod ſi fiat, maior cura adhibenda eſt,ne creſcāt ea ulcera,& putreſcāt.Nam periculū eſt,ne aut pereat, aut ſterileſcat.Signa hæc fiūt,ſi ulcera inſunt.Cū purgatio deſcendit,quædā ſpinæ per uuluas ire uidentur, febriſq;,ignisue, & uentrē præſertim corripit. hæcq; ſuperuenire conſueuerūt, ſi umbilici inferiora tangantur,dolet,tāquā ſi purum,& neruoſum uulnus tangeres, deinde uehementes dolores in uuluas prorumpunt,ſæpius & febris,puerperiaq; ſubmaligna, ſubtetraue,ſeu hypocacoethea purulenta,olidaq; decurrunt.Eſt uero ſæpe cum ad manum lenta febris ineſt. Hæc ſigna ſunt, ſi ulcera in uuluis ſunt, quæ magna curatione egent,tot enim fines in hoc morbo ſunt. Si uero puerperii purgatio primos tres, aut quatuor dies defluat, deinde ſubito euaneſcat, mulier hæc ſimilia, germanaue patietur,quæ prior,ſiq; morbus mutetur,eodem recidet,longior tamen & lenior,quam prior erit,quæ ſi cito curetur,ſupererit.De hoc quidē morbo ſic habet.Sin autem poſt partum mulier non purgetur,uenter tumeſcit,lien,crura,horror,rigorue,febriſq; corripit,doloreſq; in lumbos prorumpunt,eſt cum & in inteſtina,modoq; refrigeratur,modo ignis habet,modoq; lenes,lentiue pulſus,modo citātur,modo penitus remittunt.Hæc per morbi exordia patitur, ſicq; habet.Si uero tempus procedat,caua uultus rubeſcunt. Cū uero ſic habebit, leuia cibaria dato. Sin autem res poſcat,robuſtiorq; ſit, potionem quæ per inferna purget, dato,bilem,ſi bilioſa, pituitam, ſi pituitoſa ſit,deinde, uuluas odoratis ſubter fumigato, mollefacientiaq; per diem apponito.Si uero dura ſit,totum diem os ſuffito,mollientiaq; apponito,poſtea calida aqua lauato,plumbeamq; fiſtulā indito, deinde ſalis micas,chondrusue,myrrham,picem decoctam,ſuauia,leniaue miſcendo,paremq; modū cuiuſq; faciendo,lana excipito,in puſillamq; glandulam redigito, diem,noctemq; intus habeto,poſt hoc autem tres dies intermittito,per eademq; ſuffito,coccoſq; cnidios ad duas portiones decoctos, piperis granula trita,oleū Aegyptium,albū, melq; optimum miſceto,lana excipito, circumq; pinnulā uoluito, totumq; diem, & noctem intus teneto,quæ ſi tibi purgata uideatur, finito. Si uero purgatione egere uideatur, duos dies intermittito,quodq; cū cucumere fit,rurſus diē apponito,& noctem,poſtea netopon,roſaceūq; odoratiſſimum,cerui pingue liquefactum,lana exceptum,diem unum apponito, multaq; calida,quam poteſt leniter lauato,purgamentis autem,calidaq;.Cū loca circum laborantia purgata fuerint, ſtatim uuluarum os,myrrha,pingui anſerino, reſina tepida perungito,perfouetoq;,poſtridie aūt narciſſino oleo, & uino uuluas lauato.Si narciſſinum nō ſit,ſolo uino,quæ ante menſtrua uno die facito. Cum uero menſtrua uenerint, tres dies per exordia, melanthion,

Signa ulcerū in uuluis.

Curatio ulcerum locellorum non apponitur.

Cum puerperæ purgatio ſubſiſtit.

Cum poſt partū non purgatur.

Medela quæ.

Netopon, oleum eſt Aegyptium.

Narciſſinū oleū.

gitue tritum cum salis mica cyprino,lygustrinoue oleo conspergito,lana excipito,paulum in ore teneto,meracumq; uinum odoratum, magnumue ieiuna supersorbeto.Cum autem unum diem menstrua cessauerint,quod cum puleio conficitur,apponito,uinũq; addito. Quæ si concipiat,sanescet.cibariis auté in purgatione utitor,super his uero,siue ad horrores(in alio codice fuit, pros ta rigea)mercurialem , porrum,allium,brassicam, coccona decoquito, cremoremq; sorbeto. Deinceps uero & in cæteris , marinis potius obsoniis utitor,quam carnibus , dulcibus autem cibis , & oleosis abstineto.Semperq; ieiuna,quod cum tedula conficitur, potato. Si uero paulo minus quam expediat , puerperia defluant, ut pote uuluis angusto ore existentibus,& inuersis, uel pudendis præ inflãmatione admodũ clausis , mulier ea grauiter,acuteue febriet,cor dolebit,totum corpus,manuum articulos,crura,lumbos,collum, spinam,inguina,quædam corporis membra,partesue debilitabuntur. Postea lenis ignis,& horror ualde patebit, pituitosa,amara, acria uomet, de hoc sic habebit,& ueniet.Si curetur,sanescit,si minus,crebro bilem uomet,quædãq; corporis mẽbra debilitabuntur,morbus uero hic non ualde sterilis est,aphorosue.Si quidem uuluæ,metræue ulceratæ sint,puerperiaq; sicuti debuit, nõ compareant,cuncta laborabit.Si uero ulcera magna non sint,curata celeriter sanescit,quæ diligenter, citoq; sunt curanda,cum in loco tenero,sensili uentriculo sint , multaque cum eo communicent. Vertex, uregmaue , stomachus , mens frangitur, sensus augetur facile,nec male auscultat,uersatur que. Sin autem uuluæ, metræue stricto , angustoue ore sint, puerperiique purgationem non demittant,perflammantur, quæ nisi celeriter curetur,cuncta magis eam uexabunt, malus odor inde manabit , exitus tumescet . Sed si uuluæ inflammatæ non sint , malum , liuidum , olidum , atrum , frustulosum sua sponte purgamentum exit,sicq; puerperia purgantur.Quæ cum non exeunt, mortem fœminæ prænuntiant, nisi quis celeriter uenam secet , aperiatue,uel uentrem molliat,melius est subluere.Sin autem facile uomet, & in uomitum agere,quin etiam bonum est , lotium, sudoremq; prouocare.Tempus autem horum optimum est,cum res poscit,expeditue . Si uero post partũ plusquã oportet,mulier purgetur,quod fit,cum uuluæ lati oris sunt , uel cum uenarũ aliquæ,quæ sub, uel ad uuluas tendunt,ueheméti,uiolentoue pueri exitu rumpuntur,quod cum est,febris, rigorq;,horrorue pusillus, tenuisue eam habet, calorq; per totum corpus discurrit. Est cum & horror,& inedia,cibiue fastidium,seu asitia ingruat,totaq; læditur, & uexatur,& emaciatur, languida,imbecillaue,lurida, turgidaq; redditur,nihilq; sumit,si quidq; comedat,uel potet,non concoquit.Quibusdam autem uenter,uesicaq; erumpit, magisq; horrent,de hoc uero sic habet. Sin autem post partum quid pudendorum obturetur,sæpiaturue (Nam & hoc uidimus) peius habebit.Si uero partus uiolento exitu uerendorum ulceretur, os perflãmatur,& accenditur . Cum auté ualde inflãmatum

Coccon, cocconos.

Puerperæ mala purgatio quid apportet.

Locellorum ulcera.

Cum locellorum os angustum est.

Purgatio cũ non exit,perimit.

Cur magis purgent,quam expediat.

Cũ pudenda obturantur.

de inflāmatum eſt,labia inter ſeſe,ut pote ulcerata,cohærēt, purgationemq; retinent.Nam ſi purgatio deflueret,non cohæreſcerent, & ulcera ſanarentur. Cum autem ea non currit,ulcera carne aliena cohærēt.Quæ curentur,quemadmodum cætera corporis ulcera,ſanenturq; & ad cicatricem perducantur. Locus autem leuis, leuigatuſue,& concolor reddetur, ſi curatio adhibeatur. Huic autem fœminæ eadem uenient, quæ illi,quæ puerperia non purgauit, ſuperq; his pudenda dolitabit, quod deprehendat,ſi manū admoueat.Nam ea loca ſæpta,& obturata inueniet, fatebiturq;.quæ ſi curetur purgatior,& ſaneſcit, fœcundaq;, phoroſue redditur.Si uero non curetur,nec purgatio ſua ſponte prorumpat,ulcus maius efficitur, periculumq; eſt,ne in cancrum uertatur.Si uero puerperii purgatio caput,uel pectus, pulmonemue petat (nam & hoc euenit) ſtatim cum hoc fit, pereunt,ſi illic detineatur. Si uero per os, uel nares defluat, optimum eſt. Sin autem longius hic morbus producatur, hæc fœmina ea patietur,quæ de uirgine dicta ſunt, cui tunc primum menſtrua comparuerunt, perq; ſuperiora proruperunt.Mulier uero plus temporis ſupererit,quam uirgo,malaq;, pathemataue leniora, mitioraue patietur, dum pulmo puruleſcat. Sin autem puerperii purgatio per os non defluat, ſed cū in ſuperiora prorupit, illic uerſetur,& remaneat,puerperia euaneſcūt, abſconduntur ue,non rectaq; uia defluūt,tuſſis,& ſpirandi difficultas,aſthmataue corripiūt,pulmoq; ſanguinis plenus latera,ſcapulaſq; dolore ualde moleſtat.Cūq; tuſſit,ſiccū,& quādoq; ſpumoſum ſpuit, tēpore uero ꝓcedente, ſputū ſubatrū,& turbulētū ſub apparet, pectuſq; magis igneſcit,quā reliquū corpus,ut pote ſanguine calefaciēte,mulierq; ea febricitat,uēterq; remorat̃, nec comedit,uigilat,doloreq; uētris cōcutit̃,nec ſupererit,ſed uno,ac uigeſimo ad ſummū die peribit. Si uero purgatio ſuperiora petēs per os non prorūpat,nec ī pulmonē uertat̃,ſed ī uultū,ualde rubet,caput grauat̃, quod ſine labore nō mouet,oculi ualde rubēt,tenuiſq; ſanguis inde defluit,quibuſdam & naribus,quod ſi fiat,morbus producitur,maleq; in hoc morbo audiūt,cor dolitat,nauſea uexat,mēte aliud uoluit,aliud loquit̃,furenter delirat,quibuſdam uero lumina horrendū in modū uertunt̃,cunctaq; patiet̃,quæ cū purgatio pulmonē petit,dicta ſunt,niſi quod nō tuſſiet, nec eadē ſpuet,nec ſcapulas æque dolitabit, quæ ſi curet̃, cōualeſcet.ſed nō multa ſpes eſt,eā diu uicturā.Si tamē ſuperſit,non audiet,nec uidebit.ſicq; hic morbus finit.Si uero poſt partū fluor,ꝓfluuiūue,ſeu rhoos corripiat,cibariaq; in uētre remaneāt, nigrā paſſam tritā,dulciſq; granati granula cū uino nigro ꝓpinato, uel cū farina triticea caſeū caprinū tritū decoctū, bene miſtū porrigito. Si uero ſanguinē poſt partū uomat,fiſtula iecinoris ſaucia eſt,dolitāt inteſtina,cor uellicat̃.hāc multa calida lauato,quæq; calefaciētia ſuſcipiet, apponito.Lac aſininū quinq;,uel ſeptē dies potato,deinde lac nigræ uaccæ(ſi potis eſt)quadraginta dies ieiuna potato, ſeſamū uero tritū ueſperi propinato.Nam hic

Cū pudenda ulcerantur.

Cum purgatio caput petit.

Quantum hæc res afficiat uideto.

Cum purgatio faciem petit.

Profluuium poſt partum.

Quæ lac reparent.

morbus periculosus est. Quemadmodum uero lac gigneretur, in pueri generatione, & partu diximus, cæteraque similiter. Si uero lac extinguatur, marrubium, porrumue tritum cum aqua propinato, calida lauato, marrubium, porrumue, & brassicam comedito, uel cytisi folia decoquito, decoctumq; sorbeto, uel fœniculum, & radices decoquito, & ius sorbeto, uel hordeum molitum, & cribratum cum butyro decoctum, & refrigeratum porrigito, hippomarathron, agresteue fœniculum, hipposelinonq; optimum est, cytisusq; simul. Nam hæc omnia lac multum & creant, & augent, capellæq; scyricæ lac, & caseus, optimus est. quin & saluiam decoquere, & ius sorbere bonum est, succumq; baccarum, & iuniperi, & cedri cum uino potato, cæterisq; obsoniis oleum aspergito, & comedito, salsis, acribus, acidis, crudis oleribus cunctis abstineto. Nasturtium autem, cardamonue tritum cum uino potum optimum est. Lac enim purgat, calida lauato, calidum, apothermonue potato. Ligustici, uiticisue, seu hagnu, salicisue marinæ semē tritum cū uino propinato, succusq; betæ, chylosue potus lactis plurimum facit, sesamonq; ab hoc, siue per sese, hordeiq; trimestris tusi succum panno expressum melle, uel amemelidis aspersis cū uino nigro ꝓpinato. Quæ puerperii purgationē prouocent. Cum uero fœmina peperit, molestiaq; uuluæ non liberat, melius est ea dare, quibus puerperia purgentur, deinde allia assa, uel elixa cū uino, & oleo, postea polypulos, uel sepiolas assatas, quod horum uelit comedito. Castora autem, uel nardū potato, potato & rutā cū uino nigro dulci ieiuna. Sin autem uinū dulce non sit, mel cōmisceto, uel brassicam decoctā cum ruta & mercuriali comedito. Seminumq; aliquod, quod ad uuluas faciat, dato. Si uero puerperia per frustula coacta demittant, postremaq; aluus dolitet, marrubium, porrumue decoctū dato. Quæq; mitia, placidaue, & agrestia sunt, porrigito, cunctaq; mitia, & pinguia facito, tertio quoq; die, calido, & sereno cœlo lauato. Nam frigus his contrariū est, post balneum unguito. melius est, multa calida non uti. Cum uero post partū, uuluæ molestia non abit, postrema aluus, & ilia dolitant, horrorq; & rigor, & febris corripit. Quæ si hac molestia liberetur, sanescit, sed sæpius multum putrescit, tamen sexto, uel septimo, uel ulterius die liberatur. Huic ea medicamenta, quæ scribā, dato, Spiritū contineto, præ cunctis optimū esse scio, herbā artemisiam, dictamnon, florē albæ uiolæ, lasaris succum cū aqua potū, quātitate fabæ græcæ. Sin autem has uuluæ molestias non effugiat, cibis abstineto. Postea uiticis, hagnuue tenella germina trita pusillo olei asperso, & melle, cū uino lancem, cotulamue tepidum propinato, prodibunt. Si quid secūdillæ mulieri in uuluis relinquatur, quod fit, si umbilicus ui rumpatur, uel umbilisecæ, omphalotomuue imperitia. Si pueri umbilicum, antequam inuolucrum partus, secundillaue de uulua exeat, secet, quam uuluæ ad sese trahunt, retinentq; cum sit lubricū quid, & diffusum, umbilicoq; cohæreat, umbilicusq; ultimus, de uuluis exit, quod

Nasturtium lac purgat.

Quæ post partū eueniunt.

Cur secundilla remanet.

quod partum perdit,quod non faceret, ſi prior exiret. Cum uero prægnans menſtruum, uel bimeſtrem partum perdit, nec exeat,macilentaq; ſit ea fœmina,tunc eius corpus purgato, & craſſefacito.Non enim ante quam uuluæ ualidæ, & bene compactæ ſint, partus putrefactus exibit. Si mulieri ſecundilla,partusue inuolucrum, ſeu chorion intus remanſerit,uuluæ quæ lati oris ſint, minus tamen purgationis, quam tempus poſcat,defluat, uenter creſcit, dureſcit, circũfrigeſcit, grauiter, acuteue febricitat,totum corpus laborat, præſertim uentris pars,quæ ſub umbilico eſt, quoddamq; onus, grauitasue in uuluis fit,tanquamq; partus inſit, torquentur. Quæ ſi curetur, ſecundam putridam ſtatim eiicit, ſaneſcitque. Si partu uulua ulceretur, flore roſarum curato,quæq; ſtringunt,his ſubluito.Sin autem os ulceretur,& inflammetur, myrrham,thus,pilos uentris leporis tritos, pingui anſerino, uel ſuillo commiſceto, cum lanaque apponito. Si partu locelli ulcerentur, quotidie corpus lente febricitat, oculi caligant,uentrem ignis nũquam deſerit, nec ſitis. coxendices, & poſtrema aluus uehementer dolitant, uenterque cum mouetur,olida,& mala demittit,uehemenſq; ignis,& inedia,cibiue faſtidium corripit,uertex dolitat,uentriculiq; ſtomachus,anguſtumue os,cibaria,poculaq; non ſuſcipit, continetue, nec concoquit. Quæ niſi curentur, plurimæ cito pereunt. uentriculus autem cauſſa eſt. ſanbuci folia quam tenerima tritici ſitanii farina decocta, tepida ſorbeto, mulſum,uinumque aquoſum potato, pectinemq;,aqualiculumue his,quæ refrigerant,linito,cibum quam minimũ dato,uẽtrem ſiſtito,caput curato, præcordia,iliaue,& uuluarum locum linito.Cum uero poſt partum ſedes,uel quid aliud dolitat, fructum iuniperi,uel lini & urticæ ſemen tritnm potato.Si partu dolitet, terebenthinam reſinam, mel cum uino tepido ſorbeto,quod & uuluæ inflammationem ſedat.Si uuluarum locus non dolitet,amygdalas amaras, oleæ tenera folia, aneſon,eryſimon, origanon,nitrum, trita cõmiſceto,collyriaq; conficito. Si quid uuluarum inflammetur, dolitetue, folia roſæ, cinamomum, caſſiam diligenter tritam netopo ſubigito, paſtilloſq; drachmæ unius conficito. In ollamque nouam igne candentem iacito, mulieremque pannis conuolutam ſuperlocato,uuluamq; ſuffito. Nam hoc dolores ſedat. Si poſt partum uuluæ laborent, lentus ignis habet,poſtremaq; aluus intus ardet,dolet,tumeſcit.Quæ coxendices, & ilia quandoq; uexant,quæq; demittuntur, bilioſa,& non boni odoris ſunt.Quæ niſi ſtatim uenter ſiſtatur perit. Cum ergo ſic habet, uentrem refrigerato,cauetoque ne horreat,qui ſi non ſiſtatur,quod crethmo,uel farina conficitur potato,panem non ſolitum comedito,ſuccumq; uinoſi granati miſtum aqua ſorbeto, uel oui uitellum lenticulæ cremore coctum ſorbeto,uel cũ lenticulæ iure cuminũ,ſalem, oleũ, acetũ miſceto,refrigeratũq; ſorbeto,uel lenticulã aceto conditã,uinũq; nigrũ,pramniũ meracũ potato, cæteriſq; cibis, dum febris ſoluitur,abſtineto,quin & ſi uideatur,lauato.Sin

Cum partus minor non exit.

Cum ſecundilla non exiuit.

Cum poſt partũ uulua ulceratur.

Medela quæ.

Cum ſedes poſt partum dolitat.

Medela uuluæ inflammatæ.

Cum poſt partũ locelli uexant.

Medela.

autem imbecillius haberet, farinam decoctam ſorbeto, ſi uero imbecillior eſſet, in aqua gelida. cibum uero leuem, cum ignis dimiſerit, præbeto, qui non lædat. Nam hic morbus, grauis, acutusue, & lætalis eſt. Sin autem uuluæ inflammentur, uenter puerperii, lechusue repletur, turget, ſtrangulatio ilia occupat. Cum ſic habet, marinam algam, ſuper quam piſces iaciunt, conciſam, in mortario tritam, hordeaceam farinam, lini ſemen toſtum, fermenticium cinerem, oleo uino, uel aceto ſubigito, pultemque ueluti craſſam conficito, donecq; ſicuti maſſa fiat, coquito, calidiſſimoque hoc linito, & ſi uſus ſit, inſuper ſedeto. Si uero puerperia, lechoeue inflammantur, uuluæ tumeſcunt, puerperia intus remanent, clam intenduntur. Quod fit, cum frigore condenſantur. Si uero perfrigeſcant, calefacito. Si caleſcant, & frigus remiſerit, quæ inflammationi aduerſentur, apponito, lauato, ſuffito, halitumque in os, & nares agito, trahitoue, quæque ſcribam medicamenta apponito. Sin autem ſtrangulent, lentis aceto, multo origano, ſale decocto nidorem trahito, ſimilamque, farinamue cum mercuriali decoctam ſorbeto, quam primumque, ante quam doleat, medicamenta dato, quæ uuluæ dolorem ſedent, cibaria lubrica porrigito. Si uenter inflammetur, quam primum ſubluito. Si uuluæ pituita repleantur, perflantur intus, turgentue, menſtruaq; pituitoſa, & alba prodeunt. Eſt cum & ſanguis tenuis, purus, fibroſus defluat. Eſt & quibus cõmiſcetur, terque menſe comparet. Quæ præ humiditate cum uiro coire nolunt, nec appetunt, emaciantur. Cum autem poſtrema aluus, lumbi, coxendices, inguina dolitant, quodque defluit, lancinat, pungitue, locaque circumſtantia ulcerat, dicito hoc profluuium longum fore, tam & ſi non multum ſit. Dandum ergo eſt ueratrum cum lenticulæ cremore uti uomat, poſtea & in nares dato, medicamentumque, quod per inferna purget dato, cibariiſque acribus abſtineto. Si uero grauetur, & frigeat, torpeatque, lac, & uinum odoratum dato, humilemq; pinum, hypericonue ieiuna potato, ſemenque lini, ſaluiam uino odorato, & aquoſo, uuluaſque fecis cremore lauato. Quæ ſi ulceratæ ſint, duos, treſue dies intermittito, deinde ter cum cocci decocto lauato, poſtea conſtringentibus. Sin autem ulceratæ ſint, myrti, laurique decocto perluito, quodque cum argenti flore conficitur, unguento linito. Nam hic morbus difficilis, & periculoſus eſt, paucæq; euadunt. Si uuluæ acceptabula, loculamentaue, ſiue cotyledones pituita repleantur, menſtrua minuuntur. quæ ſi prægnans ſit, partum perdit, cum ualidus non ſit. Nam non roboratur, ſed defluit, quod hoc dignoſcas. Quod defluit, humidum eſt, liquidumue, muccoſum, & glutinoſum, quale de uentre defluit, deferturue, nec lancinat, pungitue. Cum in menſtruis ſanguen amplius non purgatur, duoſque, uel tres dies mucci de uuluis ueniant, horret, caleſcitque non grauiter, acuteue præterquam quod non deſerit. hanc bis, terue die ficorum cremore, quibuſq; aqua omnis purgatur lauato.

Cum uero

Cum inflammantur.
Medela.
Cum puerperia, lechoeue inflammantur.
Medela.
Qui ſtrangulatio tollatur.
Cum locelli pituita replentur.
Profluuij longi ſigna.
Veratrum qui detur.
Medela ulcerum locellorum.
Cotyledones uuluæ pituita pleni cũ ſint.
Medela.

Cum uero purgata fuerit, constringentibus deinceps utitor, molliaq́, leniaue quibus pituita purgetur, apponito, laureaq́ cōfectura uuluas suffito, decocto q́ cū aceto perluito, subterfumigatoq́. Cum autē menstrua cessauerint, aro/ maticis. postea non pasta, non lota cū uiro dormito, deinde cibaria paucula, uinūq́ pauculum sumito, frigus uitato, crura oleo linito, fasciaq́ lanea muni/ to. Sin autem morbus aqueus, hyderosue in uuluis gignatur, mēstrua minora, & mala fiunt, & ante tempus defficiunt, postrema aluus turget, māmæ mol/ lescunt, lac malum fit, prægnans esse uidetur. His notis cognosces, morbum aquosum, hyderonue esse. Nam & in ore, & in uuluis significat. Cum enim tan gitur, extenuatum, & humidum apparet, horror, rigorue, & ignis capit, quan/ toq́ plus temporis processerit, tanto magis dolor postremam aluum, lum/ bos, coxendices, ilia & inguina habet, uexatue. Hic autē morbus ex abortu, caussisque aliis fit, & cum mēstrua euanescunt, absconduntur ue. Hanc autem multa calida lauato, calefacientiaq́ apponito, si doleat. Cum uero dolor se/ datus fuerit, medicamenta, quæ per inferna purgent, dato, stercoreq́ bubulo sicco uuluas suffito, deinde eo, quod cum cantharide conficitur, duosque, uel tres dies intermittito. Si robur adsit, netopo lauato. Si uenter laxetur, febres cessent, menses rata portione decurrant, cum uiro dormito, & in appositis persistito. meridie autem crethmi corticis cremorem, uel pæoniæ baccas nigras quinque tritas, uel sambuci, actesue cum uino ieiuna potato, mercu/ rialemque quam plurimam decoctam comedito, crudaq́ allia & cocta, mol/ libusq́, lenibusue, multaq́ potione uesperi utitor, cæterisq́ obsoniis molli/ bus, lenibusue, siue tenellis, marinis potius, quam carnibus. Quæ si pariat, conualescet. Sin autem morbus aquæ subter cutem, hydropsue in uuluis gi/ gnatur, menstrua minora, peiora, plusque temporis fiunt, pectus, uenter, lum/ bi, ilia, tibiæ turgent. Cum uero plus temporis processit, si prægnans est, fœtum perdit, & eiicit, & cum eo aqua effunditur, mulierque ipsa plerūque perit. Sanguis enim corrumpitur, & aquosus fit, hyderutæue. Hæc autem lac potato, & quæ cum papauere conficiuntur, donec fœtus moueatur. quin etiam sic quoque plerumque perditur, abortiturque, sanguinemque multum, & aquam uuluæ demittunt, nihilque aliud fere patiuntur. Signo/ quoque hoc morbum subtercutaneum, hydropaue dignoscas. Nam si di/ gito uuluarum os tangas, extenuatum, humorisque plenum deprehendes. Sin autem & ipsa non per initia, sed iam bimestrem fœtum perdat, & stran/ gulet, postrema aluus supertumescit, tactuque sicuti uulnus dolet, magna/ q́ febris, grauedo, dentium concussio, dolorque uehemens pudenda, postre/ mam aluum, ilia, coxēdices, lumbos capit. Cum sic habet, calida lauato. Si do lor habet, calefacientia admoueto, quod nam potissimum admittat, tentato, medicamentum, quod per inferna purget, dato, deinde tantū temporis, quan tum satis esse uidebitur intermittito, lauato, suffitoq́, cyclaminumq́ melle

Hyderos uulua.

Medela huius qua.

Pisces potius quam carnes dat.

Hydrops uuluæ.

Medela hydro pis uuluarum.

ſubactum, cum linteo uuluarum ori admoueto, cupreſſiq; ramenta aqua madefacta ſimiliter apponito, plus minusue temporis teneto, quatenus punget, ſpicillumq; ſtagneum, digitumq; intus mittito, potioneſq; quas magis admittet, propinato. cum uiroq; dormito, prout maxime poſcet. Nã ſi concipiat, ſubpurgabitur, prioraq; ſimul difluent, ſicq; cõualeſcet. Si uero fœmina morbo ſubtercutaneo laboret, hydropeſiue, quod lien aquoſus & magnus eſt, quod hoc morbo fit. Cũ ignis fœminã habet, nec dimittit, maximeq; ſitiat, potetq;, nec uomat. Pars enim ueſicam petens, per lotiũ emittitur. Quod remanet, lien ſuſcipit, de uentriculo uellens, ad ſeſeq; trahens, cum ſit rarus, & ſpongioſus, uentriculoq; ipſi hæreat, cũq; hæc ſic habeãt, non ſudet, nec uenter demittat, lien propterea tollatur, turgetue, præſertim ſi poculũ ſit aqua. quem ſi quis tangat, lana, mollisue pluma uidetur. Eſt cum repercutiat, reſiſtatue, ſiue durus ſit. Cum autem turget, plenuſq; eſt, corpori per uenas præbet, præſertim omento, lociſq; uentriculum circũ ſtantibus, cruribuſq;. Nam corpus, corporisue pars alteri præbet. Cum autem unũ quodq; habet pluſquam tempus poſcat, & capere poſſit, hydrops inde ſemper gignitur, quod lien ſemper ad ſeſe trahere conſueuit, didicitue, cum ſuapte natura rarus ſit. Nonnullis etiam huius mali principium ſine febre fit. Cum aliquatenus uentriculus æſtuat, ut pote pituita in eum deſcendente, mulierq; illa, uirue ſiti non pareat, ueſicaq; & aluus lotium, oletumq; non demittant, uti deberent, iuſtoue modo, nec cõmode, beneue ea uictitet. Sin autem morbo aquæ ſubter cutem teneatur, hydropoeidesue ſit, menſtrua multa repẽte modo decurrunt, modo pauca, modo ſicuti carnium aqua, uti ſi quis cruenta abluiſſet, modo paulo uehementiora, nec coguntur, ſtringunturue, ſuſpiriumq;, ſpiritusue anguſtia, ſeu aſthma priuſquam menſtrua defluant, eam capit, lienq; dolitat. Sed magis, ſi quid dulce comedat, uẽter turget, cũq; plus, quam conſueuit, comedit, uenter, lumbiq; dolitant, ſæpe etiam & ignis modici temporis capit eam. Cum uero purgetur, melius, quam prius habere uidetur, poſtea uero eodem relabitur. Quæ ſi rite curetur, conualeſcet, ſi minus, profluuium ſuperapparebit, ſemperq; ueluti ſanies paulatim defluet, maioriſq; curationis egebit. Si uero profluuium non ſuperueniat, uuluæq; cum prioribus menſtrua non demittant, uenter creſcet, ponduſq; quoddam ineſſe uidebitur, tanquã ſi prægnans eſſet, partuſq; in uentre moueatur. Cum uuluæ aquæ plenæ ſint, quæ ſeſe crebro tãquam in utre mouet, & fluctuat, quã ſi quis ſubter umbilicum, iugulum, clauesue, pectuſq; tangat, dolet, uultuſq; & lumina extenuantur, papillæ extolluntur. Eſt autem quibus uenter & crura aquæ impleantur, quibuſdam uero horum alterum, & ſi quidem utraq; impleantur, nulla ſpes eſt, hanc uicturam. Sunt etiam ſi alterum horum, ſpes exiguæ, ſi curetur, ac nõ ualde conſumpta ſit, & uexata. longus autẽ hic morbus eſt. Quæ omnia potius infœcundis, quã fœcundis fiunt, fiũt & fœcũdis. Periculoſa uero ſunt ualde,

Cauſſa hydropis in fœmina.

Lienis natura.

Hydropides mulier quæ patiantur.

Signa huius mali.

ualde, quemadmodum dictum est, hæc mala, multumq; grauia,& acuta,& magna,cognituq; difficilia.Quoniam fœminæ multorum morborum participes sunt,quandoq; & ipsæ nesciunt se languere,priusquã peritæ fiant morborum, qui de menstruis proficiscuntur,senioresue fuerint.Tunc enim eas & necessitas, & tempus morborum caussas docet. Est cum & quædam, cur ægrotent, nesciant, cum iam uitia inmedicabilia præoccuparunt, priusquam medicus a languente,quo morbo laboret, doceatur. Nam dicere uerentur, & si sciant, turpeq; sibi præ imperitia, & inscitia putant esse.Simul autem & medici peccant, cum non curiose morbi causam sciscitantur, sed tanquam uirilia mala curant. multas enim uidimus his morbis perisse.Quare statim oportet, curiose, morbi caussam quærere. plurimũ si quidem differt muliebrium morborum curatio, & uirilium.Sin autem uuluæ ulceratæ sint, sanguis,& pus purgatur,mali odoris,grauisue, dolorq; grauis,acutusue lumbos, coxendices, inguina, postremamq; aluum corripit,supraq; sæpe uagatur,iliaq;,costas,scapulas,quandoq; & iugulum,clauesue petit,lancinat,pungitue, siue mordicat,caputq; uehementer dolet, languens uero desipit,deliratue.Cum tempore autem tota tumescit, debilitasq; eam capit,animi defectus, lenta, tenuisue febris, circumquaq; friget, cruraq; potissimum tumescũt. Hic autem morbus ex abortu gignitur. uel siqua cum fœtum perdidit, marcidum non eiecit,expurgataq; sit,totum corpus ignescit, profluuio etiã corripit,siq; in sese acria,biliosaq; contrahãt,quæ lancinent.Si sic habentem nanciscaris,cum dolitat,multa calida lauato, quaq; dolitat calefacientia ponito.Si supra doleat,ualidaq; sit,totam suffito,medicamẽtaq; dato,quæ per inferna purgent.Si tempus anni ferat, serum decoctum, si robusta sit,quinq; dies potato,si minus lac asininum decoctum tres,quatuorue dies.Post autem lactis potationẽ,eã aquis reficito,cibisq; accomodatis,carnibusq; ouillis,tenellis,iuuenibus,auiculisq;, siue pullastris,betaq; & cucurbita.salsis uero,acribus,marinis omnibus,carnibusq; suillis,bubulis,caprinisq; abstineto, panem comedito.Si uero linquatur animo,robustaq; non sit,circũq; frigescat,sorbeto. Quidam uero medici caput dolentibus lac propinãt,aquam animo deficientibus, contra uero faciundum censeo. Si caput dolet, mensq; mouetur, tangiturue, aqua danda est. Cum autem acria pungunt, lac lenit.Si uero tibi satis uirium habere uideatur, uuluas lauato. Primo quidẽ fecis cremore,post autem tres,aut quatuor dies brassicæ decocto,tepido lauato,deinde post tres dies cũ aqua butyro diluta. Quæ cum feceris,si uuluæ sanescant,cum aqua, in qua granati putamina decocta sint, lauato, ulcera uero flore argenti, uel galla, uel myrrha conspergito, uel thure, uel acanthi Aegyptiæ semine,fructuue,uel labruscæ flore, uel chrysocolla, uel æris squãma, uel loti ramento, uel crocum, alumen Aegyptium tostum,horũ singulorum par modus esto, simul omnia trita,cõmistaq; uino albo, dulci subigito, mellisq; ad crassitu-

Languentis et medici error.

Locellorum ulceratorum signa.

Morbi causa.

Medela.

Quæ reficiant.

Quid capitis dolorem sedet.

dinem decoquito,hocq; bis quotidie perungito, tepida deinde aqua,in qua hedera, saluiaq; decocta sit,lauato,cũq; tibi cum hæc feceris, melius habere uideatur,caprinum lac decoctum unum diem propinato,postea lac bubulũ, simili modo,quo prioribus,dato.Post autem lactis potationem,cibis quam maxime pinguefacito,curaq; uti concipiat. Nam conualescet. Plerũq; enim quæ hunc morbum euadunt, sterilescunt.Senioribus uero non fere quid horum fit. post autem hæc medicamenta, lini semen factum, cribratum,aqua decoctum,uel urticæ,uel sesanium, uel pæoniæ radicem amarã,tritam, uino nigro odorato, diluto ꝓpinato. Si uuluæ ulceratæ sint, sanguis,pus,saniesq; defluat(quod cum uuluæ putridæ sunt,euenit)postrema aluus turgescit,languens macescit,tactaq; sicuti ulcus dolet, ignisq; & grauedo eam habet, dolorq; grauis,acutusue,& uehemens in pudenda supra coxendicẽ,ilia,lumbos, & iuncturas,& coxendicem, postremum aluum prorumpit. Morbus autẽ hic partu maxime fit,si quid uellicatum intus remãsit,putrescitq;, qui & iam abortu gignitur,quin etiã sua sponte,quibus sic occurras, multa calida lauato, quaq; dolitat,calefacientia ponito,spongiamq; ex aqua calida,lauatoq;.stringentia uero acria,acerba,asperaue ne tangito, molliora uero,leniorauе miscеto,sicuti tempus tibi poscere uideatur,linique semen, fructumue & sambuci tusum,tritumue cum melle misceto,medicamentumq; conficito, hocq; utitor,calidaq; aqua lauato,spongiamq;, uel mollem lanã calida aqua tinctam apponito,pudendaq;,ac ulcera purgato, & emundato,postea spongiam, uel lanam uino meraco tinctam reponito, similiter deinde resinam,suillum pingue cõmisceto, sæpiusq; hoc die,ac nocte cum tempus tibi poscere uideatur,digito linito.Post hæc autem lini semen tostum,tritum,cribratumq; pauerisque albi similiter paratum pari modo,pusillumq; casei caprini tosti derasi,tritiq;,butyriq; paulum, & muriæ cum farina decoquito, matutinoq; tempore ieiunæ sorbendum dato,cum uino aspero,austeroue.uesperi autem crassam pultem,cyceonaue dato, poculumq; quod ea fœmella suscipiet,admittetue,propinato.dumq; sanguis multus defluet,doloresq; graues,acutiue durabunt,parumq; cessabunt,hæc facito. Cum autem ulcus minuetur, doloresq; leniores capiẽt, plusq; temporis medicamenta potato,per quæ potius inferiora, quam superiora purgentur.Tempusq; quantum tibi uidebitur opportunum, & necessarium intermittito, lenibusq; suffimentis,subterfumigato,singulisq; his si uideatur expedire,supersedeto,hæc si faciet,conualescet. Morbus autem hic lenior,lentiorue,lætalis tamen est,paucæq; eum euadũt. Si uero magnopere ulceratæ sint, sanguen, & pus expurgatur,dolorq; grauis fit,& odor, cũq; dolor capit,tãquam parturientẽ eã uexat, quæq; circa profluuium fœminis eueniunt, ea patitur. Cumq; tempus processerit,crura,pedesq; tumescunt, mediciq; hoc tãquam aquam subtercutem, hydropaue curant,cũ tale non sit.Hanc si curandã cœperis,primum calida lauato,foueto, subluito,

Conceptus liberat has.

Signa uuluæ ulceratæ.

Morbi caussa.

Medela.

Cyceon.

Cum ualde ulcerata est uulua.

ſubluito lenibus,acribus, aſperisue, ſtringentibuſque,uino & aqua decoctis, polycarpon, polycnemonq; cum melle & aqua decoquito, lanamq; in hoc tinguito, pudendaq; linito,uel reſinam,mel,ſuillum pingue, oleumue ſimul tepefacito, linitoq;,liniq; ſemen toſtum, fractumq;, & ſeſamon potato, uel cum farina butyrum, caſeum caprinum decoctum ieiuna cum uino potato. Veſpertino autem tempore mellis plurimũ aſpergito, donecq; ſanguis purgatur,doloreſq; graues,acutiue habent,durãtue,parumq; ceſſant,hoc facito. Cum uero tibi minus iuerit,doloreſq; mitiores plus temporis habuerint,medicamentum, quod per inferna purget, dato, deinde ceſſato. Hæc ſi faciet, ſaneſcet,tamen generatio non erit,non concipietue. Quæcũq; autem ulceramenta,helcomataue in locullis ex abortu, uel alia cauſſa fient, omnia totum corpus proſpiciendo curanda ſunt.quo nam curationis genere opus ſit,diſpicito. Nam ſi a toto corpore ſint, tota curanda eſt. Sin autem de ipſis uuluis hæc mala proficiſcantur, tota curanda non eſt. Quæ hoc pacto dignoſces. Nam quæ ab ipſis ulceramentis proficiſcuntur, purgationem purulentam, conſiſtentem,& tenacem præbent,quæ non inde,tenuem,& ſanioſam.Quæcũq; igitur fluenta, profluuiaue, tenuia ſunt,medicamento & ſupra, & infra curentur, ſed primo ſupra. Si uero poſt potionem fluenta minuantur,lenioraq; ſint,paululum temporis intermittito,ſimiliterq; repotionato. Poſt hanc uero potionem,quo potiſſimum exareſcat,nutricato,curatoue. Quod erit,ſi tertio,quartoue quoq; die,totam ſubterfumigaueris, protinuſq; poſt uomitionem feceris.poſt autem uomitiones,& ſuffitiones, nutricato,non lauatione,ſed exiguo cibo,potuq;,paneq;,ſine alio pulmento, obſonioue cum uino nigro meraco,nulloq; olere.Cum autem,uomitum paras, tibi opus eſt, multis oleribus, cibiſq; acribus,& multis eam implere, pulmentoq;, obſonioue, quod uoluerit,multoq; & diluto,aquoſoue uino, multaq; calida, poſt ſuffitiones lauare.Hæc quidem talium fluentorum curatio ſit. Melius tamen eſt, utraq; potione curare,uomere, ſupraq; trahere. ſicciſſimuſq; cibus ſine ullo balnei uſu melior eſt.Sic autem uuluas curare oportet, primum aqua,in qua ſambuci folia decocta ſint,ſuffumigare. Poſt autem hoc,ſmegmate limoſo, mundificamentoue cum aqua calida perluito.Si quidem putrida ſint ulcera, manantiaq; inde non boni odoris,meraciore mundificamento, ſmegmateue opus erit.Sin autem nihil tale inerit,dilutiore, aquoſioreue. Poſt autem hoc aqua,in qua myrtus,ſaluiaq; decocta ſit,perluito.Poſt hoc uino albo,aſpero, auſteroue,meraco, tepido. Cum uero iam lauationibus pungitur, tunc iam pura,& emundata ſunt ulcera. Limo igiť aquoſiore lauato,uinoq; nigro.Poſt uinum autem pingue ſuis liquefactum,& anſeris oleum, pingueue, ſiquidem adſit,ſi minus, alterius auis,ſed potiſſimum gallinaceum, ſi uero & hoc non compareat,uetuſtum ex oliuis cõmiſceto,hocq; tepido lauato,& linito.Poſt uinum autem per aliam lauationẽ,os uuluarũ perfundito, nihilq; ſi eduxerit,

Medicina poſt dolores.

Cauſſa ulcerum. cognitio.

Curatio.

Nutricatio poſt potiones.

Qui uomitio prouocetur.

Smegma

Smegma.

penicillos,motusue molliculos conficito, lenientibus tingito, & apponito, qui admoti, si intus molestarent, demito,tepidaq; aqua quali prius lauato. Si uero hac curatione hæc fluenta non abigantur, minuantur tamē,uehementerq; pungant,mordeantue,quæq; defluunt biliosa, salsaue sint. Quæ si non solum intus,sed extra ulcerent,mutanda ratio est. Tota madefacienda est,uti quæ defluunt,quam aquosissima,minimeq; mordacia sint,multis balneis calidis,pulte,mazaue, oleribus elixis,pinguibus utitor, molliculisque pisciculis, non squamosis.Cum cepis,coriandrisq; cum dulci muria, pingui modo decoctis.carnibusq; omnibus,præter bouis, & capræ cū anetho,fœniculoq; decoctis,uino dulci, rubello,diluto,plurimaq; lactis potione cū uino dulci. Cæteraq; lauato,quemadmodum prius dictum est.Hæc autem horum est in præsentia curatio.Quæcūq; uero horum puruléta, & consistentia defluunt, corpus quidem totum nihil agitato,sed eisdem,quibus prius, & similiter lauato. Scribétur uero & alia lauationum genera.Curatio ulcerū. Cerui recens pingue apponito,statimq; post sapa,defrutoue cuncta perluito,potissimūq; si ulcera insunt,cerussa cum narcissino oleo, cibis autem lenissimis, mollissimisue utitor, & non acribus. Sin autem sordida sint,& serpant,proximumq; locum uellicent,purgato, nouamq; carnem crescere facito, ad cicatricemq; perducito.Nam facile demittuntur,& ad ulcera tetra,malaue,siue cacœthea deducuntur. quare sæpe lauato. Si uero fœmina magnum ulcus, uulnusue propter abortum,uel acria apposita cócipiat,uuluasq; ulceretur,qualia multa semper fœminæ,& agendo,& medicando suscitant,partusq; perdatur,nec ea purgetur, sed eius uuluæ magnopere perflammentur, claudantur,purgationes non demittant, nisi primum sanguinem,qui cū partu exiliuit,& inest. Hæc autem si statim curet̄,sanescet.sed sterilis remanebit.Si uero sua sponte ei puerperia prorumpant,ulceraq; sanentur,sic etiam erit,aphorosue.Sin autem ei purgatio quidem prodeat,ulcera uero non sanentur,curenturue,periculum est, ne putredo intus gignatur. Si uero consumptæ, maleue habenti purgatio prodeat, peribit.Siq; partu locelli ualde ulcerentur,fœtu naturaliter non exeunte, & existente, patietur eadem,quæ ea,quæ ex abortu locellos ulceratos habet,mutationesq; easdem,finesq; hic morbus habebit.Sin autem ex abortu,partuue locelli ulcerentur, puerperiaq; omnia defluant, & adsint, minus laborabit, nisi magna sint ulcera.quæ curata statim cōualescit.medelam uero si uuluæ ulceratæ sint, statim adhibeto. Nam quæ in loco tenero sunt,statim augentur,& putrescunt, quæ curato sicuti, quæ in reliquo molli corpore sunt,ne inflammentur,purgato, repleto, & ad cicatricē perducito, aquamq; potato,uinū nullo modo,cibaria pauca,non multa porrigito.quæcūq; cum abortu fecit,non abigit,ab eoue liberatur,uel quod partus magnus est,& omnia eius membra, uel quod parua transuersa,& robusta non sunt,per hæc succurrito. Si naturaliter prodeant medicamētum aliquod eorum,quæ scribam,

Medela. *Cibus.* *Qui ulcera curentur.* *Cacoethea* *Locellorum* *Cum locelli partu, uel abortu ulcerantur.* *Curatio.* *Quæ abortum non abigunt.*

scribam, dato, quam plurima calida prius lauato. Si naturaliter stet, ne dissolute prodeat, curato, sternutamentum admoueto, nares, & os præhendito, premitoque, sternutamentum uti quam maxime operetur, mulieremque supinam in lectulum reclinatam altum, robustumque & a capite altiorem, sub alas uitta, uel lato, & molli loro religatam cruribus reductis leniter concutito, ne distentio neruorum, spasmosue corripiat, tūcque maxime concutito, cum parturiet. quæ si quidem liberetur, partumue abigat, statim cessato. Si minus, rursus cōcutito, per lectulumque agitato. Hæc quidē facito. Si recte, & naturaliter prodeant, liberenturue, cerotoque liquido, unguentoue inferna perungito. Nam hoc in omnibus uuluæ affectibus, passionibusue peroptimum est, maluæque & fœni græci aqua perluere, uel potius triticeæ ptisanæ cremore, pudendaque & sedem usque ad inguina insidendo foueto, tuncque maxime cum partus dolores uexabunt, nihilque aliud cogitato, quam uti uuluarum os lenibus placide aperias, partusque umbilicum trahito. Quæcūque uero partuum genera conuoluta in uuluæ os prorumpent, siue uiua, uel mortua sint, retrudito, & in caput uertito, uti naturaliter prodeant, quod cum facies, eam in lectulum a pedibus altiorem mollem, & præsertim sub lumbos, coxendicesue reclinato, sub caput nihil esto, quæ placide peragito. Cum autem partū uti naturaliter prodeat, statueris, quidquid sub eius lumbos, coxēdicesue, lectulique pedes subdideris, subtrahito, caputque eius molli puluillo suffulcito. Hæcque hoc pacto curato. Quicūque uiui partus manum, uel crus, uel utrumque emittūt, hos cum primum exitum innuunt, indicātue, modo prius dicto retrudito, & in caput uertito, ac in rectam uiam agito, dirigitoue. Quique conuoluti in ilia, uel coxendices prorumpent, eos dirigito, uertitoque, prægnātemque calida, donec respiret, foueto. Qui uero mortui crus, manumue emiserint, melius est (si fieri possit) retrudere, & in caput uertere. Si minus quod tumeat, scalpro, gladioloue secato, confringitoque, ne totum pressorio rumpas, caueto. Paulatimque uolsella, extractorioue officula educito, secundum iugulum, clauemue demittendo, sicuti habet, extrahito, non multum simul, sed paulatim expediendo, rursusque cogendo. Cum hæc eduxeris, humeros, utrasque manus de suis articulis recisas placide, si exeant, educito. Si minus, totum pectus, ad iugulares usque uenas, scindito. ne uentrem seces, caueto, nam uentriculus cum intestinis, & oleto exiliret. Si quid enim horū excidat, maius negotiū facessit. Latera uero, siue costas, & scapulas confringito, paulatimque educito. Nam reliqua post hæc facile prodeunt, nisi uēter eius iam tumeat. Quod si fiat, melius est, fœtus uentrem leniter forare. Nam flatus tātum, tumorue de uentriculo exibit, leniusque & facilius sic exibit. Si uero manus, uel crus mortui fœtus prodeat, si quidem poteris, retrudito, riteque fœtum uertito, quod optimum erit. Sin autem non possis, quicquid eminet, quam altissime possis, abscindito, placide reliquum tractando, retrudito, fœtumque in caput uertito. Quem cum uertes, secabisque

Ptisana triticea.

Cum partus non rite prodeunt, quid agendum.

Cū partus uiuus manum uel crus emittit, et cum mortuus, quid agas.

tibi ungues resecato, scalprumq; gladiolumue, quo secabis, retortum potius, quã rectum habeto, caputq; huius, cuspidemue, indice digito tegito, cauteq; & timide tractando præmittito, prætentatoq;. neu uuluam tangas caueto. *Mola quid sit, uideto.* Molæ uero concœptus hæc caussa est. Cum plurima menstrua insunt, paucu lum semen, morbosumq; corripiunt, concœptusq; uerus non fit, uenter tamẽ sicuti prægnantis completur, nihil in utero mouetur, nec lac in mãmis gigni tur. papillæ tamen turgescunt, quod duos, ac sæpius tres annos durat. Quod si una caro fiat, ea fœmina peribit, nec superesse poterit. Si uero plures car/ nes, carnisue frustula pudendis prorumpant, sanguisue multus, & carnosus, modiceq; defluat, seruabitur. si minus, profluuio eo correpta peribit. Malum quidem tale est, quod plenitate, & quod in uentre nihil mouetur, constat, & *Partus quotus in utero moueatur.* discernitur. Mas enim trimestri, fœmella uero quadrimestri mouetur. Cum ergo tantum temporis processerit, nihilq; mouebitur, hoc profecto erit. Ma *Curatio molæ.* gnum præterea signum & hoc est, quod lac in mammis non gignitur. Hanc uero medica nulla potione curato. Sed hoc modo reuiuiscere facito. Primo totum corpus fumentato, fouetoq;, deinde per sedem lauato, multus uti san/ guis prorũpat. Quod consistit, compactumue est. Quod esse partus uidetur, hac re fœmina calefacta fortasse commouebis, uuluas etiam uti sanguinem educas, lauato. Si minus, uehementissimis appositis, quæ cum bupreste confi ciuntur, utitor, dictamnũq; creticum tritum cum uino propinato. Si minus, castoris testem. Post cucurbitulam ad ilia admoueto, sanguinisq; plurimum, quam maxime consyderatis uiribus auferto. Hactenus de morbis, qui puerpe riis gignuntur, dictum sit, non parua pericula in quibus sunt. Nam grauia, acutaue sunt, celeriterq; cõmutantur. Primiparæq; his magis uexantur, quam *Puerperiæ purgationis mensura, et color.* partus peritæ. Puerperia uero sane mulieri ad summum attici acceptabuli & semis mensura, uel paulo plus, primo defluunt, postea rata portione minus, sensim decrescendo. Si quidem sana ea fœmina est, uel futura est, tanquam *Quota puerperij purgatio.* sanguis sacrarum uictimarum iugulatarum defluit, quemadmodum diximus, celeriterq; coit, & purgatur. quod post partũ sanæ fœminæ plerũq; euenit. Puellæ quidem puerperio duorum & quadraginta dierum cum longissima est, purgatio fit, hinc periculo etiam est, si quinq; & uiginti purgetur. Pueri uero triginta dierum, cum longissima purgatio est, sine periculo etiam est uiginti dierum. Quæ uero partus perdiderunt, rata horum dierum portione purgantur. Quæ iuniores partum perdiderunt, minus purgantur. Quæ senio/ *Magis lædit abortus, quam partus.* res, plus. Hæc præterea mala, pathemataue circa puerperia fiunt. Quæ partũ perdidit magis laborat, quam quæ peperit. Nam cum partus perditur, sine uiolenti aliqua re non fit, uel medicamento, uel cibo, uel potu, uel appositis, *Lactis procreatio.* uel alia re. Nam uis est quid malum. periculũ enim in hoc est, ne uuluæ ulce/ rentur, inflammẽturue, quod periculosum est. Lac uero quemadmodum, gi/ gneretur, in pueri natura, & in partu iam diximus. Cum autem fœmina con/

cœpit,

cœpit,menſtrua non defluunt, tamen nonnullis pauca. Nam quod cibi,potuſq; humoris dulciſſimum eſt, in mammas uertitur, & trahitur. Corpuſq; reliquum neceſſario magis euacuatur,minuſq; ſãguinis habet. Quod autẽ quædam ſuapte natura parum lactis habent, lacq; eas ante tempus deſerit,propterea fit,quod hæ ſuaptæ natura denſæ,ſolidæue, & duræ,ſolidaq; carne,& dẽſa compactæ ſunt, propterea de uentriculo in mammas humoris ſatis non diuertitur,denſa cum ſit,& anguſta uia. Menſtrua uero ſic euocato,duas elaterii potiones ſumito,pingueq; ouis ex renibus, quantum eſt elaterium, commiſceto,duoq; appoſita conficito,uel melãthion,gitue triticeum,tritũ aqua coquito,duoq; appoſita parato, quæ alterne,priuſquã dies menſium ueniãt, apponito. Nam cũ non defluunt, horrores,rigores,febreſq; creant. Mollefacientia,lenientiaue,quæ aquam,harenulasue purgãt, menſes ciunt,niſi multi temporis ſint,uuluarũq; os molliunt,narciſſum, myrtum,myrrham,cuminũ, thus,abſinthion, cyperon,par cuiuſq; ſumito, narciſſi ſolius quatuor portiones,quæ trita cõmiſceto & cũ origano aqua coquito,lini crudi linteum, epiſtenionue mittito, balanon,glandulãue conficito,& apponito, uel cyclaminon tali quantitate,florem æris,fabæ quantitate,hyoſcyamon tritũ miſceto, melle ſubigito,balanon,glandulãue conficito & apponito, uel puleium,myrrham,thus,bouis,& ſuis fel melle ſubigito,glandulã conformato. Si uero mẽſtrua non fiant,pingue anſeris,netopon, reſinam cõmiſceto,lanaq; excipito, & apponito,uel ſiccas ficos decoctas tritas roſaceo aſpergito,lana ſuſcipito, & apponito,uel braſſicã agreſtẽ, & rutam ad tertias decoctã,tritam medullam anſeris,uel bouis,uel cerui roſaceum, lac fœminæ aſpergito,glandulam conficito,& apponito, uel os uuluæ perungito, uel medullam anſeris nucis magnitudine. Ceram,fabæq; quantitate lentiſcinam reſinam,uel terebenthinam fabæ magnitudine cum roſaceo,leni igni liquefacito,ſicuti cceratũ,cerotenue,ſiue unguentũ conficito. quo tepido uuluæ os linito,pectinẽ perfundito. Purgamentũ appoſiticiũ. Setaniam farinã, triticiue trimeſtris, myrrhæ tres obolos,croci totidem,caſtorii obolon ſimul coquito,terito,roſaceũ,uel irinũ aſpergito,& apponito, uel ſemen urticæ,maluæ ſuccũ, pingue anſeris cõmiſceto,& apponito,uel ſtyracem, origanon tritum commiſceto,pingue anſeris aſpergito,& apponito,uel abſinthii radicem diligenter tritã cũ melle & oleo miſtam apponito,uel bupreſtin ſine capite,alis,& pedibus tritam cũ duplo fici ſiccæ parte interiore commiſtam apponito. Quod uuluas perflat, & deſperatis optime ſubuenit,uel mercurialis folia trita,uel artemiſiã cõmiſceto. Quod & biliofam purgationẽ educet,ſed melius purgat ueratrũ nigrũ diligenter tritum cum aqua, ſi ea uuluæ os abluatur. Nam aquam ſicuti carne abluta educit. Quod & alumen, & reſina facit, uel cuperus, abſinthium, ariſtolochia, cuminum, ſal, mel ſimul trita, & appoſita, ueratrumq; cum lolii farina, & tritici uino dulci, uel melle ſubigito, & cum lana apponito.

Cur quædam lac non habeant, aut ab eo deſeratur.

Menſium preuocatio.

Diuerſa de hac re medicamenta.

Cerote.

Setania farina hoc eſt Trimeſtris tritici.

Semen urticæ.

Sturax uel ſtyrax.

Bupreſtis.

Veratrũ nigrũ.

Catapotia. Cum catapotia, & pillulæ non purgant, hoc apponito, mercurialem, myrrham, uiolam albam, cepam acerrimam, melanthion, gitue, mentam. Si sanguinem non subter ferat, hæc commisceto, & apponito, sanguen educentia acria apposita. *Cantharides.* Cantharidas quinque sine capite, & pedibus tritas, myrrham, thus, mel commisceto rosaceum, uel oleum Aegyptium aspergito, diem apponito, cum punget amoueto, & in lac fœminæ, & oleum Aegyptium tingito, hocque noctem apponito, deinde aqua odorata perluito, postea pingue apponito, conueniat autem & *Buprestis.* buprestis una sine capite, alis, & pedibus si parua sit, si magna, dimidium, misceto, & apponito, quæque de cantharide conficiuntur, similiter. Si uero molliora, lenioraue res posceret, *Cuminũ Aethiopicum.* cum buprefte uinum, cuminum Aethiopicum, passam, seselis pollinem, & anesi decoquito, quo uino diffuso hæc terito, pastillosque drachmæ unius cōficito, singulosque horum myrrha, & thure cōmisto admoueto, modoque eodē, *Melāthion, gitue triticeum.* quo in cantharidibus facito, uel melanthion, gitue triticeum diligenter tritum melle subactum apponito, uel hoc ipsum melanthion sic compositum pinnæ circūducito, & tanquam glandulam, balanonue conficito, & iniicito. *Mandragora.* Vehemens, & efficax appositum. mandragoræ succum, & cucurbitæ agrestis lacte foemineo subigito, & apponito, uel uini albi uetusti fecem combustā, & uino restinctam succo cucurbitæ agrestis subigito, & apponito, uel mercurialem, erysimon, nitrum cōmisceto, & apponito, quod statim euellit, uel *Mandragoræ radix.* mādragoræ radicem, cantharidem, serpyllum, lauri baccas, tithymalli succū *Tithymalus.* terito, laurino, & irino oleo subigito, spumam sumito, & herui magnitudine cum aqua dato, sed melius est ex hoc appositum fecisse. Si uero plusquam uelis, defluat, uino tepido abluito, uel combustum æs uino albo subigito, tepidumque cum lana apponito. *Concœptoria.* Medicamentum quod concœptum parat. Cedriæ acceptabulum, & bubuli pinguis liquefacti drachmas quatuor commisceto, glandulasque conficito pessusue, maneque & uesperi ieiunæ apponito, totum diem iacens quiescito, & ieiunato. post uero menstrua, & cœnam lauato, cum uiro dormito, uel melanthion tritum cum anseris pingui misceto, cum linteolo apponito. Hoc etiam concœptum parat. Sic fœminam, uti concipiat, curato. Congium lotii uetusti in peluim mittito, subterque sedentem fœminam capite, & corpore pannis conuolutam ponito, lapidesque ferri recrementi, scoriæue candentes iacito, tritiesque sic foueto. Postea uero quam plurima aqua, in qua polion, & uiticem, hagnonue plurimum decoxeris, caput perluito, quod septem dies facito. Postquam uero lauerit, laurino oleo ungito, deinde cœnato, & super cœnam cepam cum melle comedito, mulsique tepidi quatuor heminas superpotato. Postea cum paulum sese continuerit, uomito, supina iaceto, rutam naribus, auribusque habeto, deinde, paulopost panem fermentatum in iure gallinaceo, in quo apium coxerit, dato, quod etiam post cœnam facito, diesque septem, postea autem uentrem

septé dies

ſeptem dies lauato. Quæ lauatio hæc eſto, quatuor drachmæ reſinæ, mellis acceptabulum, oxybaphonue, platearũ oleum par, ſetanii tritici ſuccus, cremorue, ſiue chylos, nitri ſpuma quam tenuis. Quæ omnia ſimul octo cotulæ ſint, tres ptiſanæ ſucci, cremorisue. Hanc autem obliquam, plagianue ſublui to, modicaq; lauato. Septem die glandulas, ſeu balanus apponito, dumq; liqueſcant, contineto, quæ thure, nitro, chalbane, melle decocto conficiantur. Cibo autem, paneue, ſeu ſito eodem utitor, deinde pannis optime cõmunitã lupi oleto, piliſq; aſini albi ſuper prunam iactatis, diligenter ſubter fumigato, ne ue peruras, caueto. Si uero mulier prius fœcunda, non concipiat, nitrũ, myrrham, reſinam, cuminum Aethiopicum terito, & oleo ſubigito, & apponito, uel ſiccum puleium tritum cum linteolo, uel puleium tritum dormitura cum aqua potato. Concœptorium, cyterionue. Si qua mulier concipere cupit, ſic ueſtitato. Quæ uelit comedito, potatoq;, uirq; huius cætera omnia comedito præter allium, cepam, fabam freſam, leguminaue cuncta, laſſar, cunctaq; inflantia. Cõcœptorium, cyeterionue, quod infunditur, cum fœmina non concipit, ſuccum granati recentis, pudenda teſtudinis marinæ combuſta, peritonæonue cum lacte fœminæ puerum lactantis per pudenda infundito, uel lac, reſinam, ſuccum granati dulcis cum melle infundito, uel bulbi albi ſemen, floremue tritum melle ſubactum cum lana tres dies apponito. Quarto autem maluæ agreſtis, lati folii ſuccum cum lacte mulie bri miſceto, & cum lana apponito. Poſtea cum uiro dormito, ſed farinam cum puleio decoctam ſorbeto, prius & cum uino leni, tenuiue puleium tritum potato. Si uero non auſcultet, ſuccum conyzæ odoratæ ieiunæ propinato cum uino, uel ſemen aſparagi tritum ſimiliter propinato, uel ſecundam, chorionue mulieris, uermiumque euleorum capita trita, alumen Aegyptium pingui anſeris ſubigito, cum lana admoueto, uel uiolas, æris æruginem, floremque dimidium obolum utriuſque, thuris maſculi, ſciſſi aluminis, uitis floris, gallæ, myrrhæ, granati putaminis, polii, reſinæ, cuiuſque horum obolum terito, melle ſubigito, tres dies ter die apponito. Si uero caſu acrius eſſet, pingue anſeris, & nitrum combuſtum commiſceto, uinumque non magni roboris propinato, uel uermen, nomine eulen, qui caudam habeat. tres, quatuorue portiones ex eo capito, diligenterque tritum origanum roſaceo ſubigito, & apponito, uel portulacam tritam, marrubii, porriue ſemina, myrram, bouis fel pingui anſeris ſubigito, cum lana apponito. Si menſtrua multa defluant, concœptumq; impediant, remedium hoc eſt. Duos æris floris obolos, ſciſſi aluminis tantundem tenuiter trita, melle ſubacta, lana excepta, linteo inuoluta, lino, quod extra pendeat, colligato, multumq; intro dato, cum probe purgauerit, demito, uinoq; odorato, quo myrti folia cocta ſint, ſubluito, uirumque adito, uel tamaricis, muricesue ſemina trita, myrrham, mel, reſinam

Lauatio qualis, et quota.

Balanos.

Suffimentum.

Qui concœptus paretur.

Pudẽda marinæ teſtudinis.

Bulbus albus, malua agreſtis.

Conyza.

Chorion mulieris.

Euleus uermis.

Concœptus reparatio.

Terra sigillaria, schidiasue. liquidam, anseris pingue cõmisceto, cum lana sicuti prius indito, uel cretam sigillariam, siue schediada sumito, lentiscum, cuminum, cuperum, cucurbitam agrestem, nitrum rubrum, salem Aegyptium, magnam sigillariam, schediadaue tenuiter trita linteo cribrata, melle subacta, deinde cum leni igne bullient, ceram, & resinam immittito, commisceto, oleo asperso ab igne auferto. Lanam succidam tepido madefacito, & apponito, dum purgetur. Cum fœmina, quam concipere uelis, medicamentis, purgamentisq; his usa fuerit, uirum adito, uel decem lauri baccas nigras, thuris quantum tribus digitis capitur, cumini pusillum, trita, melle subacta, lana succida suscepta semel die, & apponito, & demito quatuor dies, totidemq; ieiunato. *Quæ partum uetent.* Partus impedimentum, atocionue. Si quam concipere nõ deceat, concœperit, huic hoc porrigito, misyos triti fabæ quãtitate aqua diluti, & per annũ ferme non concipiet. *Quæ partũ accelerant.* Quæ partum accelerent, ocytociaue. Lauri radicem, uel baccas aqua coquito, dimidium acceptabulum tepidum propinato, uel dictamni duos obolos triti cum aqua tepida potato, uel drachmam abrotoni, uel cedri baccas, cedridasue, uel anesum tritum cum uini dulcis, uel tusti, tepidi cyatho. Quod optime ante dolores datur. uel dictamni obolum, myrrhæ obolum, nitri obolum, anesi duos terito, uini dulcis duos cyathos, & aquæ unum tepidum propinato, deinde calida lauato, uel terebinthinam resinam, mel, duplum olei, uinum odoratum suauissimum, commista, tepida crebro propinato (Nam uuluas, & inflammatas recreat, sistitue) uel cucumeris agrestis albi semen tritum cera subactum, lana rufa susceptum lumbis affigito. Si uero prægnans parere non possit, doloribusque plurimum uexetur, si ualida, iuuenis, & multi sanguinis sit, sanguinem, uires respectando, de talis mittito. *Sanguinis de talis missio.* de hinc calida, qua lauri corticem coxeris, lauato, uel uiticis, hagniue semen tritum, & dictamni cretici parem modum cum uino albo tepido, uel aqua propinato. uel hoc apponito, chalbanen, lauri baccas tritas oleo rosaceo subigito, cũ lana apponito, uel quernæ filicis radicem tritam, & adianton cum uino meraco propinato, uel oleo subigito, & perungito. *Quæ puerperia purgent.* Puerperii purgatio, testudinis marinæ uiuenti detractum iecur tritum lacte fœmineo, uino, irino oleo subactum apponito, uel mercurialem tritam cum lana apponito, uel artemisiam similiter, uel mercurialis, & cucumeris simul triti paulum melle, & uino subactum apponito, uel tritici trimestris farinæ sextarium quatuor aquæ cotulis coquito, & cum bis, terue feruerit, sorbeto, uel aquam, in qua sambuci folia cocta sint, potato. Hæc autem comedito, brassicam, marrubium, fœniculum, anethum, polypos, cancellos decoctos, uel syriaci rhou, sumaciiue folia, erysimonque decocta, uel decoctam farinam uino aspersam delinito, uel mysios triti duos obolos uino subigito, apponito. *Erysimon.* Purgamentum menstruorum, & puerperiorum, quod aquam maxime cit, educitue.

Herbæ

herbæ lanariæ, ſtruthiiue radix, digitorum trium longa, tenuiter trita, melle ſubacta, lana ſuccida ſuſcepta detur intro, quæ potiſſimum in Andri littoribus naſcitur. Cuiuſque puerperii purgatio. Cum aqua eryſimon coquito, oleum ſuper aſpergito, refrigerato, & ſuffito, optimum eſt & ſuccum, mollibus, lenibusue cibis utitor. Puerperia hoc etiam purgat. Si eryſimon leuiter tundas, acus, & purgamenta flatu eiicias, deinde tenuiter teras, aquaq; cum farina, ſimilaue coquas, ſalem, oleumq; aſpergas, & ſorbendum des. Puerperii purgatio ſi non deſcendat, cucurbitæ interiora trioboli quantitate, herbam artemiſiam, thuris obolum terito, melle ſubigito, lana ſuſcipito. dies, & noctes quinq; continuos ad uuluæ os apponito, uel pampinos uirides tritos, melle ſubactos, lana ſuſceptos ſimiliter admoueto, uel cupreſſi ſemen tritum, thus melle, & roſaceo ſubactum, lana ſuſceptum apponito, uel elaterii obolum, myrrhæq; melle ſubactũ lana ſuſceptum apponito, uel drachmã abrotoni, cucurbitæ partis interioris obolũ, tritũ melle ſubactum, lana ſuſceptum admoueto, uel cupreſſi fructum, cucurbitæ partem interiorem, thus tritum, melle ſubactũ, lana ſuſceptũ apponito. Si puerpera poſt partũ non purgetur, trifolium tritũ cum uino albo potato, quod & menſes cit, & partum, ſi apponatur, excutit. Purgamẽtum uuluarum cum mortuo partu ſanguis intus remanet. Cucurbitam agreſtem tritam, melle ſubactam delingito, uel apponito. Puerperii omnis purgatio ſi non bene defluat. eryſimon cum farina coquito, deinde oleum aſpergito, & ſorbeto, cibis lenibus utitor, uel ſcamoniam tritam lacte fœmineo ſubactam, lana ſuſceptam apponito, uel dulcem radicem tritam melle ſubactã, oleo roſaceo, uel Aegyptio aſperſam, lana ſuſceptam admoueto, uel ſimilam, farinamue lotam, decoctamue ſimiliter apponito. Crethmi uero, ſeſeliſq; ſemen tritum cũ aqua, uel uino potato, uel ſemen rutæ tritum, uel ſuccum, duos obolos cum uino meraco, ſi ſine febre ſit, potato. Secundillam, chorionue hoc appoſitum educit. Sanbuci, actesue foliorum decocto prius ſuffito, deinde quod cum cantharide conficitur, apponito. Hoc & quæcunq; tenella ſunt, uel marcida curat. Si uero mordeat, ſtatim auferto, uelluſq; roſaceo tinctum apponito. Medicamentum appoſiticium, quod ſecundas, menſtrua, partum enectum educit. cantharidas quinq; ſine capite, pinnulis, & pedibus ſumito, triboliq; ſecundum mare nati radicis quatuor drachmas cũ foliis tundito, & euanthemon, & ſeminis apii parem modum, ſepiæ quinq; & decem oua ſimul trita uino dulci diluto ſubacta apponito. cũq; dolor inuaſerit, in aqua calida conſedito, mulſumque dilutum, uel uinum dulce potato, uel tetrimeni, tripoliiue ſtateris Aeginenſis, dimidiæue unciæ quantitate, pondoue triti cum uino dulci potato. Cum uero dolor habebit, paſſæ, ciceris albi decoctum potato. Cum autẽ lotii difficultas, ſtranguriaue habeat, in aqua calida conſidito. Secundarum eductio. Cucumeris agreſtis tantũ ſucci ſumito, quantũ

Struthion.

Puerperæ purgatio diuerſa.

Scamonia.

Chorion quæ educant.

Euanthemon.

Doloris et ſtranguriæ remediũ.

Mazion. hordeacea farina iniecta, placentulam, mazionue conficias, & apponas, prius duos dies ieiunato. Hoc melius non inuenies, uel caput allii decoctum tritũ apponito, uel netopi pusillum lana susceptũ apponito, & num ne odor eius in os penetret, obseruato, uel scorpii marini fel in umbra desiccatũ cũ lana admoueto, uel siccum Puleium tritum melle subactum uellere susceptũ apponito, uel æris florem melle subactum linteo susceptum apponito, uel cucumeris semen tritum uino subactum leporinis pilis, & lana susceptum apponito, uel tegulam, ostraconue uino perluito, similiterq; apponito, uel alumen Aegyptium lana susceptum apponito, uel cantharidas tritas uino subactas admoueto, uel artemisiam herbam tritam, uino subactam apponito, uel melanthion, gitue tritum uino subactum, lana susceptum admoueto, uel bulbulum triticeum, tritum, uino subactum, uellere succido susceptum apponito, uel fecem uini albi, uetusti combustam uino albo extinctam, tritam linteo susceptã admoueto, uel chalbanen, netopon, misi tritum rosaceo subactum, linteo susceptum indito, uel duas elaterii potiones cera, & uino subactas, linteo susceptas apponito, uel butyrum, alumen melle subactum apponito, uel scamoniæ succum, pingue suillum cum pulte, mazaue commistum, uino subactum, linteo susceptum apponito, uel cucurbitæ syluaticæ, quod intus est, tritum, lacte fœmineo subactum, linteo susceptum apponito, uel lassaris fabæ quantitatem, uino dilutam propinato, quod & secundam, chorionue extrahit. Si partum excutere uis, sub alas fœminam prehendito, uehementerq; concutito, potumq; uiticis, hagniue trita germina cum uino dato, uel dictamni cretici tritum obolum cũ aqua, uel conyzæ fœtidæ quantum manu capitur, similiter potato, uel marrubii succum, uel netopi plenum acceptabulum tritum uino dilutum propinato, uel tedam pinguissimam in uino dulci coquito, deinde tres cyathos colato, singulisq; diebus cyathum propinato, uel chalbanes tres obolos, myrrhamq; cum uino coquito, crassefactamq; tepidam propinato, uel marrubii succum, & mirrham uino dulci coctam similiter porrigito, uel portulacæ semen tritum, uel populi creticæ nouem baccas tritas cum uino albo uetusto potato, uel rhanunculi herbæ folia cum floribus, drachmæ æginensis quãtitate trita cũ uino dulci potato. Cum autem secunda, chorionue non exeat, leberidis obolum tritum cũ uino propinato, uel apii radicem cum myrti baccis coquito, quatuorq; dies propinato, uel cuminum Aethiopicum, castoriiq; obolum, cantharidisq; parum tritum cum uino potato, uel fœniculi radicem cum uino coctam, melle & oleo asperso porrigito. Si uero secunda, chorionue non decurrat, conyzam tritam lana susceptam apponito, sed potare melius est, uel conyzæ quantum manus capit, marrubii succi pondo drachmas quatuor, netopi parum commisceto, & cum uino potato. Hoc secundam educit, menses cit, partum non perfectũ eiicit. Cantharidas quinq; sine capite, halis, pedibusq; tribulũ marinum

Marginal notes: *Testa, ostraconue.* — *Bulbus triticeus.* — *Scamoniæ succus.* — *Maza.* — *Partus qui eiiciatur.* — *Quæ secundillas educant.*

timum cum foliis,& radice concisum, & tritum pondo drachmas quatuor, euanthemi uiridis, & seminis apii tantūdem, quinqꝫ & decem oua sepiæ, Hæc omnia trita cum uino dulci coquito,deinde sicuti supra parata propinato,cūqꝫ dolor habeat,in calida aqua considito, mulsum dilutum,dulceue uinum potato. Hoc secundas eiicit, & uuluas corrigit. Homoconitidos dulcis radicem, quæ sicuti bulbus est, parua uero uti oliua, tritam cum uino propinato. Si parua sit,duas,si magna, unam. Poteris etiam hæc semina commiscere cuminum Aethiopicum, seseli,masaleoticum, folium libycum siccum,semimodiolum,hemichœniconue,heminisqꝫ uini, cotulisue tribus,donec dimidium remaneat,ferueto,propinatoqꝫ,uel semen uiticis, hagniue,seselis parem modum,myrrhæ pusillum conterito, cum aquaqꝫ potato. Partus ciectoria,ecboliaue,uiticem album,uiridem,tenuiter tritum cum uino odorato propinato, uel castorii,sagapeniue obolum,bituminis, asphaltue drachmam,nitri duas trita cum dimidio olei acceptabulo, hemicotylioue tepe facito, deindeduos obolos ieiunæ cum uino dulci propinato. Calida postea lauato, uel marinos echinos tres,totos tenuiter tritos cum uino odorato propinato,uel mentæ pusillum manipulum, rutæ, coriandri, cedri, cupressiue semen cum uino odorato potato,& si illud echinorum habeat,plurimū sorbeto,postea calida lauato,uel anesum,cedri baccas, cedridasue, semen apii, cuminum Aethiopicum,seseli horꝫ cuiusqꝫ dimidium acceptabulū,trita propinato,uel dictamni fasciculum, dauci seminis drachmas duas melanthion, gitue pari modo,tenuiter trita cum uino albo potato,morbi uim respectando. Deinde multa,& calida lauato,uel calbanem oliuæ quantitate tritam,cedrino oleo subactam,uellere susceptam apponito, quod torporem, partum enectum excutit. Si hoc uuluæ perfundantur,secundas, partum immortuum educit. Cum frigore mortuus inest partus,uel præ uento gelido quid putrefactum inest, crocum drachmæ pondo tritum,pingui anserino subactum inicito, diutiusqꝫ sinito. Potio ad hoc plurimum faciens conyzam odoratam tritam melle,& resina subactam cum uino odorato,uel sapa propinato,deinde calida lauato. Poculum partus,& malorum, quæ intus sunt.uirus æris, ionue chalcu melle,sapaqꝫ subactum porrigito. Hoc apponito,scobem,ramentaue aeris tenuiter trita,melle subacta,tenui linteo suscepta apponito ad os uuluarum. Si partus immortuus sit, hoc si admoueatur, extrahit, testam nouam, ostraconue neon contusum,pingui anseris subactum,uellere susceptum apponito,uel nitrum combustum,resina subactum,glandulam,balanonue factum, pingui gallinaceo tinctum indito,uel charien herbæ cognomine radicé,si ad umbilicum ponatur,non diu,uel cucurbitam agrestem,soricūqꝫ stercus tenuiter tritum melle subactum apponito. Hoc super ligato. Pingue gallinaceū, resinam commistam,lana succida susceptam super umbilicum,uentremqꝫ ligato. Hoc indito hederæ albæ fructum tritum, cedri ramenta melle subacta,

Homoconitis.

Sesellis masaleoticus.

Folium libyc.

Partus abigētia.

Melanthion.

Quæ partum immortuū educant.

Ostracon neon.

Charien herba.

Balania.

glandulas,balaniaue confectas in uuluas dato,uel testudinis marinæ cerebrũ, crocum,salem Aegyptium tritum, commistum melle, balania, glandulasue conficito,& intro mittito.Suffimentum eiecticium, quod & sanguen uentris educit.Super sellam pertusam uestimentis conuolutam fœminam locato,& subter batillum pruna accensa ponito,sambuci,salicisue folia super prunam iactato,& uti fumum uulua suscipiat,curato.Hoc infunditur,cum mulier abortum fecerit,partusq; non exiuerit,siue putruit,tumuitue,siue quid aliud patiatur,marrubii,& apii succum per linteũ missum,rosacei acceptabulo,& pinguis anserini quarta parte,& resinæ tribus obolis subactum, & oleo liquefactum,tepidum in eius a pedibus altius statutæ uuluam mittito, plurimumq; temporis iacens contineto.Postea quatuor dies sedeto, & putridus,partus exibit.Si minus,salem Aegyptium,cucurbitam agrestem, uiridem tritam melle commisceto , comeditoq;,quod cum comederit, hac & illac agitato.Partus eiectorium appositiciũ,ecbolionue prostheton. Sales ægyptios,myochoda, cucurbitam agrestem tritam,resinæ drachmam melle semicocto quarta parte,his maiore subigito,glandulas conficito cum tempus uideatur,indito. Potio eiectoria. Nam partum affectum,bletonue eiicit,perdicium , helxinenue tritam cum uino propinato.Poculum eiectorium,quod partum liuidum, pelidionue eiicit, tritas ectonu radices,quantum tribus digitis capitur, myrrhæ fabæ quantitate adiecta cum uino potato. Partus appositicium eiectorium, coriandrum cum radice tritum,netopo subactum,lana succida susceptũ apponito.Postea deambulato.Mortuum intus partum hoc infusiciũ eiicit.Crocum tritum anserino pingui subactum per colum missum in uuluas fundito, diutiusq; sinito. Partum,qui nõ mouetur,hoc perdit,& eiicit.Scissi aluminis drachmam, myrrhæ tantundem, ueratri nigri tres obolos tenuiter triti uino nigro subigito,deinde glandulas conficito,& indito,donecq; paulatim dissoluatur,teneto.Lauationes purgatiuæ uuluarum.Si partu, uel inflammatione ulcerentur, caprificus hibernas,olynthusue chimerinus aqua coquito, deinde per colum mittito.Postea oleum aspergito,tribusq; lancibus, cotulisue ad summum lauato.Nã omnes lauationes maioris mensuræ esse non debent. uel putamina granati,thuris polinem aqua decoquito,deinde colato, hocq; lauato,uel combustam uini fecem aqua diluito,hacq; lauato,uel granati putamina,myrti baccas,iuncum odoratum,lenticulas uino coquito, & hoc lauato,uel butyrum, resinã, thurẽ melle subigito,uinum supermittito, & hoc tepido lauato , uel sambuci fructum,apium tritũ,anesum,thurẽ,myrrham aqua decoquito,uinum odoratissimum aquæ mensura super spargito,linteo colato,tepido lauato,uel brasiccam,mercurialem, lini semen recens aqua decoquito,colato,tepida lauato,uel myrti foliorum acceptabulum,anesi,myrrhæ parũ terito,resina,oleo Aegyptio melle subigito,uini albi,odoratissimi duas lances,cotulasue superiacito,colato,tepido lauato,uel lauri fructũ,& puleiũ aqua

Partus immortui eductio.

Partus immortui eiectio.

Cum partus non mouetur.

Olynthos.

Lauationes diuersæ.

aqua decoquito, rosaceum superspargito, tepido lauato, uel pingue anseris cum resina misceto, uinum superspargito, tepido lauato, uel cedrinum oleũ, butyrum melle modico subigito, uinum superiacito, tepido lauato, uel mel, butyrum, iuncum, & calamum odoratum, marinam algam uino coquito, colato, tepido lauato, uel semen apii, seselis, anexum, melanthion, myrrham uino coquito, colato, tepido lauato, uel cedrum uino coctum colato, tepido lauato, uel hedera aqua decocta lauato, uel duas potiones elaterii aqua decoquito, lancibus, cotulisue duabus lauato, uel cucumeris partem interiorē digiti quãtitate lancibus, cotulisue duabus aquæ coquito, tepida lauato, melle, & oleo modico adiecto, uel tapsiæ radicis tritæ duas portiões aqua diluito, melle, & oleo modico addito, duabus lancibus, cotulisue tepide lauato, uel duas potiones ueratri nigri uino dulci, & aqua diluito, & lauato, uel cnidias baccas sexaginta tritas aqua dilutas, melle, & oleo superspars o lauato. Lauatio ualida, si ulcera pura sint. caprifici fructus hybernos, olynthusue chimerinus totũ diē aqua madefacito, tritos, oleũ supspargito, & lauato, uel granati putamina, loti segmēta uino nigro coquito, & lauato. Cũ uero pura nõ erũt, & deserent, combustam uini fecem aqua, & uino perfundito, & lauato, uel granati putamina, rhoum coriariũ, sumaciumue, siue cotinum, myrti folia, & rubi uino nigro coquito, & lauato. Hoc uetusta ulcera sanat, cremore brasicæ decoctæ lauato, uel mercurialis similiter, potes & nitri rubri pusillũ admiscere, myrrhæ acceptabulum, thus, seseli, anesum, semē apii, netopon, resinã, mel, pingue anseris, acetum album, oleum Aegyptium album. Hæc omnia simul trita uino albo diluito, & tepido lauato, uel cremore mercurialis colato, uel myrrhæ, thuris, netopi parem cuiusq; modum uino albo diluito, & tepido lauato, uel saluiam, cuperum, hypericum aqua coquito, & lauato, uel sambuci fructum, lauriq; pari modo uino coquito, & lauato, uel pulei, aqua lauato, uel pingue anseris, cedrinum oleum parum, mel, resinam simul liquefacito, & tepida lauato, uel florem argenti, mel, ceram liquefactam, cuperum, iuncum & calamum odoratum, rosaceum, irim, algam, bryonue uino decoquito, & lauato, uel semen, fructumue apii, anesum, seseli, melanthion, myrrham uino coquito, & lauato, uel cedrum creticam uino, uel aqua decoquito, & perluito, uel hederam creticam aqua decoquito, & lauato. Hæc si plagã, trosinue habeat, facito. Myrrha aqua diluta lauato, uel duas potiones elaterii aqua perfundito, & lauato, uel cucurbitæ syluaticæ, agrestisue uino, uel lactis quatuor heminis, cotulisue percoquito, colato, & perfundito, uel cucumeris partem interiorē, palmi quãtitate, quatuor aquæ heminis, cotulisue decoquito, mel, & oleum superspargito, & perluito, operatorue, uel thapsiæ, ferulæue syluestris radicis duas portiones, quantitate, uino dulci dilutas, aquæ duabus lancibus, cotulisue tepefacito, & lauato, uel duas potiones ueratri uino dilutas, duabus heminis lauato, uel thlaspis acceptabulum tritum melle subactum

Cedrinum oleũ. Calamus odoratus. Thapsia. Olynthus. Quæ ulcera purgent. Cedrus et hedera cretica. Thapsia. Thlaspe.

duabus aquæ heminis tepefactum perluito, uel cucumeris palmum, cneoronque potionis quantitate, heminis aquæ quinq; decoquito, mel, & oleum admisceto, & lauato, uel cnidias baccas circiter sexaginta aqua feruefacito, mel, & oleum aspergito, & lauato. Si post partum profluuium capiat, passam nigram potato, uel granati dulcis succum, uel hœdi coagulum cum uino nigro, uel triticeam farinam cum caseo caprino decoquito, & sorbeto, sed triticum antequam molatur, paulum torreatur. Si post partum, sanguiné uomat huius iecinoris fistula læsa est. Quare lac asininum ieiuna potato, postea bubulum quadraginta dies (si facile possit) sesamumq; tritum, donec bene habeat. Si post partum sedem doleat, fructum iuniperi, lini radices coquito, & quatuor dies potato, uel semé lactucæ tritum cum anseris pingui comedito. Si uero post partum uuluæ inflammentur, solani, strychnuue succum in pudenda fundito, uel betæ, uel spinæ albæ, rhamnuue. Si post partum de crure adeo claudicet, uti stare non possit, semen hyoscyami quantum tribus digitis capitur, tritum cum uino nigro tres dies potato. Si uero quæ potet, mente uacillaret, deficeretue, lactis asinini calix haustus dissoluit, discutitue, postea, medicinam, qua pituita purgetur, dato, sandaracha deinde, ceroto leporinis pilis tres dies subter fumigato. Si post partum uuluæ inflammentur, solani succum, uel apii, uel spinæ albæ, uel betæ, uel cucurbitæ in pudenda fundito, uel sambuci medium, tenerrimum diu coctum iniicito, uel tritum absinthium aqua subactum lana susceptũ admoueto. Si uero propterea horreret, amoueto, uel folia umbilici ueneris, cotuledonisue, marrubiumq; cũ tritici farina decoquito, oleum aspergito, & dato. Hæc de uulua bilem trahunt, purgantq;. cucumeris partem interiorem, tritam, melle subactam, glãdulam conficito, & iniicito. Præterea medicamentum, quod & supra, & infra purget, dato, multaq; calida lauato, sed anesum, uel melanthion, gitue, uel cucurbitæ syluaticæ partem interiorem tritam diligenter melle subactam, lana susceptã apponito, uel elaterii quatuor potiones, anseris pingui, uel caprino subigito, & melle, quamq; longissimam glandulam, balanonue conficito, & indito, uel nitrum, cuminum, allium, ficũ tenuiter trita, melle subacta apponito, deinde calida lauato, & post balneum calidum potato, uel thlaspin, cardamonue agreste tenuiter tritum, melle subactum, uellere susceptum apponito, uel pingue fici siccæ abrasum, duas elaterii potiones, nitri quantum est elaterium, melle subactum, lana susceptũ apponito, uel statariæ, peucidaniue tres cyathos propinato, uel aneson, & melanthion uino dilutum dato, uel quatuor elaterii potiones pingui ouillo subigito, & admoueto. Quo remoto placide, leniterue stringenti, & odorata aqua perluito, uel tres elaterii potiones ouillo seuo commistas circa pinnulam in glandulæ formam dato, & indito. Qua remota multa aqua perluito, uel thlaspis potionem cum melle dato. Lauatio si biliosa sit, duas elaterii potiones aqua diluito, deinde narcissinum oleum

Cnidiæ baccæ, coccine. *Sanguinis uomitus caussa.* *Sesamum.* *Solanum.* *Sandaracha.* *Cõtra uuluæ inflammationem.* *Diuersæ medelæ.* *Thlaspis.* *Lauationes uariæ.*

oleũ ſuperſpargito,& tepide perluito,uel cucurbitas agreſtes duas lactis aſinini quatuor lancibus,cotulisue decoquito, quarum una per colum miſſa,& oleo narciſſino conſperſa lauato.Lauatio bilioſa, & pituitoſa.Cucumeris interiora palmi quantitate quatuor lancibus , cotulisue aquæ ad potum aptæ decoquito,melle, & anethino oleo addito lauato, uel cneſtron ſimiliter paratum.Pituitam, bilemq; hoc purgat. Cnidias baccas ſexaginta circiter aqua feruefacito,melq;,anethinum oleũ addito,ac lauato. Purgatiuæ lauationes. caprifici fructus hyberni, chimeriniue olynthi , combuſti , aqua perfuſi,qua percolata , oleoq; aſperſo lauato , deinde granati putaminibus,galla,loti ramentis,uino nigro decoctis lauato,uel combuſta uini fece,aqua perfuſa lauato,poſtea uino odorato,quo myrti folia,rhoum coriarium,cotinũue,ſiue ſumacium decoqueris,lauato,uel folia lentiſci,hypericum,ſaluiã uino nigro, odorato decoquito, lauatoq;,uel braſſicæ aqua,qua mercurialis decocta ſit, nitri puſillum aſperſum ſit,lauato,uel potionis elaterii,quãtitate unius,aqua dilutæ,narciſſino, uel anethino oleo aſperſo tepide lauato. Si uero bilioſa ſit, cucurbitas agreſtes duas quatuor lactis aſinini heminis,cotulisue decoquito,colato,narciſſinum,anethinumue oleum aſpergito,& lauato,uel cucumeris interiora palmi quantitate,quatuor aquæ potabilis heminis coquito,melq;,& oleum anethinum aſpergito.Hæc lauatio pituitoſæ,& bilioſæ confert. Pituitam hæc cit. Coccum,& mandragoræ poma cum aqua terito, plurima enim hinc purgatio fit,uel caput alii,nitrũ,ſiccæ fici pingue,quod intus eſt, par,tenuiter terito,glãdulamq; conficito,& indito, uel cumini folia cũ uino trita,lana admoueto,uel terræ albæ potionis unius quantitatẽ, uel tritã radicẽ albam cũ melle feruefacito, glandulamq; conficito,& indito, uel ſuccum laſſaris, oponue ſilphiu cum ficis ſiccis mollefacito, glandulamq; conficito. ſemenque cucumeris terere , ſimiliterq; conficere optimum eſt,uel tauri fel, nitrum ruffum,netopon , cyclaminon , horum gallæ quantitatem,cyclamini uero maiorem portionem melle miſceto,glandulam conficito.quæ curatur, indito,uel cyclamini caput purgato,terito,aqua ſubigito,linamento ſuſcipito,& apponito,uel myrrhã, ſalem,cuminũ , tauri fel cum melle ſimiliter,uel medorum oculorum medicamentum , quod piper uocatur, tria granula rotunda cortice dempto , trita uino uetuſto,& melle ſubacta,glandulam circa gallinæ pinnulam conficito,ſicq; indito,uel tithymalli ſuccũ,oponue melle ſubactum , uel ſcyllæ radicem ſex digitos longam,duos exacuito,lana conuoluito,& indito,uel ſcyllam ipſam ſine radice tritam, melle ſubactã,lana ſuſceptam apponito.Lauatio pituitoſæ. Veratri duas potiones uini dulcis heminis duabus diluito,lauatoq; uinum admiſcẽdo. Si purgationis egeat,uel marrubium,ſambuci fructum,aneſum,thus,myrrham terito , & uino decoquito, lauatoq;,uel braſſicam , mercurialemq; decoquito , hacq; aqua perluito , uel cneſtri potionem unam melle ſubactam indito . Sed prius menſtrua bilioſa,

Pituitoſa et bilioſa lauatio.

Olynthus.

Rhous.

Narciſſinum.

Anethinũ oleũ.

Mandragora.

Nitrum ruffum.

Fel Tauri.

Piper.

Scylla.

Veratrum.

Cneſtron.

Menſium cognitio. pituitoſaue ne ſint, conſyderato, quod ex uaſe cum harena in quod menſtrua deciderint, ſole deſiccato cognoſces. Nam ſi bilioſa ſit, uiridis erit, ſi pituitoſa, mucoſa. Si ergo pituitoſa ſit, cneſtri potionem unam mulſi hemina, cotulaue ſubactam lauato. Lenis purgatio, quæ aquã, pituitam, ſaniem ſubcruẽtam, menſtruaq́ʒ, niſi longi temporis ſint, educit, uuluarumq́ʒ os mollefacit. *Narciſſinum.* narciſſinum oleum, cuminum, quod editur, myrrham, thus, abſinthium, cuperum, roſaceum, cæterorum uero parem modum, narciſſini autem portiunculas quatuor, linamentum lini crudi tenue, epictenionue conciſum in hæc *Epictenion.* cõtrita mittito, circũq́ʒ pinnulam glandulam appingito, lineumq́ʒ pannum tenuem circum ligato, oleoq́ʒ albo Aegyptio tingito, & indito, totumq́ʒ diẽ *Purgamentum ad multa.* ſinito, quod cum amoueris, aqua odorata perluito. Purgamentum, quod pelliculas, pituitam, muccum, ſubcruentam ſaniem cit, myrrham, ſalem, cuminum, tauri fel, hæc omnia cõmiſta melle ſubacta linteo ſuſcepta apponito, totumq́ʒ diem ſinito, quo amoto, aqua odorata perluito, uel ſalem, cuminũ, tauri fel melle ſubactum apponito, deinde eo amoto aqua odorata lauato, *Silphion.* uel laſſar, ſilphionue cum fico ſicca miſtum apponito, deinde oleo roſaceo *Nitrum rubrum.* perungito, uel coccos ſine cortice, potionis unius quãtitate tritos melle ſubactos, in glandulam redactos apponito, uel allium, nitrum ruffum, ficum ſingulorum parem modum melle ſubactum admoueto. Quo amoto cerui pin*Piper. Elaterium.* gue uino liquefactum apponito, uel piperis quinq́ʒ baccas, tritas cum elaterii puſillo, lacte fœmineo ſubigito, lana ſuſcipito, roſaceo tingito, & admoue*Diuerſi balani.* to. Quo amoto, ſicuti prius facito, uel fici pars pinguiſſima, cum elaterii una potione, nitri rubri, melliſq́ʒ par modus ſimiliter fiat, uel tauri fel, nitrum rubrum, netopon, cyclaminum pari menſura glandulam, ſicuti ſupra conficito, uel tauri fel cum Aegyptio oleo miſtum apponito. Quo amoto, roſaceo li*Cucumis lõgior, cucurbitaue.* nito, uel cucumeris longi partem interiorem ſine ſeminibus tritam lacte fœminæ puerum lactantis, myrrha pura, mellis puſillo miſtam, oleo Aegyptio ſubactam apponito, uel cucumeris partem interiorem ſine ſeminibus ſiccã, tuſam, tritamue, melle ſubigito, feruefacitoq́ʒ, & oblongam glandulam conficito, oleoq́ʒ albo linito, & indito, uel cucurbitã agreſtem ſimiliter conficito, *Dermaton purgatio.* uel potiones elaterii tres, tritas pingui ſubactas, & in glandulam redactas indito. Purgatio, quæ aquã, pelliculas, membranulasue, ſiue dermata, muccumq́ʒ ciet. Coccos tres cortice nudatos, qui potionem quantitate faciant, tritos melle ſubigito, & uti priora indito, poſtea roſaceo linito. Quæcũq́ʒ uero glandulæ induntur, ſuccida lana conuoluito, deinde tenui linteo circũdato, poſtea in oleum Aegyptium mittito, ac indito. Sic enim pelliculas cõmotas, & *Purgationes diuerſæ.* aquam maxime cient. Purgamenta appoſiticia, quæ magis, quam priora pelliculas, aquam, muccos, cruenta cient. Piperis quatuor baccas maiores, uel minores, ſi opus ſit, terito, potionẽq́ʒ elaterii cõmiſceto, lac fœminæ, melliſq́ʒ puſillum aſpergito, lana molli, pura ſuſcipito, circum pinnulã uoluito, linteo tenui

tenui tegito,oleo albo Aegyptio tingito,& indito,totumq; diem teneto, cũ amouebitur,cerui pingui linito, uel mercurialẽ tritam & myrrhã apponito. Purgamentũ appositicium,quod secundas, & menses, & partum euellit per/cussum,apoplectionue. cantharidas quinq; sine capite,alis,& pedibus,tribu/lum maritimum cum radice,& foliis uiridibus conterito,seminis apii paulũ tritum addito,sepiæ quinq; & decem oua uino dulci diluto subigito,deinde semunciã,stateraue Aeginensem cum uino dulci propinato, postea mulsum dilutum,uel dulce uinum potato, & in aqua calida considito. Si uero dolor ingruit,tepidam aquam,in qua cicer albũ,& uua passa nigra decocta sit,pro/pinato.Si uero lotii difficultas,stillicidiumue,siue stranguria habeat, in aqua calida sedeto,uinum dulce potato,purgamenta appositicia, si quæ potãtur, non purgant,mercurialem tritã,myrrha cõmistam apponito.Nam hoc mor bum omnem discutit, os aperit. Hoc autem fœcunditatem parat. myrrhæ paulum,saluiam,anesum conterito,& utitor.Si uero locellorum os,metresue recte non habeat,stetue, siccum bubulum oletum suffito, uel modiolos qua/tuor bubuli oleti sicci cribrati,lances,cotulasue decẽ acris aceti, lotii bubuli tantundem,marinæ muriæ uiginti superfundito, hocq; leniter,& diu subter/fumigato,postea cum lauerit, lenticulæ cremorem cum melle, & aceto po/tato,deinde uomito.Postea farinam decoctam sorbeto, uinumq; uetustum, odoratum,subdiuatum superpotato,cibum alium eo die ne gustato,secundo autem die coccum deuorandum dato,tertio uero die,quod lotium ciat,cya/thum aquæ subdiuatæ,in qua cicer album, & uua passa nigra decocta sit,po/tato,deinde appositis utitor. Purgamẽtum mensium.Bubulum oletum cum ramentis cupressi in uas mittito,& aceto subigito, sub soleq; siccato, in hoc suffimenta,thymiamataue iacito,& suffito,uel si menses non defluant,spinæ albæ folia trita aqua decocta, qua per colum missa perfundito. Purgatiua unctio, quæ & uuluas purgat,marrubii, cardamomiq; semen tritum, lacte,& uino tepefacito,& postremam aluum linito.Mollefacientia,quæ aquã,muc/cos,pelliculas,puerperiaq; ciunt, nec ulcerant,myrrhæ quam optimæ pusil/lum,salis micam simili modo,picemq; mitefactam aridam,tenuiter friatam, myrrhæ autem dimidium esto ad salis, & picis quantitatem melle subigito, duasque oblongas glandulas conficito, linteoq; tegito, quarum alteram die, nocte alteram donec liquescat,cõtineto,deinde aqua odorata perluito.Pur/gamentum non fœcundæ. Si non fœcundam cures, quæ paulo ante dixera/mus, facito, cum bubulum oletum, lotiumque aceto miscuimus. Sin au/tem uelis fœminam quam primum concipere, primo ipsam, uuluasque purgato, deinde similam, farinamue decoctam ieiunæ porrigito, mera/cumque uinum superpotato, postea nitrum rubrum, cuminum tritum melle, & resina subigito, cum linteo apponito, deinde cum aqua pro/fluet, nigras glandulas, pessusue indito, quæ uuluarum os molliant,postea

Cantharides.

Cum quæ potantur, non purgãt, uideto quid agas.

Lotium hoc cit.

Thymiama.

Purgatiua unctio.

Lenientia.

Duæ glandulæ. balaniue.

Curatio non fœcundæ.

Nitrum rubrum.

Cũ locelli nimis patent. uirum adito. Si uero locellorum os pateat, lac, oponue fici aqua dilutũ apponito, dum claudatur, deinde ſtatim aqua perluito, uel oletũ accipitris, hyeracosue tritum, uino dulci ſubactũ apponito, deinde cum uiro dormito. *Cum menſes ceſſant.* Cum uero menſes ceſſant, ſyluestris anſeris, chenalopecosue oletũ tritum roſaceo ſubigito, & pudenda linito, deinde cũ uiro dormito. *Lauatio ulcerũ.* Lauatio ad locellorũ ulcera, ſi aſpera, uel inflãmata ſint, pingue anſeris, & reſinam aqua tepefacito, & perluito, uel mel, butyrum aqua tepefactum infundito, uel uitis albæ, echetroſiosue deraſæ paruulum acceptabulũ, myrrham, mel uino nigro odorato tepefacito, & perluito. Si uero ſumma labia purgatione ulcerentur, puſtulenturue, coccum, crocumue, aneſum, cinerem, *Spodos.* ſpodonue cypriam, trita butyro, & anſeris pingui ſubigito, quo carnis bubulæ fruſtulum oblongum linito, & indito. Si ulcera gignantur intus, & lancinent, mordeantue, carnem bouis pingui litam indito, deinde ſi ſordida ſint, perluito, & fici radice ſuffito, poſtea uino nigro, dulci perfundito. *Pudendorum ulcera.* Sin autem in pudendis ulcera gignantur, pingui bouis ſuperungito, deinde myrrham, myrtum uino tepefacito, & perluito, uel oleæ, rubi, granati folia uino pramnio tepefacito, & ſimiliter perluito, uel perſeæ arboris folia tenuiter trita cum melle pudendis admoueto, uel anethi, & apii ſemen tritum roſaceo ſubactum linito. Si pudenda puſtulentur, intertrigenturue, ſeu aphthiſi, carnem bouis duorum palmorum longitudine, craſſitudine uero membri uirilis roſaceo litam indito die, nocte tollito, poſtridie reponito, deinde uinum dulce melle commiſto, ſuperpotato. *Stranguria.* Lauatio ſi uuluæ ulcerentur, ſiq; lotii difficultas, ſtranguriaue ſupercapiat, marrubium, ſambuci fructum, ſeſeli, aneſum, thus, myrrham tenuiter trita, uinumq; cõmiſceto, tepefacito, & leniter lauato, uel mel, butyrum, oleum, medullam, ceram commiſceto, & utitor. *Medela omnium quæ in pudendis naſcuntur.* Quæcunq; in pudendis naſcuntur, hæc ſanant, folia oleæ, rubi, hederæ, granati dulcis tenuiter trita, uino uetuſto ſubacta, lana ſuſcepta, nocte pudendis admoueto, & linito. Cum uero dies uenerit, uino, quo myrti baccæ coctæ ſint, lauato, uel pingue anſeris, reſinam uino tepefacito, & lauato, uel butyrum, cedrinum oleum, mel modicum commiſceto, & linito, uel florem argenti uino ſubactum infundito, uel butyrum cum melle, uel cedrinum oleum cum melle commiſceto, & linito, uel uitem albam, echetroſinue, myrrham, mel uino diluito, poſtridie uero uino nigro, tepido lauato, uel lentiſci folia aqua coquito, & lauato. *Cedrinum oleũ.* *Echetroſis.* Si locellorum os, metreonue ulceretur, butyrum, thus, myrrham, reſinam, cerui medullam aqua tepefacta infundito, uel lentis cremore lauato. Cum de locellis aqua deffluet, ulceraq; intus erunt, quæ lancinent, pingue anſeris, & ouum cõmiſceto, linitoq;, uel ſuis, uel ouis pingue uino cum aquæ pari menſura tepefacito, & diluito. *Manna.* Quæ impudendis inſunt ulcera, hoc lauato, mannam, thuriſue polliné, rubũ, pini corticem aqua decoquito, & lauato. *Partus immortui extractio.* Si partus immortuus ſit, chalbanes oleæ quantitatem linteolo conuoluto, cedrino oleo tingito, & indito, uel calamum

uel calamum odoratum,& cucumeris interiora conterito, pinguiq; anserino suscipito, & super umbilicum, pectinemq; ligato, paulumq; ex hoc uellere suscipito,& ad uuluæ os admoueto,quod sensim extrahet,uel cedri ramenta, rubici trita aqua feruefacta subdiuata mane data dolores exigit, pellitue, uel lassaris drachmam,marrubii succi acceptabulum, & cedrinū oleum admisceto,dimidiumq; parui cyathi propinato, uel tauri fellis obolū, dimidiumue tritum cum uino porrigito, uel pingui conuolutū cū ouo deuorato,uel cancros fluuiatiles quinq;,lapathi,rumicisue,& rutæ radicem conterito,cineréq; de foculo,furnoue cribratum cum mulso subigito, & subdiuato,terq; ieiunæ propinato,uel cucumeris interiora tenuiter trita cedrina pice subigito,uellere suscipito,linoq; pariter pinnulæ alligato,duriorq; pīnulæ pars extra uellus paulū emineat.Cū uero sanguis apparebit, amoueto,uel nigri ueratri uirgulam sex digitorum quantitate capito,lana circūducito, summū nudum relinquito,quantūq; poteris,indito. Cum uero summū eius uirgulæ sanguine inficietur,demito,uel nigrū ueratrū,cātharidas, conyzam tritas aqua subactas in mollem glandulam, balanonue sex digitorū longitudine redactas desiccato, siccam,duramue lana circūducito,summūq; eius cedria linito, & indito. Cū uero sanguis apparuerit,admoueto. Si partus immortuus, uel sideratus,apoplectosue sit, herbā rhanunculū, elaterii pusillum aceto meraco subigito,& propinato, uel scapus, caulisue tenellus brasiccæ summa parte netopo litus indatur. Notha, nec Hippocratis, sed adulterina sunt hæc paucula,quæ sequunt̃ usq; ad secundi de fœminarū morbis principiū. Verum ut inuenera/mus,reposita sunt.Tussis infantuli sic tollitur,thapsiā cū farina decoctā deuorandam dato, uel cum ouo assato sesamum album, salem,mel mistum delingito. Ventrem pueruli sic moueto, succidam, illotamue lanam,melle tinctam superponito. Si uero maiusculus sit, ceparum exteriora contrita superponito. Si lac non sit, setaniam farinam aqua decoctam melle, & olei pusillo asperso sorbeto. Spiritus angustiam, asthmaue infantulorum abigit, thus tritum cum uino dulci potum. Purgamentum, sic glandulas, balanidasue conficito, mellis lancem, cotulamue, siue heminam,anesi acceptabulum, bituminis drachmas duas, fel bouis, myrrhæ drachmas tres, elaterii potionem aheno decoquito, & anseris pingue misceto, cum uteris pingui anseris glandulas linito, molli ouilla lana conuolutas.Poteris & lentiscinum oleum, & cinabrin his admiscere.Hoc uomitum tollit,succus ocimi cū uino albo potus, uel sesania farina aqua decocta, uel dulcis, ærisue granati succus cum melle. Constringens, stipticumue medicamentum sic conficitur, ueratrum nigrum, sandaracha, squamā æris, parem cuiusque modum separatim terito, deinde calcis pusillum commisceto, cedrinoq; oleo subigito. Medicamentum exurens. Purum æris florem comburito, donec rufescat, deinde tenuiter terito, hocque utitor. Medicamentum nigrum,

Cancri fluuiatiles.

Notha.

Tussis pueri qui discutiatur.

Vēter moueatur.

Sitania, Setaniaue Farina. Balanis.

Vomitionis remedium.

Diuersa medicamenta.

Tres medicaminis ſpecies ex una re.
Podagræ, et anginæ.
Medela.
Combuſta hoc leuat.
Cinis aureus.
Spodos.
Succus anemones.
Spodos.
Medicamentum oculorum.

ſquamam,& florem æris ſeparatim tenuiter conterito, duaſq́ʒ,tres ue ſpecies hinc conficito, ſi uehementius uelis, tres æris partes cum una ſquamæ miſceto, ſi ſecundam, quartam, ſi tertiam, quintam. medicamentum hoc ad omnia quadrat,& conuenit. Medicamentum ad anginam, marini roris flores, uitis agreſtis, abſinthium, elaterii puſillum melle ſubigito, fauceſque linito, podagricos etiam dolores,& articulorum abſceſſus per tres dies abluito, cũ autem ablueris, nitrum rubrum, crudum, tritum, melle ſubactum ſuperlinito, uel hoc tritum, & alumen in olla contecta melle & aqua ſuperiectis, diem & noctem ferueto, poſtea paſſam tenuiter tritam ſupermittito,& optime miſceto,& linito. peruſta, aflataue igne, combuſtaue hoc linito, porculacæ, lactucæque rubræ ſuccum cum pingui ſuillo decoquito,& utitor. Nam dolorem omnem diſcutit. Medicamẽtum oculorum, tenuiter & diligenter æris ærugi nem terito, capræ ſiccum fel uino albo ſubigito, ſiccato, deinde triato,& per calamum inſpirato. Nam omnia, quæ in oculis ſunt, extenuat, & tollit, uel miſy præparatum in mortario terito, cinereum aureum lotum commiſceto, ſint autem tria dimidia, ad unum dimidium, quod in maſſam redactum comburito,& ne defluat, caueto. nam calefactum liqueſcit. Cum autem optime combuſtum fuerit, rubeſcet, quo friato, utitor, quemadmodum & priore uſus es, uel ceruſſa cum miſy combuſto, quemadmodum cũ cinere aureo fit, miſceturue miſy, uel hoc, quod uehementius eſt. Cinis cyprius, lotus, ceruſſa, miſy combuſtũ. Sint autem duæ cineris partes, una ceruſſæ, una miſyos, ſuccus autem anemones foliorum expreſſus in hæc mittatur, & ſub ſole in æris rubri uaſe contecto, nequid incidat, ponito. Cum uero craſſum ſatis factum fuerit, paſtillos cõficito, quos deſiccatos, quam maxime poteris, comburito, deinde terito,& netopo,& melle ſubigito, uaſeq́ʒ aheneo deſiccatũ conſeruato,& cũ opus fuerit utitor. Molle, leneue deſiccans. Cinis cyprius, ſpodoſue, chalcitis non lota diligẽter trita, floſq́ʒ æris pariter miſta terito, uel cinis cyprius,& aureus, chalcitiſq́ʒ trita, cõmiſtaq́ʒ ſimul urantur, uel cinis lotus,& aureus, ſpuma æris pariter trita, uel ſuccum uuæ non maturæ per linteum miſſum, uaſe rubri æris cinere cyprio commiſtum, tertiaq́ʒ portione ad ſuccum aceti acerrimi ſupermiſſa ſub ſole decoquito, quinquies die uerſando. Cum uero hic ſuccus craſſeſcet, cinerem, chalcitinq́ʒ diligenter tritam ſupermittito,& remiſceto. cum autem hic ſuccus ſex, uel ſeptem dies ſub ſole ſteterit, drachmas octo cineris in atticam lancem, cotulamue ſucci mittito. Quod ſi uehementius uelis, minus cineris commiſceto, ſi lenius, plus. deinde quam maxime ſiccifacito, paſtilloſq́ʒ conficito, poſtea fumo ſiccifacito, dum nihil humoris remaneat, teſtæq́ʒ ſimiles ſint. Ne cum terentur rutro, piſtilloue hæreant, uel cinis, ſpodoſue chalcitis aceto albo ſubigito, paſtillos conficito, ſiccato, cũq́ʒ opus erit oculũ linire, quã optime terito, uinoq́ʒ uetuſto, dulci tepefacito. Hoc albuginem, argemonue oculorum tollit. Populi lachrymam,&

lac fœminæ

lac fœminæ cōmiſceto,& utitor.Cum oculus lachrymat,doletue,dulcis granati ſuccum,dum ſicuti pix nigreſcat,decoquito,ſi æſtas ſit,ſub ſole ponito, deinde liquido linito.Cū uero lachryma dulci oculus lachrymat,uuaq; matura pendeat in uinetis, tres, quatuorue racemos albos calcato, percolato,ſub ſole ſiccato, ſiccū calefacito, dimidiū obolū atticū æris æruginis cōmiſceto,linito. Hoc in oculos ſpirat,plumbi cineris paria,myrrhæ decimā horum portionem,papaueris ſucci paulū,uinum uetus,hæc ſicca terito,& utitor,uel ſcyllæ cineris, ceruſæ,chartæ combuſtæ,iunciue, quo charta cōficitur tertia portio,myrrhæ decima.Si pilos de corpore tollere uelis,lachrymā uitis oleo miſceto,& linito,& ſupercilia,& palpebras ſimiliter,cutis tenuis,rubella,boniq; coloris remanebit.Leuitatis īteſtinoꝝ,lienteriaſue remediū.Lētis,tritici ſetanii duos modiolos aqua madefacito, cū mollia erunt,tenuiter conterito, deinde ſex lances,cotulaſue aquæ ſuperfundito,& uehementer agitato.Cum autem ab rutro diſcedet,in ollam mittito,paulumq; mellis adiicito,cū ualde coctū fuerit,frangito,& comedito, uinumq; uetuſtum ſitiens potato, hocq; ſic utitor,dum ſaneſcat. Si uero rauceſcat,myrrham tenuiter tritā melle ſubactam,linteo ſuſceptā naribus admoueto.Lauatio,quæ pituitam cit.Thaſpiā potionis quantitate, paſſæ circiter granula quadraginta, uel cnidii potionē, cneſtronue,ſeu oleaſtellum,mellis dimidiam lancem,cotulamue,parem olei modū,marinam aquam aſpergito,cū hiſq; furfures,ptiſanamue,dum craſſeſcant,decoquito,deinde tepida diluito, colato,lauatoq;, uel ſuccum betæ, cum pingui,nitri decem drachmas, ſalis plenum acceptabulum in aquā marinam mittito. Cum autem bilem ciere uis, laſſaris ſucci potionem, elaterii drachmam & dimidium, cucurbitæ ſyluaticæ,agreſtiſue drachmam tritam, quibus priora ſubigito. Sin autem uehementius agere uis, cucumeris interna drachmæ quarta,cum aquæ dimidia lance, cotulaue calefacito, lauatoq;. Si uero lancinet, ptiſanæ cremore perluito, uel lacte aſinino coquito,uel cum betæ cremoris tribus lancibus, cucumeris interna coquito,ſalem,mel,oleum commiſceto, poſtea uero ptiſanæ cremore lauato,uel ſyluaticæ cucurbitæ drachmā tritā lacte aſinino calefacito, eadēq; cōmiſceto,uel cucumeris interiorū drachmā,elaterii potionē,ſolomes, quantū tribus digitis,capitur,mel, oleū marina aqua perfundito.Sin autē oletū ciere uelis,medicamentū nullū potato,ſed rebus aliis utitor.Difficultatis inteſtinorū,dyſenteriaſue lauatio, dulcis granati putamina uino plurimum feruere facito,dum dimidium relinquatur,medullæ lancis quartam, thuris drachmæ quartam, dimidium roſacei acceptabulum commiſceto, ptiſanæ cremorem aſpergito,deinde lauato,uel ptiſanæ cremore, marina aqua aſperſa,uel duas ueratri nigri potiones tritas,aqua tepefactas, olei puſillo aſperſo dimidia lance lauato, uel ptiſanæ cremore,mala cotonea,diſecta, dum eorū odorē ſuſcipiat,macerato,deinde propinato,uel ptiſanæ furfures aquæ ſemicōgio, donec craſſeſcāt,coquito,

De lachrymatio.
Charta combuſta.
Deglabratio.
Lienteria.
Lauatio ad pituitam.
Lauatio ad bilē.
Lac aſininum.
Solome.
Difficultas inteſtinorum,diſenteriaue qui ſedentur.
Furfur ptiſanæ.

deinde colato,& propinato,uel mala cotonea disecta cum coriādro, & apio aqua feruefacito,conterito,colato,propinato,uel passam albam cum menta-

Passa alba. Calaminthe.

stro,calamintheue, & coriandro aqua decoquito, deinde conterito,per colū mittito,& propinato.Cum hoc solum hominum utilitatis caussa summo labore,uigilantia, sollertia, & industria, quanta dabatur,nobis perficeretur.

Hæc in Hippocratis codice inserta,nihilq; ferme ad rem facientia,cū hac inscriptione notha, conuertere Fabius maluit, quam dissimulando prætermittere.Quare nemo eum imprudentia damnauerit, quod quæ spuria,& notha esse dicuntur,cum Hippocratis legitimis miscuerit.

HIPPOCRATIS DE FOEMINARVM MORBIS LIBER SECVNDVS.

Diuersa profluuia.

PRofluuium autem album natu grandiores,potius fœmellas,quam nouellas,iuuenculasue molestat, sed burrus defluxus,pyrrhosue rhoos utrasq;. Purpureus uero,ruffusue, seu erythros rhoos nouellas, qui ferme semper de febre proficiscitur. non minus & abortu,mensium etiam defectu,intercœptuue,cum diu retēti,remoratiue subito prorumpunt.Quādoq; & partu,cum febris incessit,sanguisq; multus,& in frustula coactus defluit,clauium,iugulaue neruorum,qui corpus continent, tenentue, dolor uexat, corporis torpor,crurum perfricto,refrigeratioue.Quandoq; cū multus superfluit, per nares,& dentes diffunditur,multusq; sudor defluit. Super his autem,& cordis, uētriculiue superioris dolores accedunt,perfrictiones,febres purabile,sæpiusq; die eodem,& sudant,& frigescunt,horrescuntue. Quandoq; superiora, quandoq; inferiora conuelluntur,doloresq; graues parturientium similes in inguina prorumpunt, & recursant,difficultasq; lotii,dissuriaue,quandoq; uehementer molestat, præq; siti siccessit os, lingua exasperatur, pedum magni digiti, pollicesue cum suris, & coxis contrahuntur, doloresq; lumbos quoquo uersus lancinant, manuumq; debilitas additur.Cum uero hæc ueniunt,tunc & neruorū distentiones, tetaniue fieri cōsueuerūt de iugulo,clauibus, in uenas iugulares,maxillas,linguā. Pauloq; post ex his de magnis neruis, tenentibusue incipientes,in posteriora spinā,lumbosq; descendunt,hacq; morbi uiolentia pereunt.Cū ergo hi fluores incipiunt,hoc prædicito,sicq; nutricato,curatoue. Mane quidē medicamentū aliquod ad hæc,ex his,quæ scribā,propinato, quo maxime egere uideatur,multūq; sanguinis,si defluat,ter, quaterue die dato,hocq; pacto nutri-

Medela.

cato. Si sine febre sit,cibariis,si cum ea, sorbitionibus,quæ commodissimæ

Sorbitiones.

sunt, panicum, lens, simila setania, farina siliginea, alica,far, aqua decocta.Poculum uero, decocta aqua cū farinæ polline,floreue,uel cū panis crustula,

ſtula, cuncta ſine ſale delingito, cibarium autem panis pruna diſcoctus. Pul/mentum, obſoniumue, leporina caro, palumbina, columbinaue tam elixa, quam aſſa, hædulique caro aſſa, nullo condimento, moretoue, ſiue aromate condita, ſed aceto tantum tincta, capræ, bouisue iecur pruna deaſſatum, ouum tenue, ſorbileue, tantumq; eius luteum, uitellumue, caſeum non ſalitum dato, olerum uero nihil nec crudum, nec coctum guſtato, balneis abſtineto, manuſq; lana ſuccida craſſo modo conuoluito, ſuperioreſq; cubitorum partes, poplitum, genuumq; ſub ipſaſq; mammas, eas ſubleuando, cucurbitulas ad/moueto modo dextera, modo ſiniſtra parte. Si uero propterea ſpirandi dif/ficultas, dyſpnoeaue fiat, eas amoueto. Sanguinemq; ne detrahito, ſed appoſi/tis ſanguinem ſiſtentibus, quæ ſcribam utitor. Si quidem hæc profluuia eua/det, cum ſanguis multus defluxerit, colorq; exalbidus remanſerit, uultuſq; & pars ſuboculos turgebit, & crura, locelliq; humeſcent præterq; rationem, & modum hiabunt, quæq; defluent, ſimilia carnis crudæ loturæ ſint, ſi uires pa tiantur, uomitione ieiunæ ſubuenito. Poſt uomitionem cibum porrigito, ui/numq; nigrum meracum non multum potato, ne lauato, uel frigida, deambu lato, ſemel die comedito. Nam omnis ſiccitas prodeſt. Si uero per hæc locel li non ſiſtantur, nec concidant, fluoribuſq; non liberentur corporis eius uires conſyderato, quæ ſi patientur, ueratro purgato, helleboriſſatoue. Si uero non auſcultet, caput purgato, cætera uictus ratione curato modo quo circa eas, quæ non pariunt, præterea fœminarum naturas, colores, uires, ætates, anni tempora, loca, uentoſq; conſyderato. Nam frigidæ quædã ſunt, humidæ, flu uidæ, quedam calidæ, ſed ſicciores, ſolidiores, ſtatariæue. Quæ enim ſupra modum candicant, hæ ſunt humidiores, & fluxiores. nigræ uero cõtra. Quæ uero ſubfuſcæ, ſubflauæq; ſunt, medium locum tenent. modoq; eodem & in ætatibus euenit. Nam iuuenculæ ſemper fere ſanguine abundant, & hume/ſcunt, uetulæ contra ſiccæ, & non multi ſanguinis ſunt, mediæ uero medium quid inter utraſq; habẽt, modo namq; illis pares modo impares ſunt. Quare qui hæc rite tractare uoluerit, ſingulatim quæ dicta ſunt, dignoſcat. Si fluor, rhoosue locellos petat, intusue gignatur, ſanguinis multum compactum pro rumpit, dolentq; coxendices, lumbi, ilia, poſtrema aluus, locus dureſcit, quem ſi tangas, dolitat, horret, rigetue, grauiterq; febricitat, debilitatur, cũctaq; do litat præter humeros, & ſcapulas, caleſcit, rubeſcitq;, uenulæq; dureſcunt, & propulſant, morbus autem hic abortu potiſſimum fit, cumq; menſtrua diu retenta ſubito prorumpunt. Sic autem habenti caprificum ſiccam, tritã, cri/bratam, olynthonue linteo ſuſceptam apponito, ſuperq; poſtremam aluum refrigerantia ponito, cauetoq; ne horreat, rigeatue. Cum uero fluor conſtite/rit, quam acerrimo aceto folia oleaſtri decoquito, huiuſq; dimidia hemina, lanceue, ſiue cotula pudenda perluito, paſſulamq;, ſyriacum rhoun, rubrũ, ſu/maciumue, quã acerrima aqua decoquito, & propinato, uel mora rubi rubra,

Cibus, et potus

Curatio quæ.

Quæ in his con-ſyderentur.

Morbi cauſa.

Medela.

ſicca, tenuiter trita. Cum ſimila, farinaue ſetania aqua decoquito, & ieiunæ porrigito. Sin autem ualidius facere uelis, calcis portiunculam cum ſimilæ, farinæue duabus commiſceto, nec lauato, cibariis ſiccis utitor, nigroq; uino odorato. Si uero iam ceſſante fluore tumeret, medicinam infra potato, decoctoq; ficorum locellos lauato, deinde ſtringentibus. Si uero quæ patitur, humida ſit, humeſcatue, dum ruber fluor ſiccetur, ſuffito. Nã ueluti cruor nuper iugulatæ uictimæ defluit, fruſtulaq; perlucentia. Quandoq; autem, & ruber fluor gliſcit, ſcaturitue, poſtremaq; aluus tollitur, emaciatur, uomit, uenter dureſcit, quem ſi tangas, tãquam ulceratum, dolitat, febricitat, fremit, pudẽda dolitãt. Quæ ſi moueatur, agiteturue, lumbos, ilia uentrem, pectus, ſcapulas, neruos, cũctaq; dolitat, debilitatur, deficit, decoloratur. Quæ per morbi principia plerũq; fiunt. Si uero producantur, multomagis afficiũt, morbuſq; pateſcit, caua, pedeſq; turgeſcunt. Morbus autem hic partu potiſſimum concipitur. Si quid in ea uellicatum remanſit, putruitue. Si partus exaſperetur, huic ſi per exordia occurras, madefactam aqua calida ſpongiam apponito, cum dolet, uel tenue, molleue linteum aqua frigida tinctum ſuper uentrem ponito, frigidaq; perfundito. Lectumq; a pedibus altiorem ſtatuito, ſicq; ſternito, & reclinato, medicinamq; aliquam earum, quæ fœminis dãtur, quæq; magis conuenient, & admittentur, porrigito, ſemen apii toſtum, fractũ cribratum, irionem, eryſimonue, muſcum oleaſtri, gallam rutam, origanum, puleium, caprinum caſeum ſordibus abraſis tritum, cæterorum parem modum, origani uero, rutæ, muſci, gallæ dimidium commiſceto, cũq; aqua farina triticea, cribrata decoquito, & mane ieiunæ ante motum dato. Si uero quã expediat, acriora uideantur, cum pulte medicamenti potio una, caſei una, farinæ una dentur ueſperi melle addito, hoc porrigito, dum morbi exordia ſunt, crebrq; ſanguis defluit, parumq; ceſſat, doloreſq; graues detinent, hæc facito. Si uero ſanguinis minus defluat, minuſq; temporis, quæ per ſuperiora, & inferiora ſubducant, pitiſſato, lenibuſq; ſuffimentis pudenda ſubterſumifigato, quocunq; tempore occaſio dabitur, molitumq;, tuſumue far cum acere, furfureue caprificos, groſſuloſue, ſeu olynthus uernos, ſiccos tuſos, cribratos, oleæ folia trita cum lacte bubulo cocto, uel crudo porrigito, ſemperq; leniatur, ne hic morbus reſpectato, uel cõtra ingraueſcat. Nam hic morbus lætalis eſt, paucæq; euadunt. Cum autem fœminæ partus corruptione, uel labore ſanguis ex articulis defluit, quod medicorũ aliqui profluuium, rhoonue eſſe putarunt, cum aliud ſit. Nam quod ex articulis, lumbis, coxendice defluit, glutinoſum eſt, ſanguiniq; ſimile, quod autẽ de locellis, cauiſq; uenis, magniſue ſyncerus, puruſue ſanguis eſt. Hanc autem ſic habentem hoc pacto ſuffumigato, contuſi farris ſextarium per noctem aceto macerato, ſulphuris, myrrhæ, dracunculi ſeminis puſillum commiſceto, deinde fœminam pannis optime conuolutam, ne uaporet, ſuper ſellam pertuſam locato, prunaq; accenſa batillum

Qualis fluor. *Medela.* *Olynthus.* *Profluuium ex abortu uel labore.* *Medela.*

tillum amurca de oleario dolio, sordidibusq; de infectorum cortinis superiactis supponito, hocq; deinde aceto maceratum, ne penitus locelli madescãt, supermittito. quod pudenda molestia leuabit, cruentaq; purgamenta deducet. Quæ si satis tibi euocasse uideberis, semen erysimi tritum cum uino propinato, profluuium burrum, tãquam humor corrupti oui, maliq; odoris, & multus defluit, locelli, hysteræue inflammantur, lumbi, & inguina dolitant. Quare si multus sit, celeriter sedetur, ne tempore accedente intus putrescat, quod remanet quandoq; & tãquam carnium assatarum humor defluit. cum his graues febres incessunt, multæq; ex his fluoribus pereunt, paucæ euadũt. quam, si per exordia sumpseris, sic curato. Si sine febre sit, satisq; uirium habeat, uerato purgato, deinde tres, quatuorue dies intermittito, medicinã per inferna propinato. Post autem hanc purgationem, sic nutricando profueris, si curaris, uti fluenta liquida, aquosa, uliginosaue sint, matutinoq; tempore ieiunæ medicamẽtum aliquod ex his, quæ scribam, uino asperso propinato, deinde alio nutricatu curato, locellosq; sic medicato, si quidem inflammati, clausiq; sint, lenibus suffimentis suffumigato, dum eorũ os mollescat, postea lauationibus perluito, quarum egere uidebuntur, siue quæ purgent, siue quæ molliant, leniantue, deinde lenientia apponito. Sin autem os non facile solueretur, aperireturue, suffumigato, hisq; appositis, quæ scribam, dum aperiatur, mollefacito. Si uero his fluenta non sisterentur, caput purgato, sicq; nutricato. si quidem sine febre sit, lac asininum ieiunæ propinato, deinde herbas, & domesticas, & agrestes sumito, præter allium, porrum, brassicam, longamq; radiculam, rhaphanonue, marinorum uero piscium rhaiam, leuigatam, scorpium, congrum, torpedinem, pastinacamue, anguillam, passerẽ, gobium cũ dulci muria cepis, coriandris coctos comedito. Carnem autem suillam potissimum, agninam secundo loco, uel gallinaceam, elixam potius, quã assam cum iure sumito, uinumq; album, rubellumue, dulce dilutũ potato. Præterea caput balneis non admodum calidis perfundito. Si uero hoc nutricatu locelli ulceratione, & inflammatione liberentur, & humescant, pro balneis illuuie, pro uinis albis, rubellisue, nigris, pro dilutioribus, meracioribus, pro farinis, panibus, pro piscibus, assis carnibus, cibisq; omnibus arefacientibus utitor, quibus in uẽtris fluoribus utimur. Lauationibusq; omnibus, præter uini, & aquæ abstineto, hisq;, quæ stringunt, suffito. Si conciperet, optimum esset. Sin autem iuuencula sit, matutino tempore, ieiunaq; uomito, deinde paulum prandeto, comeditoue. Hic autem horum fluorum est nutricatus. Profluuiũ autem album lotio asinino simile defluit, uultus, oculorumq; partes inferiores tumescunt, oculiq; similes his sunt, qui morbo aquæ subtercutem laborant, turpes, fædiq; uisu sunt, nec nitor in illis est, sed lachrymabundi, sorduli, hebetesq; sunt, colorq; harum exalbidus est, corpus pustulosum, postrema aluus turget, modici, maligni, aquosiq; rubores in genis, quandoq; recur-

Curatio.

Cibaria.

Nutricatus mutatio.

Profluuium album quale.

ſant,crura tumeſcunt,quæ digitis,ſi premas,cædũt, & tanquam pingue quid tractaris,inquinãtur,unguntur ue, ſemperq; ſputi plenum eſt os. Cum ieiunæ ſunt,uomuntue, ſuperior uentriculus, cor, inteſtina dolitant, aquam acidam uomunt. Cliuoſum locum ſi conſcendãt,ſpiritus anguſtia,ſtrãgulatio ſtatim obrepunt,crura,genua debilitantur,frigeſcunt, puſtuliſq; crebris os uexatur, præter modum locelli hiant, plumbea grauedo, pondusue in eorum os decumbit,doloreſq; per coxas curſitant, cũctaq; inferiora,ab extrema aluo incipientia ad pedes uſq; frigeſcũt, plantæ eorum torpeſcunt,nec incedere poſſunt. Has difficile eſt ab hoc morbo liberare. Nã cũ ætas proceſſit,labores, doloresue ſimul conſenuerunt,niſi quid bonum,fœlix, fauſtumue ſua ſponte accedat,quod diſſoluat. Cum ergo hæc abũdant,medicinis,quæ bilem non purgent,abigito.Quare lotium mouentia, ſi potentur, his conferunt,capitis purgatio, illuuies, deambulatio,albũ epithymum potare, ſuccus nutricatus, quæ ſi faciant,penitus quidem non ſaneſcunt,ſed melius,quietiusue degunt.

Curatio.

Profluuiũ aliud album.

Profluuium album alterum,ſubluteum,luridumue purgando demittit, lotiũ pungit, lancinatue, locellos ulcerat, grauiter febricitat, multum calet,ſitit, peruigilat,mente ſæpe alienatur, reſipiſcitq;. ſpiritus anguſtia, membrorum reſolutio,delaſſatioue habet eas. Has neceſſe eſt, papauer album, urticæ ſemen tritum, dulcis granati radicem, & folia,ſyriacum rhoon, ſumaciumue, gallam,caſeum caprinum uino aſpero,auſteroue decocta per colũ miſſa potare,deinde ſuccum granati,contuſum far, caprificus hybernas ſiccas, olynthusue,muſcum oleæ,germinaq;,mori ramenta tertia portione,cætera paria ſint, cum olerũ cremore porrigito,decoctumq; amygdalarum,& ſeſami ſorbeto,deambulato,uehitorue,nec deſideto,

Curatio.

Profluuiũ aliud.

Profluuium aliud.Purgatur quale lotium ouis, & multum, color albus eſt, tota turget, digito tibias,pedesue ſi premas, cædũt omnia,cauumq; remanet,ſi quid comedit,impletur,inflatur, incenditur. Si deambulet,quidue negotietur, ſpiritus anguſtia, aſthmaue,labor,dolorue capit, color modo albus,modo luridus, huic ſi uirium ſatis habeat,iueniſq; ſit,cæteraq; compareant per exordia, medicinã ſupra,& infra dato,caput purgato.ſi pituitoſa ſit,medelis,quibus pituita purget,ſi bilioſa, quibus bilis. Si tẽpus anni cõmodum ſit,niſi ſuapte natura lienoſa ſit,ſi quid dictorum extiterit, ſerum decoctum plurimum tempus propinato, ueſperi dulce uinum dilutum,ſi opus ſit,dato,cibum ne tangito. Si uires non ſint,ſorbitione perpuſilla ſuſtentato, ne lauato.Cum uero tempus tibi uideatur,potionem tollito.Poſt purgationem cibis utitor pinguibus, dulcibus,ſed acribus,ſalſis, oleribuſq; acribus abſtineto, piſcibus ſaxatilibus, carne ouilla,uel gallinacea,leporinaue,pane cibario triticeo,uel hordeaceo bene ſubacto,coctoq;,oleribus agreſtibus eſui aptis, hortenſibuſq; præter quam acribus, decoctis,matutinaq; deambulatione, & a cibo utitor. Cum autem tibi hæc facienti durior, ſicciorq; facta uidebitur, locellos fece lauato,deinde tribus, quatuorue

Medela.

quatuorue diebus intermiſſis,conſtringentibus perluito,contineto,ſi deſicca ta ſit, quieſcito. Si uero ſuapte natura biliosa, pituitoſaue ſit, nutricatuq; & medicinæ potione emaciata, extenuataue adeo ſit,uti nihil ſumat, lac bubu lum recens calidum,uti de uacca exit, quadraginta dies potato.melius tamẽ eſt,pituitoſam, dum lac bibit,cibis quam minimis uti.huius autem potionis menſura ſex heminæ,cotulæue atticæ ſint.Primo duas potato,ſingulisq; die bus unam uſq; ad ſex adito,deinde ſimiliter deſcendito. Poſt uero lactis po tionem cibis, & hoc nutricatu reficito,matutino tẽpore cincinalem, adian tonue ſiccum,tritũ,cribratum cũ uino nigro,odorato,diluto potato.Si uero morbus rediret,totam foueto,ſuffitoq;,medicamentiſq; rurſus infra,& ſupra purgato,deinde uuluas lauato, ſiquidem pituitoſa ſuapte natura ſit, cocco, granoue cnidio, uel thapſiæ radice. Si uero biliosa,colophonio,ſcamoniæ ue ſucco,uel ſyluatica cucurbita, trita cum aquæ duabus heminis ad dimidiũ decocta,mellis heminæ quarta,narciſſimi,uel anethini olei ſeſquitãta,deinde uino,& melle,uel ſolo oleo lauato, ſuffitoq;.poſtea tres,uel quatuor dies in termittito,continetoue,deinde cincinalem,adiantonue potato. Si uero hoc tempore conciperet,morbus rediret. qui ſi rediret,necaret. quaſcũq; autem ſeniores hic morbus corripit,earum locelli putreſcunt, nullæq; fere euadũt. Profluuium aliud,quo neſcio quid ouo crudo ſimile,ſubalbidũ, ſubluteũue purgatur,quod pudẽda ulcerat, pedes, tibiaſq; & oculorum caua tumefacit, oculi humiduli,lachrymabundi,ſordiduliq; redduntur. cumq; uadere, ince dereue nititur,ſpiritus anguſtia,aſthmaue,debilitaſq; capit eã. quæ ſi biliosa ſit,morbus non diſcedit,cumq; bilis mouetur,niſi purgetur,ualde febricitat, morbus autem hic uetulas magis,quam iuuenculas uexat, quæ cũ ſic habeat, ualdeq; turgeat,medicamentum,quod per inferna bilem,pituitamq; educat, porrigito. Si uero non ualde turgeat, pituitaq; eam premat, & uexet, ſupra medicamentum dato. ſi quidem robuſta ſit,ueratro purgato,ſi minus, quod pituitam, bilemque ciat porrigito. Poſt autem medicamenta, ſerum co ctum cum ſalis puſillo plurimos dies potato, deinde mentam, hedieſmon ue comedito. ueſperi autem cibum ne tangito, ſed paulum ſorbeto, ui numque dulce, ſi egeat, ſuperpotato. Si uero ſerum non compareat, lac aſininum decoctum propinato dies quatuor, ueſperi eadem facito, ſi qui dem nocte febris,igniſue non habeat. Si uero ſuapte natura lienoſa,uentoſa, & exanguis ſit,ſerum, lacue ne potato, ſed per inferna purgato,cũq; tibi cõ modum tempus uideatur,uuluas primo fecis aqua lauato, deinde colopho niæ,ſcamoniæue ſuccum uini dulcis attica hemina,cotulaue diluito, narciſſi niq; olei heminæ quartum ſuperſpargito, locelloſq; hoc lauato, poſtridie autem uini hemina,mellis quarta,reſinæ, mellis tertia,pari menſura cũ melle olei.Sin autem hac lauatione pituitoſa defluãt,rurſus tribus,aut quatuor die bus intermiſſis lauato,deinde purgato. duas cnidii cocci, graniue potiones

Lactis bubuli potus.

Colophonius ſuccus.

Cur paucæ euadant.

Profluuiũ aliud.

Medela.

Lac aſininũ pro ſero.

Quæ his potionandæ non ſint.

Coccus cnidius. Thapſia.

cortice detracto,uino diluito,hocq; tepido lauato. Quod si non compareat, thapsiæ radicis potionem,sic paratam habeto,perluitoq;. Cum uero subterfluentia his lauationibus purgata fuerint,si quidq; cruentum sicuti de uulnere defluat, constringentibus post lauato. Si post hæc perita dicat, os uuluæ durum esse,cum butyro similiter lauato, dum uuluæ siccescát,sanaq; esse uideatur. Dies uero medios inter has lauationes sambuci fructum, leporinum coagulum,papaueris corticem,urticæ fructum,dulcis granati putamina,cincinalem, adiantonue trita, parem omnium modum cum farina uino nigro odorato decocta potato. cibis uero lenibus non salsis,nec acribus utitor. carnes autem meliores sunt, quam pisces auicularum, uel lepusculorum, calidaque non multa lauato. Si uero fluor non defluat,sed deficiat, locelliq; humescant, putaminis granati decocto subterfumigato, postea uirum adito. Quæ si concipiat, sanescet, seniores uero hoc non perferunt, sed debilitate pereunt. Profluuium subluridum, quo tãquam ex ouo subluridum, glutinosumq; purgamentum defluit,postremaq; aluus surgit,durescitq;,quam si pertingas,dolitat,fremit,febricitat, pecten pudenda,postrema aluus coxédices, lumbi,dolitant,animo linquitur,deficitue,modo æstuat,modo perfrigescit, modo plurimum sudat,uenarum pulsus lenes,languidi,salientes, & deficientes sentiuntur,quæ fœminæ cum sic habét,confestim pereunt. Si uero supersint,color mutatur,cereusq; fit,corpusq; si digito prematur,mollescit,cedit, ac tanquam pingue quid inquinat,crura,pedesq; turgescunt. Morbus autem hic fit,si quid uellicatum partu,uel alia re intus remansit,& putruit, magisq; hoc ætatis grandiusculæ patiuntur. nec uero contemnendus est hic morbus. Profluuium aliud cum humor saniosus, ueluti de carnibus assis purgatur,defluitue,pudendaq; corporis quamcũq; partem stillando tetigit, ulcerat,horror,algor,rigorue,febris una,crebra,magna & grauis corripit, dolores autem in omnibus his fluoribus pares,similesue sunt. Hæc tota turgescit,præsertim sub umbilico,& crura,colorq; arcuatus,icterodesue fit. hic auté fluor ob hoc fit,cum sanguis subbiliosus crescit, nec purgatur. Cum autem sic habebit, medicamentum,si robusta sit,ueratri potato. Si minus,radicem,& elaterium, deinde capræ lac,uel quod per inferna bilem, & pituitam purget. Locellos autem brassicino cremore subluito,saluiamq;,hypericum, lini semen,cuiusq; parem modũ in uino nigro aspero, austeroue ieiunæ propinato. Si uero pudenda ulcerata sint,butyro lauato,medicamentum postea potato,hisq; insuper ulcera linito,butyro,resina,myrrha, flore argenti,myrteaq; & saluiæ aqua tepida subluito. Cibariis uero nec salsis,nec acribus utitor, ne mordax, pungensue lotium fiat,marinisq;,carnibusq; bubulis, ouilis,porcinisq; abstineto. cæteris uero carnibus assis utitor. Panem uero purum comedito, uinũq; nigrum,odoratum,uetustũ potato. Si uero hæc faciat, nec sanescat, totam foueto,suffitoue,medicamentũq; postridie supra dato. Postea dié intermittés

Medela.

Caro quæ his danda sit.

Profluuiũ aliud.

Medela nulla his datur,tãquam desperatis.

Profluuiũ aliud.

Curatio.

supra

ſupra. Si uero fluor poſt medicamentũ duret, permaneatue. Serum decoctũ quotidie propinato, ueſperi autem ſorbitionibus, uinoq; dulci albo utitor. Si uero ſerũ nõ eſſet, lac aſininũ quatuor dies potato, noctẽ aũt uerſus iiſdẽ utitor. Poſtea dies quadraginta lac bouis calidum potato. die autẽ nihil, uti ſic dixerim, comedito. Nãq; hoc optimũ eſt, quod hoc lacte purgat, nutrit languens, malũ hebetat, retunditurue. ueſperi autẽ carnẽ auicularũ, pullaſtrinãue aſſam nõ multã comedito, parũq; panis obteſtacei, uinũ autem nigrũ, uetus, meracũ, non dulce ſuperpotato. Dum uero lac potabit, multa ſi defluẽt, quid ue acre moueat, dũq; hoc aget, ſi concipiat, ſaneſcet. morbus autẽ hic uetulis reuenit, & pereunt, iuuenculis uero lætalis non eſt. Diuturna curatio, ſanioſi, uehementiſue profluuii hæc eſt. Cũ uero ſubcruẽtus humor, ſanieſue defluit, ueluti de carnibus aſſis, qui ſicuti muria lancinet, pũgatue, comedat, & abſumat, pudẽdaq; ulceret, locelli etiã, & quæ circa ſunt, & coxæ, & cætera ulcerantur. Cũ autẽ in ueſtimenta decidit, deſtillatue ea inficit, & inquinat, uti uix eluatur, uenter tollit, dureſcit, quẽ ſi tãgas, dolitat, pudenda calent, poſtrema aluus, ilia, coxẽdices, lumbi, ſedes dolitant, debilitant, color mutat, ac tanquã arcuatus fit. Si uero morbus inueteraſcit, hæc omnia multo magis moleſtãt, ſuperueniuntq;, caua turgent, de lumbiſq; & coxendicibus ad crura, pedeſq; uſq; tumeſcunt. Morbus aũt hic concipitur, cũ quid in partu fœtus cõuellit, & lancinat, uel ex abortu. quæ cũ ſic habet, eã foueto, ſuffitoq;. cũctaq; hæc profluuia, fluoreſue ſiſtentia porrigito, lac aſininum, & cætera, uomitumq; ſi opus eſt, moueto, ſi ſine febre eſt, mitiuſq; & lenius habet, ſicca ſubterfumigatio melior eſt. Cũ uero locelli caput petũt, ſtrãgulãt, præfocantue, caput grauant, coniectatio tamẽ huius in pleriſq; uariat. cõmune tamẽ ſignũ hoc eſt, uenæ nariũ tumeſcũt, quæq; ſub oculis ſunt, dolitare aiunt, ſomni marcor interdũ habet, occupatue, os ſpumeſcit. Hãc cũ meliuſcule habebit, multa calida lauato. Si uero nõ auſcultet, frigida, caput autẽ tepida, in qua laurus, myrtuſq; ferbuerit, perluito, & roſaceo linito, odorataq; ſuffumigato, naribus aũt fœtida admoueto, braſſicã comedito, & ius ſorbeto. Si uero locelli cor petãt, ſtrãgulẽtq;, ſub nares fætida dato. Sin aũt toti inferiora petãt, moleſtẽtq;, ſubterodorata dato, caſtoriũ autẽ, & cunilaginẽ, conyzãue ꝓpinato. Cũ uero ſubduxeris, fœtida, nõ ſuauia ſubter fumigato. Sub nares autem odorata. Si dolores ceſſarint, medicamentũ infra dato, lacq; aſininũ poſtea, uel ſerum potato, niſi lienoſa ab ipſa naſcentia, ortuue ſit, uel exanguis, pallidaue, uel aures tintinẽt, quadam cognatione, cui ab adoleſcentia inſueuerint, ſuperiorem uentriculũ ne moueto, agitatoue, ne ſi prægnantes ſint, abortiant, hæbeſcantue, uel circa fauces turbæ, moleſtiæue, & alia fiant, ptiſanæ ius dato, ſi facile uomat, uomitionem moueto, lauatioq; ea optima eſt, quæ ex narciſſo fit, quodq; cum cãtharidis fit, apponito. Si uero locelli præcordia, iliaue petant, tanquã nimium ueratũ præfocant, ſtrangulantue, ſpirituſq; anguſtia recta fit, corq;,

Lac aſininum.

Nutricatus qui.
Profluuiũ aliud.

Cauſſa huius Morbi.

Medela.

Strangulatio uaria.

Cur ſuperior uentriculus non uexandus.
Medela.

Cum locelli ſuperiora petunt.

superiorue uentriculus magnopere uellicatur, sputum acidum quandoque uomunt aliquæ, osq; aquæ complet,crura frigescũt,hæ,nisi statim de his locis locelli remoueant,mutescunt, caput,lingua, quæq; circa caput sunt, torpescunt. Quare succidum uellus pinnulæ conuolutum,oleo albo Aegyptio, uel myrteo,uel baccharino,uel amaracino tinctũ,quã maxime intra locellorũ fistulã trudito,medicamẽtoq; nigro capitis spicillo nares ĩtra linito. Si uero hoc non fit,lassaris succo,silphiuue opo nares perungito,uel pinnulam aceto tinctã intrudito, sternutamentumue apponito. Cum uero locellorũ os reclusum,dilutumue fit,fistularisq; uia, castoriũ cũ uino propinato,nares uero marini uituli pingui linito ,uellus autẽ antequã uuluæ consistãt, ne educito.Cũ uero quieuerint,amoueto.Sin autẽ cũ amoueris,recursarent,reponito.sub nares uero cornu nigræ capræ,uel cerui ramenta suburito,quã maximeq; uti nidor penetret,curato, uel marini uituli pingue super prunas iacito, patentiq; ore nidorẽ excipito,hæc si superiora petant uuluæ,facito. Cũ autẽ iecur petunt,quã primũ uocẽ eripiunt,dentes cohærent, color pallidus cõfestim inducitur.Quod etiã sanas subito uexat, præsertim uetulas, uirgines,& uiduas, quæ amplius non pariunt,sterilesq; & effœtæ, quod puerperii purgatio non defluit,uuluaq; nec turgescit,mollescitue,nec uomunt. Cũ uero sic habuerit, manu sensim hunc tumorem ab iecinore ad inferiora repellito, præcordiaq; fasciato,locellorũ os aperito,uinũq; cũ oportuerit,infundito,naribus fetida admoueto,locos,uuluasue odoratis suffito. Cum uero sic curaueris,per inferiora,quæ deducat,medicinã propinato, si quidem biliosa sit, quæ bilem,si pituitosa,quæ pituitã purget,postea lac asinæ decoctũ dato. Locellos odoratis suffito,quodq; cũ buprestide fit,apponito,postridie netopon, duos postea dies intermittito, deinde rursus uuluas odoratis lauato,postea diem intermittito,deinceps odoramentis, aromatisue suffito.hæc uidua facito.Concipere tamen optimũ est, uirginemq; cũ uiro cubitare persuadeto.Sub nares uero fætida dato, castorem, medicamentumue aliud ieiuna ne potato, sed cunilaginẽ,conyzãue ꝑ uiginti dies cũ uino quã odoratissimo potato,caput odoramẽto nullo perluito,nec sub nares quidquã boni odoris dato. Si uero locelli perflãment,latus,costasue si tãgas, duꝝ ĩuenies.Cũ præcordia petũt, præfocant,strangulãtue,pituitãq; acidã uomere cogunt,dentesq; cohærere, gingiuasq; cruentãt.Quæ si uomãt,meliuscule habere uident.Cũ autẽ ad inferiora prorumpunt,diuersas uentris partes petunt,præsertim uero ilia,quandoq; uesicam,& lotiũ strangulant, quandoq; & sedem,oletareq; cogunt,mensesq; ante tempus præcipitant,uel si appropinquant, morantur,si supra strangulant.Calefaciẽtia ergo adhibeto, nares odoramẽtis suffito, uuluas fætidis, conyzam fœminã,castorẽq; ieiuna cũ uino potato.Cũ autem in suã sedẽ,naturamue reuerterint,placide suffito,lotiũq; mouentia potato, quæ cũ dolet, facito.Cũ autem dolores cessauerint, totam foueto, postea medicamentum infra

Curatio qua. — *Cum locelli iecur uexant.* — *Medela.* — *Medela.* — *Locellorũ inflãmatio, Diuersiq; eorum affectus.* — *Medela.*

infra potato,ſi quidem biliofa ſit,quod bilem,ſi pituitoſa,quod pituitā educat,& purget,lacq; aſininum,uel caprinum,ſerumq; decoctum ſuperpotato. Si uero lienoſa ſit,lac,ſerumue ne potato.Cibariis lenibus,in purgamentis,& quæ uentrem ſubducant,utitor. Piſces uero meliores ſunt, quam carnes,meliuſq; eſt uuluas ſuffire,quam appoſitis purgare,uel lauare. Cum uero ſuffita ſit, uirum adito. quæ ſi concipiat,morbus diſſoluitur. Sin autē uuluæ latera, coſtasue petant,tuſſit,latus, coſtæue dolitant.Locus,ueluti pila dureſcit,quē ſi tangas,tanquā uulnus dolet, macreſcit,emaciaturue,ſicuti pulmonis uitio, peripneumoniaue, gibbumq; contrahit, menſes non comparent,quibuſdam aduentantes diſpereunt , tuncq; ſi defluant non ualidi , pauci , maliq; ſunt, hocq; tempore genitura non ſuſcipitur.Cum uero ſic habuerit,medicamentum infra potato,multaq; calida lauato, quæq; admittet,fomenta adhibeto. Quibuſq; ſanguis purgetur , ea apponito. Lini ſemen cribratum,papauer album,ſaluia,caſeus caprinus purgatus,trituſq;,muria, tenuis farina non ſalita, uino ſi decoquantur , ieiunæq; dentur,proſunt,ueſpera autē craſſam pultem cū melle ſorbeto,ſi egeat,potato,ſæpe ſuffito,calidā foueto,placide,quieteue,molliter,æqualiter manu, de latere, coſtisue , locellos depellito , lataque uitta,faſciaue coſtas colligato,quadragintaq; dies lac bubulum potato,cibariis leniſſimis utitor,morbus autem hic uehemens,& lætalis eſt, paucæq; etiā ſic curatæ fugiunt,euaduntue. Sin autem uuluæ lumbos,iliaue moleſtent,ſpiritus intercipitur,ſtrangulatio habet,crebraq; ſpirandi difficultas,aſthmaue, nec ſeſe dimouet.Sulphur ergo tritū, uel bitumen,aſphaltonue,uel myrrhā, uel cicutam melle decocto ſubigito,craſſamq;, longāq; glandulā,balanonue conficito,& in ſedē dato.Cum autem uuluæ ſeſe inter lumbos,coxendiceſue uolutant,poſtrema aluus dolitat,crura contrahuntur,coxendicū iuncturæ dolent.Cū oletat,uehemēter dolet,præq; uiolentia doloris puſillū oletat,lotiū ualde pungit,cum ſic habet, tepidū oleum in uuluas per ueſicam , cui fiſtula adnexa ſit,mittito,ſuffito,multa calida lauato,ſuper aquā calidā oleo aſperſo,ſedeto, pudenda fœtidis ſuffito. Cū dolor ceſſauerit,medicamentū ſupra dato,uētriculū inferiorē ne agitato.Cū locelli conſiſtēt, medicamentū infra potato,lacq; aſininum,niſi lienoſa ſit,poſtea ſuffito. Lauriq; decocto lauato, quod purget apponito,poſtea odoramētis ſuffito,uiꝝ adito.Nā ſi cōcipiat, ſaneſcet,tamē pleræq; ſteriles,cruraq; claudæ reddunt.Quibus autem uuluæ os alio declinauit,coxendicēq; uexat,& petit(nā & hoc quādoq; euenit,quod uuluam purgare non ſinit,geniturāq; ſuſcipere,fœtūq; procreare)hanc odoratis ſuffito,poſtea digito de coxendice reuellito , tæduliſq; & plumbo dirigito.Nam non tā celeriter,ſicuti dicitur,diſcedit,& reuellitur.Cū uero naturaliter,patentiq; ore ſteterit, lenibus appoſitis purgato , cæteraq; neceſſaria, conuenientiaue facito. Quibus uuluæ coxendicem uerſus procidūt, niſi ſtatim reuellantur , in locumq; ſuum redeant , illic ſicceſcunt, exinaniunturue,

Curatio que.

Cum locelli costas petunt.

Medela.

Curatio.

Cum uuluæ lumbos molestant.

Medela.

Cū os uuluæ alio uertitur.

Curatio.

Quid mulieres decipiat uidento.

Nam os in superiora necessario uertitur, claudit, durescit, lædit, mensesq; in mãmas reiectat, pectoris papillæ tument, postrema deinde aluus tollitur, turgetue, partiũq; rudes sibi prægnantes esse uident. Nã hoc grauidis ad septimum usq;, & octauum mensem euenit, uenterq; tẽporis rata portione crescit, pectora, mammæue surgunt, lac ingenerari uidetur. Cum uero tempus hoc transiuit, papillæ gracilescunt, minoresue fiunt, lac non uisum euanescit, uenterq; cum ad tempus, quo parere deberet, uenit, concidit. Quæ cũ euenerunt, magnopere uuluæ per exiguum tempus contrahuntur, osq; earum non inuenitur, sic penitus illic cohæserunt, seseq; contraxerunt, & aruerunt, papillæq; dura tubercula, phymatiaue contrahunt, quædam maiora, quædam minora, quæ non suppurant, sed in dies crescunt. Postea ex his latentes cancelli nascuntur, qui priusquam ueniant, os amarescit, quidquidq; comeditur, amarum uidetur. Si quis plura & diuersa porrigat, tanquam aliena, & amara respuunt, mente uacillant, oculi rigescunt, cæciuntq;, de mammisq; dolores in uenas iugulares, sub scapulasq; prorumpunt, sitiunt, mammæ siccescunt, totum corpus emaciatur, nares siccæ, plenæq; sunt, nec turgent, nihil odorantur, tuberculum, callumue aures contrahunt, quod non dolet, uexatue multũ.

Phymation. Cancelli latitantes.

Cura quæ.

Cum autem huc peruenerunt, non conualescunt, sed ex his morbis pereunt. Sin autem prius quam huc peruenerint, curentur, mensesq; soluantur, sanescunt. Hæc autem hoc pacto curato. Primum, si ualidam adhuc curandam sumpseris, corpus totum respectando, potionato, purgatoue purgatione, qua egeat. Cum uero corpus sic statueris, ad uuluarum curationem accedito. Sinautem tibi uideretur totum corpus nihil agitare, nec causas illinc moueri, sed uuluas ipsas solas morbosas esse, sic curato. Primum uuluas hoc pacto suffito, plurima uetusta allia contusa in ollam nouam, aquæ plenam mittito, pingueque uituli marini superspargito, operculumq; insuper medio loco pertusum ponito, & argilla undecũq; ne exhalet, linito, supq; operculi foramen linteum, uel quid aliud ponito, ne bulliendo euaporet, deinde cum ferbuerit, ollam sub pertusam sellam, super quã pãnis optime conuoluta mulier affecta sedeat, cũ fistula cannea, longitudine cubitali, foramini coaptata ponito, summũq; eius fistulæ in eius stomachũ, osue pudendorũ trudito, diutiusq; hunc uaporẽ per inferna suscipito. Cum autẽ refrixerit, prunis accensis batillum subdito, ne tamen nimis calefacias, caueto, deinde totũ corpus, uti lubebit, lauato, lumbos uero, umbiliciq; inferiora plurimum, postea pultem, mazamue, panemq;, decocta allia comedito, postridie uero rursus suffito, nisi delassata sit, ob suffimentũ, quod si erit, eum diem prætermittito. Cum uero suffita fuerit, si possit, os tangat, iubeto, consyderetq; nunquid hac re uuluæ dimotæ sint. Sin autem ea suffitio uuluas inflauerit, os earum ea res ab coxendice diducet, dirigetq;. Quare crebro ea utitor, dum uehemẽter tumere uidebũtur, osq; inde dimouisse, rectaq; statuisse, hocq; modo post hãc suffitionẽ nutricato,

Suffimentum aduerte.

Per ollam fumus suscipitur.

nutricato,uti prius suffiatur. Cum autem cõmotæ fuerint, facileq; illinc re/glutinabuntur,sic alterã ollam parato,lotas,concitas, tusas fœniculi radices in ollam nouam,aquæ plenã mittito,deinde modo,quo prius suffito,deinde lauato,uesperi autẽ pultẽ,placentamue, siue mazan comedito. Si uero panẽ appeteret,bulbulos,sepiolasq; uino coquito, oleum aspergito,& comedito, suffiendoq; os pertingere,dirigereq; digitis tentato. Nam hæc suffumigatio uuluas agit,dirigit,proximeq; uerẽdorum os adducit.quinq; autẽ, sexue dies corporis uires respectando suffumigato. Si quidẽ delassata, & imbecillis tibi uideatur,quantũ tẽporis tibi uidebitur, prætermittito.Sed si ualida satis sit, totũ diem suffumigato,deinde ex pinguissima tedula sex digitorũ longitudi/ne,quinq; sexue fistulas aliã alia crassiorẽ digiti indicis crassitudine,quã leui/gatissimas,rotũdissimasq; conficito,sũmo caudæ modo fastigiatas,acumina tasue,quas oleo perunctas alternatim intrudito. Primo tenuem partẽ,deinde sensim reliquũ. quæ cũ intus erit, quiescito,ne excidat.Cumq; unam educis, alterã statim intrudito, ne os contrahaẽ,placideq; hoc peragito,dũ quatuor digitorũ mensura intus recipiatur,cũq; huc perueneris, uti hæc mensura fa/cile intro detur,plũbea deinde fistula his similis succedat,quæ caua sit,seuiq; ouilli repleta,quæ si molestaret, educatẽ, tedulaq; recondatẽ, plũbeãq; hanc fistulã,gelidaq; tinctam reponito,semperq; harũ aliqua intus sit, tedula die, nocte plũbea.Si uero surgere uelit,operã dato,ne quid horũ excidat,& si exci derit,statim reponito.Sin autẽ harũ nulla intret, quatenus intret,extenuato.Si uero locorũ os non aperiretẽ,nec uuluæ propius redirent,rursus ad pristinam medicinã redito,& ea utitor,dũ mollescãt,propiusq; ueniant.Cũ uero pate/bũt,magnitudine apposita,quod resina sit,unguine tincta ne resiliant,uel ro/saceo,uel irino oleo,dũ liquescãt,intus teneto,deinde alterũ indito,prius ta/men plũbea fistula iter illi facito,digitoq; quã maxime intro dato. Postea le nientia indito, calidaq; & ante, & post apposita lauato, deinde post apposi/tionẽ,duos tresue dies, si locellorũ os rectũ, & purũ fuerit,quid de prædictis marinis comedito.Si uero post hæc locorũ os rursus inflãmaretẽ,ad eadẽ re/dito,nouaq; quo diximus modo conficito.Cũ autẽ os uuluæ,totũq; corpus bene habuerit,sic eas sufflato, prius ea suffitione, quã de fœniculi radicibus tibi paraui,suffito,deinde lauato,glandulãq; impositiciã fico confectã intru dito.Postea lenientia prosunt,dũ inflãmentẽ,post inflãmationẽ quæ prius fa cito,cæteraq; similiter parato. Si semel impositũ remanet,satis & inflasse, & sedasse uideatẽ,abũde est.Si uero plus oporteret,quæ prius adhibeto.Cũ autẽ rite tibi cũcta peracta uidebunẽ, suffumigationẽ odoriferã sic parato, cuperũ tusũ acceptabuli mẽsura,calami odorati tãtũdẽ,cardamomi,cumini Aethio pici,anesi,siccæ rutæ, hyperici, seminis fœniculi parẽ modũ omniũ in ollã nouã mittito, sexq; uini albi,optimi heminas supfundito,& misceto,deinde optimi oli Aegyptii tres obolos superfundito, uel amaracinum, irinumue,

Suffimentum aliud. *Cibus qui.* *Tedæ fistulæ* *Plumbea fistula.* *Curatio quæ.* *Suffimentum odoriferum.*

ſummum,optimumue,deinde ferueto,tepida placide modo quo prius ſuffu migato, cum ante ſicuti diximus, lauaueris,duos, treſue dies ſuffito,deinde tædulis, plumbiſque utitor. Cum autem duos, treſue dies ſuffieris, totidem dies prætermittito,ceſſatoue.dies autem inter hos,bis die lauato,deinde porros decoctos,crudoſue, radiculam, cardamomum,allia aſſa, & elixa comedito, meraciuſque potato,mariniſque prædictis utitor. Cum uero hi dies tranſierint, ſuffitionem renouato, paulum rerum prius contuſarum, uiniq; ſi uideatur,opus eſſe,oleiq; ſuperſpargito,& ſuffito. Cum uero tibi ſatis ſuffita eſſe uidebitur,beneq; quo ad hoc habere, molleq; & apertum os eſſe, quemadmodum opus eſt,locelliq; proxime erũt, poſt ſuffitionem pridianã, de die medicamentum indito, quod cum myrrha conficitur,duoq; appoſita ſunto. Poſt uero pridianam purgationem,lenientia indito, dum inflammentur,poſt hæc autem tædulis,plumbuliſq; utitor, deinde quot tibi uidebitur, dies ceſſato,uuluarum inflammationem, corporiſq; uires reſpectando rurſus uti ſcriptum eſt,ſuffito. ſi quidem hæc ſuffitio ſatis eſſe uidebitur,bene habebit,ſi minus,tritas res,& paratas, uti prius adiicito. Si uero hæc ſuffitio non utilis eſſe uideretur,aliam parato, ſemper in una quaq; impoſitione medicamentum reficito, dum ſubcruenta profluant, & purgentur, quod cum fiet, ceſſato,hocq; modo nutricato. Primum quo die menſes profluere cœperint, de ea petito,hincq; incipiens ſic nutricato. Primo multa calida præter caput lauato,deinde caſeum acidum,rutam, farinã pari modo cum his uino nigro decoquito,ſtatimq; poſt balneũ propinato, pauloq; poſt ſuo tempore,prandeto,pultem,mazanue,panemue comedito,porrumq; decoctum,crudumue, præſcriptaq; omnia acria, quãdoq; legumẽ freſum,nec deſpumatũ,etnoſue, laſſarq; multum tritum,ſilphionue cum alliis,& farina hordeacea aqua decoctum,pulmẽtis autem,obſoniiſue tenellis,piſciculis decoctis, elixiſue, mulſo aceto tinctis utitor, polypuliſq; cum bubulis uino & oleo decoctis, uel folium libycum,laſſariſue tritum cum uino potato,quam plurimumq; & prandeto,& cœnato. Poſt cœnamq; dormitura lauato, hocq; nutricatu quinque, uel ſex dies utitor. Poſt hos autem dies, ſambuci ſex circiter baccas, ſepiæq; oua circiter decem,uel duodecim ſimul tenuiter trita ieiunæ cum uino meraco propinato. Poſt quod aliquanto potionẽ dato, pauloq; poſt rutam,& caſeum tritum cum uino potato.deinde modo prædicto prandeto, tardius autem ſolito cœnato,ſemperq; hanc bis in die lauato, huncq; nutricatum dies, tres & decem, uel quatuor & decem teneto. Poſt quos pillulas,catapotiaue laſſaris ſucco fabæ magnitudine deuorato, deinde cætera præſcripta facito. Poſt autem hunc nutricatum quinq; & uiginti dies cætera prædicta facito, ſed hoc ante prandium illi dato,quatuor,uel ſex allii ſpicula, caſei acidi fruſtulũ tali,aſtragaliue magnitudine ſimul trita cum farinæ puſillo decoquito, pultemq; conficito,hancq; primum deuorato, merum autem ante cœnã forbeto,

Quando curatio renouetur.

Curatio quæ.

Maza.

Etnos, Laſſar, Sylphionue. Selache. Phyllon.

Sambucus, acte ue.

Medela quæ.

Cibus qui.

beto, deinde cœnato, cætera similiter nutricato. Post autem dies nouem, hoc primum cum ouis, & sambuco dato, cuminū Aethiopicum, castoris obolū. Post uero duos dies ab his omnibus abstineto, medicamentumq; tedulæ ieiunæ & lotæ dato. Post hoc mercurialem, & brassicam una in aqua decoctam dato, uel si ualida sit, in aceto multo cum sale, lassare, & oleo. hæc comedito, prandetoue, & ius surbeto, dilutumq; potato, pulmentisq; his, obsoniisue utitor, polypulo, sepiolisq; decoctis, carnem uero capræ, uel ouiculæ, uel agni discoctam cœnato, porrumq; & acria cætera, quæ uoluerit. Post cœnam autē lauato, duosq; dies postremo sic nutricato, quo si menses non eliciātur, mensem sequentem usq; ad ultimos duos dies eadem reficito, quorum primo secundum priorem rationem apposita conficito, & apponito, priusq; lauato, deinde apponito, semperq; consyderato quemadmodum uuluæ habeant, habituræq; sint, rectum ne sit earum os, & apertum. Quod si uidebitur ante appositionem suffito. Si uero menstrua prorumperent, si quidem crebra, multaq;, balneis parcius utitor, cæteraq; uitæ ratione, & medela. Sin autē pauca, & minora essent, largius & plurimis. Si uero præsignarent tātum, rursus eadē uitæ ratione, & medela utitor, dum compareant. Cum autem semel uenerint, his optimū est, concipere. Hæc est omnium talium morborum curatio. Sin autem uuluæ coxendicem tangant, procumbātq;, durum ea uentris parte est, uenter, illa, coxendices, lumbi, crura dolitant, intenduntur, suppurant, pustulæq; morbidæ prorumpunt, & pereunt, nisi quid feces, aut uras. Cum sic habuerit, medicamentum infra potato, multaq; calida lauato, sicq; uuluas suffito, lotium uetustum in peluim aheneam dato, silicibusq; candentibus calefacito, subterq; sellam pertusam ubi fœmina pannis conuoluta nequid exhalet, sedeat, dato, hactenusq; suffito, dum se hebetius cernere, & deficere dicat. calida deinde lauato, digitumq; ipsa in uuluam dato, sanumq; coxendicem uersus trahito, noctes lenientia apponito. Cum autem rectum esse dixerit, cum prius odoratis suffiueris, lenientia rursus apponito, quin & plūbulas tres dies quotidie unam apponito. Post uitam albā, echetrosinue, scyllamue tres dies admoueto, deinde menstrua biliosa ne, pituitosaue, uel cruenta sint, consyderato. Quod si sanguen purgandum est, quod hoc maxime faciat, apponito, deinde iisdem lauato, & apponito, dū sanguis purus educatur, tresq; dies hæc agito. Postea cerui pingui liquefacto, molle uellus tinctum diem unum apponito. Tum puleium tritum cū uino potato, deinde odoratis suffita uirum adito. Si uero morbus hic ex partu procederet, lotio penitus suffita statim ad odorata deuenito, deinde cum lota fuerit, oleum album Aegyptium ad sanum coxendicem apponito, superq; eū cubato. Si uero nec propterea uuluæ transmutentur, quinq; baccas nigras pæoniæ tritas cum uino odorato potato, crudaq; allia, assa, & elixa comedito, paucissimisq; pulmentis, obsoniisue utitor, si non sanescat, sicuti priorem purgato, quo morbo, nisi statim cōci-

Menstrua curationis modū præbent.

Cū uulua coxendicem petit.

Medela.

Echetrosis.

Cum morbus partu contrahitur.

Medela. piant,steriles redduntur. Cum sic habent, mensesq; non defluunt, nec febris supercapit, medicamentis primum supra purgato. sin autem imbecillis esset, infra. Postq; hanc medicinæ potionem, si tibi sanguinea uideatur, uel pituitosa, & ieiuna, & satura, uomito. Sicq; plerũq; sanescet. *Cũ uulua coxendicem petit.* Sin autẽ uuluæ coxendicem facile petant, menses crassi non defluunt, uenter, ilia dolitant, lancinatur. Cum sic habet, multa, & calida lauato. Plurimaq; allia comedito, lacq; sensim, & rite emaciando propinato, deinde meracum potato, totamq; fo- *Curatio.* ueto, medicamentumq; supra dato. Si uero imbecillior esset, infra si purgetur, cureturue, fœniculo cum absinthio uuluas suffito, recensq; suffita, digito placide uuluarum os ad sanũ coxendicem trahito, leniter corpus, circaq; affecta consolando, mollefacientiaq; apponito, post uero plũbulas, statimq; scyllam, post unum diem narcissinum. Cum uero tibi purgata, puraq; uidebitur, netopon cum lana apponito, postridie rosaceum, sed menstruis defluentibus melius est nihil apponere. *Cantharides.* Si non defluant, cantharidas quatuor sine capite, *Pæonia.* alis, & pedibus, & quinq; pæoniæ nigras baccas, *Sepiæ oua.* sepiæ oua, semen apii pauculum terito, & cum uino propinato. *Medela.* Quod si doleat, difficulterq; mingat, in calida aqua sedeto, mulsum dilutum potato. Si uero non purgetur, medicamentum rursus potato, si defluant, ieiuna potato, & cum uiro dormito, si non profluant, quod eliciat, dato, tamen uires spectato, tumq; tutum est, uirum petere. Nam si concipiat, sanescet, si purgatione multa defluant, mercurialem, ouiculæ pedes discoctos, polypulosq; comedito, cibisq; lenibus utitor. *Cum coxendicem uel ilia uexant.* Si puerperia in coxendicem, uel ilia uuluæ firment, coxẽdici altero album oleũ Aegyptium, rosaceumue admoueto, superq; coxendicem sanũ cubato. *Medela.* Pæoniæ deinde, nigras baccas quinq; sambuci fructũ, tedulæ præpinguis ramenta quantum duobus digitis capitur, castoris fabæ quantitatem terito, cum uinoq; tepida, & colata ꝓpinato, cibariisq; lenibus utitor. Si mercurialis adsit, ante cibum, decocta cum brassica sumatur, cum iure, & acria, præter radiculã, *Mala uuluarum.* cepam, nasturcium comedito. Lactuca optima est. Quæcunq; autẽ mala propter uuluas eueniunt, hoc est cum suo loco mouentur, diuersaq; petunt, magnosq; dolores eo sistunt, quo proruperint, quod si quis uesicam tangat, dolet, lotiumq; non suscipit, nec locelli semen genitale, dolent utraq;. quod nisi *Curatio.* celeriter reglutinentur, dissoluanturq;, suppurãt & loca quo proruperint. Nã & ilia, & inguina, & pecten hoc sæpe patiuntur. Cum dolet per exordia sic curato, calefacientia apponito, & in aqua calida sedeto, spongiaq; ex aqua calida expressa foueto, medicamẽtumq; quod ad uuluas faciat, propinato. Si his non soluatur, supra & infra, quo magis opus esse uideatur, purgato. Quod sic dignosces, si quidem inguina, pectinem, uesicamq; uexarit, per se quod opus est, sine medica potione peragũt. Sin autem ilia, uel præcordia, rectumue intestinum, medicamento per inferna magis egebunt. Hæc autem mala uetulas potius in mensiũ defectu, quã nouellas uexant, uexãt & iuuenculas, si cœlibes, uel uiduæ

uel uiduæ degant,quæ si sedem petant,oletum impediūt, lumbosq́;,uentrē, anum dolitāt. Quæ cum sic habēt,lumbos calida foueto,fetida suffito,quæ purgent,uuluasq́; eiiciant,apponito,quodq́; conferat, & admittat,pitissato. Sin autem inferiora petant,ualde inguina,lotii meatus dolitant,crura torpescunt,lotium nō emittitur,meatus lotii adeo obturatur.Sic ergo curato,quæ boni odoris sunt, unguentaq́; odorata naribus dato,uuluis autem fetida suffito.Nam minima quæq́; res,& occasio uuluas commouet,si qua male habeāt. Pedum enim,& lumborū horror,saltatio,casus,timor,status,situs,cursus,ascēsus, descensusq́;,plurimisq́; præterea de causis hoc euenit, quod cum subito maius,uel minus,his de caussis inuasit,dissolutumue est,totū corpus spectandum non est,sed cum diutius,altiusue sedit. Nam quæcūq́; locellorum commotiones,procidentiæue crurum refrigeratione,torporeue fiunt,quæ frigore ueniunt,sedantur, si tenus umbilico in aqua calida sedeant, si post partum in dexteram partem uuluæ uertantur, puerperia non defluunt, dolorq́; lumbos, coxendices, ilia, postremam aluum habet, dexterumq́; crus ingrauescit, torpescitq́;, uuluarumq́; os etiam inclinata fœmina non tāgeret,uuluas tamē leuigatas,fluidas, uehementerq́; planas deprehendet. Cum sic habuerit,medicamentum,quo supra,& infra purgetur,potato, sed magis infra,corpusq́; totum foueto,uuluasq́; placide suffito,calida bis die lauato,quod poculum potissimum suscipiet,præbeto,brassicam comedito,crebro cum uiro dormito. Si uuluæ in sinistram partem declinauerint,uel coxēdicem,dolor grauis lumbos,coxendices,ilia habet, claudumq́; insuper, & mancū crus redditur. Cum sic habuerit,medicinam elateriū potato,postridie suffito, modiolos hordei duos, oleæ folia concisa,tusam gallam,& cribratam,hyosciami seminis modioli trientem. Hæc misceto, dimidiaq́; olei hemina subigito, & in nouam ollā dato,modoq́; superius dicto,suffumigato dies quatuor,nocte lac bouis, mel,& aquam potato, calida lauato. Si locelli tortuosi sint, osq́; per quod menses defluunt,modo pateat,modo contra clausum sit,mensesq́; dissimiles profluant.Nam modo mali,& minus defluunt,modo contra.Quin etiam semen genitale tunc non suscipitur,dolorq́; uentrem, lumbos,& coxendicem uexat,isq́; contrahitur.Cum sic habet,medicamentum potato,calida lauato, suffito,cumq́; recens lota,suffitaq́; fuerit,digitum ipsa in uuluarum os dato, cibariis lenibus utitor,cruda,& cocta allia comedito,super sanum coxendicē iaceto,suffito,cum uiro dormito.Morbus autē hic uix pellitur,si prope sint, sæpe uomito,uuluas fetidis suffito,dum in sedem suam locentur,cibisq́; non soluentibus utitor. Si ualde prociderint uuluæ, pudenda,uenter febricitant, lotium crebro,paulatimq́; stillat, pudendaq́; uehementer lancinantur. Hæc patitur,si recens enixa cum uiro dormiat.Cū ergo sic habuerit,myrti baccas, foliaue,loti ramenta aqua decocta,subdiuata,quam frigidissima pudenda lauato, deinde hæc tenuiter trita apponito. Postea lentis aqua cum melle, &

Medela.

Cum locelli partem inferiorē petunt.

Medela.

Quā facile uulua moueatur.

Cum post partū in dexterā declinant.

Medela.

Sin sinistrum petant.

Cum torquētur.

Medela.

Cum uulua procidit.

Medela.

aceto decocta potato, dum uuluæ retrahantur, uomito, sub pudendaq; fetida suffito, sub nares odorata, cibis quam lenibus, & frigidis utitor, uinum album dilutum potato, ne lauato, cum uiro cubato. Si penitus uuluæ de pudendis procidant, & tanquam scortum propendeant, lumbi, coxendices, inguina, uenter dolitant. Quod cum inueterauit, uix in suam sedem redeunt, morbus autẽ hic capit, cum recens enixa laborauit, uel ita delassata est, uti locellos lancinaret, debilitaretue, uel si cum uiro in partus purgatione dormiuit. Cum sic habuerit, mulcentia, refrigerantiaq; pudendis admoueto, quodq; extra est, sic repurgato, malicorium uino nigro decoquito, quo abluito, retruditoq;, postea mel, resinã pari modo liquefacta in pudenda dato, supinaq; & pedibus altioribus distenta iaceto, postea spongias hoc uino tinctas, & expressas, lumbis, coxendicibus, inguinibusq; colligato, dum sic habuerit, cibis abstineto, parũ potato, dum septem dies transeãt; quæ si sic redeãt, satis est, si minus, summos locellorum, pudendorumue pilos circũuellito, raditoue, circũluitoq;, picarioq; unguento linito, postea scalæ pedes altius, quam caput colligato, manuq; retrudito, deinde lauato, cruraq; inter sese distenta colligato, diem, noctemq; sic sinito, ptisanæ pusillũ ius dato, nihilq; aliud, postridie eã in coxendicem reclinato, quã maximamq; cucurbitulam admoueto, diuq; uti trahat, sinito, cum amoueris, cutem ne secato, sed reclinatã sinito, ptisanæq; cremorem tantum dato, donec septem dies transeant. Si uero sitiret, pusilum aquæ potato, cum septẽ dies transierint, cibis lenissimis, & paucis utitor. Cum autẽ egerere uoluerit, iacens egerito, dum quatuor, & decem dies transeant, postea tepidis, & lauato, & foueto. Soleq; calefacta melius est uti. quã parum deambulato, ne lauato, uentrem ne soluito, cibis non multis utitor, nec acribus, nec salsis, pudenda olidis suffito, cum deambulare cœperit, subfasciato. Si locellorum os extra pudenda procidat, utpote eorum ceruice fluxa, lata, & prope pudenda existente, magis hoc fœcundæ patiuntur, potissimum uero defatigatione. Nam cum fœmina defatigatur, locelli calefiunt, sudantq;, osq; eorũ per ceruicem exit, utpote cum in loco humidiore, lubriciore, calidioreq; sit, quam prius, quod cum fit, recta, & inuersum exit, frigusq; captat, quod si statim curetur, sanescit, sed sterilis redditur, si minus, os durum semper propendet, continenterq; sanies glutinosa, & olida demanat, tametsi menstrua decurrãt, sitq; in ætate quiescito in lectulo, si uero hic morbus inueterascit, immedicabilis fit, cũq; uuluis propendentibus consenescunt. Si uuluæ defluxerint, calida subluito, uino cũ oleo linito, retrudito, suffasciato, fetida suffito, naribus odorata dato, quæ si diu extra propenderint, congelatæq; sint, & torpidæ, multa calida, uti recalescant, foueto. Si uero iam tumescant, cum aqua, & aceto calido foueto, uel cum lauri, myrtiq; aqua unguentarioq; cerato perlinito, placideq; retrudito, quæ si auscultẽt, bene habet, si minus, tepida cum aceto uehementer perluito. Cum tabuerint, uti dictum est, retrudito, quæq; dicta sunt,

Cum propendet.

Curatio eius.

Cum locelli procedant.

Medela.

dicta sunt, facito, nullumque oleũ, aut pingue adhibeto. Si quid uuluæ os subsi nuetur, menses non defluunt, uel pauci, mali, dolorificique decurrunt, quæ si cũ uiro cubet, dolitat, quicquidque uir immiscerit, exit, nec tangi patitur, nec geni turam attrahit, lumbi, coxendices, fœmina, & inguina, uéterque dolitat, nec ta/ ctu uuluarum os comparet. Cũ ergo sic habeat, lotio uetusto suffito, deinde cum lentis cremorem cum melle, & aceto sorbuerit, uomito, postea calida lauato. Postea lagũculam, phialamue argenteam, aheneamue cum oleo albo Aegyptio, & sale calefactam, sub eam pannis conuolutam dato. Quæ si olei odorem in os peruenisse, dicat, pariturã, sanamque fore dicito, bonoque animo esse iubeto, cũque dormitura est, oleum Aegyptium cum uellere apponito, po stridie si quid os uuluarum directũ sit, perspicito, quod si esse dicat, tres dies odoratis suffito, quæque non uellicent, apponito, purgato, lenibus odoramen/ tis suffito, postea lauato totidem dies. Cum uero menses decurrẽt, odoramen tis suffita, non lota, ieiuna uirum petito. Multæ tamen hoc morbo, nisi curen tur, steriles redduntur. Si uuluæ ulceratæ sint, quam maximeque propendeant, manus oleo pingui linito, retruditoque, myrrhæque puræ tres pilulas dato, lau/ rumque uiridem tritam cum uino potato, & sic conualescet. Si uero pudenda ualde terminos exeant, semen anesi tritum, & apii pudendis admoueto. Si suo loco non maneant, sed modo huc, modo illuc eant, doloresque præbeant, & quandoque exiliant, quemadmodum sedes, quandoque non compareant, euane/ scantue, cumque supina iaceat, suo loco maneant. Cum uero surgat, uel exper/ giscatur, seseue uertat, motetue, quoquoue sese modo agitet, prosiliant, sæpe etiam cum quiescit. Hanc oportet quam maxime quiescere, nihil dimoueri. pedes altius, quam caput habere, uomere, locellos sursum retrahere, stringen tibus fouere, olida suffire, odorata naribus admouere, uino, quod in granato pertuso, ablato umbilico, & granulis interioribus ferbuerit, perluere. Quodque maxime conueniet, nihilque quod locellorum reuocationem impediat, admo/ ueto, quam maximeque intro dato, deinde lata fascia, ne delabatur, subligato, sorbitionemque eam porrigito, quæ papauere, caseo farina concoctis conficitur, quemadmodum supra in alia procidentia scriptum est. Poculum quod potissimum uolet, propinato. Cibis lenissimis utitor, cum uiro nisi redierint, ne cubato. Si uuluæ procidant, hederam siccissimam, tenuiter tritam cũ lin/ teo apponito, pingue nihil admoueto, sorbitionem hanc, bis die porrigito. quæ caseo, papauere, saluia, cupero, aneso, farina hordeacea decoctis confi/ citur, dimidiæ heminæ mensura utraque datione. Si locelli crura, pedesue pe/ tant, quod sic dignosces, pedum pollices sub ungues contrahunt, coxæ, crura dolent, neruos coxarum lancinat, hanc multa calida lauato, si placeat, foueto, fetida suffito, deinde rosaceo linito. Si qua locellorum motatione repente obmutescat, manus, genua, crura frigescunt. Locelli suo loco non deprehen/ duntur, cor salit, fremit, cæteraque eueniunt, quæ in sacro, comitialiue morbo,

Cum os uuluæ torquetur.

Curatio.

Phiala.

Locellorum ulcera.

Cum ualde procidunt, et nusquã sistuntur.

Medela.

Procidentiæ.

Medela.

Cũ locelli crura et pedes petunt.

Quæ repente obmutescunt cur.

ſudorq; multus ex auribus ſcaturit, crura huic multa gelida perluito, cæteraq; prius dicta facito. Si locelli quoquam moti dolorem faceſſant, muſcum oleæ, ſcabiemue, lauri, cupreſſiq; ramenta in aqua feruefacta cum linteo, lanaue admoueto. Cum fœmina recens enixa maius, quam poſſit, onus tollet, ſaliet, ſaltabitue, curret, ligna ſcindet, ſternutet, emungat, ſimiliaq; alia faciat, locelli plurimum procidũt, exiliuntue, tepida locellos perluito, poſtea betæ decocto, deinde uino nigro meraco, tepido. Si uero his non auſcultet, lenientia admoueto, hæcq; antequam frigeſcant, facito, placideq; retrudito, cruraq; deinde inter ſe cohærentia ſubtendito, quidq; molle ſub hæc ponito, nihilq; ſe dimouere mandato, uentremq; ne perturbato, mouetoue, ſub nares odorata dato, quæ ſi non ſedentur, ueratro purgato, ſi non ſufficiat, uomitone lauato, ſileto, quieſcitoq;. Si uuluæ dureſcant, exaſperenturue, uenter tumeſcit, inflatur, micat, uultus caua, pedes tument, decoloratur, menſes tolluntur, ſemen non ſuſcipitur, difficulter ſpirat, os ſpumeſcit, æſtuat. Cum expergiſcitur, recta ſpiritus anguſtia, orthopnoeaue, proſilit, habetue. Si quid comedat, potetue, moleſtat, gemit, deficit, afficitur magis, quam antea, ſtrãgulatur, nerui contrahuntur, uuluæ, ueſicæq; dolitãt, manu tangere non eſt, non mingunt, ſemen non ſuſcipiunt. Cum ſic habet medicamẽtum infra potato, calida lauato, totum corpus umbilico tenus ſæpe lauato, fouetoue, deinde quid intermittens, quibus purgetur, nec lancinetur, apponito, pudenda odoratis ſuffito, naribus olida dato, pocula dato, quæ uuluas purgent, ſuumq; in locũ redigant, mercurialem comedito, lac poſtea potato, ſicuti in laterum morbo ſcriptum eſt. morbus autem hic longus non eſt. Si uuluæ dureſcant, os earum exaſperatur, menſes non comparent, & ſi defluant, harenoſi uidẽtur. Si uuluæ os digito tangas, aſperũ inuenies, calloſumq;. Cum ſic habuerit, cyclaminũ, ficum, ſalem tritum, miſtũ melle ſubigito, glandulamq; conficito, & indito. deinde ſuffito, purgantibuſq; lauato, mercurialem, braſſicam, porrum ſimul coctum comedito, iuſq; ſorbeto, lauato. Si uuluæ obdureſcant, mẽſes tolluntur, os earum clauditur, non concipit, quidq; aliud eſſe uidetur. Nã ſi tangas, ſaxum illic eſſe uidetur, os durum eſt, aſperumue, multorumq; capitum, radicumue, ſiue polyrhizon, nec tactu leuigatum, nec digitum, qui pertentet admittit, febris, fremitus corripit. Lumbi, coxendices, ilia, uẽter, fœmina, uuluæ dolitant, quod euenit, ſi menſtrua intercepta, corruptaue intus putreſcant, quãdoq; partu, frigore, malo nutricatu, & alias. Medicamenta igitur potato, multa calida lauato, oleo utitor, ſuffito. Cum recens lota, ſuffitaq; fuerit, ſpicillum demittito, os aperito, digitoq; ſimiliter patefacito, lenientia, ſicuti dictum eſt, apponito, modoq; eadẽ pocula dato, curato. Si uuluæ dureſcant, & os earum dureſcit, & clauditur, menſtrua non defluunt, uel pauca, & mala decurrunt, lumbi, coxendices, ilia uenter dolitat, horror, febris corripit. Cum ſic habet, multa calida lauato, diutius uuluas leniter ſuffito, cucumeriſq; ſiluatici

Curatio. *Procidentia uuluæ cur.* *Medela.* *Cum uulua dureſcit.* *Curatio.* *Vuluarum duricia.* *Medela.* *Duricia alia.* *Morbi huius cauſſa.* *Medela.* *Cum uulua dureſcit.* *Curatio.*

uatici

uatici decocto, aquaue suffito, deinde lenientia apponito, tresq; dies hæc facito, cumq; se ipsa tanget, & uuluarum os molle comparebit, tūc lino crudo, puro tres penicillos conficito, primum tenuem, secundum paulo crassiorem, tertium digiti parui crassitudine, quinq; digitorum longitudine, quos pingui anseris linito, & a tenuiore incipito, alternatimq; indito, cūque odoratis ante suffiueris, lenientem glandulam netopo, ne ulceret, litam imponito, ne lancinet, pungatue caueto, duosque dies finito. Nam sicuti tuniculæ, membranulæue quædam crassæ abscedent, deinde tres dies intermittito, cyclaminum cum narcissino apponito. Si uero hæc non purgarent, tecum putato, sit nec ne, quod cum bupreste conficitur, apponendum, & apponito, diemq; finito, cūque ualde lancinabit, pungetue, amoueto, calidaque pudenda perluito, & in oleo sedeto, postridie cum lota fuerit, cerui pingue liquefactum cum molli uellere apponito. Quæ si tibi uideretur adhuc purgationis egere, tres dies intermittens, quod cum narcissino fit, apponito, postridie netopon, deinde tribus diebus prætermissis, uuluas odoratis, & pinguibus lauato, deinde puleium unum diem apponito, sequenti die odoratis suffito. Cibis acribus utitor, marinisq; potius quam carnibus, castoré in menstruis potato, deinde nihil comedito, nec lauato, sed suffita, cum sorbuerit, uirum adito. Si uuluarum os genituram non suscipiat, sed sterile, & clausum maneat, plumbeam fistulam, sicuti dictū est, tres dies admoueto, calida lauato, lenientibus utitor, supina recumbito, in aqua calida sedeto, uellus oleo tinctū apponito, nocte potius lanea uelamenta, uel linea mollia coxendicibus apponito, ne corpus defluat, curato, lenibus appositis utitor, myrrhamq; præpinguem, picem, ceram, anseris pingue apponito. quod sic componito, myrrhæ dimidium ad cætera sit, cū lana apponito, duoq; lenia apposita sunto. Quorum unum die, nocte alterum apponito, quod cum subduces aqua odorata perluito, uel quinq; & decem cnidias baccas sine cortice tritas, cum lacte fœminæ puerū lactantis, cerui medulla, cæterisq; dictis, & mellis pusillo miscetc, & cum molli uellere, & puro diem apponito. Sin autem ualidius uelles, myrrhæ pusillum cōmisceto, sed & optimum est, oui album, capræ seuum, mel, oleum rosaceum tepidum cum lana appositum, uel pingue rubrum anseris, mitefactum, rosaceum commistum, & appositum similiter. Sed melius est anseris pingue, seuum ouis cera alba, resina, netopo, rosaceo simul liquefacta, commista, tepida lotæ apposita intro ad os uuluarum, uel cerui medullam, anseris pingue, rosaceum, irinumue oleum tepidum cum molli uellere apponito. Cum fœminæ uuluæ durescunt, prociduntq; in pudenda, durescunt inguina, pudenda æstuant, cunctaq; in cancrum uergunt. Cū ergo sic habuerit, cucumeris interiora trita, cerā, fauumue hemina aquæ subigito, tepida in sedem dato, & purgabitur. Si uuluarum os præ siccitate, durescat, & fauces, quod digito pertrectans dignosces, morbus iam informatur, siue ad

Medela longa et uaria.

Cum semen non admittitur.

Medela.

Duricia uuluæ.

medela.

Cum os uuluæ siccitate durescit.

coxendices uoluatur, nihil acre indito, ne ulceretur, & inflammetur (nam periculum esset, ne penitus sterilescerent) quæ nõ purgant, apponito, quibus purgetur. *Medela.* Cum uuluæ durescunt, dolitantq; cerui medullam, uel anseris pingue, suillumue, uel oleum irinum cum melle apponito, uel oui luteum cum ceræ albæ glebula mistum, uel hordeaceam, triticeamue farinam cum ruta, aqua decoctam superlinito. *Cum uulua clauditur.* Si uuluæ concludantur, earum ora durescunt, semen non suscipiunt, sed inde statim, postquam cum uiro coiuerint, cruraque mouerint, exilit, lumbiq; coxendices, ilia, fœmina, uenter dolitant, menstruaque non defluunt, uel pauca, mala, decoloraq; decurrunt. *Medela.* Cum sic habuerit, multa calida lauato, post balneum uero castorem cum pæoniæ radicæ, uino nigro odorato propinato, cibis nutricato quibus puerpera. quod si menstrua compareant, diem abstineto, deinde totam foueto, potionemq; dato. Si consuetæ peritæue harum rerum sint supra, uel si uideatur egere infra, *Lac asinæ.* lac asinæ igitur dato, uel serum, leniterque suffito, lenientiaque uuluis admoueto, cyclaminum, narcissinum, cucumeris parui partem interiorem, seminibus abiectis, lac fœminæ puerum lactantis aspergito, teritoque, myrrhamque sinceram, puramue, mel quam optimum, oleumque, album, Aegyptium, siccumq; potius quam liquidum, humidumue conficito. Cum uellereq; puro, oleo albo Aegyptio tincto lotæ admoueto, subligatoq;, sub tectoq; maneto. Cum uero purgata fuerit, si tibi uideatur satis esse, quiescito, cessatoue, si minus, rursus alterum apponito, post hoc lanam mollem rotundum in modum conuolutam, netopo tinctam diem unum apponito, postridie rosaceum cum uellere, deinde cerui pingue liquefactum cum uellere, semperq; ante appositum calida lauato, leniterq; odoratis suffito, postea die uno prætermisso lauato. *Pituitosæ et biliosæ purgatio, lauatioue.* Si pituitosa fit, eo quod cum cnidio grano, coccoue fit, si biliosa, eo quod cum succo colophonio, scamoniaue conficitur, super his utrisq; lauato, postridie narcissino cum uino dulci, si narcissinũ nõ sit, anethino, uel irino, quã optimo tertia ad uinum portione, postea, duobus diebus prætermissis, quod cum puleio fit, unũ diem, admoueto. *Castor.* Si uero menstrua defluant, castorẽ tres *Cyceon.* dies cum uino albo odorato, ieiuna potato, cum menstrua cessarint, lauato, non calida, pultem, cyceonaue sine sale sorbeto, cibum ne tangito duos, uel tres dies, cum uiro dormito, post aliquantum temporis, cum purgata fuerit, mercurialem cum alliis, cumino, sale aqua decoctã ante cibaria sumito, quin & allia quã plurima, & elixa, & assa comedito. Si uero mercurialis tenera non sit, tenellam brassicam cum his decoquito, sicq; mitefacito. Si post hæc concipiat, sanescet, cunctaq; bene succedent. *Cum os uuluæ clauditur.* Si uuluarũ os claudat, sicuti caprificus durescit, quod sic digito si pertentet, & calidũ deprehendet, digitus non intrat, mẽstrua tũc abscõdunt, semẽ genitale nõ suscipit, lũbi coxẽdices, ilia, uẽter dolẽt, quãdoq; & supna petit, strãgulatq;. *Medela.* Cũ sic habuerit, medicamẽtũ infra propinato, multa calida lauato, quæ os molliant, admoueto, specillum demittito,

demittito,os aperito, digitoq; similiter lauato,demulceto. Cũ molle fuerit, quæ sanguiné purgent,apponito,poculaq; & quicquid admittet,dato,decoctã brassicã comedito,iusq; sorbeto.Si uuluæ claudanť,mensesq; non cõpareãt,cucurbitã agrestem,colocynthidaue, cuminũ æthiopicum, nitrũ,salem thebaicum, narcissum, nephridionue,myrrham,resinã,farinam, cuncta simul mista,& trita feruefacito,glandulãq;,balanonue conficito,& indito.Si uuluæ frustulentur,thrombetheosiue,herui plenum os earum uidetur,quod ita habere,si tangas deprehendes,tunc menses non decurrunt,semen non suscipit.Cũ sic habet,cyclamini corticem derasum , tritumq; salem,allium melle subigito,& glandulam facito,uuluarumq; ad os apponito,cæteraq; apposita acria, abrodentiaq; admoueto, quibusq; sanguen purgetur, potionesq;,quæ uuluas purgent,dato.Si præter naturam uuluæ hient,mẽstrua crebra, glutinosa multaq; decurrunt,semen intus non remanet.Nam cum os hiat , semen non continet,tuncq; algor,febrisq; lumbos,& uentrem corripit. Morbus auté hic profluuio cruento concipitur , & cum repente menses sistuntur , repenteq; prorumpunt.nutricatus autem,diætaue prius dictus est.Per exordia purgamentis,appositisq; lenientibus curato,deinde leniter stringẽtibus,spongiisq; sub umbilicum aqua myrti, uel rubi, uel oleæ,uel rosæ,uel labruscæ,uel uitis foliorum tepida foueto.Si uuluarum os in mẽstruis, plusquam consueuit,hiet, sic menstrua plura,peiora,liquidiora, diutiusq; defluunt , semen non tangit , nec remanet, sed exilit , & si remaneat , os plenum non ualidum de menstruis inuenit,propterea leue,& inualidum redditur,& si ulterius procedat, intusue remaneat, uires demittuntur , & languent,uentusque & horror,& ignis corripit,lumbi,coxendices,ilia,uenter dolitant, quod maxime patitur,si quid intus corruptum putrescat, compingaturq;,quod & a partu patitur , quædam & alias.Cum igitur sic habuerit, medicamentum potato, quod citius decernat,quaque doleat, calefacientia dato , frigida lauato,paulum intermittito, deinde subluito,poculumq;,quod admittet,dato.Quæ siccent,suffito,polypos,& mercurialem comedito.Si non quemadmodum oportet,uuluæ clausæ sint,qua myrtus,uel lentiscus,uel uitis folia,uel oleæ,uel rosarũ aqua decocta sint,in ea sedeto.nutricatus ĩ rubro profluuio dictus est. sitis, crebri uomitus,balneoꝶ abstinentia optime auxiliantur.Si plus quam expedit,uuluæ pateant,purgato,subluito,suffito. Si ꝓcurrãt,menstrua plura,peiora,crebriora, liquidioraq; defluunt,semẽ non retinetur, sed statim prosilit,digito si tangas os,leuigatũ inuenies,de mẽstruis debilitas,horror,ignis,dolor,lũbos,coxẽdices,ilia,uentrem habet,corripitue.præsertim si quid intus de partu uel alias, corruptũ putriuit. Cum sic ergo habuerit , sicuti priora curato.Si uuluæ inflãmentur,menses subtrahũtur,ceruix earum contrahitur, situmq; araneosum obducit , febris grauis , quæ mentem tangat , corripit,menses pauci,& mali comparent , cũque ieiuna est, uomit. Cum quid comedit , euomit,lumbi,

Cum uulua clauditur.

Cum uulua frustulatur.

Medela.

Cum uulua hiat.

Curatio.

Cum per mẽstrua dehiscit.

Medela.

Cum uulua satis clausa non est,uel nimis pateat.

Medela.

Cum uulua inflãmata est.

coxendices,ilia,uenter dolitant,deficit,totum corpus horrefcit, uēter modo durefcit,modo mollefcit,accēditur,tumet,& concœpiffe uidet̃,quādoq; tumor euanefcit,uentriculus aquæ completur,umbilicus extuberat, uuluarū os emaciatur,menftrua ftrepentia,pauca,mala fuper apparēt. Claues,iugulūue, ceruixq; gracilefcit,pedes,præfertim tali tumefcunt. Cum fic habuerit,medicamentū infra potato,uuluas quā odoratiffimis fuffito, & eadem apponito, dies plumbulis utitor,calidaq; ante appofitionē lauato, nequid pūgat caueto,poft appofitionē lauato,cneftri duas potiones aquæ hemina decoquito, mellis acceptabulū,olei narciffini,anethiniue paulū cōmifceto, hocq; fublui to.Poft hæc tres dies intermittito,deinde eo,quod cū aceto fit,lauato, mercurialē decoctā puffillo uini afperfo,tanquā braffică ante cibū fumito, iufq; forbeto.Si uero remaneat,medicamēta,quibus aqua uuluæ purgant̃,potato, cibis his utitor pane,oleribus difcoctis,marinis potius, quā carnibus,uel trunculis,extremisue membroꝶ difcoctis,plurimūq; & ante,& poft cibū fefe exerceat,frigida ne lauato,dulcibus,pinguibufq; omnibus abftineto,dies īter purgationes,decoctū adianti aceto afperfo ieiuna potato. Nā hic morbus lætalis eft,eūq; paucæ fugiunt.Si præ uuluaꝶ inflāmatione non concipiāt,mēfes fubducunt̃,ieiuna uomit,fi comedit, dolor imam aluū, & lūbos habet,uēter totus modo durefcit,modo mollefcit, nec ualde moratur,nec ualde purgat, prægnanfq; effe uidet̃. Cūcta.n.quæ prægnātes patit̃,uentrēq; fi tāgas,tanq̃ utrem tumere deprehendes, cūq; pariendi tēpus aduentat, uuluæ concidūt, mēftrua pauca,& mala defluūt.Hæc medicamentū infra potato,quidquidq; purgat,apponito.quæ cū purgata fuerit,fanefcet.Si cū uulua inflāmat̃,tāgatur,recrudefcit, fideratur,magnus ignis,& grauis,& horror corripit,habetue, duricia mira circa pudēda fentitur, pungit̃,& exilis,& fi quis digito fupertangat,ftatim rurfus peius habet,pungit̃,caput,frons,uertex,dolitat, caligat, fudat,poftrema frigefcunt,tremunt,quandoq; foporatur, non audit,uulua non operat̃,non comedit,uentriculus cibū non retinet,clamitat,fefe iactitat,tota dolitat, pecten,inguina, coxendices,lūbi,membra agnata,extuberantiaue dolitant,ftatī pereunt,fi dolores agnafcant̃,crefcātue.Quare fpongiis mollibus aqua calidiffima,uel oleo tinctis,expreffifq; foueto, deinde cerui medullam, anferis pingue,ceram albā,oui luteū,uel ceratū,unguentumue picarium cum refina apponito,uinoq;,uel caprino lacte,uel gallinaceo iure purgato,uinum ne potato,fed ptifanæ cremorē,iusue forbeto. Hoc uuluarū doloribus infundit̃.Si dolor folū uehemēs,uiolētufq;, quædāq; procella, fpiritufq;,fiue flatus,qui nō exeat,fed illic maneat,in uuluis infit,fic curato, femē atriplicis fyluatici,& betæ fimul tritū cū uino albo tepido ī uuluas dato.Doloris uuluaꝶ remediū,tres femicongios atticos,uini odoratiffimi,tantūdemq; aquæ,fœniculi radices, & feminis ad eas radices, quarta portione , oleiq; rofacei dimidiam heminam, hæc in olla noua feruere cum eo uino facito,deinde fuffito, fcyllamq;

Medela. (margin, beside "camentū infra potato")

Cum uuluæ inflāmatio conceptum impedit. (margin)

Medela. (margin, beside "aqua calidiffima")

Cū dolor uuluæ moleftat. (margin)

Medela. (margin, beside "remediū")

ſcyllamq; apponito, dum os molleſcat, in tutoq; & aperto ſit, & manet, cũq; dum purgatur, puſtulæ circa uuluæ os oriũtur, ſic curato. Carnis bubulæ fruſtulum butyro, pinguiue anſerino, & aneſo trito linitum indito. Si ſacrum ulcus, eryſipelasue uuluas, metrasue habeat. Pedes mãmæ, os corpuſq; tument, labor ſpiritus recta anguſtia, ortopnoeaue ualde uexat, uenter, ilia, pectora, caput, dolet, manus tremunt, torpentq; inguina, poplites quandoq; liueſcunt, paulumq; leuant, colorq; redit, maxime uero mãmæ gentilitate quadam & cognatione pectoris tument, tamen non ualde dolẽt, horror, igniſq; corripit, uultus rubeſcit, iecur areſcit, ſitit. prægnanti ſi hæc fiant, perit, nec euadit. Si ſacrum ulcus, eryſipelasue in uuluis fiat, totum corpus, de pedibus incipiens, liuidiſſime tumet, quoq; plus inueteraſcit, magis, pectus ſalit, tumet, tota frigeſcit, horror, igniſq; magnus corripit, crebro ſpirat, anelatue, deficit, debilitatur, corpus totũ dolet, animus laborat, mens uacillat. Malũ hoc pathosue, de uentriculo inferiore, fœmina, ilia, lumbos, præcordia, tergum, ſtomachũ, pectus, collum, caput petit, mori uidetur. Cũ uero dolor ceſſat, diſſoluiturue, crura, fœmina, inguina, coxendices, lumbi torpeſcunt, poplites liueſcunt, parumq; leuant, deinde repetit, corpus, uultus puſtularum completur, patenter rubet, fauces hareſcunt, lingua exaſperatur, qui morbus ſi prægnantem capiat, habeatue, necat. Si uero grauida non ſit, hanc medelam adhibeto, lacte aſinino poto purgato, ſi non ſoluatur, uentrem refrigeramẽtis lenibus, & appoſitis refrigerato, ſenſim incipiendo lenibus, & uomitione purgato, crura ne tangito, ſambuci folia cum origano, uel thymo, uel ruta decocta optime ſumuntur. Si uero ignis remittat, uinum, & cibaria dulcia dato, paucæ tamen ſaneſcunt. Morbus autem aquoſus, hyderosue cũ in uuluis gignitur, menſtrua multa cenoſa, harenoſaue, aquoſa, cruenta non ualde profluunt, uenter, pudenda, uenæ, proximaque his omnia tumeſcunt, prægnanſque ſibi uidetur, mammæ lacte manant, poſtea ſtrangulatur, uenter dureſcit, omniſque locus circa tumet, ſi quis tangat, dolet, febriſq; uehemens, æſtuſq; habet, dolorque ingens in lumbos, coxẽdices, & ilia prorũpit, in ſomniſq; polluitur, ac deinde peius habet. Hãc calida lauato, calefacito, medicamentũ propinato, lenibus ſuffito, deinde cyclamini triobolum tritum cũ linteo apponito, uel cupreſſi ſuccum, cantharidas tritas aqua decoquito, tepidumque paulum temporis admoueto, & plus peraget, operabiturue, uel hoc apponito, cumini, uitis albæ, aſtaphisue drachmas tres, uel ſemen urticæ, radicem arei, horum quantum uelis, leniter admoueto, cum purgaueris amoueto, pudenda ſubluito, cum uiro cubato. Quæ ſi fœtum tulerit, tota purgabitur, ſaneſcetq;. Si quid ſubcruentum, ſanioſumue in uuluarum aquoſis morbis profluat, pudenda, & circũſtantia uehementer lancinat, ulceratque, ſicuti muria quaque cadit, & ſtillat, ulcerat, colorq; arcuatus, icterodesue totam occupat, cætera purgatur, quantum in aliis profluuiis. Qui morbus lenior eſt, ſed quandoque

Puſtulæ in purgatione ortæ.

Eryſipelas uuluæ.

Medela.

Hyderos.

Curatio.

Cantharides.

Aſtaphis leuce. Arei radix.

Color icterodes.

lætalis fit. Si uuluæ ulcerentur, exeantue, quemadmodū eam, quæ fluore albo laborat, curato, lac aſininum potato, emaciato, medicamentis iam dictis pur
Medela. gato, curatoq;. Morbum aquoſum, hyderonue de uuluis hæc educunt. Si de
Ventus uuluæ. uuluis aqua fluat, ſulphur tritum anſeris pingui ſubigito, & apponito. Si uentus in uuluis eſt, flatus exit, fremit, tota turget, labor, ignis, æſtus habet, ſuper his præ dolore uehementer exilit, uirum non admittit, cubile, concubitumq; ualde auerſatur, ſeſeq; attollere, erigereue nō poteſt, quid graue in uuluis eſſe uidetur, caput dolet, æſtuat, non loquitur, ſi dolor ceſſat, clamat, lumbi, coxendices, ilia, fœmina, pecten, pudenda, ſedes dolitat. Lotium, aluus cohibetur, mori uidetur, præcordia contenduntur, ſtomachus ualde lancinat, os amarum eſt, acria pura librioſa uomit, crebro ructat, melius inde habet, leuat
Medela quæ. ue, ſi non tumet, ſi tangatur, reſiſtit, dolet tamen, mulſo, acetoue mulſo cum oleo uuluas lauato, uel cuminum, & aneſum tritum, lini, uitis tenella germina trita gallinæ oua aqua ſubigito, ſubluito. quæ ſcribam potionibus, appoſitiſq; utitor, calido oleo, aromatis, odoratisue, flore iunci, ſchinuue anthos iniectis ſedeto, uel lauri, marisue aqua. Optimum autem eſt, lauationibus lenibus uentrem purgare, uel glandulam indere, uel uti leniter uenter ſoluatur,
Ventris facilis ſolutio. lana non lota melle tincta ſuperpoſita. Sin autem urinatior eſſet, cepam in oleum, uel mel iacito, & apponito, uel nitrum cum melle, uel tauri fel, uel
Mola qui fiat. granati acris modiolum cum melle, & farina hordeacea. Mola uero craſſa ge
Molæ diſcuſſio. nitura retenta, generatur, quam ſic diſcuties, ſatureiam, thymbramue tenuiter tritam aqua & aceto propinato, uel ſemen hyſciami tritum muria, & laſſaris ſucco, opoue dilutum, & aceto. Si oporteat, aqua lauato. Potiſſimum autem
Cum uentoſa ſit uulua. eſt, mulſum indere, cum lentis aqua, uel herui, uel uiolæ flore. Si uero purget, uti peruſta, myrthi aqua perluito, myrrhamq; & netopon cū lana apponito. Si uentus in uuluis ſit, qua exit lancinat, urit, tumefacit, æſtu, doloreq; afficit, uirum ea, & coitum ualde auerſatur. Pecten intenditur, tumeſcitq;, ſtare, nec ſeſe erigere poteſt, aut ſedere. Quam cum ſic inuenias, uentum, & genituram
Medela. in locellis eſſe ſcito, proptereaq; eam uexari. Quare mel, cerā, lini tenella germina trita, pingue gallinaceum cum uino odorato, tepido in uuluam dato, liniue tenella, uel ſemen tritum cum lana ad uuluæ os admoueto. Si uero nō operet̃, crocū irinum, lini tenella trita, pingui gallinæ, lacte fœminæ ſubigi
Cū ſemen reiicit. to, cum linteo ad locorum os admoueto. Si uero quid pingue, carnoſumue ſubpullulet, quod tabefaciat, modiceq; extenuet, apponito. Nam uuluæ nimis extenuatæ abortiunt. Si uero locelli ſemen non ſuſcipiunt, reiiciuntue, caloremq; in ſeſe non habent, moliendum eſt inſtrumentum, ſedileue, ſuper quo fœmina ſedens pannis conuoluta per uuluas halitum, uaporemue hunc
Suffimentum. ſuſcipiat, caſſiam, cinamomum, myrrham, par cuiuſq; ſapa calefacito, ſubditoq;, deinde modice lauato, parum comedito. Subuenit & hoc appoſitum, myrrham tenellam cū melle, in glandulæ oblongæ formam redactā indito.

Hæc

Hæc crebro uires respectās facito, uel securidaca herba, pelecinosue, quæ in triti segetibus reperitur, cum myrrha prodest, uel mel costum tedulis agitatum, remistūue, quantitate fabæ Aegyptiæ admoueto, uel tauri fel, uel rhoas rubræ par conyssæ herbæ, cunilæue, simile autem est hoc germen, cespesue palustri, & tenello apio, secundumq; mare nascitur in harenosis locis, cuius odor uix fertur, quod cum melle, & uino apponito, uel bulbulum, quod intriticeis inuenitur, præsertim Aegyptiis asperum cumino Aethiopico simile, cum hoc allium, nitrum simul tritum, & mistū admoueto, tamen prælauato. Cum fœmina caput, uerticem, frontem, ceruicem dolet, præq; oculis nubeculæ cursitant, & obuersantur, dolet, lancinatur, territur, lotium nigrum emittit, simile quid per uuluas discurrit, æstuat, animo angit, bilis atra in uuluis inest, quam sic curato, cucumeris annui partem interiorem, tauri fel, aeris florem, baccharim tritam misceto, apponito, medicamentum potato, lauato. Cum autem fœmina uuluas dolet, lancinatur, flauā bilem mingit, uulua hians similia demittit, oculi arcuati, icteroidesue sunt, bilem ī uuluis inesse, scito. Quare totum corpus, & eas optimum est medicamentis, & appositis purgare, quæ bilem educant. Cum uulua frigescit, quid graue inesse uidetur, decoloratur, uulua fere cohæret, quam cum sic habet, medicamento, quod pituitam educat, purgato, crebroq; uomitu, & abstinentia emaciato. Cū fœminæ os male olet, nigræq; & malæ sint gingiuæ, sic curato. Leporis capitis cōbusti cinis, musculorumq; duorum exenteratorum cum iecusculis, & renibus separatim combustorum, marmoris triti, & cribrati, uel lapidis albi tantūdem cōmisceto, dentesq; & gingiuas cōfricato. Postea lana succida tergito, intus, & extra, quam deinde melle tinctam superponito, uel tritum anesum, anethi semen, myrrhæ duos obolo, dimidia hemina uini albi meraci coquito, hocq; perluito, & in ore plurimum contineto, crebroq; hoc facito, hocq; ieiuna & gargarissato post cibum. optimum autem est, parum, & optima comedere. Dentes hoc medicamentum purgat, quod indicum appellatur, osq; bene olere facit. Cum fœminæ mām a durescit, stipæ, stoebesue fructum, uel rubi cū aqua, & oleo coquito, quo māmam linito, foliaq; betæ superponito, quæ linteo in sacculi formam consuto, quod māmam capiat, tegito. Si uero suppuret, incidito, lanaq; succida pro penicillis utitor, eamq; superponito. Postea lentem cum farina coquito, quo linito. Sin autem in fœminæ pudendis, uel ano uermiculi innascantur, salicis marinæ, uiticisue fructum, uel folia trita cū bouis fellis obolo, cedrino oleo subigito, lanamq; succidam bene carminatam hoc tinctam, tertio quoq; die diem, & noctem apponito, quo ablato, calida lauato, coctaq; & cruda allia comedito, sicq; uermiculi & peribunt, & exibunt, deinde muria lauato. Hæc faciem emundant. siccum tauri iecur tritum oleo, uinoq; meraco subigito, & linito. Nam recens iecur, felq; faciem perdit, ptisanæ cremor similiter emundat, ouorumq; album, lupinorū, heruorū, tritici,

Pelecinos. *Rhoa rubra.* *Bulbus triticeus.* *Capitis dolor.* *Medela.* *Dolor uuluæ.* *Vulua frigescēs.* *Oris malus odor.* *Medela.* *Māmæ duricia.* *Vermiculorum eiectio.* *Quæ faciem poliant.*

ficorum, farina illinita, sed & brasiccæ radix combusta, semenq; hoc faciũt, lentiginesq; tollunt, halcyonium etiam, hoc est uituli marini stercus combustũ, cinis, calx. Si uero facies doleat, cerato rosaceo linguito, perlinito, deinde aqua gelida perluito. *Quæ erugent.* Hæc erugant, plumbaginem mortario lapideo terito, pæoniæ aquam aspergito, pastillos conficito, siccos terito, oleo subigito, faciem rugosam linito. *Quæ capillum fluentem sistant.* Si uero capilli defluant, ladanum tritum rosaceo, anethi noue oleo, & uino subigito, & linito, uel argillam, terramue, quæ emundat, uel terram cimoliam rosaceo, uel omphacino, uel acacia cum uino, capillos ungito, qui si cum madore defluant, cuminum tritum, uel columbi stercus, uel raphanum, uel cepam, uel betam, uel urticam tritam misceto. *Quæ næuos et similia tollant.* Lentigines autem, uitiligines, næuosq; tollit ptisana, nerui farina, betæ ius, oui album, uel cucumeris agrestis radix sicca, tritaq;, cũ uini fece mista, & linita, uel fici folia sicca trita, similiter imposita, sesamoq; trito, & emũdato, uel amygdalis amaris, uel semen urticæ, tegmen, cortexue allii. *Lichenas quæ tollant.* Lepidium superligatum sordida ulcera omnia emundat, tollit, acetum, thuris pollin, pumex, sulphur cũ aceto, cardami siluatici cinis, uiparæ senium, lapathi, rumicisue syluatici radix trita cum aceto uinoso. Si pustulentur, lithargyro utitor, loculum optimum rubri profluuii, *Pocula rubri profluuii.* cinerem cornus ceruini cũ duplo farinæ hordeaceæ uino pramnio potato, & sistitur, uel tritam adianti radicem, cicer tostum, oui luteum cum melle, uel sitaniæ farinæ acceptabulum, gummi albi dimidium, thuris pollinis tertium, iunci odorati paulum, uel pini, uel cupressi cum aqua per colum missa de die propinato, uel cornus cerui cinerem, uel cum quinque cedrinis baccis tritis, & farina hordeacea decoctis, uinum asperum nigrũ, in quo tedula ferbuerit, miscetur, uel dulcis granati succum cũ uino nigro decoctum propinato, uel cupressi tres, uel quatuor fructus, uel myrti baccas nigras, & simul, & solas ad fœminæ corporis uires respectans cum uino propinato, uel castoris obolum tritum cum uino nigro aspero. *Pocula ad omnia uuluarum mala.* Pocula cuius uis mali uuluarum, pæoniæ baccas tritas, rhou, sumaciue radices, rosæue, cuminum æthyopicum, melanthion, gitue uino albo decocta propinato, uel ferulæ derasæ acceptabulum, marrubii succum uino albo diluto, quod & naribus sanguinẽ defluentem sistit, *Sanguinis nariũ sedatio.* uel granati interiora trita, & farinæ pollinem cũ uino nigro cocta porrigito, uel semen lini, uel erysimon, tostum, & oleæ uiridis folia, & nigrum papauer maturum. Hæc simul trita uino diluto, propinato, uel coagulum asininum, *Coagulum asininum.* granati dulcis radicem, gallam æqua omnia uino nigro decocta, propinato, uel dulcis granati succum cum uino, uel lapathi, rumicisue semen, cum gallæ parte exteriore rasa, simul trita, deinde pultem sorbilem, cyceonaue conficito, & porrigito. *Sanguinis sistentia.* Si multus sanguis ex uuluis defluat, uiticis, hagniue folia trita cum uino nigro dato, cuncta aspera, acerbaue trita uino nigro cõmista profluuium sistunt. *Quæ fluores sistant, et dolores sedent.* Profluuii, dolorisq; remediũ, marini roris, cachryosue radicem uino nigro decoctã propinato. Si uero profluuii maior esset dolor,

esset dolor,& profluuium,quam sic superari posset, terebinthi fructum tritũ uino diluto propinato. Si uero profluuium fiat amplius,& uexet,cancros fluuiatiles uino coquito,quod uinum cũ aqua propinato. Sin autem adhuc magis profluuium deferatur,tritos eosdem cũ uino porrigito,uel marrubii succum similiter dato.Si uero multus fluor decurrat,mulæ ungulæ cinerem cribratum cum uino dato. Si longus esset fluor,spongiam combustam tenuiter tritam cum uino odorato porrigito. Profluuiorum emplastrationes,allia,portulacam, apium,loti,cedriq; ramenta tenuiter trita mulso subigito,& emplastrato,uel spinæ albæ,rubi, oleæ folia trita mulso subacta cum farina linito, uel sambuci, myrtiq; folia similiter linito , uel mori,lotiq; ramenta,rosæ folia trita cum uua passa. Suffitiones fluorum,lolii farinam aceto mulso meraciore coquito,& suffito , uel lentis tostæ crassiorem farinã aqua decoquito, & similiter agito,uel heruum pari modo.Optimum autem est,cum saluia,& hyperico hordei furfures decoquere , & fouere , uel loti,cupressiq; ramenta aqua decocta cum uua passa in linteũ missa subdere,uel oleæ,hederæ,myrti folia cum hordei furfuribus decoquere, uel tritici furfures cũ aromatis aqua decoquere,uel uiolæ albæ semen,uel radices cum tritici furfuribus aqua decoquere,uel decocto furfurum lana tincta foueto, uel serpylli decocto cũ furfuribus,spongia,uel lana molli similiter foueto. Si uero dolor uexaret , uasis fictilibus,léticulæ figura formatis,aquæ calidæ plenis, uel uesicis olei calidi plenis foueto.Fluorum lauationes myrthi,lauri, hederæ folia aqua coquito, & lauato,uel sambuci, & iunci decocto similiter, uel oenanthen , hoc est labruscæ,uitisue florem,cyperon,passam mulso coquito,& lauato,uel fœnum græcum, rubumq; simul aqua coquito,& tepida lauato, uel oleæ uiridis,uel cupressi,uel serpylli,uel granati,uel uiolæ albæ radicis, uel iunci decocto tepido lauato,uel butyro,uel anseris pingui,uel suis,uel medulla aqua decoctis tepida lauato . Suffitiones fluorũ , hordei fracti fumũ per inferna suscipito, uel cerui cornus cum oliuis non maturis,uel rhoon rubrum, sumaciumue,farinamq; cribratam cum oleo,pariq; modo uini prunã aspergito, nidoremq; suscipito , uel hordei furfures,& bubulum stercus super prunam mittito , & suffito , uel loti ramenta , uel rhoon rubrum, uel cupressum cum uino nigro aspero,uel chalbanen, uel thuris pollinem, uel resinam cum uino , uel capræ cornu,uel gallam,& fluor sistetur, uel duos modiolos atticos acinorum uuæ tostorum,tritorumq; uino aspersorum in scrobem excauam super prunã mittito,huncq; nidoré mulier pannis conuoluta per inferna suscipito,uel sordes caprinas siccas,tritasq;,cũ hordei farina oleo subigito , & super prunã dato, similiterq; suffito,uel hordeum solum,uel multos eius furfures super carbones mittito,& suffito,uel cupressi ramenta oleo aspersa, uel papauer,uel myrrham,uel thus oleo aspersum,uel bitumen,& hordei furfures,uel cupressi radicem tusam rosaceo consparsam suburito, uel calamo iuncoq; odorato , &

Emplastra,fomẽtaq;.

Diuersa fomenta.

Lauationes.

Sicca suffimenta.

Diuersæ suffitiones. apii semine suffito, uel tuso aneso, rosaceo asperso similiter utitor, uel resinã, cinamomum, myrrham cum rubi, uel rosæ foliis, uel menta cum croci pusillo, styracisq;. Hæc omnia trita, mista, attici oboli pondo singula, super prunam fermenticiam dato, nidoremq; per inferna suscipito, uel bubulum stercus rosaceo consperfum super prunam fermenticiam mittito, super quã mulier prius locetur, ne nidorem præsentiat. quod bonum nõ esset. Profluuii rubri apposita. Myrrha, & bulbulum tritum optimum est appositum, uel rosæ tenuiter tritæ rosaceo subactæ, & cum lana appositæ, uel trifolii, lotiue florem aqua decoctum, deinde tritum rosaceo subactum cum lana ad uuluæ os dato, uel cuperum, irimue, anesum pariter cum rosaceo, & lana quam maxime intrudito, uel myrti nigri folia, pini corticẽ uino albo coquito, ac uti priora conficito, uel cupressi fructum, thurisq; parem modum, tritum, rosaceo subactum cum uellere apponito. *Fluorẽ quæ siccent.* Si profluuium siccare uelis, nepetã uino nigro coctam cum linteo apponito, uel porcinæ fabæ folia, hyosciamuue, cicutãq; uino simul coquito & uti priora conficito, & apponito, uel marrubium, maluamq; coquito, & cum cera, & anseris pingui misceto, tepidũq; sicuti priora pudendis dato, uel malicorium uino coctum, tritũ resina, & rosaceo subactũ apponito, uel loti ramenta similiter apponito, uel lentisci folia, uel rhoon cũ melle decoctum, & mistum apponito, uel cneron tritum cum uino. Si non cessent, honibletum herbam linguæ similem cũ uellere apponito. Profluuii aquosi infusaneum appositum. *Fluoris aquosi medelæ.* Si fœminæ de pudendis aqua defluat, tamaricis folia, lini semen, resinam aridã terito, uino subigito, pingue gallinaceũ, uel anseris superiacito, & misceto, tepidum per infundibulum in pudenda dato, uel farinæ purissimæ, quantum manu capitur, uel amylon uino, & rosaceo subactum ad stomachũ, osue locellorum cũ uellere dato. Fluoris aquosi infusaneum, cum aqua de pudendis defluit, tamaricis folia, semen roris marini tritum resina, pinguiq; anseris subigito, & per infundibulum in pudenda dato. *Pecten si doleat.* Si de aquoso fluore pecten doleat, uiticis, hagniue semen tritum melle subigito, & pectinẽ optime linito. *Si albus fluor, uel alius defluat.* Si fluor cruentus, albusue, uel quiuis alius defluat, sulphur, mandragoramq; tritum uino meraco subigito, & cum uellere admoueto, supinaq; iaceto, quiescitoq;, uel malicorium siccum tritũ uino pramnio propinato. Poculum fluoris albi. Semen hæderæ albæ, pini corticẽ uino aspero decoctũ potato, uel cerui cornu combustũ, hordei farinæ duas portiones ad unam, cedri baccas quinq; tritas aqua propinato. *Vuluæ strangulatio.* Cũ uulua strãgulat, castorem, & cunilaginem tritum cum uino dato, uel bituminis obolos tres, uel marini uituli pingue quantum duobus digitis capitur, uel peoniæ radicis dimidiam potionem tritam cum uino potato. Cum strangulatio, tusisq; uenit, sandaraches obolum, sulphuris ignem non experti tantũdem, tres quatuorue nuces græcas, amygdalasue amaras tritas cũ uino odorato propinato. *Vuluæ procidentia.* Si uulua procidat, hordeum tritum, cerui cornus ramẽta oleo aspersa suffito.

Cum supra

Cum ſupra uertitur, cor, ſtomachuſq; longa illic eius mora uexatur, myrrhã, uel reſinam, uel netopon, uel caſtorem, uel laſſaris ſuccum cum uino propinato. Cum uulua ſtrangulat, ſpiritus multus ſuperne prorumpit, grauedo habet, ſenſus percutitur, non loquitur, tota friget, ſpirat, lumina hæbeſcunt, caput ſubito radito, uitta conſtringito, umbilicumq;. Si tumeat, caſtoré, uel cunilaginem, uel rutæ aquam, uel cuminum Aethiopicum, uel raphani ſemen, uel ſulphur, uel myrrhã dato, ſub nares uero fetida dato, ſub uuluas odorata. Si uero perſiſtat, cocci quod album eſt intus melle ſubigito, & miſceto, nareſq; linito, uel iuncum tritum, ſi pungatur. Cum uero dolet, & ſtrangulatur, maluæ radicé, uel acetũ mulſum, uel fœniculi radicis corticẽ, uel crethmon ex aqua propinato, tegere autem, & quieſcere optimũ eſt, uel ſternutũ ueratro naribus admoto ciere. Si uero ſæptum tranſuerſum, præcordiaq; ſubuerſari uideatur, ea dureſcunt, ſubito muteſcit, ſtrangulatur, dentes cohærẽt, nec audit uocata, ſub nares hæc ſuffito, uellus, bitumẽ, caſtorem, ſulphur, picem, inguina uero, coxaſq; oleo quam odoratiſſimo intus linito, uel ſtellas marinas nigras, cum braſſica uino odorato coquito, & propinato, uel myrrhæ triobobolum, uel coriandrum, reſinæ parum, pæoniæ radicem, cuminum Aethiopicum trita uino albo, & aqua, uel mulſo, tepida propinato, peucedanũ etiã adiuuat, ariſtolochia, cepæ lachryma, panaces cũ uino, uel aqua tepida ſi dentur, uuluas reducit. Crotonis radix uino decocto, & eo poto, uel cuminum Aethiopicũ, uel apium, uel fœniculi radix, uel aneſum, uel piper, uel myrrha, uel papaueris ſuccus potus. Si cor uulua ſtrãguletur, uexeturue, ſpiritus intercipit, ſpirandiq; difficultas, aſthmaue ſubrepit, uiticis ſemẽ, pæoniæ baccas, uel abrotonon, uel panaces, uel hammoniacũ, uel rutam, uel ſomniferũ papaueris ſuccum cum uino propinato. Si rurſus ſimiliter habeat, melanthion tenuiter tritum, melle ſubactum, circum pinnulam conuolutum, tanquam glandulam indito, uel lappulã, philiſtionue ſimiliter admoueto, uel portulacã, telephionue, uel anemones folia trita, puſillo myrrhæ miſta cum linteo, uel lana indito. Si locelli lumbos uexent, ſtrangulatioq; caput non pertingat, polypos elixos edito, uinum nigrum odoratum, meracum quam plurimum potato. Cum uero tanquam ad inteſtina conuerſæ ſtrangulabunt, cedrinum, uel Aethiopicum uinum potato, calida lauato, odorata ſuffito. Si uuluæ perflentur, ſuauia omnia in unguentum, oleumue odoratum mittuntur, laurumq; & myrtum, ſaluiam, cedri, cupreſſiq; ramenta trita, cribrataq; roſaceo, & uino aſpergito, & apponito. Cum uero mouentur, & præmunt, uexãtue, hordeum cum quiſquiliis, quin magis cerui cornu uino ſparſum ſuffito. Cum adſiſtentes ſtrangulant, lucernã ſub nares extinguito, & uti odor, & fuligo in nares penetret, curato, picemq; uel caſtoré, uel peucedanum, uel myrrham oleo irino ſparſam apponito, reſinamq; cum oleo potato. Si ualde ſtrangulent, potionẽ dato, uel teſtudinis marinæ, propeue mare natæ triobolum tritum cum albi

Vuluæ ſtrangulationis uexatio.

Medela.

Cum uulua ſuperiora petit.

Medela.

Cor cum uulua uexatur.

Medela.

Cũ lumbi uexantur.

Cũ inteſtina moleſtant.

Cum perflantur.

Cum ſtrãgulant.

Medela uaria.

uini hemina, uel tribus cyathis propinato, uel cedrum in lucernam fundens sub nares extinguito, uel cenum quam fœtidissimũ sub nares ponito, uel lanã sub nares suffito, uel paulum bituminis tritum cũ uino albo potato, uel erysimi cochlearium triti, castoriiq; paulum cũ uino albo propinato, lauatoq;. Si uero tussiat, sandaraches obolum, sulphuris ignem nõ experti tres obolos, nuces græcas amaras, purgatas tres, quatuorue, castoris obolum cũ uino odorato potato. Si uero strangulent, uuluæ, strangulatioq; ea cor pertingat, osq; claudat, paxillo, radioue os aperito, calidumq; acetum indito, uel non odoratum uinum, uel cum aceto mulso. Si uero multum strangulent, mutamq; reddant, cepam tritam uino tepido in nares dato, suscitatoq;. Si ad iecur usq; tendant, strangulant, languens obmutescit, non sentit, uidet, audit, cognoscitue, rigescit, horrescitue, dentes cohærent, crebro spirat, hanc manibus sub præcordia sæpe tractato, linitoq;, paxilloq; dentes disiungito, uinumq; meracum tepidum, nisi quid impediat, infundito, statimq; plerumq; leuatur. Sin autem in inguina firmentur, & inhæreant, capræ pilulas, leporis pilos, uituli marini pingui sparsos suffito, uel hederæ fructum, foliaue, corticemue, quercus folia resina, & oleo conspersa suffito, uel uituli marini coaguli membranam tritam spongiam, tenuem algam, muscumue, uituli marini pingui sparsa suffito, uel capræ pilulas, uituli marini pulmonem, cedri ramẽta suffito, stercus bubulũ, uel cornus bouis ramenta, uel bitumen, uel spinæ Aegyptiæ fructum, myrti folia sicca, cedri ramenta oleo odorato, unguentoue leni sparsa suffito, multa præterea, sæpeq; aromata, odoramentaue oleo tincta suffito, uel cedriam, & resinam pineam, defrutumq; super acinos uuæ tritos iacito, & suffito. Suffitiones aliæ. Combustum stercus bubulum, siccumue, herui farinam aqua marina, dulciue, pusilloq; aceti spargito, & leniter nares suffito, lenticulæq; iure poto uomito, deinde farinam sorbeto, uinũq;, postridie coccum deuorato, decoctumq; uuæ passæ quam optimæ, cicerisq; triti, quod subdiuatũ fuerit, & lotium ciat dato. Postea saluiam, lini semen, & farinã bis die dato, sambuci deinde folia manu plena, uini diluti quatuor heminis, & olei dimidia hemina coquito, & calido suffito, uel calidis testaceis super sedem pannis conuolutam locato, uel sambuci folia cum myrto coquito, & si ferre possit, acetũ, oleum, mel aqua uehementer coquito, & in uesicam mittito, & foueto, uel pini corticem, granati folia, hordei furfures aqua ualde coquito, oleũ aspergito, & subter dato, uel cupressi, lotiq; folia, ramentaue uehementer aqua coquito, oleum aspergito, & suffito, uel aromata, uel gallam, & spinæ albæ corticem cum oleo odorato, unguentoue suffito, deinde triticeam farinã aqua decoctam sorbeto. Si uero procidant, neruiq;, & quæ scorta uocantur, demittantur, myrti baccas, loti ramenta, rubi, & oleæ folia simul coquito, & tepide foueto, uel cum his & fœtidis, uino similiter quæq; propendent, cum perfrixerint, oui albo, cum uero liuescent, multa calida foueto. Lenimẽtum uuluæ, pingue

Sandaracha.

Strangulatio uuluæ.

Medela.

Diuersa suffimenta.

Cum uulua procidit.

Medela.

Lenimẽta uaria.

pingue ouillum,oui luteum,mel,oleum rosaceum,cum his farinam misceto, leni igne calefacito,& cum lana apponito,uel pingue ouis mitefactũ,nitrum ruffum,anseris pingue,rosaceum,simul liquefacta linito,uel cum lana apponito,uel anseris,ouis pingue,ceram albam,netopon,rosaceum quam optime misceto, tenuiq; panno recens lotæ tepida admoueto, uel cerui medullam, pingueue liquefactum cum rosaceo,molli lana apponito. Mollia,leniaue aposita, quæ aquam ciunt, mucosq;, & membranas educunt, nec ulcerant, myrrham quam optimam, salis micam, picem mitefactam, tenuiter tritam rosaceo subactam apponito, uel triginta baccas sine cortice indici, quod Persæ piper appellãt, & in hoc rotundum inest,quod myrtidanum uocant, tritum lacte muliebri,& melle subactũ,molli lana suscipito, pinnulamq; conuoluito,& indito,diemq; finito. Si palidius facere uelis,myrrhæ trientẽ commisceto,lanamq; mollem semisuccidam,& purã. De uuluis sordes eicit,& os mollefacit narcissus, cuminũ,thus, myrrha,absynthiũ,cuperus, hæc ipsa per se,uel cũ rosaceo,uel cũ oleo albo Aegyptio, Lotæ autẽ apponito,saniemq; cruentam ciet,uel cũ tedulis,myrrham,salem,fel taurinũ, mel coquito,misceto,& cũ uellere apponito, uel cumini folia uino cocta, uel lassaris succũ,fici pingue,glandulã conficito,& indito,quod & fici radix cũ melle facit,& postea rosaceo linito,uel spicula allii trita, nitrum rubrum, fici pingue, paruam gallã pari modo cõmisceto, glandulamq; conficito, & liquidorũ intrudito aliquo tinctam,posteaq; cũ lota fuerit,cerui pingue cum lana habeto. Magis uero quam priora ciet, & mollefacit, piper, elaterium tritum lacte feminæ subactum,& cum his mel,oleum album, uel cerui pingue liquefactũ. Valde autem omnia ciet,pingue fici,duæ elaterii potiones, nitrum rubrum,elaterii quantitate,mellis pusillum,glandulam conficito,& cũ tenui linteo,uel molli lana indito,sanguinis eductorium,netopon,tauri fel,nitrum,cyclaminũ,gallã terito,melle subigito,glandulam conficito,& indito. Postea cum lota fuerit, pingue habeto,uel puleium tritũ,tauri fel circũ pinnulam datũ, oleo Aegyptio tinctũ indito, uel cyclamini tali quãtitate cũ aeris flore, uel anemones capita trita cum farina, pinnulæ circũuoluta albo Aegyptio tincta indito, uel cucumeris longi pars interior, seminaq; trita lacte subacta, myrrha pura cum his mista,mellis paulum uellere suscipito,oleo Aegyptio tingito,& apponito,uel cucumeris interiora sicca trita melle subigito, glandulã cõficito, & indito. Cũ uero lauerit,pingue apponiro,uel tres elaterii potiones ĩ aqua, uel oui albũ,farinã mulso albo subigito,calefactũq; molli lana apponito,uel pingue anseris,cerã albã,resinã,rosaceũ,cerui medullã liquefactã,uel ouis,capræue pingue,oui albũ,rosaceũ,uel glandulã facito, uel lana suscipito. Purgato sic uuluas,si duræ sint,suauissimi meri tribus semicongiis Atticis,dimidiam rosacei heminam addito,fœniculiq; radices, & semina in olla bulliant, & quemadmodũ prius dictum est,suffito,postea cepam agrestem,scyllamue

Piper Persæ myrtidanum.

Narcissus.

Piper.

Nitrum ruffum.

Medela uaria.

Duricia uuluæ.

Subitus dolor, defectusq. indito. Si uero repente doleant, deficiantque folia rosarum, cinamomum, myrrham puram, netopon, papaueris succum conterito, commiscetoque drachmæq; pondere pastillos conficito, quorum singulos quotidie super
Suffimēta uaria. dolii testam ignitam, uel pruna candente plenam iacito, & suffito, uel styracis paulum cum rosaceo. Quæcūque in oleum odoratum mittuntur trita, & cribrata sint, uel super bubulum stercus siccum, styracem, netopon, rosaceū quam optimum, album Aegyptium mittito, & post suffito purgationes, uel lauri, myrtiq; folia, cuperi fructum trita, netopon, album Aegyptium super bubulum stercus iacito, & suffito, thuris etiā pollin, cupressi ramenta, cuperi trita subuenit, quin & iuncum odoratum, mentam, cardamomum, irin cribrato, misceto, netoponq; & rosaceum aspergito, & cum hordeacea, triticeaue farina utitor, uel resinam, castorium, quidue aromatum in nouum imbricem mittito, & suffito. Caput uero rosaceo linito, myrteumq;, uel cotoniū oleū in aures dato, uel uinum, quo cicer album, & passæ coctæ sint, propinato, calidaq; in aqua sedeto, uel oleas albas, priusquā oleum insit, tritas, arefactasq; in uini odorati attica hemina dato, uel cantharidum uentres, uel adianton, nitrum rubrum Aegyptium, ferulæ radicem, semē apii tritum dato. Si uero lo-
Stranguriæ Medela. tii difficultas, stranguriaue superueniat, in aqua sedeto, dulce potato. Si uero dolore uuluæ strāgulent, suauissimo uino, in quo fœniculi radices, seminaq; cocta sint, quemadmodum antea sæpe dictū est, suffito, deinde cepam agrestem, scyllamue indito, dum os molle, latū, medicamentisq; cedere dicat. Si uero ulcerentur, pustulenturq;, melius est anserino pingui cum thure linire,
Locellorū dolor qui sedetur. sicq; curare. Si locelli doleant, uinum dulce, quo peucedanum, aristolochia, panaces cocta sint, potato, papauerq; album, urticæ semen cū farina hordeacea decoctū sorbeto, uel hæc suffito. Si doleat, putamina dulcis granati, loti ramenta, oliuæ folia sicca, & tusa, oleo aspersa suffito, uel stercus bubulū ac-
Suffimentum uehemens. censum, uel chalbanen, myrrham, thus oleo albo Aegyptio conspersa suffito super uitis foliis. Hæc suffitio uehemētior est. Pusillū bituminis, personaciæ radicē, hiacinthi, asphodeli, leporis pilos, & rutā, coriandrū siccū, hæc omnia terito, pastillosq; conficito, & suffito, uel cū pice sandarachen ualde tritā, cupressi ramēta misceto, oleū superspargito, pastillos cōficito, sup ignē iacito, & suffito, uel tritos uuæ acinos uino sparsos, & sicuti crebro dictū est, paratos suffito. Si uero locellorum dolor ad uesicā usq; tendat, marrubii semen tritū cū aqua potato, uel cyclamini radicē ieiuna cū uino albo calida lauato. Calida ieiuna potato, calefacientia apponito, uel spicula allii, nitrum tostū, cuminū
Morbi cuiusq; locellorum sedatio. tritū melle subigito, & apponito, calida lauato, calida potato. Cuiusq; locellorū morbi curatio. Linū scissum cū ipso culmo manu plena ī tenuissima cōcidito, suauissimoq; uino noctē madefacito, deīde molle uellus bipartitū eo uino tīgito, qđ alternatī admoueto, quin & crocū, & myrrha, & Pōticæ nuces tritæ pingui anseris, & irino oleo sparsa, si cū albo, & puro uellere apponant, subuenit.

ſubuenit. Si purgata propter appoſita circum doleat, myrrhæ acceptabulũ, thuris par, melanthion, cuperum, ſeſeli, aneſum, linum, netopon, mel, reſinã, anſeris pingue, acetũ album, oleum Aegyptium, par cuiuſq; trita duabus uini albi dulcis heminis decoquito, & tepido lauato. uel ſi dolor uehemens habeat, cantharidas, cuperum, iuncum, calamum, irin uino nigro coquito, & utere. Lauatio ſi circum doleat, & ſtranguria habeat, marrubii ſuccũ, ſambuci fructum, ſeſeli, aneſum, apii ſemen, netopon, mel, reſinã, pingue anſeris, acetum album, oleum Aegyptium, thus, myrrham horum cuiuſq; par uino dulci calefacito, & lauato, uel myrrhæ acceptabulum, thuris par, melanthii, cuprii par, ſeſeli, aneſum, apii ſemen, netopon, mel, reſinam, pingue anſeris, acetum album, oleum Aegyptium horum par cuiuſq; uino albo dulci diluito, & lauato, uel mercurialem, myrrham, thus, netopon aqua coquito, & lauato, uel ſaluiam, hypericum ſimiliter, uel ſemen lini, aneſum, melanthion, caſſiæ ſemen, myrrham uino coquito, & lauato. Lauatio, ſi uehementer, poſt purgationem doleat, ſambuci fructum, & lauri uino nigro coquito, & lauato, uel ſambucũ aqua coquito, qua abiecta, uinũ dulce ſuperſpargito, & lauato. Si poſt lauationem doleat, thymiamata aqua coquito, pingue anſeris, & roſaceum ſuperiacito, calidoq; duabus heminis lauato. Nam hæc ſatis cuiq; lauationi ſunt, uel mercurialem aqua coquito, myrtiq; ſuccũ, myrrham, thus, netopon par miſceto, tepida lauato. Si locos doleat, cyclamini radicem cũ uino albo, ieiuna potato, calida lauato, calida potato. Si pudenda ulcerentur, uino quo mellilotum cum roſaceo ferbuerit, lauato, mellilotumq; ipſum ſuperponito, uel pæoniam uino coctam, tritam apponito, uel myrrhã, reſinã ſimul miſceto, uino ſubigito, linteumq; eo tinctum apponito. Si ſtranguria ſupercapiat, ſuffito, pectinemq; linito, decoctoq; roſarum ſedeto, uel rubi, uel myrti, uel oliuæ, uel capreolorum uitis, uel baccarum iuniperi, uel ſaluiæ. Si uentus in uulua fiat, laborq;, dolorue ingens intus gignatur, flatuſq; non exeat, cuminũ tritum roſaceo ſubactum apponito, deinde cuminum Aethiopicum, ſaluiã tundito, & in aquam noctem totam dato, mane uero percolato, clarumq; in uas mittito, triticeamq; farinam, laſſaris ſucci cyathum, uinum albũ addito, & feruere facito, ſubcrudumq; ſorbendum dato. Si uero cion, columellaue in pudendis fiat, dolor habet. Doloris autem ſubſidium eſt, ſemen apii, hedera, dulce granatum, trita cum uino uetuſto miſta, cum recentis carnis fruſtulo indito, folia ſuper emplaſtrato, tota noctem poſita habeto, poſtea remoueto, uino perluito.

Doloris ſedatio. *Lauationes uariæ.* *Lauationes uariæ.* *Thymiama.* *Doloris et ulcerum uuluarum medela.* *Stranguria.* *Ventus uuluæ.* *Cion uuluæ.*

HIPPOCRATIS DE FOEMINARVM MORBIS SIVE DE NON PERFERENTIBVS LIBER TERTIVS.

Cur quædã non ferãt concæptũ.

d

E his quæ mulieribus in ſingulis affectibus, paſſionibusue fiunt, prius dictum eſt, nunc autem quas ob cauſſas pœnitus non perferant, aphoriue fiant,& quare, ante quam curenturi, non pariant, patefaciam. Hoc autem in cauſſa eſſe dico. Si locellorum os a pudendis pœnitus auertatur, non concipiunt. Nam uuluæ ſemen genitale non ſuſcipiunt. Quod & ſi parum, præter naturam uuluarum os a pudendis auerſum ſit, euenit. Siqꝫ uuluarum os pœnitus clauſum ſit, neqꝫ ſic genituram ſuſcipiũnt, nec ſi repente pluſquam oporteat, earum os claudatur. Horum unum quodqꝫ patebit, ſi quidem pœnitus auerſum eſt, clauſumue, menſtrua uel omnino non defluunt, uel uiolenter, & cum morbo decurrunt. Si uero ſanguis uiolenter exeat, uuluas auertit, & ſi fœmina purgetur. Eſt cum uuluarum os ab eius pudendis auertitur, quod ſi fiat, uel repente claudatur, menſes quidem, ſed uiolenter & paulatim plurimos dies defluunt, quæ omnia tactu pateſcunt, quod ſi horum quid fiat, ſi curetur, fœcunda, phorosue redditur. Eſt autem & cum ſponte, quare autem fiat, dicetur, dictũqꝫ eſt in mulieribus morbis. Si uuluæ lubricæ ſint, quod in quibuſdam natura fit, ſiqꝫ magna ulcera innata magnas cicatrices reliquerint, quæ ſi leuigatæ ſint, mulier non concipit, uuluæ genituram quidem ſuſcipiũt, niſi quid aliud in cauſſa ſit, non tamen concipiunt, quod ſemen extrudunt, quod tactu patet, ſique petatur, num ne quandoqꝫ ulcera in uuluis habuerit, menſes quidem in hoc morbo ſani defluunt, ſed hæc nullum fere remediũ habet, quod & in cauſſa eſt, ne concipiat. Si propterea ulcus in uuluis gignatur, niſi ſtatim curetur, marceſcit, diuqꝫ permanet, quemadmodum quod in auribus ineſt, maleqꝫ olet, quandoqꝫ ſanies olida de pudendis defluit, dumqꝫ ſic habet, non concipit, quod uuluæ genituram non retinent, quæ tactu, ſuſcitataqꝫ patent. Quæ ſi curetur, fœcunda, phorosue fit, parum tamen ſperandum eſt. Si menſium quid in uuluis remaneat, quod calefactum prorumpat, & rurſus refrigeratum circa os, uel interius paulo remaneat, nec ſic etiam concipiet. Nam uuluæ ſemen non ſuſcipiunt, hoc nanqꝫ impedit ſemen, ne, quo debet, eat. Hæc ſi per exordia curetur, ſaneſcit, fœcundaqꝫ & phoros fit. Quod ſi inueteretur, non fœcunda, aphorosue remanet, quod malum tactu potiſſimum, cognoſcitur. Nam duꝝ quid intus offenditur. Si uero magis quã expedit, uuluæ pateant, non concipit. Nam uuluæ ſemen non retinent, quod etiã tactu patet. mẽſtrua.n. multa ſimul, & calida, paucoſqꝫ dies decurrũt, quod quãdoqꝫ natura eſt, quod cũ eſt, nõ ſanat. Si uero naturale nõ eſt, mẽſtrua nõ ſana defluũt. Cũ mulier ſana nõ ſit, neqꝫ ſic concipit. Nã genitura ſanguine morboſo non cogitur,

Cur quædam nõ concipiant.

Cur ulcus uuluarum cito curandum ſit.

Sterilitatis cauſſa.

Sterilitas naturalis.

cogitur, sed emittitur. Cum non sanus de corpore non sano descendat, quæ emingitur tempore uel exiguo multa cum sanie, quod ex fœminæ corpore, & menstruis patescit. Nam menstrua qualia dicta sunt, defluūt. Quæ fœmina si biliosa, pituitosa, aquosaue, siue hydropoides fuerit, statim curata, fœcunda, euphorosue fit, si minus, non. Si menstrua omnino non defluant, propterea quæ dicta sunt omnia, nec sic concipit. Nam uenæ sanguinis plenæ genituram non capiunt, quidq; sanguinis inueterati inesse certum est, quod genituram coalescere prohibet. Si uero menstrua minus, quam debeant, defluant, concœptum impediunt, caussa in superioribus dicta est, clarum & hoc interrogatione fit, quæ si dicat, natura pauca mēstrua defluere, immedicabilis est. Si prædictorum aliquo affectu cito curata, fœcunda, phorosue erit, si plura menstrua, quā expediat, defluant, nec etiā sic concipit. Nam uuluæ sanguinis uacuæ, & imbecillæ semen non capiunt, & si capiunt, statim multus sanguis in uuluas defluit, qui semen obruit, quod etiā & menstruis patet, si dicat multa se naturaliter menstrua demittere, fœcūda non erit. Si uero nō naturaliter, sed aliquo prædicto morbo, cito si curet̄, fœcunda erit. Si uuluarum os extra pudenda decidat, nec sic concipit, tunc enim os durescit, tumescitq;, nec genituram suscipit, hacq; re pœnitus infœcunda fit, rarum autem est, cur hoc fiat. Si menstrua non eant, quo debent, sed per inferna, & sedem prorumpāt, nec sic concipit, quod uuluarum os a pudendis auersum, uel clausum est. Si quidem os in sedem conuersum, uel clausum sit, curata, fœcunda fiet, clarum utrūq; interrogatione, & responsione fiet. Si quidem menses sic eant, morbum caussam esse, clarum est, tot, taliaq; fœminis cur non pariant, nisi curentur, eueniunt, per quæ pœnitus infœcundæ fiunt. Quare ne mirentur, si quædam non sæpe pariant. Cognitio fœcundæ, si mulier concipiet, sic dignoscitur. Lac fœminæ puerum lactantis, & butyrum ieiuna sorbeto, si nauseabit, concipiet, si minus, non, uel pauculum netopon lana conuolutum pudendis apponito, postridieq; manu petito, num ne eius odor in os os uenerit, quod si fiat, concipiet, si minus, non, uel si cui non ualde uehementibus appositis dolores in articulos uenerint, fremat, caliget, hiet, spes illi maior erit concipiendi, quam cui nihil tale fiet, uel spicula trita allii linteo, lanaue indito, postridieque petito, num odor in os uenerit. Quod si oleat, concipiet, si minus, non. Si mulier scire uelit, sit ne concœptura, tritum tenuiter anesum dormitura cum aqua potato, si circa umbilicū pruriat, concipiet, si minus, non. Prægnātem uero sic potissimum cognosces. Cum oculi caui, & abstracti sunt, & eorum album liuidum est contra eius naturam, prægnans est, quæq; lentiginosa, maculosaue facie est. Cum autem concœperūt, morosæ fiūt, males cibos appetūt, stomachus, corq; uexat, spuūt, uel milton, rubricāue, & anesum tenuissime tritum cū aqua propinato, dormitoq;, quod si turbam circa umbilicum ciat, prægnans est, si minus, non. postea similam,

Cur non concipiant.

Concœpturæ signa.

Prægnantis signa.

Concœptus signa.

Signa maris, uel famellæ. farinamue,& origanũ uino,melle,& oleo coctã sorbeto.Quæ cum prægnãs est, lentiginosa,maculosa,maloue colore facie est,fœminam plerũq; gestat, quæ bono colore,marem.Si papillæ superiora spectent, marem gestat,si inferiora, fœminam, lac,farinamq; misceto, pastillumq; conficito, leniq; igni coquito,qui si cremetur,marem gestat,si hiet,findaturue femellam.Concœptus reparatio. *Stomachus uuluæ.* Cũ uuluæ stomachus totus,uel eius summa pars dura est,uel clausa,nec recta,sed in coxendicem, uel anum uergat, uel sese contrahat,uel oris labrum super se habeat, quo uis modo sit,durus, & callosus est.His autẽ *Menses cur inuẽti a natura.* menses non comparent,uel si comparent,pauciores,peioresq; sunt,quã expediat,diutiusq; durant. qui uti par fuit, corporis ualitudinis caussa, uuluarum exitus,purgationisue,caloris,humiditatisq; æqua mistione natura comparati sunt,& inuenti.quæ si non seruatur,stomachus uuluæ læditur, & si nõ ualde, *Medela quæ conceptum reparet.* tamen genituram,quod non rite habet,non suscipiat, sed dissipat.Hanc cum totum corpus foueris,supra, uel infra purgato, si quidem supra, ante purgationem ne foueto,sed post.Cũ foueris,infra purgato.Si uero superioris egere non uideatur,cum præfoueris,infra potionato.Cum uero corpus recte habere uideatur,uuluas ea re,quæ conferre uideatur, crebro suffito, cupressiq; ramenta,lauri folia concisa in hæc suffimenta mittito, multaq; calida sæpe lauato.Cũ uero recens foto,lotaq; erit,uuluæ os stagneo spicillo patefacito, dirigitoq; simul,cum plumbei spicilli egere uidebitur, a tenuiore incipito, deinde latiore. Si suscipiet, dũ recte habere uideatur,spicillũ aliqua re liquida mulcente,& conferente prius linito,& demittito, spicillaq; latiora postrema parte facito,lanaq; longiore conuoluito, coaptatoq;,sicque hoc tempus utitor,deinde tedulam præpinguem minutissime concisam uino dulci albo coquito,quod tepidum propinato,uel semen apii, cuminum Aethiopicum, thus optimum tusum ieiunæ similiter propinato,quantum satis esse,quotque dies recte habere uideatur, catellosq; tenellos præpingues discoctos,uel polypulos uino dulcissimo coctos comedito,iusq; sorbeto, neue cœnato,dieq; bis lauato,hoc autem tempus a cibis abstineto.Postea uero si purgatio aliqua exibit,poculum aliquod unum,uel duos dies potato,spicillisque ne amplius *Stomachus uuluæ.* utitor,sed appositis, medicamẽtisq; uuluas purgare tẽtato.Si cui stomacho, oreue uuluæ recto, molli,sano,bene habente, suo loco stante, menstrua non compareant, uel pauciora,non sana, diutiusq; quem nam morbum habeant uuluæ disquirito, num ne & corpus quid cõferat. Cum caussam quæ concœptum impedit,inueneris,tunc sic curato,quæq; expediant, porrigito,perque exordia,si uideatur tẽpus esse,ualidioribus utitor, & in leniora desinito,dum uulua rite purgata sit,stomachusq; eius,angustumue os recte stet.Si medicamento,potuq; non procedat, nec cum satis diu potauerit, hoc supersedeto, specillisq; utitor,stomachi os mollefacito,uti medicamẽtis appositis,lenientibus suffimentis pateat. Cum uero quo ad mollificationem,suffitionemque recte

recte habere uideatur, medicamenta ponito, uuluamq; purgato, donec rite habere uideatur, & a lenioribus incipito, ad uallidioraq; tendito, rursusq; in leniora desinito, & odorata. Nam pleraq; ualida medicamenta locellorum os ulcerant, rectumq; stare, beneq; ad semen suscipiendum habere, uetant, locellosq; ipsos siccant. Si qua pinguedine nõ concipiat, eam inedia, rebusq; aliis quam maxime emaciato. Concoeptus uero tempus optimũ est, uernum. Vir autem temulentus, ebriosusue ne esto, uinumq; album ne potato, sed nigrum ualidissimum, meracissimumq;, cibaria ualidissima comedito, roburq; & sanitatem captato, & a cibis, qui ad hoc nõ faciant, abstineto, calidaq; ne lauato. Cui uero foemina purgata esse uidebit̃, locellorũq; stomachus bene habere, lauato caput mundato, nihil linito, postea linteo loto sine odore capillos obducito, reticuloq; linteoue alio nõ odorato colligatoq;, deinde chalbanen igne, uel sole mollefactam ad locellorum stomachũ apponito, postridie mane reticulum, linteumq; soluito, caputq; alicui olfactandum præbeto, quod olebit, si rite purgatum sit, si minus, nõ olebit, quæ ieiuna facito. Si uero hæc non foecundæ apponas, nunquam, neq; purgata, nec aliter olebit, nec etiam si prægnanti apponas, sic olebit. Si qua sæpe, facile, statimq; concipiat, sanaq; sit, si ante apposueris, quam purgaris, uertex eius olebit, reliquum uero non. Cum autem rite habere cognoueris, ad uirum ire iubeto, mulierq; ieiuna, uir autem temulẽtus, ebriosusue ne esto, frigida lotus, cibaria pauca, & conferentia pastus. Quod si mulier suscepisse geniturã cognouerit, uirum amplius ne petito, sed quiescito, si præ siccitate non senserit, de uiro rescifcat, cũ dixerit se demisisse, si uulua eodem die semen reiecto, humida est. Quod cum fuerit, cum uiro rursus coito, donec concipiat. Curatio alia, totum corpus foueto, potionato, supra & infra purgato, postea lac asininum potato, per fistulam duos dies lotio foemineo, putrido, nitro iniecto, uuluas suffito, tertio die sero, lotioue bubulo, quarto, & quinto semine foeniculi trito, sambuci, lauriq; foliis, cupressiq; ramentis aqua feruefactis suffito, postea cum multa calida lota fuerit, pingue mitefactũ ad noctem apponito, postea uero hoc parato. myrram stacten, butyrum, anseris pingue, cerui medullam, resinam, netopon, singulorum par, mistum liquefactum cum molli lana milesia, bene carminata apponito. postea quinq; fistulis plumbeis octo digitorũ longitudine, uuluã aperito, prima tenuis esto, cæteræ rata portione crassiores, quas alterne quinq; dies, indito, aperitoq;, semperq; lotæ apponito, & ne decidat, lumbis uittã religato, singulasq; fistulas altius adigito. Quam altissime autem ultimã. Cum aperierint, purgamentum hoc apponito, cantharidas quinq; tritas, sicyones longæ spongon, myrrham cocto melle subigito, glandulam conficito, quam lana præter summum circũdato, suauissimoq; oleo tinctã apponito. Purgamentoq; hoc utitor, felle tauri combusto flore, nitro, myrrha, mellis pusillo subactis, tenuique linteo, summo colligato. hoc medicamentum indito, uel

Cum pinguis mulier non cõcipit.

Vinum nigrũ ad concoeptum facit.

Capitis odor foecundam præsefert.

Curatio alia.

Quinq; spicilla, fistulæue cur iubeat parari uideto.

Sicyonia cucurbita.

Purgamenta.

bupreste, myrrha, elaterio, costo melle subactis utitor, uel cātharidis, elaterio, myrrha. Cum uero purgata fuerit postridie cum laueris, uuluam his lauato, cumino Aethiopico trito, melanthio, resina, oleo, melle, uino dulci tepefactis. Cum laueris, surgito, deambulato, uti lauato discutiatur, deinde crocū, myrrham, thus, singulorū parem modum pingui anserino, cum tenuiq; linteo septem dies apponito. Octauo autem myrrham, bitumen, hordeum odorato pingui, oleoue subigito, deq; leni igne per fistulam, infundibulumue suffito, cum suffiueris postridie castoris testem tritum, uino albo aspersum, melle subactum uellere ad noctem apponito. mane uero soluta, mollefacta, lota uirum adito. post autem quiescito. Quæ si non concœperit, eadem reponito, uirumq; repetito. Cum autem menses defluere incipiēt, tunc medelam auspicator. Cum uero desinent, concœpticium apponito, concubitoq;. Ante uero hoc tempus neq; fœmina uirum, nec uir fœminā adito. Cum fœmina prius concipere consueta non concipit, semenq; uiri uulua suscipit, hanc necesse est, crassum mingere. Nam pus interdum in uuluis gignitur ex pustulis, ulceribusue, hacq; de causa uiri semen cum uiro miscetur, uuluam non pertingit, uti coaguletur. pus enim semen inficit, perdit, putrefacit, ne perferatur. Pus ergo prius expurgetur, tuberculumq; & ulcus, quod in locellis, tunicisue eorū inest, excutiatur, ne uiri semē amplius coalescere, & perferri cohibeat, priusq; pus expurgato, quam intus durescat, quod sic elues. Lac equinum coctum, tenuissimo linteo, & raro colato, quo lauato, sic fistulam lauatoriā facito, summum eius leuigatissimum esto, sicuti specillum argenteum, pauloq; infra supremam partem minutis foraminibus inter sese æque distantibus pertundatur, cuius uertex solidus esto, cauum reliquū, uti tibiola, cui suillam uesicam, fœmineam bene mundatam alligato, lacq; in hanc dato, linteoq; fistulæ foramina ne lac effluat, obturato, quam cum impleueris, ligato, fœminæq; ipsi, quam lauaturus es, tradito. Nam ea cum lauationem acceperit, in uuluam dabit, uidebitq; quando, & ubi opus erit. Tu manu deinde uesicam p̄mito, & lauato, dum omne pus eluatur, quod patebit. Cum puris nihil cum lacte exibit, tunc cum nihil inerit, cessato, deinde cum paulum quieuerit, cucurbitā sicyoniam, siccam, pertusam, sicuti lauatoriam fistulam, summa parte pudendorū uirilium, aut paulo minus crassam, uasi aeris albi, uini ueteris odoratissimi pleno concinnato, sub sellamq;, in qua mulier sedeat, dato, duosq; digitos cucurbitæ indito, nigrumq; silicem candentem in uinum mittito, fumumq; suscipito, uel sicyoniæ cucurbitæ forma confirmato aheneo infundibulo, similiter suffito. Cum uero mulier genituram non suscipit, membrana uuluaꝶ os obsæpit. Quare taurinum fel, aeris florem, serpentis suis pingue melle subigito, uellere suscipito, linteo conuoluito, & in maximæ oleæ formā compingito, melle linito, & noctem totam in pudenda dato, supina iaceto, die demitto, calida multa, in qua myrtus cocta sit, lauato, singulisq; noctibus eadē facito, postea cum

Lauatio uuluæ.

Cum amplius nō concipitur.

Pus si in uulua est, semen perdit.
Medela.
Lac equinum.

Suffimentum.

Cum genitura nō suscipitur.

Medela.

poſtea cum uiro dormito, uel marrubii folia, quantum manu capitur, in uas atticū, in quo quinq; heminæ atticæ aquæ dulcis ſint, mittito, nouemq; dies macerato, deinde lota, ieiuna totidé dies duos huius cyathos cū pari modo uini dulcis, albi potato, poſtea tres dies. Poſt hoc cicutæ foliis in ignem iaſtatis nouem alios dies ſuffito, deinde lauato, rurſuſq; eadem potato, per uiceſq; ſuffito, tres dies poſtea marrubium tenuiter tritū, melle attico ſubactū, cum linteo, uel lana tres dies apponito, deinde mercurialem ſimiliter paratā bis die admoueto, poſtea hippomarathri, fœniculiq; radicem, tedæ pinguiſſimæ fruſtula, rubiæ quadrantem, ſemen fœniculi, uerbenæ multas radices in uini albi fecis congiolo, dies non minus nouem macerato, deinde heminam huius meri cum caput, & tota lauerit, & in balneo, & poſt balneum die propinato, poſtea quieſcito, ſeſeque calefacito, deinde poſt hoc tertio quoq; die interdiu ſex uſq; dies quod felle conſtat, apponito, cūq; melius, quo ad purgationem habebit, hyocyami folia, & radices aqua bullito, hacq; calida tres dies ad noctem ſuffito, deinde lota uirum adito, poſt hanc ſuffitionem, cerui pudendo toſto ſuffito, hocq; tritum cū uino albo, meraco tres dies potato, cūq; parturiet (nam hoc partum accelerat) uel tauri fel, alumen melinū, cerui cornu uſtum tenuiter tritum uino ferueto, melle ſubigito, glandulas conficito, & utitor, uel cuminum tenuiter tritum uino nigro coctum melle ſubigito, glandulam conficito, & ad noctem indito, uel fecem uini albi, quæ maxime alba, & tenuiſſima ſit, urito, pinnula capito, tenui linteo dato, & ad noctem indito, porrumq; coctum comedito, uel tragion tritum melle ſubactum, glandula confectum ad noctem indito, poſtea tragii fructum tritum, cum tedulæ fruſtulis, origanoq;, uino albo coctū potato, ſecundo quoq; die ſuffito, ſicq; uirū adito. Curatio, reparatioue fœcunditatis. Si mulierem, quæ concipere nequit, fœcundam reddere uelis, primo bilioſa, pituitoſaue ne ſit, ex menſtruis uideto, quod ſic dignoſces, ſi uas cum harena, quo menſes exceperit, ſub ſole ſiccaueris, deinde colorem, qui remanſerit, ſpectaueris. Nam uiridis bilé arguit, muccoſus pituitam, quodlibet horum fuerit, primum uentriculum ſupra, uel infra, prout egere uideatur, purgato, deinde poſt aliquod dies uuluas purgato, ſi humidius harum os ſit, quæ uellicent acria accedant, durumq; os reddant, apponito. Si mulier intus non febriat, locellorum tamen uitio non concipiat, nec cum uiro miſceatur, ſed dormiat, nec comedat, melle, uinoq; miſto pudenda perluito, myrrhamq; ſuffito, & glandulas in ſedem dato, pudédaq; uino & anſeris pingui perfundito, deinde melle, & oleo miſto lauato. Si locelli gracileſcāt, claudanturq;, durumq; eorum os ſit, menſeſq; non compareant, nec concipiat, ſed lente febriat, uenterq;, & lumbi doleant. Qui morbus tunc maxime fit, cum quid corruptum ineſt, partuq; etiam fit, hāc calida lauato, ſuffitoq;, deinde ſpicillo os dilatato, myrrhamq; tritam, netopon pariter oleo odorato, uel roſaceo ſubigito, & cū linteo apponito, uel plūbeam

Potio quæ.

Suffitio.

Glandula, balanosue ſuppoſiticia.

Tragion.

Qui conceptus paretur.

Cognitio bilioſæ, et pituitoſæ.

Si qua alia cōceptum impediant.

Medela.

fistulam,bouis felle perunctam, sicuti glandulam indito, suffitoq; & potio/ nato,curatoue.Nam quatuor diebus non fœcundas cognosces. Si uero præ/ ter naturam crassescat, non concipit. Nam omentum crassum superiacens, multum uuluarum os p̄mit,& geniturā non suscipiunt.Hanc emaciato,medi camentumq; infra porrigito, quodq; purget, & inflet ad uuluas ponito. Si uuluarum os, uel ceruix durescat, quod digito tangens, cognoscet, uel si in coxendicem uertātur.Cum sic habuerit,nihil acre porrigito.Nam his uulua/ rum os ulceratur.Si tamen inflāmetur, non pœnitus infœcunditatis pericu/ lum est.Quare quæ nō pungant,& quibus pituita purgetur, apponito.Cum fœminæ menses fiunt,& prætereunt, primum caput purgato, deinde semel, bisue prout opus fuerit,ueratrum dato,helleborissatoue, tum per cucurbitā suffito,uel marina aqua, qua marrubium coctum sit, pertusa sella suffito,& ne calore lædatur, uraturue, caueto, maioremq; diei partem hac suffitione consumito,qua dies quinq; utitor, decimo deinde die,serta cū alliis concisa marina aqua coquito, hacq; deinceps suffito, quæ medela decem dies non excedat.catellum postea exenteratum aromatis multifariam, siccis, tritisque completo,uinoq; odoratissimo coquito quo (si per uires liceat)totum diem suffito,petitoq;,num ne aromatum odor,in os peruenerit. Nam signum non parum est,eam ad concœptum curatam esse, hisque appositis utitor. Croci, quantum uelis,myrrhæ duarum fabarum quantitate,salis plurimum admisce to,ad hæc respectans,tauri fellis duarum fabarum quantitatē, si leniore uelis uti,minus fellis misceto,si uehementiore,plus.quæ tenuiter trita,melle subi/ gito,diuq; tractato.Nam quo plus triueris,eo siccius, glutinosius,meliusque reddes,& crassius,quo glandulam summo acutam, medio crassam conficito. Postea uti ad uuluam apponantur facito, duosq; origani surculos leuigatos, sex digitos longos infigito, lanaque mollissima circūducito,deinde superne linum, filumue tenuissimum alligato, quod quatuor digitis emineat, quod fœmina perfusa,& perpurgata ad uuluarū os ponito, linteumq; substernito, noctemq; sic iaceto. Nam purgatio aquosa defluet, postridie surgito, laua/ toq;,suffito,deinde cerato,unguentoue a primo die diligenter confecto lini/ to.Cum cerui medullam,uel anseris adipem miscueris, hocq; die post suffi/ tionem ne sedeto,singulisq; diebus cum perfusa, emundataq; sit, hoc cerato uentrem,& pudenda linito,uel cætera cuncta præter fel superioribus cōmi/ sceto,tenuissime tritum origanum glandulæ cōmisceto,& indito, uel cætera quidem omnia similiter conficito, sed pro origano absinthium cōmisceto, similiterq; conficito,& indito,uel triticeum git,melanthionue tenuiter tritū melle subigito, pilamq; conficito,& apponito,quod optimum est,ni febres excitet,articulūq; tumefaciat, & ualde pungat, uel tenues ueratri nigri fibras tritas melle coquito, ne nimium ueratri sit, caueto.nam ualde lancinaret.fe/ briculosum enim & hoc est,uel potionē elaterii melle coquito,glandulamq; conficito,

Cū pinguedo cō cæptū impedit.

Cum os uuluæ durum est.

Cum menses plus īiusto defluunt.

Catellus decoquitur.

Quale appositū.

Medela quæ.

Triticeum git.

conficito, similiterque apponito, febriculosum est & hoc. Nam sanguen cit, quædam horum & pelliculas, uel dracontion si uelis, lenius enim est, tritum melle cocto, uel crudo subigito, pilamque magnæ gallæ quantitate conficito, & utitor. Conare autem naturalis esse habitū hominis, uiresque respectans. horum enim nullum pondus est, sed tu hæc coniectando totius corporis, & capitis purgationem molire, medicamentisque locorum suffitionibus, & appositis utitor. Hæcque tibi tanquam elementa sint, medicina autem cuiusque horū peculiaris esto, si quid horum non facias, semper in suffitione uersator, quæ mollefacit, saniemque educit. Cum ab hac medicina cessaueris, naturalibus desinentibus de manu sanguen mittito. si ualida sit, de utroque brachio, si minus, de altero satis erit. Modus autem nutricatus, diætesue, quo in his utendū sit, declaratum est alibi. quod si suffire uelis, lolium de tritico lectum tritum super fermenticios lenes carbones iacito, fumumque diuaricatis cruribus suscipito. quæ medela si satis tibi uideatur, quadrimestri fiat. Si minus hæc respectato, ne ue cum curatur, uirum adeat, mandato, cyathumque aquæ qua teda cocta sit, in his ieiunæ dato, stagneamque fistulam sæpe habeto, cotuledonisque aquam cum sale, & cumino tepidam sorbeto. Nam latæ cotuledones femellas gignere uidentur, paruæ autem, & compactæ mares. Concœpticium summum. Melanthion tritum cū uino nigro aspero mulieri propinato. Cum iuuenem mulierem profluuium rubrum uexaret, curata, caput purgata, sanguen tractum nihil iuuit, quod caussa erat, ne conciperet, uinum album, quo aspalathi radices coctæ erant, mane, & ante cœnā potauit, quo profluuium cessauit, statimque concœpit, maremque coloris albi, carnis optimæ peperit. Molæ autem concœptus caussa hæc uidetur. Cum intus mēstrua multa coacta non multam genituram, morbosamque conuoluunt, concœptusque uerus non fit, tamen uenter tumet, tanquam uere grauidæ, nihil in uētre mouetur, in papillis non gignitur, pectus tamen turget, duosque sæpe, & tres annos sic habet, quæ si in unum cogatur, mulier ea peribit, nequit enim superesse. Si uero multæ carunculæ, & diuisæ sint per pudenda sæpe prorumpunt, si modice euadit. Si minus, profluuio correpta perit. malum autē hoc tale est, quod plenitate, quodque nihil in uentre mouetur, dignoscitur. Mas enim tertio mense, quarto fœmella mouetur, quod tempus cum transit, nihilque mouet̄, hoc esse putato, magnum præterea signum est, quod in papillis lac non gignitur. Quam ne curato, si minus, cum morbū prædixeris, sic primo totū corpus lauato, deinde sedem, uti purgetur, subluito. Medicamento enim fœmina calefacta, multa sublutione, fœtum qui putatur inesse, & subsistere, forte cōmoueas, uuluasque lauato, uti sanguen educatur, si minus, appositis, quæ cum bupreste fiunt, utitor, quam uehementissimis, dictamnumque creticum cum uino propinato, uel castoris testem, posterioreque parte sub ilia cucurbitulam admoueto, plurimumque sanguinis detrahito, quaque maxime purgare opus esse coniectaris,

Dracontion. *Quæ mandet uideto.* *Sāguinis missio.* *Lolium suffitur.* *Cotuledonis natura.* *Mira medela.* *Molæ milesue concœptus.* *Qui hoc dignoscas.* *Curatio qua.*

admoueto, & ad uuluas apponito, quod siue partu, siue alias fiat, circiterq; tres uini albi cyathos propinato, quo teda quam pinguissima, tenuissime concisa cocta sit, uel pæoniæ baccas, cumini Aethiopici paulũ, seselis plurimũ, uel cedrida. Si uero præfocetur, castoris paulum. Si partus modica purgatione facta uenter tumeat, maneatue, uel flatu, uentoue incluso dolitet, cũ febre, siue sine, scamoniæ succi quincuncem potionis, quintamue partẽ, uel seselis, uel odoratorũ quid & rutam cũ uino albo propinato. Si uero bibere nollet, ad sedem unguentum dato, quale est, quod felle tauri, nitro, melleq; conficitur. Sin autem corrupta purgatione dolitaret, datisq; odoratis nihil auscultaret, febriretq;, caprini lactis duas heminas, cotulasue coquito, refrigerato, pingue, coactumue, demito, colato, mulsi trientẽ, uti dulcius sit, misceto, ter ieiuna potato. Si dolor non sedetur, nec uenter subducatur, calida aqua uesperi sedeto, persota, suffitaq; surgito, uinoq; nigro, aspero, & aquæ una portione, olei aquæ dimidio perfundito, deinde calida lauato, cubato. Vuluarũ appositum si os clausum, uel durum sit, ficum albam, purgatam, nitrum Aegyptiũ tenuiter tritum, purissimum commisceto, non magnæq; gallæ magnitudine appositum facito, molli lana circũdato, oleo irino tinctum apponito tres, pluresue dies, uti tibi uideatur expedire, post autẽ hoc odoratis suffito. Nam maxime cõfert, deinde lene appositũ, quod opus sit, apponito, quod saniosa potissimum educat, postea mercuriali, si mollis sit, rosaceo tinctam cũ linteo diem & noctem utitor, uel tauri fel, salem, sulphur tritum cõmisceto, spiram oblongam acito, fnudam ad uuluas dies, & noctes dato, mercurialem rursus post hoc myrrha pura superspársa, cõmistaq; rosaceo summo, uel irino, quã maxime intro os linito, uel separatim tritam, cribratamq; odoratam irim, parem cuperi modum, croci recrementum, crocomagmaue pastilli quantitate uino odorato misceto, linimentum conficito, lienis forma palmi magnitudine, linamẽto suscipito, parua pixide ne expiret, claudito, deinde apponito. Si uuluæ ulcerentur, uel os durum sit, & asperum, uel apposito aliquo pungatur, uellere pingue rosaceum, ceræ paulum cõmistum perungito. Cum prægnans præter naturam macilenta fœtum menstruum perdit, nec ad finem perducit, hanc per uuluas purgato, potionato, pinguem reddito. nam ad finẽ non perducet, nisi sese reficiat, & locelli ualidiores fiant. Si uero concipiat quidem, sed bimestrem fere semper perdat, neq; ante, nec post, uel etiã supra bimestre, hocq; bis, terue patiatur, huius locelli fœtum cum crescit, non capiunt, nec laxantur, propterea multæ per hoc tempus fœtum perdũt. Quare huius uuluam subluito, flatumq; per apposita, quam maxime immittito, uel his medicamẽtis curato, cucurbitæ sicyoniæ interiora terito, cribratoq; lassarisq; paulum cõmisceto, multoq; melle, hæc decocto subigito, spicillumq; hoc circũlinito, tãq; crassum facito, quã stomachus ad hos uuluæ suscipiat, penitusq; indito, quod cum tabuerit, spicillum educito, sicq; rursus elateriũ, cucurbitæ

Medela. *Vnguentum.* *Potio lactis caprini.* *Quæ uuluæ os aperiant.* *Medela.* *Spyra.* *Vuluæ ulcera.* *Quæ ante tẽpus fœtus perdunt.* *Medela.*

cucurbitæ agrestis interiora conficito,& indito,tempusq; hoc plurima allia, lassaris caulem comedito,ciboq; qui maxime inflet,utitor. Tertioquoq; die, dum recte habere uideatur,apponito,quandoq; & tardius donec penitus con ualescat, dies autem intermedios lenibus utitor. Cum uero lenientibus os uuluæ consistet,mensesq; compareant,paulum remorata, dum uulua mensi/ bus siccetur, cum uiro dormito. Cum autem uuluam tumefacere uelis, tusa allia, lassaris succum cum appositis misceto. Siqua prægnans decem menses finire non possit,sed ante partũ perdit,quod sæpe patiatur,huius uuluas ante illum diem aqua purgato,quibusq; aqua purgetur, ea porrigito.Si uero quæ genituram retinuit,non concipit,quod multis euenit, stomacho uuluæ præ/ ter naturam patente,menstruaq; plura,liquidioraq; quam oporteat defluunt, quodq; mulier, ad liberorum conceptum confert, semen uiri perdit, & cor/ rumpit, quod corpore affecto,uuluisq; euenit. quare huic purgamenta per inferna dato,pauloq; post totum corpus foueto,locellosq; marina aqua cum cupressi ramentis, lauri foliis concisis, & polychnemi,silices candentes,fer/ riq; frustula immittẽdo quatenus satis esse,& opportunum uideatur,suffito, post hoc lauato,lotiq; ramenta,polychnemi folia cum aceto coquito, rosa/ ceũ aspergito,lauatoq;.postremo herbasci foliis concisis,loti scobe suffito. Prius autem quã subluatur,myrrham,thus pariter terito,myrtiq; & lauri folia misceto,super ignem lenem iacito,bisq; die suffito,post lauato,stomachũq; in pristinam naturam statuito.quæ si uirium satis habeat,ante omnia sinistræ manus uenam pertundito,cæteraq; sic facito. Si uero stomachus sic quidem habeat,menses autem non male plus,minusue defluant, hãc ad maiorem pur gationem uertito,cum aliis omnibus,sicq; curato,& apponito.Si mulier no/ lens abortiat,nec emittat,triticum tostum tritum,passam albam tritã mulso subigito,paulũ olei aspergito,ieiunæ ꝓpinato, deinde semen raphani tritũ cũ aceto,& anseris adipe mistũ sorbeto,lauriq; folia trita apponito,postea farinam,origanum, puleium aqua coquito,& sorbeto, deinde lauri folia te/ nuiter trita, gummi misto cum aqua potato,uel ouis & anseris pingue cum melle delingito,uel staphylinum tenuissime tritum, lactis sedimentum,anse/ ris pingue simul tepida sorbeto, uel origani folia uiridia, si habeas, si minus sicca,tenuissime trita,cum aqua propinato, uel lauri fructum, tenuissime tri/ tum,pingue suis fœminæ,melq; commisceto,delingitoque,uel staphylinum tenuissime tritum cum uino potato.Si locelli semen non retineant,plumbũ, lapidem qui ferrum rapit,tenuiter tritum,lac fœminæ conspergito,cum lin teo apponito,uel florem aeris tritum cũ melle.Cum locelli uiri semen tertio die reiectant, necesse est quæ talia patitur, callosam intus duriciam habere, semenq; uiri propterea eiicitur,cum non possit intus remanere,nec dum hoc intus est,concipit.Quod sic educes,mulierem subiecto lumbis puluillo,supi nam diuaricatis cruribus dato, spicillumq; rosaceo præunctum demittito.

Quæ uuluam inflent.

Cur quæ semen retinent,non concipiunt.

Curatio.

Cũ abortus non emittitur.

Medela.

Cum semen non retinetur.

Quod intus cum uideris,huc,& illuc agitato, osq; dilatato,pinnulisq; minutis,multis,mollibus,colligatis,rosaceo tinctis, quemadmodũ oculos solent, perungito, quod statim consequere, nisi coxendicem petant, quod si in ore uuluæ sit,prouide,placideq;, nec uioléter,quã tenuissima uolsella detrahito, deinde cum uiro dormito. Quod si prægnanti compareat, siccum origanũ, tritum,minium,miltonue,sepiæ os cum linteo apponito,uel pæoniæ nigras baccas tritas,cum uino propinato. Si mulier post coitum, uentrem doleat, sanguenq; recens compareat,lini semen tritum,muscum tenerum, anseris pingue cum uino albo diluto propinato.Si locelli procidant, extraue suam naturam decidant, febris, ignisue habet, pudenda præsertim, sedemq;,lotium diluit,strepit,paulatim stillat, pungitq; pudenda, quod patitur, si de partu surgés cum uiro non dormiat,quæ cum sic habet, myrti baccas, loti ramenta aqua coquito, quam in sedem dato, pudendaq; quam gelidissima subluito, quæ tenuiter trita apponito,& linito,deinde lentis aquam cũ aceto, & melle potato,uomitoq; dum uuluæ redeant,reuellanturue,pedibusq; altioribus cubato,pudenda fœtidis suffito, nares odoratis,cibariis mollissimis, & frigidis utitor,uinum album,aquosum potato,ne lauato, cum uiro dormito. Si uero penitus procidant,sicuti scortum præpendent,dolentq;,quod euenit,si post partum statim laboret adeo uti locellos concutiat,uel si cum uiro in puerperio dormiat.cum sic habet,quæ refrigerent ad pudenda ponito,quæ propendent,uino nigro aquoso,quo malicorium coxeris, perluito, purgatoq; & retrudito,deinde melle,resinaq; pariter commistis linito,spongiamq; de lumbis superligato,crura compressa distédito,supina cruribus altioribus cubato, donecq; sic habet,cibis abstineto,potu pusillo utitor,dum septem dies transeant,quæ si sic redeat,bene habet,si minus,summas locellorum partes circũtergito,piniq; decocto perluito,deinde crura diuaricata altius religato, manuq; retrudito.postea crura distenta, compressa colligato, supina diem, ac noctem sic iaceto.Ptisanæq; cremorem non multum nihilq; frigidum dato, postridie reclinatæ,maximas cucurbitulas coxédicibus admoueto, diutiusq; attrahere sinito.Quibus amotis reclinato, & quiescere sinito,nihil aliud quã ptisanæ cremorem dato. Cum uero septem dies præterierint, cibariis mollissimis, & paucis utitor. Sin autem oletare uelit, iacens oletato. Cum uero quatuor,& decem dies transierint,surgito,& paulum subligata uitta deambulato, parum comedito, pudenda fœtidis suffito.

Cum procidit uulua.

Medela.

Cum uulua penitus propendet.

Curatio.

HIPPOCRATIS DE PARTVS IMMORTVI EXTRACTIONE LIBER VIGESIMVS SECVNDVS.

Partus frustillatim extractio.

q Vædam prægnãtes non rite pariunt,sed intus perdũt,qui concisus sic educitur. Primum linteum supra mulierem dato, supraq; mammas ligato, caputq; tegito, ne uidens quod feceris terreatur. Si partus transuerse prorumpens manum emiserit, quam capito,ualdeq; educito,carne brachium denudato,duobusq; digitis, ne delabatur,eam ligato,rectaq; ossa educito,postea humerum carne denudatũ extrahito,caput deinde naturaliter uertito, & educito,digitoq; partum retrudito,uel scalpro,per costas iugulumue misso,uti tumor concidat,forato,flatusq; euaporet,faciliusq; exeat, caput integrum naturaliter si possis,educito. Si minus,confringito,& sic cum partu subducito,postea calida locellos perfundito, & oleo perungito, cruraq; & pedes inter sese componito, deinde quiescito,postea,mel,resinam cũ uino albo,dulci,diluto propinato, cætera secundum prius dicta curato. Cum autem parturienti mulieri partus transuersus prorumpit,quod fit,cum umbilicus collum circumuoluit,partumq; recte exire prohibet, caputq; eius in coxendicem uertit, qui si mortuus est,plerũq; manum emittit,si uiuit,non, periculum tamen & sic est. quædam enim ante partum partus purgamentum emittunt, quod partum, enixumue siccum, difficilemq; necessario reddit, quæ autẽ ante non purgatur,facilius enititur, quam sic concutito,super linteum supinam reclinato, linteumq; alterum super dato,quo pudenda,& tota contegatur,deinde duæ ualidæ fœminæ,crus utrũq; manumq; utrãq; capiant, non minusq; quam decies ualide concutiãt, postea cruribus altius statutis in cubile reclinato, quæ fœminæ cruribus apprehensis, per cubile sæpius per interualla remittendo, ualide in humeros agitent, uti partus concussus, latiorem nactus locum, uoluatur, naturaliterq; prodeat,dictamnumq; creticum,si habeas, si minus castorem pariter cũ uino chio,propinato. Si uero locelli,uel labore,uel partu procidant,si quidem recentes nanciscaris,manus admoueto, si minus finito. Si uero curandas ducas, sic curato,locellorum membranam naturaliter,transuerseq; secato,& linteo, uti perflammetur,fricato, deinde uituli marini pingui linito, uel pice, cytinisq; simul emplastrato,spongiamq; mollem uino tinctam insuper ne cadat, uitta in lumbos reuoluta ligato, cruribusq; altius statutis, cubato, cibariaq; mediocria comedito.

Partus directio.

HIPPOCRATIS DE VIRGINALIBVS, VIRGINVMVE MORBIS LIBER VIGESIMVS TERTIVS.

Hominis naturã Medicus noscat.

Terror imaginosus.

Qui uirgines percellantur.

Causa furoris.

Zopheron.

Quæ Dianæ darent.

Furoris medela.

PRincipium mihi est medicæ compositionis semper genitarum. Nam non potest quis morborum naturam cognoscere, siquidé hoc huius artis est disquirere, nisi per initia cognoscat eam, quæ sine parte est, ex qua discreta est. Primum de comitiali, sacroue morbo, de percussis, syderatisue, de timoribus imaginosis, qui ualde homines territant, uti desipiant. Nam sibi deorum imagines quasdam infensas spectare uidentur, modo die, modo nocte, modo utrisq;, omnibusue temporibus, quo pleriq; laqueo pereunt, præsertim fœminæ, quarum natura ignauior est. Sed uirgines, quibus nuptiarum tempus aduenit, maturæq; uiro sunt, una cum mensium descensu magis hoc patiuntur. Nam ante hoc non admodum afficiuntur, quoniã postea sanguis in locellos tãquam refluxurus stillat. Cum autem exitus non patet, sanguis plurimus ob cibaria, corporisq; incrementum cogitur, qui cum non defluit, præ copia cor, sæptum transuersum, præcordia resiliendo petit, quæ cum plena sunt, languescũt, præsertim cor, quo torpor & deliratio subit. Quemadmodum si quis diutius in coxendicem iaceat, sanguisq; non decurrat, torpescit, qui torpor in coxas, tibias, pedesq; descendit, uti incessum impediat, dum sanguis discurrat, quod statim facit, cum in aquam frigidam supra talos demittuntur, qui torpor lenis est, facileq; discutitur, sanguis enim ob uenarum rectitudinem facile recurrit, locusq; hic corporis periculosus non est. De corde uero, præcordiisq; tarde refluit. Nam tortuosæ sunt uenæ, locusq; periculosus est, & ad desipientiam, insaniamq; paratus, furoremue. Cum enim hæc replẽtur, horret, febritq;, quas febres, errones uocitant. Cum autem sic habet, celeri perflammatione furit, marcore clamat, tenebricoso, Zopheroue terretur, & timet cordis pressione, suspendia parat, sanguinis uitio languet, animus æstuat, malũq; attrahit, quidam horrenda, nephandaq; profert, quidam in puteum se mittit, quidam se strangulat, quod melius putat, quidam uarios trahit colores. Cum autem ab imagunculis, phantasmatisue resipiscit, lætatur, mortemq; tanquam bonum orat. Cum uero penitus resipiscit, mulieres deceptæ mandantibus uatibus uestimenta, cæteraq; pretiosissima Dianæ sacrificant, dedicantue, sed huius mali sãguinis missio, nisi quid impedit, medela est. Sed ego uirgines hortor, mandoq; cum hoc patiuntur, quam primum cum uiris misceri, & cohabitare, quæ si concipiant, sanescunt. Si minus, hæc cum pubertate, uel paulopost, dissoluuntur, quod mulieres iam grandes, & steriles magis patiuntur.

HIPPOCRATIS DE HOMINIS NATVRA LIBER VIGESIMVS QVARTVS.

q Visquis audire consueuit de natura humana differentes plusquam ad rem medicam faciat, huic hæc mea uerba audire non expedit. Quoniam non dico hominem esse totum aera, ignem, aquam, terram, uel quid aliud, cum clarum non sit, unum solum horũ esse in homine, sed hæc dicere uolentibus sino. Nam qui hæc dicũt, mihi non recte sentire uidentur, cum omnes eadem sentiant, tamen eadem non dicant, sed eadem concludant. Nam dicunt, quidquid est, unum esse, & totum, nomine quidem non conueniunt, sed re. quidam enim horum, hoc esse aera dicit & unum, & totum. quidam ignem. quidam aquam. quidã terram. suæ quisq; rationi & testimonia & argumenta, quæ nihil sunt, addit. Quod autem omnes eadem sentiant, eademq; non dicant, nec quæ dicant, intelligant, hinc patet, his maxime qui horum altercationibus intersint. Nam uerbis inter se semper aduersantur, nũquamq; tres eadem asserentes inuenias, tamen is uulgi opinione superat, qui lingua disertior sit. Par tamen erat, eũ qui se recte, de rebus sentire asserit, & rationes addere, quæ cæteras superarent, si quidem ea quæ sunt, sentit, recteq; profitetur. Sed mihi hi homines imprudentia, se ipsos oppugnare uidentur, Melissiq; rationẽ dirigere, sed de his hactenus. Medicorum, præterea, quidam aiunt, hominem esse solum sanguinem, bilem alii, pituitam alii, similiter & hi omnes concludunt. Nam quid unum esse dicunt, quod quisq; ut uoluit, nominat, quod cum unum sit, calore, geluue coactum, formam, & potentiam mutare, dulce, amarum, album, nigrum, uel quid aliud fieri, mihi uero nec hæc uidentur sic habere, pleriq; & talia & his magis proxima dicunt. Sed ego dico, si homo unum esset, non doleret, langueretue. Nam si unum esset, magna, pusillaue re non uexaretur, siq; unum esset, quod langueret, quod curaretur, unum etiam esset, sed multa sunt. Nam in corpore, multa sunt. Quæ cum inter sese præter naturam, modumue calescunt, frigescunt, siccescunt, madescuntue, morbos gignunt, quorum plurimæ species sunt, multiplex etiam est eorum Medela. Quare rogo eum, qui hominem solum esse sanguinem dicit, & nihil aliud, mihi monstret colorem eum, formamue non mutare, nec uariari, quod per anni tempus, & hominis ætatem fieri par est, cum sanguis solus in homine esse uidetur. Hæc eadem dico de eo, qui bilem, pituitamue esse asserit. Quid autem esse hominem, & lege, & natura sentiam, dicam, quod omni tempore, & ætate permaneat, huiusq; argumenta dabo, curq; necessario singula, in corpore & crescãt, & minuantur, ostendam. Primũ quidem necesse est, non ex uno solo generari, quinam si unum esset, nisi quid aliud misceretur, gigneret. Præterea nisi cognata essent & eiusdem facultatis, quæ miscerẽtur, non eadem & eiusdem facultatis gignerent, nec hæc nobis perficerentur, nisi etiam pariter, calidum

Sententiæ uariæ de hominis natura.

Melissus.

Medicorum opinio.

Si re una homo constaret, nõ langueret.

Morborũ causa.

Qui omnia gignantur.

frigido, siccum humido misceretur, sed unum alterũ superaret, sicq́ ualidius alterum altero esset, concoeptus non fieret. Quare qui par est, ex uno quid gigni, cum nec ex pluribus, nisi optimi inter sese sint temperamẽti, gignatur. Quare necesse est, cum hominis, cæterorumq́ natura talis sit, hominem, unum non esse, sed singula, quæ ad generationem conferunt, conueniuntue, quãdam in corpore facultatem habere, qualem contulit. necesse etiam est, homine mortuo, cum corpus dissoluitur, singula suam naturã repetere, humidũ humidũ, siccum siccum, calidum calidum, frigidum frigidum repetit. Quin & brutorum, cæterarumq́ rerum omnium eadem est natura, similiter enim omnia gignuntur, & pereunt. Nam & horũ natura ex iam dictis omnibus constat, sicq́ uti prædicta finiunt, singulaq́ eo redeunt, unde uenerant, constitutaue fuerãt.

Quæ in corpore sint. Corpus quidem hominis hæc in se habet, sanguen, pituitam, bilem duplicẽ, flauam, & atram. corporis quidem natura hæc est, hæc languet, doletue, hæc conualescit, & ualet. tunc enim potissimum ualet, cum hæc pariter temperata uigent. dolet autem, languetue, cum quid horũ plus, minusue in corpore sit, commistumq́ cæteris non sit. Nam est necesse, cum quid horũ separatur, ac in sese stet, locum, unde discessit, & eum quo se contulit, cum repletum sit, laborare, cũq́ horũ quid, de corpore, plusquam superfluat, defluat, uacuitas illa dolore afficit, & labore. Si contra hæc ab aliis separata, quoquam intro tendant, duplicatum dolorem necessario præbebunt, & loco unde discesserunt, & quo concesserunt, sicuti diximus. Quid autem esse hominem censerem, dixi, semperq́ quid in sese haberet, natura, & lege præseferre, quæ quidem assero esse, sanguen, pituitam, bilem flauam, & atram. Singulorumq́ horum nomina lege dissimilia, separataue esse, deinde natura, formas dissimiles esse. pituita enim sanguini similis non est, neq́ sanguen bili, nec pituitæ bilis, qui possunt ea similia esse, quorum color, & uisu & tactu dissimilis est. Nam quoduis horum manu tractaris, non æque calidum, frigidum, siccum, humidumq́ deprehendes. Quando quidem ergo, hæc adeo inter sese differunt, forma, figuraue, & facultate, potentiaue, necesse est eadem unum non esse. Nam non est ignis, quod aqua, quæ non esse unum, sed singula naturam suam, & facultatem habere sic dignosces. Si cui medicamentum, quod pituitã educat, des, pituitam tibi uomet, si bilem, bilem, si atram bilem, & hic atrã bilem tibi euomet, si corpus uulneres, sanguen defluet die, nocte, hyeme, æstate dum spirabit, nisi comprimas, dumq́ horum humorum congenitorum aliquo priuetur. Nam hæc insita, congenitaue naturaliter sunt. Primum quidem clarũ est, hominem hæc omnia in se habere, dum uiuit semper, quod ex homine natus est, & ab ea nutritus, qui hæc omnia habebãt, quæ nunc dico, & ostendo. Qui uero dicunt, hominem esse unum, propterea hoc mihi sentire uidẽtur, quod eos qui poto medicamẽto aliquo, cum in ea purgatione periissent, bilem, pituitamue uomuisse uiderunt, hacq́ de causa, hominem istorum uno constare putauerunt,

Langoris causa.

Quæ in corpore sunt, dissimilia et nomine et re sũt.

Pluribus, non uno corpora constare ostendit.

putauerunt, quod ille cum periret, uomuisset. Quiq; hominem sanguen esse dicunt, hac re mouentur, quod iugulatos periisse uiderunt, cum sanguis efflu xisset, quod putarunt, esse hominis animam, quodq; qui purgationibus inte riissent, semper post bilem, uel pituitam, sanguen emisissent, quod necessario sic euenire non uiderunt. Nam quoduis medicamentum cum pituitam, uel bilem eduxit, cum ea deficit, sanguis purus sequitur, sicq; moriuntur, quod & in his, quæ terræ mandantur, euenit. Nam cum semina in terram peruene runt, quod sibi natura simile est, quodq; in terra est, attrahunt. Nam in ea inest acre, dulce, amarum, salsum, uariumq; primo quidẽ illius plurimum attrahit, quod sibi natura simile sit, deinde & alia attrahunt, quod & medicamenta in corpore faciunt, quæ bilem cient puram primo, deinde mistam educũt, simi liter & pituitam. Hominibusq; iugulatis, primo sanguen calidum, rubrumq; ualde, deinde pituitosum, biliosumq; magis defluit, pituita quidem in homi ne maxime per hyemem crescit, quæ frigidissima tunc est, quod sic esse inue nies, si bilem, sanguenue tangas, tenacissimaq; est. post autem atram bilem ui hæc educitur, & quæ ui educuntur, calidiora fiunt, sed tamen præ cunctis, pituita suapte natura frigidior est. Quod autem hyeme, corpus pituitæ im pleatur, his cognosces, per hyemem homines pituitam & spuunt & maxime emungunt, tumoresq; tunc potissimum albi sunt, morbiq; cæteri pituitosi. tempore autem uerno ualentior cæteris fit, sanguisq; crescit. Nam tũc frigus pellitur, pluuiæq; superueniunt, quibus & calidis diebus sanguis augetur, na turaliter enim hæc cum anni tempore mutantur. Sanguis enim calidus est, & humidus, quod his cognoscas, per uer enim & æstatem homines difficultate intestinorum, dissenteriaue laborant, saguinisq; narium fluore, tuncq; calidissi mi, rubriq; sunt. sanguis, & bilis in corpore magis æstate uigẽt, in autumnũq; protenduntur, quo sanguis minuitur, cui autumnus suapte natura contrarius est. bilis uero æstate & autumno corpus possidet, quod his cognoscas. homi nes enim hoc tempore per se bilem uomunt, potionibusq; medicis biliosa demittũt, quod & in febribus patet, hominũq; caloribus. pituita autẽ æstate infirmior est, quod tempus pituitæ suapte natura contrarium est, cum siccũ, calidumq; sit. Sanguis uero per autumnum in homine minuitur, quoniã au tumnus siccior est, hominẽq; iam refrigerare incipit, quo tempore bilis atra ualidissima est. Cũ uero hyems aduentat, bilis refrigeratur, minuiturq;. pituita autẽ hymbrium crebritate, noctiumq; longitudine crescit. Semper enim ho minis corpus hæc omnia habet, plus, minusue, prout anni tẽpus fuerit. Nam horum singula suapte natura, quandoq; crescunt, quandoq; minuuntur, pro ut totus annus calidus, frigidus, siccus, humidusue fiat. Nihil enim horum in eo permanet, ullo tempore sine his omnibus, quæ in mundo sunt, quin si unũ deficiat, cætera euanescũt. Hac enim cognatione, necessitate, omnia inter sese constant, alunt, aluntur q;. sic etiam si quid eorum quæ cum eo gignuntur, in

Qui hos coarguat, aspice.

Pituita cur hyeme uigeat.

Qui humores per singula tẽpora uigeant.

Sanguis et bilis uere, et æstate.

Pituita et atra bilis autumno.

Pituita sola hyeme.

homine deficiat, homo ipſe amplius non uiueret. nam in ipſo anno hyems modo plus poteſt, uer modo, quandoq; æſtas, quandoq; autumnus, ſic & in homine pituita nunc ſuperat, nunc bilis, primũ flaua, deinde nigra. hocq; tibi apertiſſimum ſignum eſto, ſi cui medelam eãdem des, pituitam hyeme demittet, per uer, liquidam, per æſtatẽ, bilioſam, per autumnum, nigrã. Quare, cum hæc ſic habeant, quæ mala hyeme creſcunt, ceſſare conſueuerũt æſtate, quæ æſtate, hyeme finire, ceſſareue. Quæ uero his anni temporibus non deſinunt, dierum ambitu, longiuſculoue tempore pelluntur, quẽ dierum ambitũ poſtea dicemus. quæ uere fiunt, neceſſario per autumnũ finiunt, quæ autũno, uere, quæ hoc tempus tranſeunt, totum annum durãt, quæ medicus ſic curabit, ſi quod anni tempus ſit, quiq; horum humorum in corpore naturaliter uigeat, conſyderabit. Præterea hoc præ cunctis ſcito, quod mala, quæ plenitas fecit, uacuitas ſanat, quæ uacuitas, plenitas, quæ laſſitudo, quies, quæ otiũ, exercitatio, quæ omnia penitus Medicus ſcito, cõtrariaq; corroboratis morbis, anni temporibus, ætatibus, morborum ſpeciebus dato, quæq; producuntur, corripito, quæ corripiuntur, producito, nam ſic potiſſimum, quod laborat, quieſcet. Hæc mihi uidet̃ eſſe uera curatio, morbi nãq; aliqui nutricatu gignuntur, quidam ſpiritu aereue, quẽ attrahendo uiuimus. Quod ſic dignoſcemus, cum plurimi eodẽ tempore uno morbo corripiuntur, & eodẽ, cauſa eſt communis, qua omnes utimur, hoc eſt, quo ſpiramus. Clarũ iam eſt noſtra uictitamenta non eſſe in cauſa, cũ idem morbus omnes continua ſerie æque tangit iuuenes, & ſenes, uiros, & fœminas, uini potores, & aquæ, polenta, mazaue, & pane uictitantes, otioſos, & laborioſos. Cum homines ergo uarie uictitantes eodem morbo laborant, uictitamenta non ſunt cauſa, ſed tunc cũ eodem tempore, diuerſi morbi obrepunt, clarum eſt, cuiuſq; uictitamenta cauſam eſſe. Quare morbi cauſæ occurrendo curato, quemadmodũ & alibi diximus, uictitamentaq; mutato. Siquidem clarum eſt, uictitamenta, quibus antea utebatur, non amplius expedire. mutato inquam, uel omnia, uel plura, uel unum quid eorum, cum hoc liquido deprehenderis, & hominis naturam, ætatem, ſpeciem, morbi modum, anni tempus, addendo, ſubtrahendoue, quemadmodum iampridem diximus, ſingulas partes ætatum, formarum, ſpecierumue, morborum, temporum obſeruando, medela inquam, uel uictus ratione quadantenus mutata. Cum uero morbus unus peruagatur, tunc certe uictitamenta cauſa non ſunt, ſed illud, quo ſpiramus, ſi quidem clarum eſt, morboſam quandam exhalationem ſpirare, in ſeſeq; habere. tunc autem homines admoneto, ne uictum mutent, cum morbi cauſa non ſit, ſed corpus ſanum, extenuatumq; conſeruent. Paulatim cibum, potumq;, quo uti conſueuit, ſubtrahito, minuitoue, ne ſubita commutatio quid in corpore innouet, ſicq; uictitamentis utitor, quod nihil lædent, ſpirituſq; aerue, quam parum os intret, proculq; ſit curato, prouidetoue. Proq; facultate morbi loca mutato,

Quo modo hoc cõfirmet, uideto.

Medicus hæc omnia conſyderato.

Cauſa morbi communis.

Curatio.

Cum uictus morbos cauſatur.

Medela morbi paſſim uigẽtis.

mutato, corpus extenuato, nam sic multus, densusq; spiritus homines non uexabit. Quæcunque mala in corporis ualidissima parte fiunt, ea grauissima sunt, siquidem ubi cœperunt, permaneāt, membro enim ualidissimo affecto, totum corpus necessario afficitur. Si quid etiam de ualidioribus membris in minus ualida deueniat, difficulter tollitur. Si uero de debilioribus in ualidiora, facile discuti, tursuo enim robore facile prorumpentia repellunt. De uenis crassissimis. Crassissimæ autem uenæ, sic suapte natura habent. Paria quatuor in corpore sunt. Par unum earum de capite retro per ceruicem extra spinam utrinq;, coxendices, crura, suras, talos extra, pedesq; petit. Cum ergo lumbi, coxendicesq; dolitabunt, de poplitibus, talisq; extra, sanguinem mittito. Par autem alterum uenarum, quæ iugulares dicuntur, de capite secundum aures per ceruicem, spinā utrinq; intus, lumbos, renes, testes, coxas, poplites, suras, talos intus, pedesq; perrectāt. Cum igitur, lumbi, renes, testesq; laborabunt, de poplitibus, talisq; intus, sanguinem depleto. Par autem tertium uenarum de capitis temporibus per ceruicem sub scapulas, pulmonemq; simul petit, de dextris quidem ad sinistra una, de sinistris ad dextera altera, dextera quidem sub mammam, lienem, renemq; perrectat. Sinistra uero sub mammam, pulmonem, iecur, lienem, quæ utræq; in podicem desinunt. Par uero quartum de capitis anteriore parte sub oculos, humeros, iugulū, clauesue, brachia supne, flexuras, cubitos, manuum articulos superne, digitosq; de digitis, per manuū interiora cubitos, flexuras, brachiorum interiora, alas, costarū superiora petit. De costis quidem una lienem, altera uero iecur petit. deinde super uentrem utræq; in pudendis finiunt. Crassissimæ quidem uenæ sic habent. plurimæ quinetiam, diuersæq; uenæ, de uentre corpus perrectant, quæ illi nutrimento sunt. De crassis quidem uenis tam externis, quam internis, uentrem, corpusq; reliquum uenæ plurimæ petunt, quæ sese permutant, cedūtue, externæ internis, internæ externis. Quare sanguinem procul a locis, qui dolitant, & in quibus sanguis cogitur, mittito. Sic enim magna mutatio repente non fiet, consuetumq; mutabis, ne amplius illic coeat. Qui uero pus multum sine febre spuunt, quibusq; non dolentibus plurimū in lotio subsistit, quiq; cruēta olentant, quemadmodum longa intestinorum difficultate, dysenteriaue laborantes, cum quintum & trigesimum annum, uel amplius agunt, cuncti hi eadem de causa languent. Nā hos cū iuuenes essent, laborioso, & operario corpore fuisse necesse est, qui deinde otio dediti carnē composuerunt, & corpus dissimile priori reddiderunt. Cum ergo hos morbus aliquis inuasit, statim tunc euadunt, post tempus aliquod corpus eorum tabescit, per uenasq;, qua latus exitus datur, saniosum quid defluit, quod si uentriculum inferiorem petat, quale intus fuerat, exit cum sit decliuis, & patens uia, parum in intestino retinetur. Quibus uero in pectore remanet, defluitue, putrescit, pusq; efficitur. Quibus autē uesicā petit, loci calore calescit, albescitq;, excerniturq;, quodq;

Quæ mala grauia.

Quatuor uenarū paria.

Missio sanguinis.

Venarum digestio.

Qui sanguis mittatur.

Morborū causæ.

Qui afficiantur laboriosi, in desidiam dediti.

Calculi cur pueris fiant. rariſſimum eſt, fluitat, quod craſſiſſimum ſubſidet, puſq; uocatur, quod pueris in ueſica loci huius, & totius corporis calore calculos gignit, quod uiris propter corporis frigiditatem non fit. Quare probe teneto, ſcitoue, prima ætate homines calidiſſimos eſſe, poſtrema frigidiſſimos, corpore nanq; creſcente, ad roburq; tendente calidum eſſe opottet. Cum uero marceſcere, langueſcereue incipit, ac admatureſcit, frigeſcit. Quanto nãq; homo primis diebus creſcit, tanto magis caleſcit. poſtremis uero quo plus remarceſcit, *Quæ diuerſitas ætatum faciat.* relangueſcitue, eo plus neceſſario frigeſcit, qui autem ſic habent, per ſeſe ſaneſcunt, plurimi quidem poſtquam tabeſcere cœperunt, quinto, & quadrageſimo die, *Quæ mala facile abiguntur.* qui uero hoc tempus præterierũt, annui ſpatio per ſeſe conualeſcũt, niſi quid aliud male hominem habeat. Quæcunq; uero mala, puſilla re fiunt, quorũq; cauſa facile cognoſcuntur, ea tutiſſima dicito, quæ morbi cauſæ *Lotij diuerſitas cur.* aduerſando, curabis, nam ſic quod corpori morborum præbuit, facile diſcutietur. Quibus autem harenoſa, tophaceaue ſcobs in lotio ſubſidet, his initio puſtulæ ſuppuratæ in craſſa uena fuerunt, deinde cum pus illud non ſtatim erupiſſet, in lapideam, tophaceamue ſcobem conuerſum eſt, quæ de uena in ueſicam cum lotio mittitur, exprimiturue. qui cruentum mićturiunt, horum uenæ laborant, qui cum lotio craſſo caruncula capillamenta demittunt, hæc de renibus, & articularibus eſſe ſcito, qui purum ſæpe mingunt, furfureumq; quid ſuperfluitat, horum ueſica ſcabioſa eſt.

DE FEBRIBVS.

Quatuor febrĩu ſpecies. PLurimæ quidem febres, bile gignuntur, præter eas, quæ de latentibus doloribus ueniunt, quatuorq; harũ ſpecies ſunt. Quarum nomina ſunt continua, diurna, tertiana, quartana. Cõtinua quidem multa, puraq; bile gignitur, breuiq; decernit, corpus enim nullo tempore refrigeratum cito tabeſcit, ut pote multo calore feruefacţum. Diurna uero poſt continuã multa bile gignitur, citiuſq; cæteris abigitur, longior tamen tanto continua eſt, quanto minore bile creatur, Corpus enim aliquatenus quieſcit, ſed in continua nũquam quieſcit. Tertiana uero diurna longior eſt, minoreq; bile gignitur, quanto enim plus temporis corpus in tertiana, quam diurna quieſcit, tanto hæc longior eſt, quam diurna. Quartanæ uero cætera eadem ratione eunt, longioreſq; admodum ſunt, quam tertianæ, corpuſq; plurimũ refrigerant, quod minorem bilis partem, calorem præbentis habẽt, hocq; illis maius, inæqualeue accedit ab atra *Qualis atra bilis.* bile, quod difficulter abigitur. Nam atra bilis humorum omnium qui incorpore ſunt, tenaciſſima, glutinoſiſſimaue eſt, diutiuſq; conſidet. Quod uero *Quo tempore et qua ætate quartana ingruit.* quartanæ, bilis atræ participes ſint, hoc cognoſces, quod autumno potiſſimũ quartana homines corripiuntur, ac in ætate quinq; & uiginti annorũ uſq; ad

quinq;

quinq; & quadraginta. Nam ea ætas atræbili maxime obnoxia eſt, tempuſq; autumnale huic præ cæteris congruit. Quicunq; uero præter hanc ætatem, tempuſq; hoc quartana corripiuntur, probe ſcito, non duraturam eſſe, niſi quid aliud male hunc hominem habeat.

HIPPOCRATIS DE SALVBRIBVS REBVS LIBER VIGESIMVS QVINTVS.

Vanquam de rebus ad ſalutem humanam facientibus, ſæpius a nobis dictum ſit, & dicatur, tamen hic peculiariter eas digeſſimus. Primo quidem uti pro temporum, & ætatum qualitate, res boni ſucci ſumantur, & mutentur, modoq; ſiccioribus, aridioribusue rebus, balneiſq;, fricationibus, cibiſq; cum ualemus, utamur, modo autem contra humeſcentibus, madefacientibusue, potu deinde modo parciore, & meraciore, modo largiore, & dilutiore, quæ boni, maliue ſucci habentur, hæc ſunt. Cætera autem in noſtris codicibus deſiderabantur. *Paucula uerba de hoc inuenimus.*

HIPPOCRATIS DE NVTRICATV, DIAETAVE SIVE ALIMENTIS LIBER VIGESIMVS SEXTVS.

Quem Galenus Hippocratis eſſe negat, putatq; uel Theſſali uel Herophili eſſe.

Pecies quidem alimenti, nutricatuſue, una eſt, & multæ. una quidem quatenus unum genus eſt, ſpecies uero humiditate, & ſiccitate. Sunt & in his formæ quædam, ſiue ideæ, quantum etiam ineſt, ſiue quantitas ineſt, & ad quædam, & totidem. Nam horum quædam augent, quædam uires, roburue ſubminiſtrant, carnem quædam aggerant, ſimilitudinem, aut contra, quædam ſuapte natura faciunt, quadam ui per exordia. ſimilitudinem uero facit, & robur cum quod intrat, ſuperuenitue, ſuperat. Cū quod inerat, euaneſcit, contra. temporis enim ſpatio diſſoluitur. Nam quãdoq; tẽpore, quod prius inerat, diſſoluitur, & quod ſuperadditur, ſuperat, quandoq; uero contra, quandoq; quod extrinſecus additur, continuum ſi eſt, temporis ſpatio, utrūq; tollit, & obſcurat, membriſq; omnibus robur inſpargit, quãq; prius uim habuit, ĩ germen emittit, cum priora ſuſtulit, & obſcurauit. nutrimẽti enim uis in oſſa, parteſq; eorū omnes penetrat, neruos, uenas, arterias, muſculos, chartilagines, mẽbranas, *Hippocratis hoc dicitur non eſſe.* *Diuerſitatẽ hanc conſpicito.* *Ciborum uis.*

carnem,pingue,ſanguen, pituitam,bilem, medullã,cerebrũ, ſpinæ medullã, interanea,parteſq; eorum omnes,quin & caliditatem,& humiditatem,& ſpiritum immittit.quod enim nutrit,nutrimentum eſt, & quod tanquam nutrimentum eſt & quod futurum eſt.Principium enim & finis omnium unus eſt, finiſq; ipſe,& principium eſt,quæq; particulatim nutriunt, quæq; bene, uel male diſponunt, quidem bene ea quæ prius dicta ſunt, male uero quæ contrariam ſeriem illis habent.Succi uero colore,& ui,& ad lædendum & iuuandum uarii ſunt.quidam copia,plenitate, exceſſu, defectu, commiſtione,neq; lædunt,nec proſunt. quidam uero proſunt, quidam non,quidam caliditate, frigiditate,& ui,& proſunt,& lædunt.uis enim potentiaue diuerſam habet naturam,& uariam.quidã enim ſucci ſuapte natura,& non intus & extra,totius, & partium pernitioſi ſunt, quidã contra.nobis quidem cauſa ſontica ſuapte natura,& non. Cauſæ quidem ſonticæ quædã patent, quædam non,quædã ualidæ ſunt,quædam non,quibus omnino natura ſuccurrit. quæ extra ſunt, emplaſtrantur,linuntur,unguntur,terguntur, denudanturue totæ, uel partes, calefiunt,refrigerantur,ſtringuntur,laxantur,ulcerantur, punguntur,linuntur, quæ autem intus ſunt, prædictorum quædam ſunt. Præterea cauſa ſontica non patens totius,uel partis,cuidam quidem patet,cuidã non.Naturales uentris excreationes,lotii,ſudoris,ſputi,mucci,uuluæ,mariſcæ, hæmoroidesue, lepra,thumum,tuberculũ,carcinoma,de naribus,pulmone,uentre,ſede,cole, natura,& non. Decretoria horũ non omnibus eadem.Natura horum omniũ una eſt,& non una.Multæ ſunt naturæ horũ omnium, & non una. Medicina ſupra,& infra,& neq; ſupra, nec infra. medicina nutriens bonũ,& malum eſt. Malum,& optimũ ad aliquid. ulcus,cruſta,ſanguen,pus,lepra,furfur, ſanies, lichen,lentigo,uitiligo, quandoq; prodeſt, quandoq; lædit,quandoq; neutrum.nutrimentum non nutrimentum eſt, ſi non nutrit, ſed nomine non re. non nomine nutrimentum ad capillos,ungues,cutem poſtremam,intro,extra peruenit, & inde in penetralia, confluxio, conſpiratio, concordia una eſt, & omnia,per uniuerſa quidẽ membra omnia,per partes uero,ſingulis partibus, partes ad opus,magnum principium ab extremis partibus, & in ultimas partes,& in magnum principiũ peruenit, & penetrat una natura,eſſe,& non eſſe. Morborum differentiæ in nutrimento, ſpiritu, calore,ſanguine, pituita,bile, humoribus,carne,pingui,uena,arteria,neruo, muſculo,membrana,oſſe,chartilagine,cerebro,tergo,medulla,ore,lingua,ſtomacho,uentre,interaneis,præcordiis,omento,iecinore,liene,renibus,ueſica,uulua,cute.Hæc omnia ſingula.partes horum magnitudo,magnum,& non magnum, Signa Gargaliſmos, dolor, ruptio, ſenſus,menſue,ſiue gnome,ſudor, lotiorum ſedimentum, hypoſtaſisue, quies, iactatio,pupillæ, opſiesue,uiſa,phantaſiæue, color arcuatus, icterosue,ſingultus,defectus animi,ſãguis purus, totus ſomnus, & ex his, & cæteris naturalibus & ſi qua ſunt alia huiuſmodi, quæ uel proſint,uel lædant labores

Succorum uis. *Cauſæ uariæ.* *Cauſa nõ ſemper patet.* *Medicina uaria.* *Trophe.* *Mira et breuis diſcurſio membrorum.* *Signa languẽtis.*

dant. labores totius uel partis magnitudo, ſigna huius quidem maiora,huius *Signa obſeruãda.*
uero minora,utrorumq; maiora, & minora , dulce,non dulce ui, ſicuti dulcis
aqua, guſtu,uti mel, ſigna utrorumq; ulcera,oculi,in his maius, in his minus,
dulce uiſu , & in coloribus & in aliis miſtionibus , dulce plus,& minus.Cor/
poris raritas ad ſpirationem , quibus plus aufertur , magis ualent. Corporis *Varietas conſy-*
denſitas ad ſpirationem,quibus minus aufert̃,minus ualent.qui bene ſpirant, *deranda.*
minus potentes ſunt , ſed magis ſani , de morbiſq; facile conualeſcunt . qui
male ſpirant,priuſquam ægrotent,ualidiores ſunt, cum ægrotarunt , diffici/
lius reſtituuntur, hæc & toti & parti. Pulmo contrarium corpori nutrimen/ *Pulmo.*
tum trahit,cætera cuncta idem.Principium nutrimenti , ſpirituſq;,nares, os,
fauces,pulmo,cæteraq; ſpiratio. Principium nutrimenti, & humidi,& ſicci, *Nutrimentĩ prin*
os,ſtomachus,uenter,prius,antiquiusue nutrimentum, per ſuperuentriculum *cipium.*
umbilicus, ſedes , radicatioue uenarum , iecur. Cor autem arteriarum de his *Sedes uenarũ et*
per cuncta ſanguis,ſpiritus, calor currit, uis una,non una , qua hæc cuncta,& *arteriarum.*
alia reguntur. Hæc quidem ad uitam totius , & partis . Hæc uero ad ſenſum
totius,& partis. Lac,nutrimentum quibus hoc naturale eſt , quibuſdam uero *Lac et uinum nu*
non,quibuſdam uinum,quibuſdam non,quibuſdam carnes , cæteræq; pluri/ *triunt.*
mæ nutrimenti ſpecies,pro locis,conſuetudineq;,quædam ad incrementum,
& ad eſſe,quædam ad eſſe ſolum,uti ſenes,quædam ſuper his ad robur,& ui/
res,uti firmitas gladiatoria, diſpoſitioue athletica , non naturalis, habitus ſa/
nus melior in omnibus eſt, magnum quid eſt, quantitas ad uires accommo/
data. Lac,ſanguis, copia nimia nutrimenti , circuitus , periodiue conſoni ad *Dierum tempo-*
multa,ad fœtum,eiuſq; nutrimentum.præterea,quæ ſupra repunt, lac ad in/ *riſue obſeruatio.*
fantis nutrimentum,quædã,quæ animalia non ſunt,animantur, quædam ani/
malia,parteſq; eorũ animantur. Quorum omniũ naturæ,doctrina,ſcientiaue,
non capiuntur , ſanguis proprius & alienus, utilis,ſanguis proprius,& alienus *Sanguis uariat.*
non utilis,ſucci proprii,& alieni utiles,ſucci proprii & alieni non utiles,con/
ſonum diſſonum , diſſonũ conſonũ. Lac alienum bonum,lac proprium ma/ *Lac uariat.*
lum, lac alienum malum ,lac proprium bonum, pueri cibum putrefaciunt, *Digeſtio per æta*
adoleſcentes non mutant , ſenes penitus mutant , quinque & triginta ſoles *tes.*
partum formant , ſeptuaginta mouent , decem & ducenti perficiunt , alii *Partus conforma*
quinque & quadraginta ad formam , ſex & ſeptuaginta ad motum , decem *tio.*
& ducenti ad exitum , alii quinquaginta ad formam , ad primum ſaltum
centum , ad perfectionem trecenti , alii ad diſcretionem quadraginta , ad
tranſmutationem octoginta , ad exciſionem , quadraginta & ducenti , non
eſt,& eſt.Fiunt autem in his , & maiore, & minore temporis ſpatio totum ,
& pars. Non multo autem maiore , uel minore,quæ autem minore tot , &
tanta , & quæcũque alia his ſimilia oſſium coaleſcentia , tropheue , ex fra/ *Quota oſſium*
ctura , naſo , nareue, bis quinque maxillæ , claui , coſtis , duplices cubito , *coaleſcentia.*
triplices tibiæ , & brachio quadruplices , coxæ quincuplices , & ſi quid in

Sanguinis alia uariatio. Cibariorũ uariatio.

Pulsus spiratio. Signa sanitatis, et morbi.

Mira hæc ænigmata obseruato.

his plus, aut minus potest. sanguen liquidum, & non liquidum, sanguen liquidum bonum, & non bonum, sanguen durum bonum, & malum, cuncta & bona, & mala ad aliquid, uia supra, infra una, potentia nutrimenti melior, quã tumor. tumor nutrimenti, trophesue, melior quam potentia, & in humidis, & in siccis idem & aufert, & addit, huic quidem aufert, huic autem addit, idem pulsus uenarum, pulmonis spiratio pro ætate. Consona, dissona sanitatis, morbi signa, sanitatis magis, quam morbi, morbi magis quam sanitatis. Nutrimentum enim, tropheue, spiritusq; humidum cibarium facilius mutatur, quam siccum, siccum, quam humidum, quod difficile consumitur. quæq; celeri additamento egent, medicamen, cibariumue liquidum ad reficiendas uires potissimum, celerius quidam odoratu. Qui uero tardiore additamento egent, cibo duriore, musculi firmiores sunt, quam alia, præter ossa, & neruos, difficiliusq; restituuntur, denudata difficilius restituuntur, pro genere tamen quædam inter sese ualidiora, minusue ualida sunt, sicq; difficilius, faciliusue reparantur. Pus quod de carne manat, purulẽtum est, quod de sanguine, cæterisq; humoribus, saniosum. Pus uulneris, uenæ, arteriæ nutrimentum est, medulla ossium, propterea coalescunt. Potentia cuncta producit, auget, nutrit, nutrimenti uehiculum est humiditas.

Digestio uaria.

HIPPOCRATIS DE VICTVS RATIONE, DIAETAVE LIBER VIGESIMVS SEPTIMVS.

Cur de humano uictu scribat uideto.

Potius laudandi, quã uituperãdi, qui aliquatenus uitam adiuuant.

SI quis priorum, qui de humani uictus ratione, diætaue quatenus ad sanitatem pertinet, scripserunt, mihi recte penitus omnia scripsisse uideretur, quantum humano ingenio percipi posset, satis mihi esset ea usurpare, quæ recte illi perfecissent, quæq; utilia esse duxissem. Sed cum multi scripserint, nemo tamen recte nouit, quatenus sibi scribendum esset. Nam alius consecutus est aliud. Totum uero priorum adhuc nemo. Nulli tamen uitio dandum est, si penitus inuenire non potuit, quin magis laudandi, cum quædam quæsiuerunt. Si qua uero non recte dixerunt, non coarguam, quin potius, quæ recte dixerunt, admittam. Si qua uero priores recte scripserunt, laudabo. quæ autem non recte dixerunt, si cur ita non habeant, coarguam, nihil profecero, tamen quæ mihi recte habere uideantur ostendam, quoniam plerique, cum aliquem, de re aliqua differentem, antea audiuerint, siquis postea de eadem differat, non admittunt, cum nesciant & illum, si quo ingenio præditus est, posse recte dicta cognoscere. Quare sicuti prædixerã, recte dicta admittam. quæ uero non recte cognita sunt, ostendam, qualia sint, & quæ priorũ nemo tentauerit.

tentauerit. Qui uero recte de humano uictu, diætaue scripturus est, eum dico primum, cuiusq; hominis naturam cognoscere, & percognoscere, oportere. Cognoscere quidem primo, quibus rebus constet. Percognoscere uero, quæ potissimum in eo dominentur. Nam nisi quibus primo constet, sciat, quidq; in corpore, uigeat, homini, quæ conferant, porrigere, non poterit. Qui ergo hæc scribit, hæc sciat oportet, deinde ciborum & potuum omnium, quibus uictitamus, quam uim singula habeant, natura, necessitate, humanaq; arte. nam sciat oportet, qui ex suapte natura ualidis, uis auferatur, non ualidis autem arte addatur, cum opus erit, scitoq; non satis esse cuiq; curã, nam qui comedit, nisi laboret, ualere non potest. Contraria nãq; inter sese sunt, cibaria, & labores, tamen utraq; sanitati conferunt. Labores enim suapte natura, superflua demunt, Cibaria autem & pocula, uacua complent. Quare laborum naturalium, & non naturalium uim dignoscito. quiq; carnem augeant, quiq; minuant, nec hæc solum, sed pro ciborum copia, corporis qualitate, naturaue, labores metiemur, ætate, anni tempore, uentorum mutatione, locorum situ, in quibus degunt. Tempestate, statuue anni, quin & astrorum ortus, & occasus cognoscat, oportet, quo mutationes, excessusq; cauere sciat, ciborumq; & potuum spiritus, mundiq; totius, de quibus morbi hominibus gignuntur, siquis enim hæc omnia sciat, abunde scit, & inuenit. Nam si quod hos iuuat, scit, & quod quamq; naturam iuuat, scit, ciborum mensuram, laborum modum, qui magis, uel minus excedant, sanitatem hominibus penitus inuenit. Nunc autẽ prædicta omnia, & singula qualia sint, inuentum est, sed quod singulos iuuet, inuenire non est, siquis enim homini semper assistat, custodiatq; & cum sese exercet, demendo, addẽdoq; quibus opus esset, sanum præstaret. Cum autem non adsistat, non potest exacte cibos apponere, laboresq; præscribere, quoniã quatenus est hæc scire, & inuenire, dixi, quæ & si multo cæteris, inferiora essent, tamen temporis spatio, suo excessu corpus superarent, morbosumq; necessario redderent, hactenus alii quæsiuerunt, neq; hæc dixerunt, quæ dico prædicenda esse, quo uergant, priusquã homo excessu laboret, morbi namq; non statim prorumpunt, sed paulatim collecti omnes una comparent. Quod in homine sanum est, priusquam morboso superetur, quæ patiuntur, quoq; hæc sanitatem faciant, dixi, & inueni, quod cogitatum nostris scriptis perspicitur, & perficitur. Cũcta quidem animalia, cæteraq; & homo duabus rebus, ui differentibus, usu tamẽ concordibus, & conferẽtibus constant. dico autem igne, & aqua, quæ utraq; satis sibi inter sese, & cæteris sunt, quæ separatim nec sibi, nec cæteris satis sunt, hancq; uim hoꝝ utrũq; habet. siquidẽ omnia ignis semper mouet, aqua nutrit, mutuoq; superat, & superatur, producit, minuit, perficit. neuter tamen alter alterum penitus superat, siquidẽ ignis præcedat, nutrimẽtum aquæ, subducit. Si uero aqua sequatur, motus tollitur, & deficit, simul ergo consistũt, uiresq; mutuo temperant, nec potest alter alteꝝ penitus

Quæ scire oporteat, qui de humano uictu scribit.

Quid poscit exercitatio, aspicito.

Quæ sint obseruanda.

Quæ homines iuuent, non quæ singulos inuentum est.

Morbi sensim pullulant.

Ignis et aqua cũcta gignunt.

ſuperare. quod ſi fiat, quæ ſunt, non ſic ſemper haberent. Cum ergo hæc ſic habeant, ſemper eadem & una erunt, nec una deficient, quemadmodũ ergo diximus, ignis, & aqua ſemper ubiq; ſimiliter, omnibus ſatis ſunt, longe, large, minimeq;, quorum utriq; hæc inſunt, igni quidem calidum, & ſiccum, aquæ uero frigidum, & humidum, tamen hæc inter ſeſe mutuant, ignis ab aqua humidum, nam ab aqua humiditas ineſt. Aqua uero ſiccum, nam ab eo ſiccitas ineſt. Quæ cum ſic habeant, plurimæ, diuerſæq; ſpecies, diſſimiles tam animalium, quam ſeminum uiſu, uiq; ab utriſq; producuntur, cum hæc non ſemper eodem modo conſiſtant, ſed crebro mutentur. Quæ gignuntur, propterea diſſimilia ſunt, tamen ab his nihil tollitur, nec gignitur, quod non prius fuerit, quæ cum nata creuere, homines dicunt, de Plutone in lucem uenire, cum uero minuuntur, & pereunt, de luce Plutonem petere, ſed magis oculis, quam opinioni credatur. Sed quæ ſit hæc opinio diſſertabo, ſiquidẽ & hæc, & illa animalia ſunt, nec animal perit, quin omnia ſimul pereant, nec gignitur, quod non eſt, perit quidem, & unde uenit, proficiſcitur. Quare plus, & minus omnia augentur, & minuuntur, quæ quidem poſſunt, quæ plurimis de cauſis diſſeram, quidq; gigni, & perire ſit, declarabo, quiq; hæc commiſceãtur, & ſeparẽtur, diſcernanturue, quod ſic habet. Gignitur, & perit idem, commiſcetur, & ſeparatur idem, gignitur, & commiſcetur, idem perit, minuitur, ſeparatur idem, ſingula ad omnia, & omnia ad ſingula idẽ. Lex enim naturæ de his contraria eſt, quæ diuina, & humana omnia ſeparat, & commutat, ſupra, infra, dies, & nox, longus, & breuis, quemadmodũ Luna. ignis autẽ & aquæ uia, ephodosue, ſol longiſſime, & breuiſſime, rurſus hæc, & non hæc. Lumen Ioui, tenebræ Plutoni, lumẽ Plutoni, tenebræ Ioui, quæq; illorũ ſunt, ſic huc frequentant, & commutãtur, horaſq; omnes huc, & illuc, hæc horũ, & illa illarum penetrant, peraguntq;, quæq; faciunt, neſciunt. quæ faciunt, ſcire putãt, quæq; uident, non cognoſcũt, quoue modo, diuina neceſſitate, & quæ uolunt, & quæ nolunt, illis fiunt. Cum huc illa, hæc illuc frequentent, quæ inter ſeſe ſingula commiſta, deſtinatã portionẽ complent, maiorẽ, minorẽue, mutuoq; conferunt, omnibus, maius minori, maiori minus, ſicq; augentur, & creſcũt omnia, Corpus, animaq; hominis ornaturq;. Nam partes partiũ, totũ totius ignis, & aquæ commiſtũ in hominẽ ſerpunt. Quæ partim ſumũt, partim dant, quæ ſumũt, maius faciunt, quæ dant minus. Quemadmodũ qui lignum ſecant, ſerruntue, unus impellit, alter trahit, qui cũ minus faciunt, plus faciunt, quod & hominẽ natura facit, huic dat, ab illo ſumit, hoc pellit, illud trahit, hoc dat, illud ſumit, quod dat, tãto maius, quod ſumit, tãto minus. Singulaq; locũ ſuũ capiũt, ſeruãtq;, quæ maiora futura ſũt, maiorẽ, quæ minora, minorẽ, quæ externa ſunt, de alieno loco pelluntˀ, ſingulaq; maiora, uel minora mẽbra nanciſcuntˀ pro loci quãtitate, qualitateue quo additamẽti, ſubtractionisue ad incrementũ opus nõ fuit, ſingulaq; locũ implẽt, peragũtq;, quẽ

Poteſtas ignis et aquæ.

Quæ ignis et aqua inter ſeſe permutent.

Quæ Plutonem petunt.

Quid gigni et perire.

Quã obſcure hominis creationem dicat, uideto.

procidentia

procidentia intrarunt, seseq; suscepit. Nam dissimilia in locis non similibus consistere non possunt, sed non agnita uagātur. quæ uero sese agnoscūt, commiscent, si quidē concordia inter sese conueniunt, discordia pugnant. Propterea hominis anima nusquam nisi in homine augetur, degitue, magnorum quoq; animalium similiter. quæ autem alias habent, uiq; aliqua discordant, non, sed hæc prætermittam. De homine dissertabo, commista quidem igni, & aqua serpit in hominem anima, cum corporis humani portione mascula, uel fœminea, quæ multo, uarioq; modo, hominiq; congruo hominem nutrit, tueturq;. Nam quæ intrant, partem eorū quæ insunt, necesse est, habeant. Nā alias non augerentur, & si multū, uel modicū ingereretur, & superueniret, nā quod augeret, non haberet. Cū autem omnia habet, singula suo loco augent. Cū nutrimentū ab aqua siccū, ab igne humidū supuenit, quod partim intro, partim foras, ui quadā adigitur, quemadmodū, cū fabri serra lignum secant, unus attrahit, alter trudit, idem facientes superiorē inferior premens placide trahit, nam alias non descenderet, declinaretue, si uiolenter traheretur, penitusq; a proposito deerrarent. Quod & hominis nutrimentū facit. Nā partim trudit, partim trahit, forasq; & intro serpit. quod si non opportune adigatur, penitus errat, nec assequit, quæ singula suū tempus, & ordinē nacta. Cū uero locus amplius non suscipit, nutrimentum tam aquæ, quā ignis deficit. Quæ mas, uel fœmella portionē sui temporis cōpleuerit, consonantiāq; nanciscatur, foras eiicitur, locūq; mutat, singulaq; quæ commista fuerant, separantur, triaq; simul conueniunt, per quæ omnia transit, quibusq; rebus prius uixerat, uiuit, & crescit. Quod si hæc non conueniāt, & concordēt, unūq; desit, cassus est totus tenor, & labor, cū enim grauia acutis non conueniūt, male concinit, cū præter tempus, & sortem, maius, & minus permutatur, quod faciunt, qui nesciunt, quid faciāt. Quomodo autem mas, & fœmella gignatur, mox declarabo. Quorū alterutrū cum suā concordiā nanciscitur, humidū si sit, igne mouetur, uiuescitq;, nutrimētumq; ex cibis, & spiritu, qui fœminā intrant, ad sese trahit. Primo quidē æquo modo, undequaq;, dum raræ est, motu deinde agitationeue, & igne siccescit, solidescitq;, ac circūquaq; densat, cōclususq; ignis, nutrimenti, quod satis sit, amplius attrahere nequit, spiritūq; propter circūstantis densitatē, quidquidq; humoris inest, absumit. Nā suapte natura solida in consistenti, & sicco, ab igne in nutrimentū non absumūtur, sed ualida fiūt, & consistunt, cum humor deficit, quæq; ossa, & nerui dicūtur, fiunt, sed ignis agitat, commiscetq; humorem, corpusq; naturaliter componit, & ornat necessario. Per solidum quidem, & siccum diutius peragrare non potest, cum nutrimentum non habeat, per humidum autem, & tenerum, molleue potest, quæ eum nutriūt, siccitas enim in his est, quæ ab igne non consumitur. Hæc quidem uicissim consistunt, siquidem ignis inclusus, cum multus esset, maximos sibi meatus fecit. Nam plurimum humoris hoc loco inerat, qui uenter

Qualis hominis anima aspicito.

Qui ignis et aqua ad hæc conueniant.

Partus compositio.

Quæ ignis peragat, aspicito.

Venter.

dicitur. Cum nutrimentũ non haberet, neq; extrinſecus deducere, & digerere poſſet, hinc ceſſit, & foris ſibi parauit. quod uero per aliud corpus ſpargitur, clauditurue, tres circuitus fecit, quodq; ignis humidiſſimum fuit, in his locis remanſit, qui cauæ uenæ dicuntur. quod autem aquæ inter hæc remanſerat, ſubſedit, & denſatum eſt, quod caro nominatur, unaq; ratione, & ſuo modo cũcta totius corporis ignis ornauit totius imitatione, magnaq; paruis, & parua magnis compoſuit. maximum quidem uentrem, ſicco, & humido penum fecit, qui maris poteſtate omnibus daret, ab omnibuſq; caperet uiuentiũ nutrimentum, mortuorum perniciem, circa hunc aqua frigida, & humida conſiſtit, quæ exit. ſpiritus calidus, & frigidus peruagatur, terræ imitatione, quæ cuncta in ſeſe iactata, cadentiaue mutat, quadamq; tenui aquæ, & ignis aſperſione augendo conſumit, quæq; non comparent, ſuo tẽpore & ſorte profert, & diſcernit de conſiſtentibus. quo loco circuitus ignis tres congruẽtes fecit, intus, & extra, partim ad humidorũ caua lunæ poteſtate, partim ad circũferentiã exteriorũ, aſtrorum poteſtate, partim medio loco ſunt, intus, & extra. calidiſſimum, & ualidiſſimum ignem perficiunt, qui cunctis dominatur, cuncta ſecundum naturam regit, qui ſine ſtrepitu uidet, tangit, quo continetur animæ mens, prudentia, creſcentia, decreſcentia, motus, mutatio, ſomnus, uigilia, qui cuncta, & hæc & illa ſemper ubiq; regit, nũquamq; quieſcit. Homines autem ex apparentibus, quæ non comparent, conſyderare neſciunt, cum artibus naturæ humanæ ſimilibus utãtur, hæc neſciunt. Deorum enim mens ſua docuit imitari eos, qui ſciunt, quid faciant, qui uero neſciunt, ſua imitantur. Cuncta enim horum ſimilia diſſimilia ſunt, concordia, diſcordia, loquentia, non loquentia, ſenſum habentia, non habentia. hæc omnia ſubcontraria ſunt, ſingulorum modus patet. Lex enim & natura, quibus omnia non confeſſa, confeſſa perficiuntur, certa eſt. legem enim homines ſibi poſuerunt, neſcientes quare. Naturam omniũ Dei ornauerunt, quæ uero homines fecerunt, nunquam ſimiliter ſemper habent recte, & non recte, ſed quæ Dei ſemper eodem modo, & rite habent. quæ recta ſunt, & non recta haſtenus differunt. patẽtes artes hominis paſſionibus ſimiles exiſtentes demonſtrabo, & patentibus, & non patentibus. Vaticinatio tale, patentibus quidem, non patentia cognoſcere, & non apertis aperta, præſentibus futura, mortuis uiuentia, non prudentium prudẽtiam, qui quidem gnarus eſt, ſemper recte nouit, qui uero ignarus non ſemper, naturam hominis quatenus hæc imitetur. Vir mulieri coniunctus puerum fecit. Claro non clarum cognoſcere, quod ita erit, mens hominis obſcura clara cognoſcit. Puer in uirum tranſit, de re præſenti futura cognoſcit. mortuus uiuo ſimilis non eſt, nec uiuus mortuo, quod & ignarus nouit, uenter remoratus ſi eſt, quod uel eſurit, uel ſitit, cognoſcimus. Quæ quidẽ uaticinationis, & humanæ naturæ ſunt, gnari ſemper recte cognoſcunt, ignari uero non ſemper. Ferrariæ artis inſtrumenta ferrum ſpiritu, & igne liquefaciunt

Venæ. *Caro.* *Mundi imitatio.* *Terra qualis.* *Partes ignis.* *Leges cur ſibi facere homines neſciunt.* *Hæc non clara conſyderato.* *Vacicinatio et medicina fere ſimiles ſunt.*

ciunt,mollefaciuntue,tunduntq;, moxq; aqua redurescunt,quod & homo cũ alitur,patitur.Nam modo subtrahitur nutrimentum, modo additur, modo purgatur,modo exercetur,quod & fullones faciunt, quæ infecerunt,pedibus calcant,tundunt,uellicant,trahunt,ualidius reddunt, superflua demunt,pulchriusq; reddũt,quæ & homo patitur. Sutores etiam corium in partes secãt, lacera farciũt, suunt,quod & homo patitur.De medicis conualescit,& uiuit, medica enim ars quod uexat,abigit,aufert,sanat,quod & natura suapte facit. Nam si quis cadit,surgit,uel surgere nititur,delassatus quiescit,multaq; præterea medicæ artis natura sibi uendicat. Lignarii fabri secantes, hic impellit, hic trahit,& qui terebrant, eadem faciunt,plus, & minus,pluraq; de uno faciunt,hominis naturam imitantur.spiritus enim partim trahit,partim pellit. quod & cibaria faciunt. Nam quædam descendunt, quædam non, sicq; de una anima diuisa,plures maiores,& minores fiunt,quemadmodum domorũ structores de rebus diuersis, discordibusq; unam concordem faciunt, sicca madefacientes, humida siccefacientes.Quædam diuidunt, quædam diuisa coniungunt,quod nisi sic fieret,nunquam hoc peculiariter efficeretur, quod & qui uictum humanum conficiunt,imitantur. Quæ sicca sunt,madefaciunt, quæ humida, siccant, tota diuidunt,diuisa componunt, quæ cum intet sese differant,tamen naturæ humanæ conferunt. Musicæ quinetiam instrumentũ primum oportet subesse,quo demonstret, quæ uult harmonian, constructiones,eadem,non eadẽ,de graui & acuto,nomine similibus,uoce,sonoue dissimilibus,quæ plurimũ discordant,maxime concordant,quæ minime discordant,minime concordant, quæ omnia si quis similia faciat, nihil delectaret. Nam plurimæ mutationes,& uariæ plurimum delectant, structoresq; epularum cum dapes hominibus parant,diuersa commiscent, ex hisdem non eadẽ cibum, & potum hominum faciunt. Quæ omnia si similia faciant, non delectent,nec si eodem omnia congerant,recte haberent.Nam quæ in musica pulsantur,partim supra,partim infra delectant. Lingua musicam imitatur,prorumpentium dulce,& acre dignoscẽs,dissonaq; uoces, sonosue,supra,& infra cient,neq; si quæ supra, infra,nec quæ infra, si supra enuntient,recte habeãt. Si lingua apte moduletur,delectat,si minus,molestat. Confectoresq; coriorũ tendunt,tractant,extenuant,lauant,curaq; puerorum similis est,circũfasciantur,& unde cœpit,eodem finit.Qui circuitus, periodosue corporis est, unde cœperit,eodem finire.Vas aureum conficiunt,leni igni aurum conflant,nam uehementi non conflatur, consistitue, tundunt, lauant, cum perfecerunt, ad omnia utuntur.Triticũ homo molit,cribrat,lauat,coquit,utitur,quod in uentriculo,corporeue, leni igni conficitur.Statuarii corpora similia faciunt, sed animas,sensusue non indunt.terra,& aqua,quæ humida sunt,siccant, quæ superant, demunt,ubi deficit,addunt,de minimo,maximum augendo faciunt, quod & homo patitur, nam de pusillo ad maximum augetur, quæ superant,

Cibariorum potestas multis cõparatur.

Domorum structura.

Musica.

Coci.

Linguæ uis.

Coriarij.

Aurifices.

Panificium.

Statuaria.

demit, quæ desunt, addit. sicca madefacit, humida siccat. Figuli rotā agitant in orbem mundi imitatione, dissimiliaq; inter sese opera, & eadē re in ea perficiunt. quod & homines, & cætera animalia faciunt. Literariaq;, grammaticaue, talium figurarum compositio, signa uocis humanæ, potestas, quæ præcesserunt, memorat, quæ faciunda, demonstrat. per septē figuras notio. quæ omnia homo & literarū gnarus, & ignarus peragit per septem figuras, sensus humanus, auditus sonorum, uisus apertorū, nasus odoris, lingua suauitatis, & contra, os locutionis, corpus tactus calidi, uel frigidi, spiritus meatus intro, & foras, per quæ hominibus notio, & ignoratio. Puerorū institutiones tale docent, leges præuaricare, secundū leges uiuere, iuste, & iniuste agere, decipere, furari, rapere, uiolare honestissima & turpissima. quæ, qui facit, malus est, & optimus. demonstratio multorum imprudentiæ. spectāt hæc, censentq; unū ex omnibus optimum, malos alios multi mirantur, pauci sciunt. homines, cū in forum uenerunt, hæc agunt mercando, uendendoq; decipiunt, qui plures decepit, pluris est. potantes, furentesq; hæc agunt, currunt, luctantur, pugnāt, furantur, decipiunt, unus præ cunctis censetur. Homines ficti, hypocritæue, deceptoresq; notis aliud dicunt, aliud cogitant, obrepuntq; & adrepunt dissimiles. Nam uni aliud dicunt, & aliud faciunt, sæpiusq; mutantur, sicq; artes omnes naturæ humanæ inter se communicant. Quare hominis anima quemadmodū diximus, commistionem ignis, & aquæ habet, partesq; hominis per totum animal, quod quidem spiret, penetrant, obrepuntue. Nam in homine sunt omnia & recentia & uetusta, quæ non æque crescūt, ac in recentibus corporibus, cum celer sit circuitus, corpusq; crescat, cunctaq; deuolantia, & extenuata in corporis incrementum consumuntur. Contra uero in senioribus, cū tardior sit motus, & corpus frigescat, in hominis minutionem consumuntur. Nam corpora, quæ uigescunt, ac in genitabili ætate sunt, nutriunt, & auctant, potentesq; homines sunt, qui plurimos nutriunt, hiq; ualidi sunt. Si qui uero nutritorum ab his desint, minus ualidi sunt, tale quid & corporibus plerūq; euenit, nam quæ plurimas animas nutrire possunt, ualidiora sunt. Cum uero hæ discedunt, infirmiora, si alius intret, non coalescit, auctaturue. Quod uero fœminam intrat, auctatur, si commoda omnia nanciscatur, membraq; simul omnia discernuntur, & augentur nullumq; prius, aut posterius altero conformatur. Maiora uero natura priusq̄ minora comparent, cū tamen nihil priora sint. Tempore uero pari non ornantur omnia, sed quædam citius, quædā tardius, prout quæq; ignem, nutrimentumq; nacta sunt, quædam tribus, & quadraginta diebus, quatuor mensibus quædam. Sic genitabilia fiunt, quæ citius perfecte, septem mensibus, quæ tardius perfecte nouem mensibus in lucem prodeunt, cū ea discretione, commistioneue, siue conformatione, quam semper habebunt. Mares quidem & fœmellæ hoc modo fiunt, & explentur. Fœmellæ quidē magis aqua, frigidis, humidis, mollibus cibis, poculis, cæterisq; rebus, &

Literaria.

Sensus humani.

Puerorū doctrina.

Hypocritæ.

Procreatio.

Quæ auctent, et minuant.

Conformatio membrorum.

Qui mas, et fœmella giguatur.

rebus,& ſtudiis adoleſcunt, mares uero magis igne,ſiccis,calidis cibis,cæteriſq; nutrimentis.Quæ fœmellam parere cupit, nutricatu aqueo utitor, quæ marem igneo,quod & uir,& mulier facito.Nam non ſolū quod uir excernit, ſed & quod fœmina,auctat.Neutrum enim ſolū poteſt humoris ſuperfluentis uim conſumere, ſiſtereq; præ ignis impotētia. Cum autē utraq; inter ſeſe temperata,& ignis,& aqua concidant, concurrantue ſicco loco, quod aquæ concidit, ſuperat, uiſq; ignis augetur,nec decidente unda extinguitur, quin immo quod cadit, quandoq; ſuſcipit,& ſiſtit.Sin autem in humidum locum cadat,ſtatim extinguitur,diſſoluitur, & minuitur. Menſis autem cuiuſq; uno die poteſt,& ſuperare,& ſiſtere,quæ ſupercadant.Si uero quæ intrant,utrinq; concordia,& æque temperata ſint, loco eodē mas, & fœmella gigni poteſt, quoniam inter ſeſe congruunt.Siquidem animi eadem eſt in omnibus anima tis.corpus uero cuiuſq; differt, ſemper quidem anima & in maiore & in minore ſimilis eſt,neq; natura,nec neceſſitate mutatur,ſed partim diſcernitur in omnia,partim commiſcetur. Si uero marium corpora utrinq; diſcernantur, uigeſcantq;,clari animis,& corpore ualidi uiri procreantur,niſi poſtea malo nutricatu obruantur,& lædantur.Sin autem uir marem demittat, mulier fœmellam,maſq; ſuperet,tamen commiſcentur, & ualidius,& minus ualidum, cum non habeant, quo ſe melius conferant,mutuoq; ſe & maius,& minus ſuſcipiant. Maris quidem corpus augetur, fœmellæ uero minuitur, ſortemq; aliam nanciſcitur.Clari quidem & hi,ſed minus, quam priores procreantur, meritoq; & hi, quoniam uirile ſuperauit,uiriles nuncupabuntur. Si uero fœmina marem,uir autem fœmellam demittat,maſq; ſuperet,quo prius modo, mas augetur,fœmella minuitur,Semimares procreant,meritoq; ita uocātur. tres hæ hominū naſcentiæ plus,& minus inter ſe differūt,quod aquæ cōmiſtio nutrimēta,puerorum inſtitutiones,& conſuetudines efferūt,ſed de his mox differā.Mulier uero ſimiliter gignitur,ſi utrinq; mulier excernat,maximæ fœminæ, & maximæ indolis procreantur. Si uero mulier fœmellam,uir marem excernat,fœmellaq; ſuperet,ſimiliter augetur,hæq; quā priores,audentiores, ſed probæ euadūt.Præterea ſi uir fœmellā excernat, mulier marē,fœmellaq; ſuperet,ſimiliter augetur,multoq; quā priores,audentiores procreātur, uiraginesq;,uirilesue nominantur. Siquis autem animam animæ commiſceri non credat,demens eſt.nam ſi quis carbones ardentes ad ardentes, ualidos ad non ualidos adiiciat, nutrimētum his dabit,omneſq; unum corpus fient,nec alter ab altero dignoſcetur,ſed in ſuo corpore uigeſcūt,quod in omnibus erit.Cū uero nutrimentum conſumpſerunt,euaneſcunt,quod & humana anima patitur.De gemellis quidem,uti fiant, hic ſermo declarabit.Quorum potiſſima cauſa in fœminæ natura, locelliſq; conſiſtit, qui ſi ore utrinq; pateant,ſicciq; purgatione ſint,concipiunt,& nutriunt, ſi quæ uir excernit, capiant,ſtatimq; diuidatur,duoſq; locellos æque petant, Siquidem multum, & ualidū ſemen

Quid in conceptus cupiditate agendum.

Procreatio diuerſa.

Clarus uir quando gignatur.

Semimares,androgyniue.

Mulieris procreatio.

Similitudo animæ.

Gemellorum procreatio.

utrinq; excernatur, in utrisq; locellis crescit, nam quod superuenit, superat. Si uero alias fiat, gemelli non creantur. Cum ergo mares utrinq; excernuntur, mares in utrisq; locellis, necessario creantur. Cum fœminæ utrinq; excernuntur, fœminæ fiunt. Cum uero alterum fœmina est, alterum mas, quod alterū superat, producetur. Similes inter se gemelli, propterea sunt. quod paribus locellis creuerunt, quod una demissi sunt, quod hisdē nutrimentis coaluerūt, simulq; in lucem uenerunt. Partus autem propterea partum superat, cum locelli calidi natura, & sicci sunt, fœminaq; semenq; siccum, & calidum in eos cadat, nullaq; humiditas in locis amplius sit, quæ semen cadens superet, primo consistit, & uiuit, sed quandoq; perfici non potest, quoniam quod prius inerat, perdit, quodq; eadem utrisq; non conferunt. Nam si aquæ tenuissima pars, ignisq; rarissima in hominis corpore, parem commistionem habeant, sanissimum habitum perficiunt. Quod in maximis anni temporum mutationibus, aqua nō statim densatur, nec ignis rarescit, paruisq; mutationibus ciborum, potionum, & uictus, quæ possunt plurimam coalescentiam, plenitatéq; suscipere. Nam æs, cum molle est, & rarum, plurimum purgatur, optimumq; redditur, similiterq; tenuissima aquæ pars, ignisq; rarissima commiscentur & purgantur. Qui ergo hanc naturam habēt sani usq; ad quadragesimum annū degunt, nonnulli uero, usq; ad extremum senium. Qui uero supra quadragesimum annum, morbo aliquo corripiuntur, nunquam fere euadūt. Quæ autem corpora commistionem ignis ualidissimam, densissimamq; aquæ capiunt, ualida sunt, sed magna egent custodia, magnas enim habent mutationes, & in aquæ accessu, ignisq; in morbos incidūt. quare uictu anni tempori contrario utantur. quodq; aquæ copia laborabit, aquæ contrario uictu tollat sensim, cū anni tempore commutando. Quod aquæ densissimū est, cum eo ignis, quod tenuissimum est in corpore, commisceto, & componito. quare scito hæc corpora natura frigida & humida esse, hyemeq; magis, quam æstate laborare, & uere, quam autumno. de æstatibus uero Pueri sanissimi sunt, secundi Iuuenes. Seniores uero, & his proximi morbosissimi, celeriterq; hæ naturæ senescunt. Quare uictu sicco & laboribus utitor, quia confert, magisq; corporis exteriora, quam interiora exerceto. Cum autem ignis humidissimū & aquæ densissimum in corpore æque commiscetur, scito naturam hanc humidam, & calidam esse, maximeq; uere laborare, minime autem autumno, quod per uer humiditas superat, per autumnum uero siccitas temperatur. morbosissima est horū adulescentia, celerrimeq; hi crescunt, destillationiq; ualde obnoxii sunt, cibis hi, qui cum frigiditate siccant, utātur, & laboribus, magisq; interna, quā externa exercento. Cum autem ignis ualidissimum, tenuissimūq; aquæ in corpore æque commistum est, sicca & calida hæc natura est, morboq; cū ignis uiget, corripitur, cum aqua, restituitur. morbosissimi horum sunt, qui ætate florida & carnis optimo habitu sunt, Senes uero & his proximi admodū sani.

Cur similes.

Cur ualidior alter altero sit.

Quæ in uictu seruanda.

Quæ corpora rana.

Quæ ætas sana uel contra.

Quæ cuiq; ætati conueniant.

Victus qui refrigeret, & humectet, his esto, laboresq́ue qui non calefaciendo extenuent, plurimumq́ue refrigerent. Naturæ hæ longissimæ sunt uitæ & sanissimæ. Cum autem ignis rarissimum, siccissimũ æque in corpore miscetur, sicca, & frigida erit hæc natura, morbosa per autumnũ, per uer sana. Quadraginta annorum ætates & his proximæ, morbosæ sunt. Pueri uero, & his accedentes sanissimi uictus, qui calefaciendo humectet, laboresq́ue qui sensim calefaciant, nec demant, his conuenit. De naturæ quidem cognitione sic per exordia obseruato, modo autem hoc ætates inter sese differunt. Puer quidem calidis, & humidis commistus est, quoniam his constitit, & creuit. Nam calidissima, & humidissima sunt, quæ proxima generationi sunt, plurimumq́ue crescunt, hisq́ue accedentia similiter. Calidus quidẽ est adulescens, quod ignis aquam superauit, siccus autem est, quod puerile humidũ, consumptum iam est, partim in corporis incrementum, partim in ignis motum, partim etiam laboribus. Vir autem siccus est, & frigidus, quod calor amplius non superat, corpusq́ue non crescit, propterea friget. Siccitas enim prioris ætatis inest, sequentisq́ue & aquæ accessus, nullam habet humectationem, quod siccis, & humidis superatur. Senes uero frigidi, & humidi sunt, quod ignis discessit, aqua accessit, quæ sua humiditate sicca pepulit, humida confirmauit. Mares quidẽ omnium generum calidiores, siccioresq́ue sunt, Mulieres uero humidiores, & frigidiores, quod per exordia utriq́ue his generati sunt, & creuerũt. Mares quidem adulti laborioso uitæ genere utuntur, quo calescunt, & siccescunt, Mulieres uero humido magis, & desidioso, singulisq́ue mensibus caloris purgationem de corpore demittunt. De ea uero quæ prudentia, inprudẽtiaue animi dicitur, sic habet. Cum in corpore pars ignis humidissima, & aquæ siccissima æque temperantur, prudentissimum quid est, quoniam ignis aquæ humidum suscipit, siccum ignis aqua, sic uterq́ue sibi magis sufficit. Nam ignis cum nutrimento non eget, non multum uagatur, nec aqua motus indiga multum leuatur. Quorũ uterq́ue sic maxime sibi sufficit, temperataq́ue uicissim, minime alterius ope eget, quod maxime his, quæ adsunt, sese accommodat, quodq́ue ignis nisi necessitate mouetur, aqua nisi ui. Cũ autem his anima temperatur, prudentissima, memoriosissimaq́ue efficitur, si uero cum usa esset aliqua re, horum alterum cresceret, marcesceret, imprudentissimaq́ue redderetur, sed cũ sic habeant, sibi plurimum sufficiunt. Si uero pars ignis & aquæ sincerissima æque misceantur, sed ignis paulo minor sit, quam aqua, prudentes hi minus erunt, quam priores, quoniã cum ignis ab aqua superatur, tardius mouetur, ac segnius in sensus delabitur, lentiq́ue sunt admodum hi animi, si quo tendãt, si autem recte uictitent, prudentiores, acutioresq́ue fiant, præter naturam est. Quare his conferet, si calidis uictitent, neq́ue cibis, nec potu impleãtur, celeriterq́ue curant, uti humidum citius consumetur. Lucta uero, & fricatione, ac his exercitationibus ne utantur, quoniam non confert, ne cum meatus pateant,

Naturarũ cognitio.

Cognitio ætatũ.

Qui inter sese ætates differãt.

Cur mares fœminis calidiores sint.

Prudentia qui præstent.

Qui prudentissimus memoriosissimusq́ue sit.

Qui lenti in rebus discernendis.

Horum uictus, et exercitatio.

Cur his plurimũ laborandum ſit.

Diuerſæ naturæ, ignis, et aquæ tẽperatura diuerſa fiunt.

Nutricatus multum facit.

Embrontiti. Tardus furor.

Cum ignis aquã ſuperat quales fiant.

Naturæ huius nutricatus.

Diuerſæ naturæ et nutricatio.

repleantur. Nam animi motus his neceſſario grauatur, ſed mane, & poſt curſum, & cœnam deambulare confert, poſt cœnã quidem uti ſiccius nutrimentum ex his, quæ intrarunt, animus capiat, Mane uero uti humidum exinaniatur, meatuſq; animi ne ſæpiantur, poſt exercitationes autem ne quod curſu excernitur, in corpore remaneat, cum animoq; miſceatur, exituſq; claudat, nutrimentumq; perturbet. Vomere autẽ confert, uti corpus purgetur, ſiquid minus labores deduxerunt, cibariaq; poſt uomitiones paulatim ad quatuor ſaltem dies augeantur, meliuſq; eſt ungi, quã lauari. cum autẽ aqua acceſſit, plurimum coito, cum ignis, minimum. Si uero in aliquo parum quid, plus poſſit ignis, quam aqua, tardi, uaniq; dicũtur hi, cum tardus ſit motus, circuitusue, paulumq; ſenſus exitet, qui celeres ſunt, parumq; commiſcentur, concitanturue motus, circuitusue tarditate, Senſus enim animi, qui uiſu, & auditu fiunt, celeres ſunt, qui uero tactu, tardiores, ſed magis ſentiuntur, quæ calida, frigidaue, & talia ab his, Nã niſi ignis animũ concutiat, quæ uiſu, uel auditu percipienda ſunt, non ſentiet, quod hi animi præ craſſitate non patiuntur, habentue, ſed recto uictu emendantur, & meliores fiunt. quo prior uictu ſi uiuat, confert, ſed minus, & ſiccius commedat, magiſq; & uehementius laboret, exerceaturue, ſi foueatur, ſuffiaturue, & poſt hoc uomat, confert, pluſculumq; aliquantiſper, poſt uomitũ comedat. quæ ſi faciet, magis ualebit, & ſanitate, & prudentia. Cum uero plurimũ ignis ab aqua ſuperatur, hos amẽtes aliqui, nonnulli ſtupidos, attonitosue, ſeu Embrontitos uocitant, quod eſt tardior inſania, furorue. nam clamant, cum non uexentur, nec pulſentur, timent non timenda, triſtantur, cum non decet & non eſt opus, ſentiunt, & obſeruãt, quæ prudentes non decet, cõfert his foueri, poſt ueratro purgari, modoq; uiuere, quem antea dixeramus, pulmonemq; extenuare, & ſiccare. Cum autem aqua minus poteſt, quam ignis, ſi ſyncera ſit hoꝝ miſtio, corpore hi ualent, & prudentes ſunt, ſtatim hic animus ingruentia ſentit, nec ſæpe mutatur, qui cum ſit optimæ naturæ, melior tamen fit, ſi rite uictitet, peiorq; ſi non rite, cibiſq; hic aquoſis utatur, nullaq; in re modũ excedat, curſibuſq; non rectis, cæteriſq; exercitationibus utatur. Nam ſi corpus ſanum eſt, nullaq; alia re perturbatur, hæc animi temperatura prudens eſt. Si uero poteſtas aquæ plurimũ ab igne ſuperetur, tanto uelociorem hanc animam eſſe neceſſe eſt, quanto citius mouetur, citiuſq; ad ſenſus prorumpit, ſed minus, quã priora ſtabilis eſt, quoniã quæ accedunt, diſcernuntur, pulmonemq; per aſperitatem petunt. Quare hic aquoſiore uictu, quam prior utatur, pulteq; potius, mazaue, quã pane, piſcibuſq;, quam carne, potu dilutiore, & uenere rariore, naturaliterq; plurimũ laboret, exerceaturue, uiolenter autem non niſi neceſſario, & parum. Poſt plenitatem uomito, quo corpus euacuetur, nec caleſcat. Qui ſi macilenti erunt, magis ad prudentiam conferet. Nam carnoſitas æſtus inflammationem neceſſario facit, quod cum anima patitur, in furorem agitur, cũ aqua ſuperat, & conuellit.

conuellit. Quare saturi potius, quam ieiuni negotiētur hi. nam animus cibo conferente constātior fit, quā si eo egeat, uacuusue sit. Si autē aqua quid plus igne superetur, hic animus acerrimus est, somniareq; hos, & subfuriosos dicunt. Proximum enim hoc furori est, paruaq; inflammatione, & non conferente furiunt, præsertim poti, & carnosi, carneq; satiati. Quare hūc ab his omnibus abstineto, cæterorumq; plenitate, pulteq;, mazaue non maza ἀρτίπτω subacta, decoctisq; oleribus non purgantibus nutricato, pisciculisq; muria conditis. uinūm ne potato, si possit, si minus, quam lenissimū albū, matutinoq; multum deambulato. post cœnam stato, ne deambulatione cibaria siccescant. Matutina uero corpus euacuatur, tepidaq; potius perfundatur, quā ungatur. Per æstatem interdiu breui somno, quam longo uti magis confert, ne hoc anni tempore corpus siccescat. Per uer etiam fotos ueratro purgare commodum est. deinde sensim ad cibū deducere, nec hic imprāsus negotia tractato. Hac quidē curatione hic animus prudentissimus fiet, commistio quidē hæc prudentis, & non prudētis animi causa est, sicuti diximus, tamē uictus ratione melior, & peior fit. Cursibus autem igne superante, aquæ addi non potest, sed aqua superāte hac commistione forsitan ignis augeri. His quidem animi prudentiores, & imprudentiores redduntur. Sed horum nulla temperatura est, quemadmodum est iracundus, tardus, simplex, infensus, beneuolus. Quorum omnium meatuū natura per quos animus meat, causa est. Nam quæ uasa reliquerint, in quæ concesserint, cum quibus misceātur, sapiūt. propterea hæc possunt uictus ratione mutari. Natura enim non apparentia transmutare non potest, similiter & uox, qualis sit, spiritus meatus, per quos mouetur, & ī quos prorumpit, causa est. Nam talem esse uocem necesse est, quæ quidem meliora, & peiora possunt feri, quoniā leuius, & breuius potest spiritus permeare, sed illud nō potest uictus ratione mutari. Quare sani, & urbani, suæq; spontis homines sic hyeme uiuunto, plusculum comedito, parū potato, & meracius. Panem & omnia obsonia assa comedito. hoc anni tempore, olera ne sumito, sic enim corpus maxime siccum, & calidum erit. Cum autē uer instat, plusculum dilutius, & paulatim potato, cibosq; molles nō multos, obsoniaq; elixa, placentamq;, polentamue, siue mazan pro pane sumito, crudaq; & decocta olera non multa comedito, sensimq; mutando, & non repente ad æstatem, uti dicebamus, deuenito. Per æstatem uero mollem pultem, mazanue, pulmentaq; & obsonia elixa comedito, multūq; & dilutius potato, quo corpus frigidum, & molle fit. Tempus enim hoc calidum, & siccū est, corporaq; æstuosa, & sicca reddit. Quare hac cura succurrito, & quēadmodū de hyeme in uer, sic de hoc in æstatē, cibū minuendo, potūq; augēdo, deducito. Tēporaq; anniuersaria tractādo ī autumnū deuenito. quo cibaria augeto, sicciorāq; reddita, obsoniaq;, poculaq; minora, meracioraq; sumito, melior. n. hyems erit, si meracius, & minus homiēs potabūt, plusq; comedēt, sicq; magis ualebūt, & minus

Quā uaria hæc natura a cæteris.

Qui nutricatus.

Quæ nulla cura mutentur.

Quæ ratio uictus per singula tempora.

Modus uitæ.

algebunt,rigebuntue, quod hoc anni tẽpus frigidũ admodũ eſt, & humidũ.
Carnoſus. Carnoſis autẽ,& mollibus,& rubris maiorẽ anni partẽ, cibis ſiccis uti cõfert,
quoniam hoꝝ natura humida eſt. Macilentos autẽ compactos,ruſos,fuſcoſq;
Macilentus. uiros oportet maiorẽ temporis partẽ cibis humidioribus ueſci, quoniã hæc
Aduleſcens. corpora ſicca ſunt, corporibus etiã Aduleſcentulorũ confert,mollioribus,&
humidis cibis uti. Nã hæc ætas arida eſt,corporaq; horũ compacta ſunt. Se-
Senex. niores uero ſicciore quodãmodo plurimã temporis partem degere oportet.
Nam horum corpora hac ætate humida, mollia, ac frigida ſunt, quare ui-
Qualis uictus. ctum pro ætate, anni tempore, loco, anno,ſpecie,quæ his quæ adſunt,aduer
ſentur calori,frigoriue,parato, ſic enim potiſſimum ualebunt. Præterea tem
pore hyemis celerius ambulato,tardius æſtate,niſi ſub ſole,& per æſtũ ambu
Deambulatio. les. Carnoſi uero citatius ambulent, macilenti uero quietius. Per æſtatẽ uero
Lauatio. crebrius lauato. per hyemem rarius,macilentiq; magis,quã carnoſi perluanť.
Veſtes. Veſtes autem puras per æſtatem induito, per hyemem pinguiores, macilenti
uero contra. Pingues autem qui cupiunt emaciari, ieiuni laboranto, cibiſq;
Pingueſcendi, et emaciãdi modus. adhuc ex labore hanelantes, nec refrigerati manus admouẽto, dilutũq; uinũ,
præfrigidum præpotato,pulmẽtaq; & obſonia pinguia,dulciariiſq; condita
ſumito,ſic enim minus implebuntur. ſemel comedito, ne lauato,duris cuba-
to, quam maxime fieri poſſit, nudo corpore deambulato. Macilenti uero,
qui pingueſcere uolent, contra, omnia faciunto, nihilque ieiuni laboranto.
Vomitio et ſublauatio. Vomitiones autem,uentriſque ſublutiones ſic faciunto. Sex menſes hybernos
uomunto. Nam hoc tempus plus habet pituitæ, quam æſtiuum, morbique
circa caput,& præcordia creãtur. Cum uero tepor erit, ſubluunto,quod hoc
tempus æſtuoſum eſt, corpuſque magis bilioſum, lumbiq; & genua magis
graueſcunt,& caleſcunt,uenterq; torquetur. Quare corpus refrigerato,quæq;
Sublutiones diuerſæ. ſuperfluitant,ad inferiora deducito. quæ lauamenta,clyſmataue,pinguiori-
bus,& humidioribus,ſalſiora,& tenuiora ſint, ſiccioribus autẽ, & compactis,
& non ualidis, pinguiora, craſſioraq;,quæ lacte, cicereq; decocto, cæteriſq;
Vomitio qui fiat. talibus fiũt. tenuia uero,ſalſaq; ſunt,Braſſica,aqua marina uel ſalſa,& talia. Vo
mitiones aũt ſic facito. qui homines craſſi ſunt, & non macri,ieiuni uomant,
poſt curſum concitatũ, uel deambulationem. Meridie triti hyſopi dimidiũ
acetabulum cũ aquæ hemina, ſale, & aceto aſperſo,uti magis ſapiat,potan-
to,primo quidẽ quietius, deinde cõcitatius. tenues uero macriue,nec ualidi,
poſt cibos ſic uomunto. Calida cũ lauerint, meri heminam potanto,deinde
cibos uarios comedunto,nihilq; inter comedendum, nec poſt, potanto, ſed
quantum quis decem ſtadia deambularet,abſtinento. Deinde tria uina com-
miſta potanto,dulce,aſperum,& acre. Primo meracius,ſenſim, & cunctatius,
deinde dilutius, citius, ac multum. Qui uero bis, ſingulis menſibus uomere
conſueuit, melius habebit, ſi continuo biduo, hoc aget, quam interpoſitis
quindecim diebus, ſed contra penitus hi faciunt. Quibus uero facile non
eſt cibos

eſt cibos uomere,uenterue non demittit,ſæpius die comedere his confert,& uaria,uarieq́ condita,duumq́ uel triũ generũ uina potare. Qui autẽ cibaria facile uomunt,uentreſq́ lubricos habent, contra hũc modũ agere,his omnibus confert.Pueros uero calida diutius foueto, dilutumq́ uinũ,nec penitus frigidũ his porrigito,quodq́ uẽtrẽ nõ ſubleuet, minimeq́ inflet, quod ages, ne uehementer conuellantˊ,& adoleſcãt,ualidioreſq́ & coloratiores,habitioresue fiant.Mulieres autẽ ſicco modo uiuunto. Nam cibaria ſicca magis illis conueniũt,carnis earũ,coporiſq́ mollicie,poculaq́ meraciora meliora ſunt, & ad uuluas,uitamq́ umbratilem. Qui autẽ exercentˊ, per hyemem currãt,luctentur,per æſtatem uero luctentur parũ,currãt nihil,plurimũ citra calorem deambulent.Qui de curſu delaſſantur, luctẽtur.qui de lucta,currant.ſic enim laborans parte corporis affecta,caleſcet,conſiſtet,quieſcetq́ maxime, qui cũ ſeſe exercent,uentris fluxu corripiunˊt,cibariaq́ non digeſta demittunt,tertiã exercitationis partem,cibariorumq́ dimidiam ſubtrahunto. Clarũ enim eſt, ſuperiorem uentriculum concaleſcere adeo non poſſe, uti cibariorũ copiam concoquat.Panem uero toſtũ ex uino comedunto, meraciuſq́ potanto,parciuſq́, poſt hoc ne deambulanto, ſemelq́ comedunto per hoc tempus, ſic enim uentriculus caleſcet,& intrantibus potietur.morbus autem hic,fluorue denſa carne corporibus fit potiſſimũ, cum quis ita ſuapte natura habeat,uti carnem edere cogatur, nam uenæ denſatæ,cibariis,quæ intrant,non fruunˊt. Natura uero hæc acris eſt,celeriterq́ in utraq́ uertitur, parumq́ hic bonus habitus in his corporibus durat.Macilẽti uero,raraue carne compacti,& hirſuti cibum neceſſarium magis ſuſcipiũt, & laboribus magis durant,diutiuſq́ bonum habitum conſeruãt. Qui cibaria heſterna ructant,præcordiaq́ & uentriculus tanquam cibariis non concoctis tumeſcunt, pluſculum his dormire confert,laboreſq́ alios eorum corpora ſubire cogantur,meraciuſq́ & copioſius potent,parumq́ hoc tempore comedant. Nam clarũ eſt,uentriculũ impotentia,& frigiditate non poſſe tales, tãtoſq́ cibos concoquere.Qui ſitiũt, his & cibus,& labor ſubducatur, dilutiuſq́ & gelidũ potent,qui exercitatione,uel alio labore inteſtina dolitabunt,non paſti quieſcant,parumq́ potent. Nam quidquid potus in corpus penetrat, lotii plurimum educit, ne uenæ, quæ per uentrem perrectant,plenæ intendantur, & laborent. Nam ex his tubercula, febreſq́ fiunt.Qui de cerebro laborant, caput his torpet, crebro mingunt, tanquam lotii ſtillicidio, ſtranguriaue laborent, quod nouem dies patitur. Siquidem per nares & aures,aqua, uel muccus erumpat,morbo liberatur,lotiiq́ ſtilla,ſtranguriaue ſedatur.Plurimum uero mingit,& album,ſed non laborioſe,donec uiginti dies tranſeant. Tũ capitis dolor ceſſat,ſpecieſq́ uiſusue reſtituitur,ſiue quemadmodum alii habẽt, hebetatur. quiſquis ualet, ſecum reputato, plurimi ualetudinem hominibus eſſe faciundam, ſcitoq́ in morbis, ſui corporis obſeruatione,ſibi per ſeſe prodeſſe.

Puerorum nutricatus.

Mulierũ uictus.

Luctatorũ uita.

Laborũ mutatio reficit.

Curatio fluxus.

Parum durat bonus habitus.

Cerebri morbus.

HIPPOCRATIS DE VICTVS RATIONE LIBER SECVNDVS.

Locorum et nationum qualitas.

SIngulorum autem locorũ ſitum, naturamq́, ſic in ſumma cognoſcito. Loca meridionalia, calidiora, ſicciora q́ ſunt, quam ſeptentrionalia, quoniam ſoli propinquiora ſunt. Propterea homines, qui in his locis naſcũtur, & quæ terra æduntur, ſicciora, calidiora, ualidioraq́ neceſſario ſunt, quam quæ in contrariis, quemadmodum ſi Libyca gens Ponticæ comparetur, & quæ his proxima ſunt. ſed hæc loca ſic inter ſeſe differunt, & habent. Quæ alta, æſtuoſaq́ ſunt, meridiemq́ ſpectant, ſicciora ſunt, quam plana, ſimiliterq́ ſita, quoniam minus humiditatis habent, pluuiaq́ in his non ſiſtitur. contra uero in illis. Lacuſtria uero, paluſtriaq́ madefaciunt & calefaciunt. calefaciunt quod curua, cauaue, & circundata ſunt, nec perflantur. madefaciunt autem, quoniam terra ædita, quibus homines aluntur, humidiora ſunt, ſpiritusq́, quem trahimus, craſſior eſt, cum aqua non moueatur. Loca uero caua, curuaue, non aquoſa ſiccant, & calefaciunt. Calefaciunt, quod caua, & circũdata ſunt. Siccant nutrimenti ſiccitate, ſpiritusq́ quo ſpiramus, ſiccus eſt, deq́ corporibus humorem, quo ſe nutriat, educit, cum nullum aliud humidum nutrimentum habeat, quo prorumpens nutriatur. Quæ uero loca montes ad auſtrum uergentes habent, morboſi, & æſtuoſi in his auſtri ſpirant, montes autem aquilonem non ſpectantes aquilones perturbant, morboſq́ creant. Loca uero caua, cum urbibus, aquilonibus obtecta, uentis calidis perflantur, calida, morboſaq́ ſunt, quoniã ſeptentrio ſpirans ea non purgat, nec æſtiuis uentis refrigerantur. Quæ autẽ inſulæ prope continentem ſunt, hyeme malæ ſunt, marinæ uero tepidiores, quoniam niues, geluq́ diutius in continenti durant, ſpiritusq́ frigidos in uicinas inſulas mittunt, quo marinæ hyeme carent. Quam autem naturam, poteſtatemq́ ſinguli uenti habeant, ſic obſeruato. ſuapte quidem natura uenti omnes animalium corpora, terraque ædita madefaciunt, refrigerantque. Nam uenti omnes de niue, glacie, geluque uehementi fluminibus, lacubus, paludibus, terra madefacta, frigefactaq́ neceſſario ſpirant, maioresq́ & ualidiores, de maioribus, & ualidioribus, minores uero de minoribus, & minus ualidis, prout quæq́ ſunt. Nam uti in animalibus ſpiritus ineſt, ſic in cæteris omnibus, quibuſdam maior, quibuſdam minor pro eorum magnitudine. Spiritus autem, & uenti ſuapte natura omnes madefaciunt, refrigerantq́ poſitione, ſituue regionum, & locorum unde, & quæ perflant. Proptereaq́ inter ſeſe differunt, ſi quidem calidiores, frigidiores, ſicciores, humidiores, ſalubriores, morboſioresq́ ſunt quidam, quorum ſingulorum cauſam ſic accipito. Septentrio quidem, Aquiloue, ſiue Boreas frigidus, & humidus

Loca alta. *Paluſtria.* *Qualitas inſularum.* *Ventorum natura.* *Septentrio.*

humidus eſt, quod de locis ſpirat, quæ ſol non adit, nec ſiccat. Quare cum ſua ui loca habitata perflat, niſi regionis, lociue ſitu perdatur, proximeq; quidem habitantibus frigidiſſimus eſt, longius uero minime. Notus autem Auſterue de ſimilis naturæ locis ſpirat, quibus & Aquilo, de Auſtrino axe, polo ue, multaq; niue, glacie, & gelu, ſimiliterq; habitantes prope uexat, locaq; habitata diſſimiliter perflat, cum per ſolis itinera, meridianãq; plagam per/reſtet, fletue. Qui ſole deſiccatus rareſcit, hucq; calidus, & ſiccus neceſſario peruenit, proximaq; loca calefacit, & ſiccat neceſſario, quod & in libya facit, Quæq; terra edũtur, ſicceſcunt, clanculumq; homines deſiccat. Cum neq; de mari, nec fluminibus ullum humorem capere poſſit, de animalibus, & terra natis omnem humorem ſugit. Cum uero mare tranſit, cum rarus, & calidus ſit, multa humiditate regionem & loca prorumpens complet. propterea ca/lidus, & humidus Auſter eſt neceſſario, niſi regionũ, locorumq; ſitus cauſam hanc amoueant. Similiterq; cæterorum uentorum poteſtates habent. Per ſin/gulas quidem regiones uenti ſic habẽt. Qui uero de mari in regiones prorum punt, ſicciores fere ſunt. Qui autem de niue, glacie, gelu, lacubus, paludibus, & fluminibus ſpirant, omnes animalia, ſataq;, humectant, & refrigerant, ſanaq; corpora præſtant, niſi frigiditate modum excedant, qui tunc nocent, quoniã in corporibus caloris, & frigoris magnas mutationes faciunt. quæ patiũtur, qui loca paluſtria, calida, ſecundumq; magna flumina habitant. Cæteri uero qui de prædictis ſpirant, proſunt, ſpiritum enim aeraue purgant, ſyncerumq; reddunt, caloremq; animæ humectant. Qui uero de mediterraneis ſpirant, ſicciores neceſſario ſunt, quos cum ſol, terraq; ſiccet, cum non habeant, unde nutrimentum trahant, de uiuentibus humorem ſugunt, cunctaq; animalia, & ſata lædunt. Qui uero de montibus in urbes ſpirãt, & perueniunt, non ſolum ſiccant ſpiritum quo ſpiramus, ſed perturbant, corporaq; hominũ morboſa faciunt. Singulorũ quidẽ naturã, & uim ſic cognoſcito. quo autem modo ad ſingula præmuniendũ ſit, mox demonſtrabo. Ciborũ autẽ, poculorumq; ſin/gulorum naturã, & uim, quæq; natura, & quæ arte perficiuntur, ſic percipito. Qui uero de ui dulcium, ſalſorũ, amarorũ, aſperorũ, pinguiumq; & cæterorũ penitus dixerunt, non recte ſenſerunt. nam dulcia, & amara, cæteraq; inter ſeſe uim eandem non habent. multa enim horũ ſunt, quæ mouent, ſiſtunt, ſiccant, humectant, ſic & alia. quædam etiam ſunt, quæ molliunt, aſperant, ſtringunt, aperiunt, lotium mouent. quædam horum neutrum. ſimiliter & calefacien/tium, & aliorum omnium, alia aliam uim habent. quæ omnia, qualia ſint, ſimul demonſtrari non poteſt. Singula uero quam uim habeant, docebo. Hordeum quidem ſuapte natura humidum, & ſiccum eſt, quidq; quod pur/get, in eius ſucco eſt. Nam ſi non fractum hordeum decoquas, decoctũq; eius propines, ualde purgabit. Si uero molitũ, fractũue, potius refrigerabit, aluũq; ſiſtet. Cum uero torretur, humor qui purgat, igne conſumitur, quod frigidũ

Notus.

Qualis ſit auſter.

Qui uenti boni ſint.

Loca non ſana.

Cur mediterra- nei uenti ſicci.

Montani uenti quales.

Quæ non rite priores digeſſe re.

Quale ſit hor- deum.

& humidū eſt,remanet.Quæ uero farinæ refrigerēt,& ſiccent, quæ oportet, ſic parantur.pulte quidem,mazaue uario modo utimur,quæ hāc uim habet, farinæ non cribratæ,minus nutriunt, ſed magis mouent,puræ magis nutriūt, minus uero mouent.puls, mazaue prius diluta, conſperſa, ſubacta, leuis eſt, mouet,refrigerat. Refrigerat aqua frigida, humiditate iniecta mouet, quod ſtatim concoquitur. Leuis eſt, quod plurimum nutrimenti cum ſpiritu abit. Nam cibi meatus anguſtus eſt,nec alium ſuper aliū ſuſcipit, parſq; eius extenuata cū ſpiritu exit.pars quæ remanet,ſpiritū iniicit, qui partim per ſuperna cruſtatur,partim per inferna demittitur,plurimū ergo nutrimenti de corpore ſpiratur. quod ſi uelis pultem mazanue, ſtatim cū cocta eſt, dare,ſiccabit,quod farina ſicca eſt, quæ aqua decocta, cum uentriculum calida intrat, eius humorem ad ſeſe trahit, nam calidum frigidum,& frigulum calidū ad ſe rapit. conſumpto enim uentriculi humido ſiccеſcat neceſſe eſt, quodq; aquæ cū pulte intrat, refrigerat.quæ ergo ſiccare, refrigerare, uel fluore uſq; pfundere oporteat,puls mazaue faciet,quæ ſi ſicca,denſaue ſit,ſiccat quidē, non ſimiliter tamen,quoniā ualde denſa eſt,plurimūq; nutrit,cū lente liquefactæ meatus nutrimentum capiant,tardeq; demittitur,ſpiritūq; non iniicit, nec eructatur,ſed prius diluta,rara,refrigerataq; minus nutrit, ſed magis mouet,& inflat.Poléta uero, Cyceonue,ſola cū aqua decocta refigerat,& nutrit, cū uino calefacit, & nutrit,cū melle minus calefacit,& nutrit, ſed magis mouet, niſi mel merū ſit. Nā ſic ſiſtit,cū lacte nutrit,& mouet. Lac enim omne nutrit,mouetq;,ſed ouillū ſiſtit, caprinū uero magis mouet,bubulū autē minus,ſed equinū, & aſininū magis mouent.Triticū autē ualentius eſt,quā hordeū,magiſq; nutrit,ſed minus & ipſum, & eius ſuccus mouet. Panis uero de farina nō cribrata ſiccat,& mouet. purus aūt magis nutrit,ſed minus mouet, panis præterea fermētatus leuis eſt,& mouet.Leuis eſt, quod fermenti acore humidū conſumit,quod nutrimentū eſt,mouet,quia cito digerit, nō fermētatus uero minus mouet,ſed magis nutrit.Succo autem & iure, madens,ſubactusue leuior eſt,ſatiſq; nutrit,& mouet.nutrit,quia purus eſt,leuis eſt,quod leuiſſima re maduit,& ſubactus eſt,quæ eū & fermentauit, & coxit,ſubegitue. mouet autem quod dulci, & mouenti tritici parti commiſcetur. Panes uero magni ualde nutriūt, quod ignis humidum non excoxit,paneſq; furnacei magis nutriunt,quam cruſtulacei,ſpiraceiq;, aliterq; cocti,quia minus igne excoquuntur.Subteſtacei uero,ſubcinericiiq; ſicciſſimi ſunt,hi propter cinerem, hi uero propter teſtam,quæ humidū ebibit. Similaginei autem horū omniū ualentiſſimi ſunt, multoq; magis farracei, niſi quod non ſimiliter mouent, pura farina aqua decocta pota refrigerat,maſſæq; lotura ſimiliter.Succus furfurum leuiter decoctus mouet,quæ farina cum lacte decocta ſorbetur, daturue,magis mouet, quā quæ cum aqua propter ſerum, lacte præſertim, quod mouet. Quæ uero cū melle, & oleo coquitur,aſſaturue, & torretur,æſtum,& ructum

Puls, mazaue.

Maza.

Cyceon.

Lactis natura.

Triticum.

Panis uarietas.

Maſſæ lotura.

Farina qui decocta magis mouet uentrem.

ruſtum mouet. Mouet autem ruſtum, quod cum multũ nutriat, non mouet, mouet æſtum, quod cum hæc pinguia, & dulcia ſint, ſimulq; concordẽt, non æque concoquuntur. Similago autem, & far, halicaue, decoctæ ualida ſunt, & nutriunt, tamen non mouent, ſemẽ uero, trygiſue, ſiue tryga tritico leuior eſt, & quæ ex ea fiunt, ſimilia his, quæ ex tritico fiunt, ſunt, ſed magis mouent. Secale, bromoſue, ſi comedatur, uel ſorbeatur, madefacit, & refrigerat. Simila, halica, farinaq; recens ſiccat, quod igneam uim habet, uetuſta minus, quæ cum ignea uis expirauit, frigida remãſit. Panis calidus ſiccat, frigidus minus, quadamq; tenus maciat. Faba nutrit, ſiſtit, inflat. inflat, quod meatus nutrimẽtum aliud non ſuſcipiunt. ſiſtit, quoniam totum nutrimenti ſedimentum continet. Piſa minus inflant, ſed magis mouẽt. Cicercula, Phaſeoli magis mouẽt, minus inflant, & magis nutriunt. Cicer album, uentrem, & lotium mouet, nutritq;. carnoſa quidem pars nutrit, dulcis lotium cit, ſalſa uentrem, Milii granula, farinaq; ſiccant, & ſiſtunt, cum ficis ſiccis magnopere doloribus ſuccurrunt. milium ipſum decoctũ nutrit, nec mouet. Lens æſtuoſa eſt, deſtillationemq; mouet, uentrem neq; mouet, nec ſiſtit. Heruum ſiſtit, ualidum eſt, craſſefacit, implet, boniq; coloris hominẽ reddit. Lini ſemen ſi comedatur, ſiſtit, aliquatenuſq; refrigerat. Hormini ſemen, quod lini ſemen agit. Lupinus natura ualida, & calida eſt, ſed concoctione magis refrigerat, mouetq;. Irio, Eryſimonue madefacit, & mouet. Cucumis ſemen, lotium magis cit, quam uentrẽ, implet, craſſefacitq;, mouet ꝑpter exteriora putamina, implet, & craſſefacit, propter carnẽ, quæ lota minus mouet, ſed magis implet, & craſſefacit, madefacit, autem, & calefacit, quia pingue quid, & olei habet. Crocus hortenſis, cnicoſue mouet. Papauer ſiſtit, magis quidem nigrum, ſed & album. Horum omnium ſuccus quam caro, ualidior eſt, & magis nutrit. Quare conficiendo caueto, & obſeruato, quos ſiccare uelis, carne utaris, quos uero mouere, ſucco pleniore, meliorisq; ſucci carne. De animalibus uero, quæ comeduntur, ſic obſeruato. Caro quidem bubula ualida eſt, ſiſtitq; & difficulter concoquitur, quoniam craſſi, & multi ſanguinis eſt hoc animal, caroq; & ſanguis, & lac graue eſt, quorum lac tenue eſt, ſic & ſanguis, & caro. Caprina uero caro, hac leuior eſt, & magis mouet. Suilla corpus magis roborat, quam hæc, ſatiſq; mouet, quoniam hoc animal tenues habet uenas, parum ſanguinis, & multam carnem. Caro Agnina leuior eſt, quam Ouium caro. Hædinaq; quam capellarũ, quoniam ſanguinis minus, & plus humoris habent. Nam animalia quæ ſuapte natura ſicca, & ualida ſunt, cum tenera ſunt, mouent, cum adoleuerunt, non æque, Vituliq; boum ſimiliter. Porcellorũ caro, quã Suum grauior eſt. Nam cum hoc animal ſuapte natura carnoſum ſit, & exangue, humiditaſq; dum recens eſt, ſuperet, cum meatus nutrimentum ſuperueniens non ſuſcipiũt, intus remanens, calefacit uentriculum & perturbat. Caro Equina, & Aſinina leuior eſt, & mouet, ſed pullorum magis. Canina calefacit, ſiccat, & corroborat, ſed

Similago. Trygis. Simila. Bromos farinæ recentis et ueteris differentia. Panis calidus et frigidus qualis. Faba, et cætera legumina. Cicer album. Milium. Lens. Heruum. Lini ſemen, et hormini. Lupinus. Eryſimon. Cucumis. Crocus. Papauer. Caro cuiuſq; animalis.

non mouet. Catullina uero humectat, & mouet. Suis uero syluatici, Apriue siccat, corroborat,& mouet. Cerui siccat,parũ mouet,lotiũ magis cit. Leporina siccat,sistitq́;,sed lotium mouet. Vulpina humidior est,terrestriũ Erinaceorum lotium cit,cũ humectet. De auibus uero sic habet. Cunctæ fere Aues

Caro auium.

ficciores sunt,quam quadrupedes. Nam quæ uesicam non habent, neq; mingunt,nec saliuam concipiunt, sicca penitus sunt, uentriculi enim caliditate humor omnis corporis in caloris nutrimentũ consumitur, quo neq; mingũt, nec saliuam concipiunt. cui ergo hi humores desunt, siccescat necesse est. Palumbis ergo caro siccior est, Colũbi secundo loco. Perdicis tertio,& Gallinæ,& Turturis, Anseris uero humidissima. Quæ frugibus, seminibusue pascũtur,cæteris sicciores sunt. Anatis autẽ caro,cæterarũq; auium, quæ in paludibus,& aquis degunt, humida omnis est. Piscium uero siccissimi sunt hi, Scorpius,draco,calionymos,coccis,glaucos,perce,thrissa. Saxatiles uero ferme omnes leues sunt. Merula,turdus, phicis, elephetis,cobios, qui & priores leuiores sunt,quam errones,planetæue,qui cũ quiescant, raram, & leuem carnem habent. Errones uero, planetæue fluctibus agitati,laboreq; contriti carnem habent solidiorem. Torpedo autem,pastinacaue,raia,squatina,passer,& tales leuissimã. Pisces uero qui ĩ cœnosis,& stagnosis aquis degũt, Cephalus, Mugil,anguilla & tales,cæteris grauiores sunt,quod ea aqua, cœno, & in his natis uescuntur, quibus ex locis spiritus, si hominem intrat,ledit,& grauat. Pisces autem fluuiatiles,lacustresq; his etiã grauiores sunt. Polypi, Sepiæ,& tales tam leues non sunt,quã uidentur,nec tam mouẽt, qui si edantur,oculos grauant,tamen horũ ius mouet. Conchilia uero uti pinnæ,purpuræ,patellæ, buccini, ostrea,siccant, sed ius mouet. Musculi,pectunculi,mituli,tellenæue magis mouẽt, quam hi. Vrtica,molliaq; ualde humectant, mouẽtq;. Oua autem Echinorũ, cammari humor,locustæ,leones, ursiue,musculi,cãcri,magis fluuiatiles,sed & marini mouent,& minguntur, Sale conditi, salitiue plerũq; siccant,& maciant,modiceq; mouent. Salitorũ siccissimi sunt marini,secundi sunt fluuiatiles,lacustres autem humidissimi. Percæ salitorum siccissimi sunt. Cicurata autem animalia, quæ in syluestribus, & agrestibus locis pascuntur, sicciora sunt, quam quæ domi aluntur, quoniam laborando, sole & frigore siccescunt, magisq; sicco spiritu nutriunt. Cicuratis agrestia sicciora sunt,materiam,siluasq; pascentia non tam sicca sunt,quam crudiuora. Parum comedentia sicciora sunt, quam quæ multum edunt, frugiuora,quam herbiuora, pauciuora, quã multiuora,paucipota,quam multipota,multi sanguinis,quã pauci,noua, quã uetusta, mascula,quã fœminea,castrata,quam non castrata, nigra,quam alba,pilosa,quam glabra. Carnes autem ipsorum animalium ualentiores sunt,quæ multum laborauerũt, multumq; sanguinis habẽt,uigẽtq;. leuissimæ non defatigatorum, & domi & in umbra nutritorum, & animalis interiora. Cerebrum autẽ,medullaq; cũ exanguia sint, grauissima censentur, capita

Pisces.

Pisces planetæ.

Qui pisces graues,et contra.

Conchilia.

Saliti pisces.

Animaliũ, et carnium diuersitas.

capita leuiſſima ſunt, Trunculiq́ꝫ, muſculiue, pectunculi, pedes. Piſcium uero ſicciſſima ſunt, leuiſſimaq́ꝫ ſuperiora, ſubteriora uero, ſubuentraliaue leuiſſima, capita autem propter pingue, & cerebrum humidiora. Oua autẽ Auium, ualidum quid nutriens, & ſpiritale, inflansue ſunt. ualidum, quoniam genus eſt animalis. nutriens, quod hoc eſt pulli lac. ſpiritale, quod ex paruo tumore, cumuloue plurimum ſpargitur. Caſeus ualidũ quid æſtuoſum, & nutriens eſt. ualidum quod proximus generationi eſt. nutriens, quod lactis pars carnoſa remanſit. Aeſtuoſum, quod pingue eſt, ſiſtit, quod ſucco, & coagulo conſtrictum eſt. Aqua frigidum quid eſt. Vinum calidum, & ſiccum, quodq́ꝫ purget, de materia habet. Vinum nigrum & aſperum magis ſiccat, uentremq́ꝫ, lotium, & ſputum non cit, ſed humiditatem corporis conſumendo, ſiccat, & calefacit. molle uero nigrũ humidius eſt, inflat, & magis mouet. dulce nigrũ, humidius eſt, inflat, & humiditatem ingerit. Album autẽ, & aſperũ calefacit, & magis lotium cit, quã uentrem. Nouum magis mouet, quod prope dulce eſt, nutritq́ꝫ & magis odorum, quam inodorum eiuſdem ætatis, quod concoctius eſt, craſſumq́ꝫ magis quam tenue, quod uẽtrem & lotium cit magis, quã craſſum, cum dulce eſt, corpuſq́ꝫ humectat, ſanguinemq́ꝫ corporis hoſtem imbecillum facit, & auget. Muſtum autẽ inflat, ſubducit, ac in uentre bulliens perturbat, & cit. inflat, quod calefacit. ſubducit de corpore, quod purgat. perturbat, quod in uentriculo feruet, & inde mouet. Vinũ acidum frigefacit, maciat, humectat. frigefacit & maciat, quod corporis humidum educit. humectat, quod aquam ſecum ingerit. Acetum uero frigefacit, quod humidum corporis conſumit, ſiſtit potius, quam moueat, quod non nutrit, & acre eſt. Defrutum calefacit, madefacit, & ſubducit. calefacit, quod uinoſum eſt. madefacit, quoniam nutrit. ſubducit, quod dulce eſt. feces autem uinaceæ madefaciunt, & ſubducunt, quoniam & muſtum hoc facit. Mel calidum, & ſiccum eſt, merum cũ aqua bilioſos madefacit, & mouet, pituitoſos ſiſtit, dulce uinũ pituitoſos magis mouet. De Oleribus uero ſic habet. Scorodon, Alliũue, calidum eſt, uentrem, & lotium cit, oculis bonũ non eſt, quod cum corpus plurimum purget, uiſum hebetat, uentrem, & lotium cit quod res eſt, quæ purgat. coctum infirmius eſt, quam crudum. inflat, ſpiritus contentione. Crommyon, Cepaue uiſui bona eſt, corpori uero mala, quod calida eſt, & æſtuoſa, & mouet, parumq́ꝫ corpus & nutrit, & iuuat, ſiccat calefaciens propter ſuccũ, lacue. Porrum minus calefacit, uentrem, & lotium cit, quod habet, quod purget, madefacit, cruditatem ſedat, ſi ultimo loco comedatur. Radicula, raphaniſue madefacit. Pituitam acore diſcutit, ſed folia minus. morbis articularibus, arthriticiſue radix bona non eſt, quod ſuperfluitat, difficileq́ꝫ concoquitur. Naſturtium cardamonue calidum eſt, carnem liquefacit, pituitã albam ſiſtit, lotii ſtillam, ſtranguriamue facit. Sinapi calida eſt, uentrem cit, lotii difficultatem & hæc facit, ſimilia & Eruca facit. Coriãdrũ calidũ eſt, ſiſtitq́ꝫ, cruditatẽ

Oua qualia. *Caſeus.* *Aqua.* *Vinum nigrum.* *Album.* *Muſtum.* *Vinum acidum.* *Acetum.* *Defrutum.* *Mel.* *Allium.* *Cepa.* *Porrum.* *Radicula.* *Naſturtium.* *Sinapis.* *Coriandrum.*

Lactuca. discutit, somnum facit, ultimo comesum. Lactuca frigidissima est, priusquam
Anethum. lac, succumue habeat, corpusque aliquatenus debilitat. Anethum calidum est,
Appium. sistitque, sternutamentūque sedat odore. Appium lotium potius, quam uentrem
Ocimum. cit, magis radices mouent. Ocimum siccat, calefacit, sistit. Ruta lotiū potius,
Ruta. quam uentrem cit, quadamque tenus frigerat, amoliturque uenenum, oculosque
Asparagus. iuuat præpota. Asparagus siccat, & sistit. Saluia siccat, & sistit. Solanū frigefa
Saluia. cit, & insomnia prohibet. Portulaca fluminea refrigerat, condita, salitaue ca-
Solanum. lefacit, purgatque. Mentastrū, Calamintheue calefacit & purgat. Minthe cale-
Porculaca. facit, lotium cit, uomitum sistit, quam siquis sæpe comedat, semen genitale
Calaminthe. tabefacit, uti fluere, tendereque cohibeat, corpusque debilitat. Rumex, lapathon
Minthe. ue calefacit, mouet. Atriplex humidum est, nec tamen cit uentrem. Blitum
Rumex. calidū est, nec mouet. Brassica calefacit, mouet, biliosaque ciet. Betæ decoctū
Lapathonue. mouet, herba sistit, plus mouent radices. Cucurbita refrigerat, humectat, &
Atriplex. mouet. Rapa æstuosa est, madefacit, corpus perturbat, non mouet, difficulter
Blitum. mingitur. Puleium calefacit & mouet. Origanū calefacit, biliosaque subducit,
Brassica. Satureia, thymbraue, quæ Origanon facit. Thymon calidū est, uentré, lotiū,
Beta. pituitosaque ciet. Hyssopos calefacit, & pituitosa ciet. Herbæ syluaticæ, &
Cucurbita. agrestes odoræ, calidæ sunt, potiusque lotiū, quā uentrem ciunt. Quæ naturā
Rapa. humidam, frigidam, fatuum gustum, malumque odorem, & grauem habent,
Puleium. potius uētrem, quā lotium ciunt. Quæ acerbæ & asperæ sunt, uentré sistunt.
Origanon. Quæ acres & odoræ sunt, lotium ciunt. quæ acres, & siccæ in corpore sunt,
Thymbra. siccant. quæ acidæ sunt, & frigidæ sunt. succi harum lotium cient, cremni,
Thymon. crethmiue, appii, cytissi, fœniculi, marrubii, adianti, solani quod & refrige-
Hyssopos. rat, Allii decoctum, scolopēdrion, minthe, seseli, caucalis, hypericon, urtica.
Odoræ herbæ quales. mouent, & purgāt. Cicer, lens, hordeum, beta, brassica, mercurialis, sambucus,
Herbarum uires. cnicos uentrem potius, quam lotiū mouent. De pomis uero sic habet. Poma
Poma. uiridia magis mouent, quam sicca, quorum uis dicta est. Mora calefaciunt,
Mora. humectant, & mouent. Pira matura calefaciunt, humectant, & mouent. dura
Pira. sistunt. Pira syluatica, hyberna, matura uentrem mouent, & purgant. Cruda
Mala dulcia. sistūt. Mala dulcia uix concoquunt̄, melius acria, & matura. Cotonea uentré,
Cotonea. lotiumque sistunt. Malorum succus, & odor ante uomitum lotium cit, & uomi
Sorba. tum sistit, mala syluatica sistunt, cocta mouent, quorum succi si potentur, re-
Mespila. ctam spiritus angustiam leuant. Sorba, mespila, corna, cæteraque similia sistūt,
Corna. & asperant gustu. succus Granati dulcis mouet, sed quid æstuosum habet,
Granata. uinosi minus æstuosus est. Acidi magis refrigerat. nuclei omniū sistunt. Cucu
Cucumis. meres crudi, frigidi sunt, & uix concoquūtur. Pepones uero lotiū & uentrem
Pepones. mouent, sed inflant. Vua calida & humida est, uentremque mouet, præsertim
Vua. alba. dulcis ualde calefacit, quod iam plurimum calidi habet. Non matura
uero minus calefacit, sed magis purgat, si potetur. Sicca uua, ficusque æstuosæ
Ficus. sunt, sed uentrem mouent. Ficus uiridis madefacit, mouet, calefacitque. made-
facit,

facit,quod ſuccoſa eſt.calefacit, propter lac.mouet, quod ſuccus dulcis eſt, & lac.Primæ Fici peſſimæ ſunt, quod ſucco, & lacte refertæ ſunt. optimæ ſunt ultimæ,ſiccæ ſunt æſtuoſæ, ſed mouent. Amygdalæ, æſtuoſæ ſunt,ſed nutriunt. ſunt æſtuoſæ,propter pingue. nutriunt,quia carnoſæ.Nuces rotundæ ſimiles his ſunt.Latæ uero maturæ nutriunt,& mouent puræ,ſed inflant. tunicæ uero earum ſiſtunt. Caſtaneæ, glandes quernæ, æſculinæ, phaginæ crudæ,toſtæq; ſiſtunt,decoctæ minus.Carnes pingues æſtuoſæ ſunt,mouent tamen.Carnes uino conditæ ſiccant,nutriuntq;, ſed aceto minus calefaciunt, propter acetū,ſatis tamen nutriunt.Salitæ uero propter ſalē minus nutriunt, ſale humore priuatæ,ſed emaciant,ſiccant,& ſatis mouent.Singulorum uires ſic augeto,& minuito.Cū animalia omnia,terraq; naſcētia igne, & aqua conſtent, his creſcant, eoq; relabantur,cibariorum quidem ualentiorum ſæpius coquendo,& refrigerando uim auferto.Contra ſic addito.quæ humida ſunt, torrēdo & aſſando,humorem demito,ſicca madefacito,perrorato.Salſa perfundito,coquito.Amara & acria dulcibus perfundito, acerba, & aſpera pinguibus, cæteraq; ſimiliter obſeruato.Toſta, aſſa, frixaq; magis, quam cruda ſiſtunt,quod ignis humidum pingue, & igneum ſubtraxit. quæ cum in uentriculum decidunt,omnem humorem ad ſeſe trahunt, uenarumq; ora claudūt, ſiccant,calefaciunt,humoriſq; peragrationem ſiſtūt. Quæ locis non aquoſis, ſiccis, æſtuoſis naſcuntur,omnia ſicca, & calida ualde ſunt,corpuſq; multum corroborant, quod ex æquo & pari cumulo,globoue,grauiora,denſiora,pluraq; redeāt,quā ex his,quæ in humidis, irriguiſue naſcūtur, quæ humidiora, frigidiora,& leuiora ſunt.Non ſolum ergo cibi, potuſq; horum,& cæterorū animalium uires ſed & patriæ, unde ſunt,obſeruato.Cum igitur robuſtū corpus reddere uis,cibis & animalibus natis in ſiccis locis utitor.Cum contra,in aquoſis,dulcia,amara,aſpera,acria,acida, ſalſa, carnoſa calefacere conſueuerunt,quæq; ſicca,& quæ humida ſunt.Quæ uero plus ſicci habent,quam humidi,ſiccant & calefaciunt.Quæ plus humidi,calefaciunt, humectant,& mouent magis,quam ſicca.Magis enim corpora nutriunt, de uētriculoq; detrahunt,madefaciunt,& mouent.Cibi uero,& potus,qui calefaciunt,ſiccant,ſputum,lotium,uentremq; non mouent,corpuſq; ſiccant. quod per hæc calefactum humido uacuatur,cum ab cibis ipſis, tum ad nutrimētum animi calore conſumitur,partim & per corpus calefactum, & extenuatum pellitur,dulcia, pinguia, oleoſa implent, quod ex paruo cumulo plurimum diffunduntur, quæ calefacta corpus calore, & tranquillitate complent. Quæ acida, acria, aſpera, acerba, amara, commiſta & ſicca ſunt,non implent,quod ora uenarū aperiunt,purgant,ſtringunt,ferueſaciunt,ſiſtunt,humoremq; carnis in paruū cumulum redigunt, corpuſq; plurimum euacuant. Cum ergo uis paucis implere,uel multis non implere,his utitor.Cuncta recentia magis corroborant, quam uetuſta,quod prope uiua ſunt, uetuſta autem,& putria magis mouent,

Amygdala.

Nuces.

Caſtanea.

Caro uarie condita quid poſſit.

Siccanea,et aquoſa qui differant.

Qui uires demantur et augeātur.

Quæ in his conſyderentur.

Qualia ſint hæc uideto.

Qui pauca ſatient.

quod prope marcida ſunt. Subcruda uero nutriũt,& eructãtur,quoniã quod igne peragendum fuit,uentriculus facit, qui non tam ualidus eſt, quam quæ intrant. pulmẽta dulciariis,cæteriſq; talibus condita, æſtuoſa ſunt,& humida, quod pinguia, ignea, calida, diuerſaſq; uires habentia eodem conſederunt, quæ uero muria condiuntur, meliora ſunt,nec æſtuoſa. De balneis autem ſic habet. Dulcis aqua madefacit,& refrigerat. Corpus enim humidũ facit,ſalſa calefacit, & ſiccat, quæ cum natura calida ſit, humidum de corpore trahit. Calida balnea, ieiunum emaciant,& refrigerant, nam calore, de corpore humiditatem trahunt. Caro autẽ humido uacua, corpus refrigerat. Saturũ uero calefaciunt,& madefaciunt,& quæ ſuperant,in maiorẽ cumulum diffundũt, contra,frigida uacuum corpus calefaciũt,& aliquatenus frigefaciunt, ſaturũ uero ſiccant,quodq; ineſt frigidum ſiccitate complent. Non lauari uero,nec ungi, humido conſumpto, ſiccat. Nam unctio calefacit,humectat,& mollefacit. Sol autem & ignis ſiccant, quod calidi, & ſicci cum ſint, humidum de corpore trahunt. Vmbra autem, & loca refrigerantia modice humectant, potius enim dant, quam rapiant. Sudores omnes, cum abeunt, ſiccant,& emaciãt,quod humido corpus caret. Venus autẽ emaciat,humectat, & calefacit, propter laborem,& frigidi excreationem,calefacit. Emaciat,propter uacuationem, madefacit propter humidũ liquefactum,quod in corpore remanſit. Vomitus autem emaciant,propter nutrimenti uacuationẽ, tamen non ſiccãt, niſi quis poſtea,non recte curet,ſed potius madefaciũt propter plenitatem, & carnis de labore colliquationem. Siquis uero poſtea, hæc conſumi ſinat, nutrimentumq; calore,& uictus ratione, placide adigat, ſiccant. Ventrẽ non ſolutum uomitus ſoluit,ſolutũq; nimis ſiſtit, hunc madefaciens,illũ ſiccans. Cum ergo ſtatim ſiſtere uis,cum comedit,uomito,priuſquã cibus madeſcat, deſcendatq;,potiuſq; cibis aſperis,acerbis,acribus,acidiſq; utitor. Cum autẽ uentrem ſoluere uis,diutius in cibis commorator,acribus,ſalſis,dulcibus,potionibuſq;. Somni ieiunum emaciãt,& refrigerant,niſi longi ſint. Nam humidum,quod ineſt,euacuant. hi uero magis calefacientes,carnem liquefaciunt, Corpuſq; diſpergendo diſſoluunt,languidumq; reddunt. Saturum uero calefacientes,madefaciunt, nutrimentumq; per corpus, ſpargunt. Somnus uero poſt matutinas deambulationes, ualde ſiccat. Vigilia autem ſaturos lædit, cibum enim liqueſcere non ſinit. Ieiunos emaciat quidem, ſed minus lædit. Deſidia uero corpus madefacit,languidũq; reddit. Nam cũ animus quieſcit, corporis humidum non conſumit. Labor autem corpus ſiccat,ualidũq; reddit. Semel die comedere emaciat,ſiccat,uentrẽ ſiſtit,nam animi calor humidum uentris, & carnis conſumit. Prandere uero contraria facit. Potus aquæ calidus,& frigidus emaciat. Nam frigus,ſpiritus, cibus, & potus modũ excedens,corporis humidum coagulat,uentreſq; ea coagulatio & frigiditas ſiſtit, humidum enim animi ſuperat,caloris etiam exceſſus adeo coagulat, uti non diffundatur.

Condita aromatis qualia. *Balnea qualia.* *Calida et frigida balnea.* *Non lauari et nõ ungi quid agat.* *Sol, ignis, umbra.* *Loca refrigerantia.* *Venus.* *Vomitus.* *Vomitus uentrẽ mouet, et moratur.* *Somnus.* *Vigilia.* *Deſidia.* *Labor.* *Semel comedere, monoſitiaue.* *Prandium* *Potus aquæ.*

diffundatur. Quæ corpus calefaciunt, nihilq; nutriunt, carnemq; humore uacuant, nihilq; excedunt, hominem refrigerant. Nam cum humidum, quod inest sese mouet, spiritu superueniente repletum refrigeratur. De laboribus uero quã uim habeant, dicam, nam aliqui naturales sunt, aliqui uiolenti. Naturales sunt, labor uisus, auditus, uocis, curæ. uisus quidem hæc uis est, cũ animus uiso intentus mouetur, calefit, & siccescit, cũ humido caret. Per auditũ uero strepitu prorũpente, animus concutitur, laborat, calefit, & siccescit, quæ per curam hominibus fiunt, his animus calefit, siccescit, humidũ consumit, & laborat, carnẽ extenuat, hominẽ uacuat. Vocis labores sunt, dictio, lectio, cantatio, qui omnes animum mouent, qui motus siccescit, calefit, corporisq; humorẽ consumit, deambulationes autem & ipsæ, præ cæteris naturales sunt, quidq; uiolenti habent, quarũ uis hæc est, deambulatio autem post cœnam, corpus, & uentriculum siccat, nec amarescere sinit, quoniã, cũ quis mouetur, corpus & cibaria calefiũt, caroq; humiditatẽ trahit, uentriculũq; amarescere non sinit, corpusq; impletur, uẽtriculus extenuat̃, proptereaq; siccescit. quod cũ corpus agitat̃, calefit, quodq; nutrimenti tenuissimũ est, consumit̃ partim calore insito, partim cũ spiritu foras prodit, partim etiã per lotiũ emittitur, quodq; cibariorum siccissimũ est, remanet, caroq; uentriculo siccescit. Matutinæ uero deambulationes emaciãt, quæq; circa caput sunt, leuiora, cõpactiora, auditioniq; obtemperantiora reddũt, uentrẽq; soluũt. emaciãt autẽ, quod motu corpus calescit, humidũ extenuatur, purgaturq;, partim spiritu, partim tussi, partim sputo, partim animi calore & nutrimento consumitur. Ventrem soluunt, quod cũ calidus sit, spiritu frigido superueniẽte, calor frigori cedit. Quæ circa caput sunt, leuant, quod cum uenter uacuus est, humorem de corpore, capiteque ad sese trahit, & calescit, capite uacuo, uisus, & auditus purgatur, hominesque exactiores reddit. Deambulationes uero, post exercitationes, corpora purgant, emaciant, carnem tabescere non sinunt de labore, sed purgant. Cursus quidem longi, paulumque tortuosi carnem calefaciunt, concoquunt, diffundunt, cibariorumq; uim per carnem digerunt, sed corpora grauiora, & crassiora reddunt. Cursus autem recti his potius conferunt, qui multum comedunt, sed hyeme magis, quam æstate. Cursus autem uestiti, uim eandem habent, sed magis calefaciunt, corporaq; humidiora, & decoloratiora reddunt, quoniam spiritus extrinsecus prorumpens, quod syncerum est, non purgat, sed in eodem spiritu exercetur. Siccis tamẽ & carnosis conferunt, qui carnẽ demere uolunt, senioribusq; corporis frigore. Terrestres uero iaculationes & equestres, cursusq; circenses, carnem minus diffundunt, sed magis extenuant, quod exterioribus animi partibus, labores humorem de carne trahunt, corpusq; extenuant, & siccant. Cursus uero directi carnem non diffundunt, tamen extenuant, carnemq; & uentrem ualde stringũt, cum celerrimo spiritu utantur, statim humorem ad sese trahunt, concussiones autem

Quæ refrigerẽt. *Labores qui.* *Deambulatio.* *Matutina deambulatio.* *Cursus.* *Cursus uestiti.* *Iaculatio.* *Aurigatio.* *Trochei.*

crebræ,ſtatim quidé ſiccant,cómodæ tamen,nec utiles ſunt. Nam interiora conuellunt,quod corpus calefactũ ualde pellem extenuat.Carné uero minus, quam curſus,confirmant, humoreꝗ́ uacuant. Motus uero momentaue,leuamentaꝗ́ alia, carnem non calefaciunt, ſed corpus, & animum excitant,ſpirituꝗ́ uacuãt.Lucta uero confricatioꝗ́,corporis exteriora potius exercent,carnem calefaciunt, durant, augent, quod dura natura, tractata ſiſtuntur, caua creſcunt, ſicuti uenæ,quæ illic ſunt. Caro enim calefacta, deſiccataꝗ́,nutrimentum per uenas trahit, creſcitꝗ́. Saltatio uero Alindeſisue,luctæ ſimilia facit, magis uero propter pulueren ſiccat,carnemꝗ́ minus creat. Summarũ uero manuũ diſtentio,Acrocheirixue, emaciat,carnemꝗ́ in ſuperiora trahit. Pilæ certatio, Corycomachiaue,choreaꝗ́,cheironomiaue,ſimilia peragunt. Spiritus autem continentia meatus aperit,pellem extenuat,ſub eamꝗ́ humorem trudit.Quæ puluere,& oleo exercitationes fiũt,hoc differũt.Puluis quidem eſt quid frigidũ,oleum uero calidũ,quod hyeme magis auget,quoniam de corpore frigus pellit.Per æſtatem uero caloris exceſſu, carnem tabefacit, cum & anni tépore,& oleo,& labore calefit.Puluis uero per æſtaté, ſi tractetur,exerceaturue, magis auget,corpus enim refrigerat,nec ſupra modum calefieri ſinit, hyeme uero frigefacit,& glaciat.Quare poſt labores æſtate parũ in puluere morator,quia refrigerans prodeſt,multũ corpora ſiccat, duraꝗ́ & lignea reddit.Confricatio auté olei cũ aqua mollit,nec ualde caleſcere ſinit. De corpore uero laboribus ſic habet.Qui non exercent̃,omni labore delaſſantur,corporis enim eorũ pars nulla ulli labori ſufficit.Corpora uero quæ exercentur non conſueto labore, delaſſantur, quandoꝗ́ & conſueto, ſi plus iuſto utantur. ſpecies quidem laborum ſunt hæ, poteſtas autem eorum ſic habet. Qui non exercentur,carnem humidam habẽt,cum laborant,caro multũ tabeſcit corpore calefacto, quod cum ſudore emiſit, uel cum corpore purgauit, non uexat amplius, qua præter conſuetudinem corpus euacuatũ eſt,quodꝗ́ remanſit,ſine labore excreatur,cũ quid humoris ſuſcepit,quod corpori concors non ſit,ſed hoſtile.Nam corporũ carné omné non æque uexat, ſed carnoſa,dũ exeat,cũ quo ſe circũagat,nõ habet, quieſcit,ſeꝗ́, & prorũpentia calefacit,quod ſi multũ eſt,ſanũ ſuperat,totũꝗ́ corpus calefacit,febréꝗ́ graué facit, nã ſanguine calefacto,& cómoto,quæ in corpore ſunt,celeriter cómouent̃,corporiſꝗ́ alia pars ſpiritu purgat̃.Quod uero remãſit,caleſcit extenuaturꝗ́,ſub cutéꝗ́ pellit̃,quod ſudor calidus dicit̃,quo excreto,ſanguis in ſuã naturam redit,febriſꝗ́ remittit,delaſſatioꝗ́ ſedatur,Tertiana præſertim,quã calidis fomentis,balneiſꝗ́ curato, quodꝗ́ remanſit deambulationibus uehementibus diſſoluito, cibiꝗ́ paucitate, macieꝗ́ purgato, carnemꝗ́ uacuato, diutiuſꝗ́ oleo placide cófricato,ne uioléter recaleſcat, ſudoréꝗ́ eliciétibus, & mollientibus unguentis perungito.Nam confert,quod propterea non conſuetis laboribus ſeſe exercentibus euenit,quoniam,cum corpus non conſueta tractat,

Lucta. *Alindeſis.* *Acrocheirix.* *Corycomachia.* *Cheironomia.* *Puluis et oleum quale.* *Confricatio olei cum aqua.* *Deſidioſi quid patiuntur.* *Quid uexet, aſpice.* *Tertianæ curatio.* *Cur non conſueta tractãtes laborent.*

tractat, Caro humeſcit neceſſario, molleſcitq́ʒ, quemadmodum & ad cæteras exercitationes. carnem ergo hāc tabeſcere, conſumi, excerni, conſiſtere, ſicuti in priore neceſſe eſt, quam conſuetis exercitationibus curato, uti, quod conſtitit, remanſitue, calefactum extenuetur, purgeturq́ʒ, corpuſq́ʒ reliquum non madeſcat, penituſq́ʒ deſes remaneat, calidiſq́ʒ balneis, confricationeq́ʒ ſicuti prius, & in hoc utitor. fumentatione uero nihil opus eſt, nam labores calefacientes, quod remanſit, conſtititue, ſatis extenuabunt, & purgabunt. Labores uero de conſuetis exercitationibus ſic fiunt. moderato quidem labore, defatigatio non fit. Cum uero maior eſt, quam expedit, carnem ſiccat, quæ humore uacua, calefit, dolet, horret, febremq́ʒ longiorem contrahit, niſi quis rite curet. Primum quidem balneo non multo, nec ualde calido lauato, deinde poſt balneum, molle uinum porrigito, plurimum cœnato, comeditoue, & diuerſa, molleq́ʒ uinum dilutum, & multum potato, deinde multū confricato, dum uenæ turgeſcant, poſtea uomito, paulumq́ʒ ſtato, deinde molliter dormito, poſt hæc, ſex dies ſenſim cibaria, conſuetoſq́ʒ labores deducito, quæ curatio hanc habet uim, corpus ualde deſiccatum uti non nimium madeſcat, quod ſiquis ſciret nimium laborem cibi mediocritate curare, bene haberet, ſed hoc facile non eſt. Hoc uero facile. Corpus enim cū ſiccum eſt, de uariis cibis prorumpentibus, quod ſibi conferat, de ſingulis capit, ſuumq́ʒ cuiq́ʒ eius parti diſtribuit, quod cum plenum, & madefactū eſt, uentriculuſq́ʒ uomitu uacuus, quod nimium eſt, rurſus emittit, uentriculus autem uacuus reuellit, retrahitue. Caro uero nimium humorem, ſed non quantum opus eſſet, niſi ui, uel laboribus, uel medicamentis, uel alia reglutinatione reiectat, quod ſi quis ſenſim addat, minuatq́ʒ, commode corpus nutricabit.

Curatio.

Cur quis in conſuetis defatigetur.

Medela.

Curationis huius uis.

Qui apte nutricabit.

HIPPOCRATIS DE VICTVS RATIONE LIBER TERTIVS.

D E uictus autem humani ratione, quemadmodum ante dixeramus, ſcribere quidem perfecte non eſt, uti pro ciborum copia quiſq́ʒ laboret, quoniam multa prohibent. Primū naturæ hominū inter ſeſe differentes, quæ ſibi, & aliis comparatæ, modo magis, modo minus ſiccæ, & humidæ ſunt, multaq́ʒ alia, poſtea ætates, quæ eadem non poſcunt, locorum ſitus, uētorum mutationes, temporū anni modi non ſtatarii, tempeſtates anni, multaq́ʒ cibariorum ipſorum, inter ſeſe differentia eſt, triticum cum tritico, uinum cum uino, cæteraq́ʒ omnia, per quæ uiuimus, non conueniunt, ſed plurimum differunt, quæ cohibent, quo minus perfecte de hoc ſcribatur. Nam quemadmodū cognoſcatur, cibaria ne, an labores in corpore ſuperent,

Quid uetet perfectam uictus rationem.

Quæ uitam præſtant, non conueniunt.

quiue curentur,comperi,ſanaſq; naturas cognoſcere, neue in morbos decurrant,niſi quis ualde & ſæpe peccet, præſtare,quæ medicamentis iam egent, ſunt & quæ medicamentis non ſanentur. quemadmodum uero quis poſſit, proxime deuenire, nos inuenimus, perfecte autem nemo. Primum quidem conſcribam, quo pacto iuuentur, qui quomodo lubet, uiuunt,laboribuſque neceſſariis, coactis itineribus, maritimis negotiationibus, ad uitam degendam inuentis utuntur,cum plus iuſto caleſcunt,frigeſcuntue,ſtatarieque non uiuunt,quibus proderit, ſic ex his, quæ adſunt, uictitare. Pleriq; annum, in quatuor partes, quas multi nouerunt,diuidunt.Hyemem,Ver,Aeſtatem, Autumnum.Hyemem quidem, de Vergiliarum occaſu uſque ad uernum æquinoctium.Ver autem,ab æquinoctio ad Vergiliarum exortum. Aeſtatem, ab Vergiliarum,ad Arcturi exortum,Autumnum ab arcturi,ad Vergiliarum occaſum. Per Hyemem quidem confert, ſic uictitare, uti & frigido tempori, & compacto gelu occurratur. Primum quidem, ſemel comedere, niſi quis ualde ſiccum uentrem habeat, ſi minus, modicum prandere, cibis ſiccis, aſperis, calidis, uariis, meris uti. Panem magis comedito, Pulmenta potius aſſa, quam elixa, pocula nigra, parca & meraca ſumito. Herbas perpaucas, & calidas, & ſiccantes comedito. ſuccos, ſorbitioneſque raro ſumito, laboribus plurimis omnibus, curſibuſq; non rectis modice addendo utitor, lucta cum oleo longiore, leniter cogendo,poſt exercitationes, celeriter deambulato,poſt cœnam lente, & loco calido, mane multum,paulatim incipiendo, uehementerq; addendo, placide deſinito, duriter cubare, de nocte uigilare, tardo cœnare, canino modo currere, nauigare confert. nam hæc omnia emaciant, & calefaciunt. Cum quis lucta laborauerit, frigida lauato, cum alio labore, calida magis confert, ter menſe, poſt uarios cibos humidiores uomunto, ſicciores bis, poſt uomitum ſenſim, tres dies, ad conſuetum cibum deducito, per hocque tempus, minus, & lenius laboranto, ſiquis plus iuſto, & quam conſueuit, carne bubula, ſuilla, caſeo, dulcibus, pinguibuſque compleatur,uomito, & poſt temulentiam,ciborumq; & locorum mutationē, uomere confert, ſeſeque purum frigori, præterquam a cibis,& exercitationibus dedere,ſed in matutinis ambulationibus, cum corpus incipiet caleſcere, & curſibus & alio tempore, exceſſum caueto. Nam corpori, hoc tempore, optimum eſt hybernare,quam exerceri, nec arbores,cum hoc tempore, ſi non hybernant,fructum ferunt, aut ualent. Quare multum ad exceſſum uſque, hoc tempore laborato, niſi delaſſatio quædam inſit, Signum autem hoc ignaros docebo, curque ſic habeat, dicam.Cum hoc tempus frigidum ſit, & compactum, tardumque ſimile quid & animalia patiuntur, corporaque tarde labore, neceſſario caleſcunt, humoriſque minimum excernitur, deinde tempus quo laboret,paruum datur,quo ceſſet multum.dies nanq; breuis eſt, nox longa. Propterea tempus, laborq; modū non excedit.

Qui modus uitæ.

Quatuor anni partes.

Victus hybernus.

Modus uomitionis.

Cur ne quid nimis.

Plus otij, quam laboris, hyeme datur.

excedit. Sic ergo hoc tempore, ꝓpterea uictitato, quod ab Vergiliarū occasu ad solis insticium, quadraginta dies sunt, quod summopere obseruato, postq; solis insticium, totidem alios dies, similiter uictitato. Cum uero tēpus Fauonium deducet, mollescetq;, quinq; & decē dies, uictu tempus sequeris. Cum autem Arcturi ortus, & Hirundo uenerit, tempus quod sequitur, duos & triginta dies, ad æquinoctium usq; uictum mutato, & uariato cum tempore, cibisq; mollioribus, leuioribusq;, poculisq; & laboribus utitor, sensim minuēdo, addendoue, ad uer usq;. Cum autem Aequinoctium, mollius tempus iam uenerit, diesq; longiores erunt, noctes uero breuiores, tempus autem ueniens calidum, siccumque fuerit, uictus purus, almusq; esto. Tuncq; quemadmodum arbores, quæ ratione carent, hoc tempore se pro eorum utilitate, aduersus æstatem incremento & umbra parant, sic & homines qui ratione non carent, Carnis incrementum salubre præparanto. Tempus ergo per octo dies, in sex partes diuidunto, ne repente uictus mutetur. Primaq; parte, de laboribus demito. Cæteris autem exactioribus utitor, cibis mollioribus, potuque albo, & dilutiore. Lucta cū oleo, sub sole, sensimq; singulis temporibus anni, uictum mutato, plusq; mane, quam uesperi deambulato. proq; pane, Placentam, pultemue, siue Mazan subdito. Pulmēta pro assis, elixa, herbasq; crudas, pro decoctis, balneis utitor, modicum prandeto, uenere rarius utitor, uomituq;. Primum quidem singulis duobus diebus, postea plus temporis. Corpus uti emacietur, sana puraq; carne confirmetur, molliterq; hoc tempore usq; ad Vergiliarum ortum uictitato, quo æstas incipit, cui uictum accomodato. Cum ergo Vergiliæ iam ortæ sunt, mollioribus, & minoribus cibis utitor. placentæque, pultisue, siue mazæ, plus, quam panis porrigito, quæ optime subacta, nec condita sit, potuq; albo diluto multo utitor, modicum prandeto, post prandium minime dormito, plenitatem cibariorū & potus caueto, super cibum, quantum satis est, potato, per diem nihil, nisi necessaria corporis aliqua siccitate. herbis decoctis, præter siccantia, & æstuosa, crudis etiam, præter calefacientia, & desiccantia utitor, uomitione, nisi plenitas aliqua sit, ne utitor. Venere nullo pacto, calida lauato. Poma, quæ ualentius quid sunt, quam natura humana, melius est his abstinere. si uero quis utatur, cum cibis si utet, non lædet, & minime peccabit, errabitue. Laboribus, cursibusq; exerceatur, modica iaculatione diutius, deambulato in umbra. Luctator in puluere, ne multum calescat. Nam puluerulenta concertatio, saltatioue, seu Alindesis melior est, quam cursus, trochosue, qui corpus desiccat, humoreq; uacuat. Post cœnā, ne deambulato, sed surgito tantū, & stato, mane deābulato, soles caueto, matutinaq; frigora, uespertinaq;, & fluuiatica, lacustria, palustriaue, niualiaq;, quæq; de gelu spirāt, sicq; usq; ad solis insticia uictitato, uti hoc tēpore, sicca omnia calida, meraca, nigra, panesq; demas, uel parū quid uoluptatis gratia, præbeas. Totūq; hoc sequēs tēpus triū, & nonaginta dierū

Vergiliarum occasus.
Solsticium.
Fauonius.
Arcturi ortus.
Hirundo.
Aequinoctium.
Homines arbores imitentur.
Diuisio temporis in sex partes.
Maza pro pane.
Victus æstatis.
Poma ne edito.
Quæ per æstatem exercitatio.

Victus autumni. mollibus, frigidis, albis, usq; ad Arcturi exortum, & æquinoctium uictitato. Post æquinoctium, sic in hyemem usq; addendo, mutationesq; caloris, & frigoris autumno, cauendo, quo crassiore ueste utitor, uestitusq; tete moueto, exercetoue, deinde confricatione utitor, luctatorq; in oleo, unctusue, paulatim addendo, diurnosq; somnos subducito, calido, & aprico loco deambulato, calida lauato, cibis calidioribus, minus humidis, puris, potu nigro, potius molli non diluto utitor, herbis rarius. Cæteroq; omni æstiuo uictui demito, additoq; non usq; ad summũ, uti prope ad hybernũ uictũ deducaris, duo de quinquaginta dies ab æquinoctio, usq; ad Vergiliarũ occasum. Hæc quidem hominum turbæ consulo, quibus ex necessitate, negligenter est uitam degere, neq; est omniũ rerum copia, qui sanitatem negligunt. qua neglecta, nulla est cæterarum rerum uoluptas, quam procurent, moneo, quibus rebus hæc paretur, cognoscaturq;, discant. quoniam sine sanitate, corpus, pecuniæ, cæteraq; nulli sunt utilitati, & usui. Nam propter hos, hæc uictus ratio, quã potuit uerissima, perquisita est mihi, & inuenta, quã mox demonstrabo. quod inuentũ, mihi, qui inueni, pulcrũ est, discẽtibus uero maxime utile, quod priorũ nemo componere tentauit, quod præ cunctis operæ pretium duco. Præcognitio quidem est antequam corpora laborent, Percognitio uero, cum quid patiuntur, perspicere cibi ne superẽt, an labores, an æque habeant inter sese. Nã alterum morbos, alterũ sanitatem parit, quæ demonstrabo. Cũ homines libenter comedunt, aliquatenus laborãt, corpusq; & color sat bene habet. Post cœnã tamen, sine causa nares complentur, plenæq; esse uidẽtur, sed nihil emunguntur, tunc falso sanos se esse censent. Nam cũ mane deambulare, uel sese exercere cœperunt, tunc emunguntur, spuunt, pauloq; post supercilia grauescunt, tempora pulsant, comedere, bibereq; non possunt, color mutatur, tuncq; uel destillatio concitatur, uel horridulæ febres prorumpunt, quotiens plenitas agitatur. quã causam esse dicunt, cũ non sit, sed ciborũ plenitas, exercitatioq; modica paulatim huic morbum adduxerũt. Quare huc deueniendũ non est, sed cũ prima signa uideris, scito cibis labores superatos esse, paulatimq; collectam plenitatẽ. muccus enim, & sputũ plenitatis decretoriũ est, & signum. Nam cum corpus plenũ quiescit, spiritus meatus claudũtur, quod cũ labore calefit, extenuatur, & excernit. quem sic curato. cũ exercitationibus consuetis sese, citra delassationẽ exercuerit, calida lauato, uaria comedito, uomito. Post hoc, os, & fauces uino aspero perluito, quo uenarum ora stringantur, nequid quod uomitu fit, conuellantur. Postea surgito, paulumq; calido loco, deambulato. postridie multũ deambulato, minusq;, & lenius, quã prius, exerceto. dimidiumq; de cœna consueta, subducito. tertio die labores omnes, deambulationesq; reddito. Cibaria sensim augeto, quintoq; die, post uomitũ, cibũ consuetũ resumito, quod si sat erit, cætera minore cibo, maioreq; labore curato. Si uero plenitatis notæ non cessarent, duos dies post cibos resumptos intermittito,

Sine sanitate nihil iuuat.

Quæ se inuenisse dicit, uideto.

Quid præcognoscere, et percognoscere.

Morborum causa desidia.

Plenitatis signũ.

Medela.

intermittito, rursusq; uomito, per eademq; deducito, si minus, & tertio, dum plenitas cesset. Quidã uero homines, cũ labores cibi superarunt, hæc patiuntur, cũ plenitas incipit, Somni longi suauesq; illis subrepũt, per diemq; dormiunt. Caro quidem somno crescit, sanguis uero diffunditur, tranquillatq; spiritus sparsus. Cũ uero corpus amplius non replet, circuitus ui intro decernit, quod cibariorum nutrimento contrarium est, animũq; perturbat, tuncq; somni suaues amplius non sunt, Homoq; necessario perturbatur, sibiq; se pugnare uidetur. Nam quæ corpus patitur, clausis oculis, eadem animus uidet, cum quis huc deuenit, prope iam laborat, quodq; malum uẽturum est, patet. Nam quod illa discretio petet, & superabit, afficiet. Quare prudens, hoc ne despicito, cũq; prima signa uideris, sic uti priorem curato, plusq; abstineto. Plenitatis autem signa hæc sunt. Corpus totum nonnullis dolet, quibusdam quæuis pars, dolor est uti lassitudo. Nam desidia, plenitateq; delassari uidentur, nec prius se curant, quam febris ueniat, quod nec adhuc agnoscunt, sed balneis, & cibis utuntur, corpusq; ad pulmonis uitium, postremũq; periculũ deducunt, perueniuntq;. Quare priusquã morbus ueniat, sic curato, molliter hominem foueto. si minus, multa calida lauato, corpusq; ualde relaxato. Cibisq; primo acribus, plurimisq; utitor, deĩde salsis, probeq; uomito, surgito, locoq; calido deambulato modice, deinde dormito. quiescitoue. Mane uero plurimum, sensim addẽdo, deambulato, leniterq; exerceto, prioreq; nutricatu utitor, plurimum tamen abstineto, deambulatoq;. Si non prouisus ad febrem perueniat, nihil aliud quam tres dies, aquam porrigito. Si hac sedetur, bene habet, si minus, ptisanæ succo curato, quarto, uel septimo sistet, uel sudabit. Sub decretoria optimum est sudatoriis unguentis uti, nam cogunt. Quidam uero plenitate hæc patiuntur. Caput dolet, grauatur, post cœnam supercilia his decidunt, Somnis perturbãtur, calor inesse uidetur, quandoq; uenter sistitur. Cum autem coiuit, statim leuatur, sed postea magis grauatur. Caput horũ plenitatem trahens grauatur, uentremq; sistit. Periculum est, ne quo plenitas prorumpat, illud perdat. Quare sic prouideto, si celeriter uis curare. Veratro purgato, deinde mollibus, leuibusq; cibis uentrem mouentibus decem dies nutricato, uti uenter inferior superet, caputq; superius ad sese trahat. Cursibusq; tardis matutinis deambulationibusq;, quæ satis sint, utitor, luctaq; in oleo prãdeto, post prãdiũ, paulũ dormito. post cœnã, surgito, statoq; quod satis est. Tepida lauato, perungito, ne coito. Medela hæc uelocior est. Si uero medicas potiones bibere nollet, multa lauato, cibis dulcibus, salsisq; uomito. post surgito, statoq;, solum mane sensim addendo, deambulato. sexq; dies, scriptis exercitationibus utitor. Septimo, hisdem cibis repletus uomito, similiterq;, quatuor nutricato septimanas. Nã hoc plerũq; tẽpore, sistitur, deinde paulatim corpus reficiẽdo, ad consuetũ perducito. Plenitate hæc etiã fiunt. Quorundam uentriculus cibum digerit. Carnes uero non suscipiũt, qui intus

Diurna dormitio bona non est.

Morborum alia causa.

Plenitatis signa.

Medela.

Curatio.

Morbus alius plenitatis.

Veratro curato hoc.

Cum potiones non admittit.

Plenitatis uaria mala.

permanens inflat. Cum uero prandet, subsidet. Leuius enim ualidius pellit, qui uidentur liberati, quod plus postridie accedit, cottidieq; crescit, & quæ ingeruntur, superat, corpusq; calefacit & perturbat, fluctionemq; facit. Nam sic dicitur, donec nutrimentũ, cibusue solus putrefactus subterfluit. Cũ autẽ corpus calefit, purgatio acrior fit, & intestina radit & ulcerat, cruentaq; excreantur, quod intestinorum difficultas, dysenteriaue dicit, qui morbus difficilis & periculosus est. Quare prouideto, prandiumq;, tertiamq; cœnæ partẽ subducito, Mane plurimũ currito, luctator, post exercitationes deambulato. Cum uero decem dies uenerint, dimidium cibi subtracti addito, & uomito, sicq; quatuor dies nutricato. Cum autem dierum alia decuria uenerit, totum cibum adponito & uomito, deinde ad suum cibum deducito, laboribusq; audenter premito, nam sanum hoc tempore facies. Plenitas etiam alia est, & fit, cum hesternum cibum crudum sine cruditate eructat, uenterq; minus quã habuit, reddit. satis tamen, nihilq; intus dolet, horũ uentriculus friget, nocteq; cibaria non concoquit, cũq; mouetur, cibum crudũ eructat. Quare nutricatu, laboribusq; huius uentriculum calefacito, primũq; pane non excusso fermentato, uino nigro, uel suillæ carnis iure madefacto utitor, piscibusq; ĩ acri muria decoctis, trunculisq; suillis, carnosis, discoctis plurimum, porcinis minus, catulorum, hædorũq; etiam, holleribus, porro, & allio cocto, crudoq;, blito decocto, cucurbitaq;, Potu meraciore, somnis longioribus ieiunus post exercitationes, primum cursibus tortuosis ex modico productis, cum oleo leni lucta, balneis paucis, unguentis plurimis, deambulationibus matutinis plurimis, post cœnam paucis. post cibum, ficum edere optimum est, merumq; superpotare, qua curatione quidam citius, quidam tardius sanantur. quidã hæc patiuntur, decolorantur, paulopost cibum, cruda eructãt & acida, quod & in nares penetrat. Corpora horum pura non sunt, laboreq; carnis plus liquescit, quam circuitu purgetur, quod cum intus remansit, nutrimento contrariũ est, uiolat, uellicat, cibus eructatur, sub cutemq; hoc truditur, hominemq; decolorat, morbumq; aquaticum, hydropodeaue creat. Quare sic prouideto, medela præsentior est, ueratro purgare, quemadmodum antea scripsimus, tutior sic nutricare. Primum calida lauato, deinde uomito, post septem dies cibũ consuetum adponito, dieq; decimo post uomitum rursus uomito, similiterq; tres dies nutricato, tortuose plurimum currito, directe uero & acriter, parum motitato, confricato, plurimum in exercitatione maneto, saltu, Alindesiue utitor, multum post exercitationes, & cœnam deambulato. Mane uero plus multo & cum puluere deambulato. cũ lauari uult, calida lauato. quod tẽpus non pransus transigito, menseq; uno, si restituitur, deinceps rite curato. si uero quid remanet, similiter curato. Quidam sunt, qui semper hesterna cruditate laborent, qui nocte cruditatem, & plenitatem excernunt, sed si expergiscãtur, maiore, crebrioreq; spiritu concutiuntur, cum quo calidum quid & acidum exilit.

Diarrhoea. *Dysenteria.* *Curatio.* *Plenitas alia.* *Medela per nutricatum.* *Quibus ficus, post cibũ prosit.* *Plenitatis alius morbus.* *Hydropodes morbus.* *Medela quæ.* *Alindesis.* *Anaristos.* *Plenitas et hoc affert.*

exilit, quo morbi creantur, nisi quis prouideat, quibus contulerit, si quemad- modum superior, curetur, plurimumq; exerceatur. Corpora etiã densa carne compacta, carnosaue, hæc patiuntur, cum primo somno cibaria calefiunt, diffundunturq;, quibus caro calefacta plurimum humiditatis excernit, quo nutrimentum, caro, cum sit densa, non suscipit, quod cum sit nutrimento contrariũ, extruditur, hominemq; præfocat & calefacit, nisi uomat, quo leuatur, nullusq; labor in corpore comparet, tamen decoloratur, moxq; & labores & morbi gignuntur, quiq; nihil exercentur, similia patiuntur, si repente contra consuetudinem laborent. Nam caro uiolenter, plurimum contabescit, quos sic curato. cibariorum tertiam partem demito, cibisq; acribus, siccis, asperis, odoratis, lotiumq; mouentibus utitor, plurimũq; uestitus tortuose cursitato, modice nudus cursitato, iaculato, luctator, confricato, summarum manuum exercitatio, pilæq; concertatio magis confert, plurimumq; mane post exercitationes deambulato. Post cœnã uero labor uocis commodissimus est, nam humorem educit, corpusq; & carnẽ rarefacit, sed non prandere confert. cibis his decem dies utitor, postea dimidiũ subtracti cibi porrigito sex dies usq;. deinde uomito, post singulas uomitiones, quatuor dies cibis nutricato. Cum uero decem dies uenerint, post uomitum, totum sublatum cibum reponito, plurimumq; & laborato & deambulato, & sanescet, nam hæc natura plus laboris, quam cibi poscit, egetue. Quidam uero hæc patiuntur. Cibum liquidũ non digestum, uti leuitate intestinorum, lienteriaue demittũt, nihilq; dolent, quod uentriculi humiditate & frigiditate patiuntur, nam propter frigiditatem, non concoquunt, propter humiditatem egerunt. Corpus ergo tabescit, afficiturq;, nutrimentumq; commodum non capit, uentriculiq; corrumpuntur, hiq; in morbos decidũt. Quare prouideto, cibariorum huic tertiam partem demere confert, panesq; nõ fermẽtati, non excussi furnacei, clibanitæue, uel subcinericii, calidi, uino aspero madefacti porrigãtur, pisciumq; superiora & ad caudam uergentia. Capita uero, uentresq; tanquam nimium humida sinito, mittitoue, muria decocta uel assa aceto tincta. carnes autẽ sale & aceto conditas porrigito, catulinas autem assatas, Palumbis uero, taliumq; auium assas, & elixas. holera uero minime, uinum nigrum potato, multum deambulato mane, post cœnam & deambulationem quiescito, tortuose, sensim addendendo, cursitato, multum confricato, tarde, leniterue, cũ oleo & puluere luctator. Caro uti calefacta siccescat, de uẽtriculoq; humiditatem deducat, magis confert ungi, quam lauari, sed impransus degito. Cum uero septem dies transierint, cibi dimidium reponito, quatuorq; dies sic nutricato, septimanaq; altera totum cibum reponito, rursusq; uomito, similiterq; nutricato. Quibusdã uero hæc eueniunt, non putrefactum excreant, corpus tabescit, cum cibis non fruatur. hi tempore procedente, in morbos decidunt, qui uentriculos frigidos, & siccos habent. Cum ergo cibis non commodis, nec exercitationibus

Medela quæ superioris.

Carnosa corpora quæ patiuntur.

Desidiosorum morbus.

Curatio.

Quæ exercitationes.

Coricomachia.

Vocis exercitat.

Morbus alius.

Lienteria.

Curatio.

Canis caro.

Morbus alius.

Curatio.

Qui cibus et exercitatio.

utantur, hæc patiunt̃, pane puro, furnaceo huic uti conferet, piscibusq; elixis conditis, carnibusq; suillis elixis, trunculisq; discoctis, plurimisq; assis, salsis, acribusq; madefacientibus, muriaq; conditis. Vino autem nigro molli, cũq; cibis, uuæ quid & fici inferto. Parum prandeto, plurimum cursibus tortuosis exerceto, postremo rectis, trochisue. post cursum, lucta cum oleo, post exercitationes, parum deambulato, post cœnam surgito, statoq;. Mane uero plurimum deambulato, calida lauato, plurimum ungito, laboratoq;, dormito, mouetoq;, quidq; coito, cibi quadrantẽ demito, post decem dies ad cibaria deducito. Quidam uero liquidum, putridumq; excernunt, cætera ualent, exercenturq; sine molestia. quidam commodis excluduntur, quorum carnes mox uentriculus caliditate lancinat, uexatq;, ciboſq; excludit, ulceratur, quem iam sistere, facile non est. Quare prius prouideto, cũ noueris uẽtriculum, plusquã expediat, calidum, & humidum esse, laboresq; nimios non conferre, quem uictus ratione, refrigerato, siccatoq;. Primum quidem dimidium exercitationum demito, trientemq; ciborũ, pultemq;, placentamue, seu Mazan subactã, conditãq; porrigito, piscesq; siccissimos, non pingues, nec salitos, decoctos. Carnes autem auicularũ assas, palumbis uero, columbæq; decoctas, perdicũ autem & gallinarũ assas, non conditas. Leporinas uero ferinasq; omnes aqua decoctas, holera quæ refrigerant, uti Beta decocta & aceto condita, uinum nigrum, asperũ. citatius currito, parum confricato, luctatorq;, manus exerceto pila, saltuq;. Nam summarũ manuũ exercitatio, acrocheiresisue, saltatio, pilæ certamen, pugna, saltusue, non multa, commoda est. post exercitationes, satis pro labore deambulato, post cœnam, pro cibariis multũ, mane, pro habitu, modice, tepida lauato, nec quiescito, quo nutricatu cum decem dies nutrieris, cibi dimidium addito, laborumq; trientem, postq; cibos siccos, acerbosq; uomito quam primum, post uomitum, quatuor dies cibo producito, laboremq; diuidito. Cum uero dierum decuria uenerit, cibum reliquum addito, uinumq; potabile, minus laborato, cum uomuerit, uti scriptũ est, producito. Semel autem comedere hoc tempore, dum sistitur, confert. Quidam autem siccum, perustumq; excreant, osq; siccescit, moxq; amarescit, uẽterq;, & lotiũ sistitur. Nam cum intestinum circa excrementum, humiditatem non habet, circũtumet, exitumq; sæpit, clauditue, doloremq; præbet, calorq; corripit, quidquidq; comedat, potetue uomit, stercusq; demum, qui, cum huc peruenerit, non uiuet. Quare prius prouideto, potiusq; hunc hominẽ siccitate, quã caliditate laborare scito, quẽ pulte, mazaue subacta, perfusaq;, paneq; sitanio, tritico, succo furfurũ fermẽtato nutricato, holeribusq; tenellis, præter sicca, & acria, decoctis, piscibusq; leuissimis, capitibusq; eorũ decoctis, cammaris, musculis, echinis, cancellis, conchiliorum iure liquidissimo. Carnibus uero suillis, hædinis, agninis, catulinisq; decoctis. Trunculisq; anterioribus discoctis. Piscibus autem lacustribus, fluuialibusq; decoctis, uinoq; molli diluto. Laboribus

Morbus alius. *Medela.* *Cibus qui.* *Beta refrigerat.* *Quæ exercitatio.* *Vomitus.* *Semel comedere his confert.* *Morbus alius qui stercoris uomitum facit.* *Maza panisq; qui.* *Qui nutricatus.*

Laboribus uero non multis,nec celeribus,ſed quietis,deambulationibus autē pro corporis habitu,quæ ſatis ſint,utitor,matutinis, poſtq; exercitationis la/ borem,modicis.Poſt cœnam uero ne deambulato. Balneis uero,ſomnis mol libus,prandioq; utitor, poſtq; prandium,ſomno non longo,pomiſq; made/ facientibus,cum cibis,cicere uiridi,ſiccoq; aqua madefacto, dimidiumq; de prioribus laboribus demito, poſtq; dulces, pingues, ſalſos, multoſq; cibos uomito,quatenuſq; uomas,in cibis commorator,deinde tres dies cibum por rigito,prandetoq;.Cum uero decem dies uenerint,plus laborato.Si uero cibi plenitas ineſſet,uel uentriculi redundantia,uomito,ſi minus, deinceps ſic cu/ rato.Quidam autem poſt matutinas deambulationes horrent,capite grauan/ tur,quoniam nimia deambulatio,corpus,& caput humiditate uacuat,horro/ remq; & grauedinem gignit,moxq; horridam febrem. Quare huc negligēter ueniendum non eſt,ſed prius ſic curandum.Cum primum quid horum com/ paruerit,paululum ungito, confricatoq;,pluſq; ſolito prādeto,molleq; uinū abunde potato,poſtq; prandium,quantum ſatis ſit, dormito. ueſperi autem leuiter laborato,calida lauato,ſolitum cœnato,poſt,ne deambulato,poſt ali/ quanto cubato. poſtridie autem aqua foueto, mollibuſq; ſomnis utitor,ſen/ ſimq; dies quinq; producito,ſicq; hos curato.Quidam uero poſt exercitatio/ nes horrent, cūq; exuerunt,priuſquam certent, laborentue,& cum refrixerūt, horrent,corpuſq; tremit,ſomnuſq; inuadit,cum expergiſcūtur,crebro hiant. Poſt cœnam uero ſupercilia graueſcunt, moxq; grauiter febriunt. Quare ne huc deueniatur negligenter,prius caueto,ſicq; curato.Primū quidem omniū exercitationum dimidiū demito, cibiſq; omnibus liquidis,frigidiſq; utitor, potuq; molliore,dilutioreq;.Cū uero quinq; dies trāſierint,laborū dempto/ rum trientem addito,cibiſq; hiſdem utitor,quintoq; alio die dimidium reli/ quorum laborum addito,poſtq; alium quintum diem, labores omnes leuio/ res minoreſq;,iterum permittito,ne modum excedat,caueto. Qui enim hæc ſigna præferunt, propterea hæc patiuntur, quoniam labores cibos ſuperant. quare hæc exequato. Quidam uero hæc patiuntur, ſed quædam quidem, quædam uero non. Signorum quidem horum omnium cauſa eſt,quod labo/ res cibos ſuperant,Medela autem eadem eſt. calida lauari, molliterq; cubare his confert,ſemelq; uel bis crapulari, tamen modū ne excedito, coireq; poſt hoc ,labore & deambulatione penitus abſtineto. De ſignis uero, quæ in ſomnis fiunt, quiſquis recte cognoſcat, & obſeruet, magnam uim ad omnia habere deprehendet.Nam animus,cum corpori ſeruit, uigilat,plurifariamq; diuiditur,totuſq; ſeſe corporis partibus deditur,ſenſibus præſertim,auditui, uiſui,tactui,uiæ,actioni, cogitationiq; corporis omni, quæ cogitatio ipſius non eſt.Nam cum corpus quieſcit,animus mouetur,totūq; corpus perrectat, ſuamq; domum regit,corporiſq; negotia omnia peragit, corpus enim cum dormit, non ſentit. Hic autem uigilat,ſentit,cognoſcit,uidet uidenda,audit

Quæ exercitatio.

Vomitus.

Morbus alius.

Medela quæ.

Morbus alius.

Curatio.

Cur hæc fiant.

Quæ per ſomnū fiunt.

Quantum sit somnia nouisse.

Quæ coniectores non assequantur.

audienda.uadit,tãgit,afficitur,cogitat,& in summa,quæ corporis, uel animi sunt,per somnum animus omnia peragit. qui hæc ergo recte discernet, magnam sapientiæ partem habebit.Quæ uero somnia diuina sunt,quidq; boni, uel mali,uel urbibus,uel priuatis euenturum significant, quæ ferme nũquam errant,qui de his artem exactam habent,decernunt.Quæ uero corporis mala, pathemataue animus significat, quæ nimia plenitate, uacuationeue rerum insitarum,uel consuetarum mutatione fiunt,hi quidem & hæc decernũt, sed quædam assequuntur,quædam non,quorum neutrum nouerunt,cur assequantur,& cur non,sed tamen cauendum esse admonent, nequid detrimẽti capiatur, qui non docent, qui cauendum sit,sed tantum Deis supplicandum esse censent,quod quidem pium est,decorũ,optimumq;.Nam qui hoc consulit, & cõcipit,deos aduocet,oportet.quod sic habet. Quæcũq; Somnia,diurnas hominis actiones continentia, per uespertinam noctem, in re proba, mens somniat,similiaq; diurnis actionibus,& uoluntatibus reddit, optima homini sunt.Nam sanitatem significant, quoniam animus in diurnis actionibus,uolũtatibusq; permanet,neq; plenitate,uacuitateue, re ue alia extrinsecus prorumpente detinetur.Cum uero Somnia diurnis actionibus aduersantur, pugnaq; in his,aut uictoria inest,corporis perturbationem significat,quæ si ualida sit, malum etiam ualidum erit. Si uero pusilla,malum etiam pusillum erit, quæ actio sit nec ne amouenda,non obseruandaue,non statuo.Corpus uero hominis uti curetur,consulo.plenitas enim,cum excreatur, animũ perturbat, quæ si magna est,uomito, quia confert, diesq; quinq; cibis leuioribus nutricato, Maneq; multum,uehemẽterq; sensim addendo,deambulato, proq; ciborum copia laborato. Si uero quod aduersatur, ualidum non est, uomitum,& cibi trientem demito, sensimq; dies quinq; sic nutricato, deambulationibus premito,uocis laboribus utitor, Diis supplicato,perturbatio sistet. Solem uero Lunam,Cœlum,Stellasq; claras,purasue, solitoq; more sese facile mouentes, siquis per somnum uideat, singula hæc optima sunt, sanitatem enim corpori undiq; significant.quare hunc statũ, habitumue,optimo nutricatu conseruato. Si uero quid contra uideat, morbum corporis aliquem portendit, ualidiorum ualidum, non ualidorum leuiorem, stellarũq; exterior circuitus, solis medius,lunæ cauus.Quæ uero horũ extingui,lædi,euanescere, cursusq; & circuitus remorari uideatur, morbus eadẽ parte fiet. Quod si aere,uel nebula fieri uideatur,leuior erit.Si aqua,grandineue, grauiorem, ualidioremq; fore putato.Nam redundantiam & excreationem humidam, pituitosamque corporis ad exteriora decurrisse, significat. huic conferet plurimum sensim addendo,uestito cursitare,multumq; sudare,postq; exercitationem plurimũ deambulare,non prandere,cibiq; trientem demere,diesq; quinq; sic nutricare, quod si ualidius uideatur,foueto, per corpus enim purgare confert,quoniam detrimentum in exteriore parte est. Cibis uero siccis, acribusq; utitor, poculis

Somnia perspicito.

Quæ bona, et contra.

Curatio.

Sol,luna,stellæ quid portendãt, in somno uisæ.

Quæ nutricatio.

poculis asperis, meracis, laboribusq; ualde siccantibus. Si uero horum quid Luna patiatur, de interioribus trahere conferet, postque cibaria acria, salsa, molliaque uomere, citatiusque currere, & deambulare, uocem exercere, non prandere, cibaria subtrahere, sicque nutricare. Propterea autem de interioribus reuellendum est, quoniam detrimentum, nocumentumue, in corporis cauis comparuit. si uero Sol quid tale patiatur, hoc uehementius, ualidiusq; iam est, difficiliusq; educitur. Quare utrinq; reuellito, tortuoseq; & recte cursitato, deambulatoq;, per omnesq; labores alios exerceto, cibariaq; subducito, sicq; nutricato, deinde rursus uomito, diesq; quinq; producito. Si uero per serenitatem prematur, non ualidusq; esse uideatur, circuitusque siccitate detineri, & superari, periculum est ne in morbū incidat. Quare labores demito, liquidiusq; & humidius, molliusq; nutricato, lauato, plurimum quiescito, dormitoque dum sistatur. qui si ignitus, calidusue uideatur, quod contrarium est, bilis excreationem, & redundantiam significat. quod si superatus non compareat, & euanescat, periculum est, ne eo morbo pereat, quod si trepidare, uertique in fugam, celeriterque fugere uideatur, & esse qui sequantur, nisi curetur, furoris periculum est. Maxime autem omnibus his confert, ueratro purgari, si minus, cibo aquoso uti, uinumque non potare, si minus, album, tenue, molle, dilutum. ab acribus autem, desiccantibus, calefacientibus, salsisq; abstineto, naturaliter multum laborato, multum uestitus cursitato, ne confricato, neue luctator, nec saltato, aliasue certato, molliter quiescito, & dormito, desideto, nihilq; nisi naturaliter laborato, post cœnam deambulato, fouerique optimum est, deinde uomere, trigintaq; dies ne repleatur. si uero repleatur, post dulcia cibaria, aquosa, leuiaque uomito bis mense. Quæ autem horum modo huc, modo illuc, nulla ui & necessitate compulsa uagantur, perturbationem aliquam animi præ cura uel tristicia significant. quiescere autem huic conferet, animūq; de curis ad res lætas, spectationesq; risum mouentes conuertere. si minus, ad ea quibus spectando lætetur. quod si duos, uel tres dies faciet, sistetur, & sedabitur. si minus, periculum est, ne in morbum cadat. Quæ autem astra pura, claraq; de sua circulatione excidere uideantur, exortiuaque & anteriora petere, sanitatem significant, quod enim naturale corporis purum, post uesperam circuitu cadit, bene habet. nam quæ in uentriculo excernuntur, quæq; in carnem reiectantur, omnia de circuitu cadunt. quodq; nigrum, fuscum, non lucidum, occiduaq; petere uideatur, uel in mare, terrāue cadere, uel superna petere, hæc maiores morbos significant. nā quæ superna petunt, capitis destillationē, & rheuma significāt. Quæ in mare cadunt, uētris mala, quæ in terrā, carnis tubercula, pustulasq;, quibus conferet cibi trientē demere, post uomitū, quinq; dies sic nutricare, post alios quinq; cibū totū reponere, cūq; rursus uomuerint, similiter nutricare. quodcūq; horum purū cœlo hærere uideatur, sanitatē significat, quoniā purū in homine

Luna per somnū pati uisa, quid portendat.

Quid sol.

Diuersitatē somniorum obseruato.

Medelam aspice.

Pura uidere astra quid portendat.

Quid eorum casus.

Quid puritas aeris.

de æthere eſt.tale ſiquidem animus cernit,quale deſcendit.Quod autem nigrum,non purum,perſpicuumq; uideatur,morbum ſignificat,non plenitate, uacuitateue,ſed externa deductione.huic acriter currere conferet,quo parum corpus contabeſcat, nam quo crebrius quis ſpirat, eo magis quod aduenit, excernitur,poſt curſus autem acriter deambulare,quatuorq; dies molliter,leuiterq; nutricare.Cum quid purum de Deo puro capere quis uidet, quo ad ſanitatem,optimum eſt.Nam ſignificat,quæ corpus intrãt, pura eſſe, ſiquid autem contra, non bonũ eſt, morbũ enim in corpus ueniſſe ſignificat.quare hunc uti priorem curato. Sin autemin ſerenitate molliter pluere, neq; ualde perfundere,hyemareue uideatur,optimum eſt, nam modicum ſpiritum, purumq; hominem ab aere intraſſe ſignificat.Si uero contra, uehementer,iugiterq; pluere,tempeſtuoſa, procelloſa,grandinoſa & non pura aqua,morbum ſignificat contractum ſpiritu non bono. quare hunc & alios omnes modice nutricato.De ſignis autem cœleſtibus,ſyderibuſq;,cum quis gnarus,perituſq; fuerit,& doctus,ſic prouideto, nutricatoq;, Diſq; ſupplicato.Cũ bona uideris,& ĩ optimis Soli,Ioui cœleſti,Ioui poſſeſſorio,Cteſioue, Mineruæ poſſeſſoriæ,Cteſiæue, Mercurio, Apollini.Cũ uero contra, Dis hæc auertentibus, Terræ, heroibus,qui mala omnia auertãt,& periculoſa.Hæc etiã ſanitaté portendunt,uidere acute, & audire tuto,& ſine metu iter facere, currere, terram planã, læuem,cultã uidere,pullulãtes arbores,multis pomis onuſtas,ſatiuas, cõſueto modo,pura aqua,flumina currere,neq; plus,minusue,quã cõueniat, fontes,putei,& talia cũcta ſic uiſa ſanitaté homini portendũt,corpuſq; recte habere,circuitus omnes,nutricatus,excreationes,ſic eſſe,& habere,ſiquid contra uideatur, læſioné corporis ſignificat.ſi auté uiſus,& auditus quid lædat, morbũ capitis ſignificat. quare mane, & poſt cœnam,plurimũ deambulato, priore nutricatu addito.Cũ læſa ſunt crura,uomitione reuellito,plurimũ luctator,& ſicuti prius uictitato.palato,faucibusue læſis,carné non purã ſignificat.quare plurimũ poſt exercitationes deambulato. ſterilitas arborũ,& cæterorũ,ſeminis humani corruptioné ſignificat,quæ ſi folia demittant,humore & frigore læditur. ſi uero germinent, nec fructus ferat,calore,& ſiccitate. quare priora nutricato,deſiccato,calefacitoque, ſecunda frigefacito, madefacitoque. Cum uero flumina non ſolito modo fluere per ſomnum uidentur,ſanguinis circuitum, periodumue ſignificat,plus,exceſſum,minus, defectum. quare hunc cibis augeto, illum minuito. Cum autem non pura defluunt, perturbationem ſignificat, quæ crebro ſpiritu curſus, & deambulationis agitata purgatur. Cum uero fontes,puteiq; uidentur, ſpiritum ueſicæ ſignificat, quod minctione purgabis. Mare perturbatum,morbum uentris ſignificat,quem lubricis, leuibus, mollibuſq; purgabis. Cum autem terra, uel domus moueri uidetur,ſano ualetudinem ſignificat,languenti ſanitatem,ſtatuſq; præſentis mutationem, Sanus uictũ mutato, quia confert,primumq; ſi patiatur,

Cum Deus quid alieni dat.

Quid pluuia ſerena.

Quibus dis ſupplicandum.

Diuerſa uiſa.

Medela.

Curſus fluminis per ſomnũ uiſus quid uelit.
Fontes.
Puteus.
Mare.

Motus terræ uel domus.

patiatur,ſtatim paulatim uomito, quod totum corporis ſtatum mutat, languens nihil mutato, quod ſtatim præſentem corporis ſtatum mutabit. Terram aqua uel mari inundatam uidere, morbum ſignificat, plurima corporis humiditate,quem uomitione, non prandendo, laborando, ſicce nutricando tolles.deinde ſenſim reducito, ſed neq;, terram nigram, peruſtamque uidere bonum eſt.periculum enim eſt,ne morbum grauem,mortiferumq; nanciſcatur,carnis enim nimiam ſiccitatem oſtendit. quare labores, cibos ſiccos, acres acidas, lotiũq; mouentes ſubtrahito, ptiſanæq; ſucco decocto, leuibuſq; & mollibus,paucifq; nutricato, potuq; multo,diluto, alboq; utitor,multaq; calida ſatur lauato,molliter quieſcito,ſolemq; & frigus caueto. Terræ uero, Mercurio,Heroibuſq; ſupplicato. Si uero lacu, mari,flumineue urinari, ſubmergiue uideatur, bonum non eſt, nimiam enim humiditatem ſignificat, quem ſicco nutricatu, laboribuſque iuuato, quod febrienti optimum eſt, nam humida calorem extingunt.Quidquid inſuper quis de ſe uideat, modo conſueto & ad ſui naturam accommodato,neque maius, nec minus,quo ad ſanitatem optimum eſt, ueſtemque albam, calciamentaque perpulchra induiſſe, optimum eſt, quodcũque membrum maius,uel minus uideatur,bonum non eſt. Quare hoc uictu augeto, illud minuito. Nigra uero, morboſa & periculoſa ſunt. quare mollefacito,madefacitoq;. noua mutationem portendunt, mortuos puros ueſtibus albis indutos uidere, quidque ab his purum capere, optimum eſt, ſanitatem enim & corporum & intrantium portendit. nam nutrimenta, incrementa, ſemina, fructus mortui ſubminiſtrant, quæ ſyncera puraq;,corpus intrantia,ſanitatem ſignificãt,quos contra,ſiquis uideat nudos, atratos, non puros, quidue capientes, uel domo exportantes, commodum non eſt, morbum enim portendit, quæ ſi ſic corpus intrant, noxia ſunt. quare curſu, deambulatione, purgato, ciboque molli, & leui, uomendo nutricato.Quæcunq; corpora, muta forma,terrentiaque per ſomnum uidentur, ciborum non conſuetorum plenitatem, excreationem, bilem, morbumque periculoſum ſignificãt. Quare uomito,dieſq; quinque cibis leuiſſimis, paucis, non acribus, ſiccisue, uel calidis nutricato, naturaliterque exerceto, poſt cœnam ne deambulato, calida placide lauato,Solem, frigusque caueto. Si quis uero per ſomnum uideat, ſe ſolitos cibos comedere,ſolitaq; potare,cibi carentiam, animiq; anxietatem ſignificat, carnẽ uero ualidiſſimam ſummopere abundare,cũ non ualidã,minus,quemadmodũ enim comeſa bona eſt, ſic & uiſa. cibos ergo ſubtrahere conferet,nimietatem enim hoc ſignificat.Panis quoq; caſeo,melleq; confectus,per ſomnos comeſus,idẽ ſignificat.Pura uero per ſomnum aqua pota non lædit,cæteræ omnes lædunt, quæcunq; conſueta quis uidet, cupiditatem ſignificat.Quæ uero pauefactus quis fugit,ſanguinis intenſionem ſiccitate portendit,corpus refrigerare, madefacereque confert. quicunq; uincitur, pungitur,ligaturue,

Terræ inundatio.

Terræ nigræ peruſtæq; ſomnium non bonum eſt.

Vrinatio,natatio ue quid portendat.

Veſtis,calciamentiq; ſomnia.

Nigra,noua,per ſomnium uiſa.

Mortuiq;.

Corpora deformata.

Cõmiſtio,potatioq;.

Carnis comeſtio, uiſa per ſomnum quid portendat.

Potio aquæ.

Diuerſa ſomnia aſpicito.

ab aliquo, corporis excreationem circuitus contrariam acceſſiſſe ſignificat, uomere, emaciare, deambulareq; cõfert, cibiſq; leuibus uti, poſtq; uomitum, quinque dies ſic nutricare. quin & palationes, graſſationeſque uiſæ, malum, periculumque portendunt. tranſitus fluminum, hoſtes armati, monſtra diuerſa, morbum, furoremue portendunt. Quare his ſic deprehenſis confert, cibis leuibus, mollibuſque uti, placideq; poſt uomitionem, quinq; dies producere, plurimumq; naturaliter laborare, præterquam poſt cœnam, calida lauare, deſidere, quieſcere, ſolem, frigusque cauere. quæ ſicuti ſcripta ſunt, quiſquis utetur, ſanam profecto uitã ducet. Hæc quidem uictus ratio, quemadmodum potuit, mortalis cum ſim, cum deorũ auxilio, mihi reperta eſt.

Se hæc inueniſſe ait.

DE SPECIE, VISVVE.

Species, aciesue oculi corrupta, qui curetur.

SPecies autem oculorum, acieſue, & uiſus, cum ſua ſponte corrumpitur, cærulea repente fit, quod curationem non admittit. quæ uero maris colorem contraxit, paulatim longo tempore corrumpitur, ſæpeque, poſt multum tempus oculus alter corrumpitur. Quare caput huius purgato, uenaſque urito, quod ſi per exordia curetur, malum ſiſtitur, peiuſque non procedit. Quæ autem inter cæruleum, marinũq; colorem eſt, ſi puero hoc fiat adulto, ſiſtitur, ſi uero maiori ſeptem annis, melius uidet, ſed procul poſita magna, ſplendidaque, uidet quidem, ſed non clare, quidquidq; oculis admouerit, nihil aliud. huic autem capitis purgatio, uſtioq; confert. Sanguinem uero mittere non, neq; cum cærulea, nec cum marina eſt, lumenque oculorum ſana acie, puerorum, puellarumue creſcente adhuc corpore nunquam iuueris. Cum uero non creſcet, oculum ſpectato, palpebraſq; radito, extenuato, ſique opus eſſe uideatur, intus urito, candente non multum ferramento. poſtea crura diſtendito, colligato, ſuper ſellamq; locato, manus in ea firmato, quis medium teneto, deinde uenas ſcapulares conſyderato, craſſioribuſq; ferrameutis urito placide, ne cũ ures, ſanguis erumpat. ſed ſi tibi tempus uideatur, ſanguinem prius emittito, perurito autem retro ad os uſque, deinde ſpongiam oleo tinctam ſuperlinito, ſuperuritoq;, non multum uero ſuper os. Sin autem uſtionem non admittat, per ſpongiam unam, uel alteram craſſiorem urito, non ad os uſq;, deinde Arum melle ſubactum ſuper uſtioné ponito. Cum uero prope uenã uſſeris, uel tranſuſſeris, cruſtaq; deciderit, ſimiliter uena ſi tendatur, tumeat, repleatur, ſaliat, ſubterfluat, quod minus patitur ſubter tranſuſtus, tranſurito rurſus, ſi minus primo tranſuſſeris, ſpongiaſq; ualde calefactas ſuper uenam fluentem ponito. Nam poſtea cruſtæ, quo magis calefiunt, decidunt, cicatriceſq; ad os uſtæ, pulchrius ueniunt. Cum auté ulcera ſaneſcunt, tamen rurſus inflantur, tolluntur, rubent, pluſq; cæteris ſurgunt, donec

Cærulea uel maris coloris acie, oculi.

Medela.

Vſtio quæ.

Arum cũ melle.

donec tempus transeat, capiteq; & pectore perusto, similiter & in toto corpore, cum quid perustum sit. Cum autem oculi palpebras terges, milesiæ lanæ puro flore, circa stilum conuoluto, tergito, coronamq; oculi, ne ad chartilaginem usque uras, caueto. Signum autem erit te satis tersisse, cum non amplius limpidus sanguis, sed cruenta, uel aquosa sanies egredietur, tuncq; liquido medicaméto, in quo æris flos sit, refricato. Cum uero crustæ deciderint, ulceraq; purgata fuerint, pullulauerintq; & sanescent, uerticem secato. Cum uero sanguis defluxerit, medicamento, quod sanguiné sistat, ad cicatricemq; deducat, linito. Huius autem & omnium ultimum negotium est, caput purgare, palpebrasq;, qua præter naturam crassæ sunt, subtersecare quam lenissime potest, postea urere, pilorū natura conseruata, non nimis candenti ferro, uel tenui flore usto compescere. cum uero crusta deciderit, cætera curato. Cum autem palpebræ, scabiosæ erunt, uel prurient, trito æris flore fricato, tūcq; aeris squamam tenuissimæ tritam succo uuæ non maturæ, in uase rubri æris, donec massa fiat, paulatim subigito, deinde cum aruerit, tenuiter trito utitor. Lusciosus uero nyctalopusue, Elaterium potato, caput purgato, ceruicem concidito, præmitoq; multum, deinde bubuli iecoris frustulum unū, uel duo crudum, quam magnum poterit, cum melle deuorato. Siquis sanis oculis non uideat, huic uerticis os aperito, aquamq; educito, curatoq;, sicq; sanescet. Cum oculorū uitium aniuersarium est, uigetq; communiter, caput, uentriculumq; inferiorem purgato, corpusque si habeat sanguinem mittito, cucurbitulæque secundum uenas admotæ, ad quosdam horum dolores faciunt. Modice panem comedito, aquamque potato, loco obscuro, procul a fumo, igne, cæterisque fulgoribus cubato, modo dextra, modo sinistra, luminaq; obliqua caueto, caput ne madefacito, quoniam non confert. Linimentum autem, cataplasmaue, cum non doleat & destillet, non confert, cum tumor non dolet. post doloris acria medicamenta, cum dolor sedatus erit, post medicamenti unctionem, tunc linire confert, quod uideatur conferre. Diutius uero fixe contueri non confert, lachrymam enim prouocat, quod oculus clara sine labore contueri non potest, sed neque confert diutius clausis oculis nihil contueri, spectareue, præsertim si calida destillatio defluat. nam retenta lachryma calefacit. Cum uero non destillat, cum succo linire confert.

Milesia lana.

Verticem aperit.

Palpebrarum curatio. Lusciosorumq;.

Qui curantur sanis oculis non uidentes.

Quando emplastrandum.

HIPPOCRATIS DE VICTVS RATIONE IN ACVTIS QVARTVS, SEV CONTRA CNIDIAS SENTENTIAS, PTISANAVE. LIBER TRIGESIMVS.

Ptiſanæ laus.

QVi Sententias Cnidias appellatas ſcripſerũt,quæ languentes in ſingulis morbis patiuntur,recte ſcripſerunt,quomodoq; horum quædam eueniunt, quæ non medicus recte ſcripſiſſet,ſi quæ patiũtur, de ſingulis languentibus didiciſſet.Quæ uero cum languens non dicit, medicum prænouiſſe oportet,plurima horum præterita ſunt,ſed & alia in aliis,quædamq; coniecturæ neceſſaria. Cum uero quid per coniecturas dicitur,uel quomodo ſingula curãda ſunt,multa in his aliter ſentio,quam illi diſſeruerint, quos non ſolum propterea non laudo, quia paucis numero remediis utuntur, ſed & cum multa dixerint,inuenerintq;,de grauibus & acutis morbis nihil.Nam Elaterium,lac,ſerum, pro anni tẽpore, dant.quæ ſi optima ſunt, morbiſq;,quibus danda cenſent,conueniunt,magis laudãdi eſſent,ſi hæc pauca ſatis omnibus morbis eſſe dixiſſent,quod ſic non habet.Qui uero poſtea confecerunt,medice magis inceſſerunt, quæ ſingulis danda ſint, ſed tamen de uictus ratione, diætaue, priſci nihil recenſendum ſcripſerũt,quod magnum eſt prætererunt.morborum quidem ſingulorum, uarios modos, multamq; differentiam & diuiſionem non ignorauerunt. Qui uero morbos numerarunt, non recte ſcripſerunt, nam non facile numerantur, quoniam idem morbus & eodem nomine dictus in ſingulis languẽtibus aliquatenus differt.Mihi uero in tota hac arte hoc placet, Mentẽ rebus adhibere, quæq; celeritate egent, celeriter peragantur, quæ puritate, pure, quæ ſine dolore præſtanda ſunt,præſtentur. Cæteraque ſimiliter, ſemper melius peragantur, quam cæteri fecerint, medicumq; illum ſummopere laudarim, qui in grauibus & acutis morbis,qui plurimos necant, ſi melius quam cæteri quid ageret,qui ſunt hi,quos priſci recenſuerunt.Laterũ morbus,pleuritiſue, Pulmonis,peripneumoniaue,deliratio,phrenitiſue, marcor ſomni,lethargusue, febris ardens,cauſoſue, cæteraq; mala his ſimilia.quorum ſunt continuæ febres,quæ necant, niſi peſtilentes morbi paſſim uagentur & debacchentur, ſed ſparſi ſint & non ſimiles,qui magis perimant,quam alii.quorum differentiã rudes non cognoſcunt, ſed magis ſciunt laudare,uel uituperare medicos. Quod eorum imperitiam indicat,cum morbos non periculoſos curãdos cenſent,medicoſq;,qui eos ſanarũt,laudãt,cũ non ſint uere boni medici, quoniã facile quiſq; nouit & nominat morbos, quos tractauit. Sed ſi quis Ptiſanæ ſuccum,uinumq; hoc, uel illud, mulſumue nominat, his medici boni & mali hæc ſcire æque uidentur,quod non ſic habet,quoniã in his,alii ab aliis ualde differunt,quod mihi potiſſimum ſcriptione dignũ eſſe uidetur,quo medici ſciant, quæ bona & quæ non,quæq; maxime proſint & contra.hoc quidem neſcitur,

Quatenus priſcos nõ laudet.

Victus rationẽ, qui ante Hippocratem fuerant, non ſcripſerunt.

Quid laudet, nideto.

Morbi graues acutiue.

Ptiſana, uinum, mulſum.

nescitur, cur plurimi medici semper in acutis morbis Ptisanam non percolatam dent, seq; rite curare putent. Quidam præ cunctis faciunt, si languens, ne granulum quidem hordei deuoret, quod putant ualde lædere. Quare per colum missam dant, quidam neutrum darent, quidam non ante septimum diem, quidam post morbi decretorium & iudicationem. quæ medici proponere, quærereue, non consueuerũt, quin si quæratur, non respondent. Propterea rudes medicam artem plurimum calumniantur, putantq; ueram artẽ non esse, cum in grauibus & acutis medici adeo differant, cum unus quædam ratus optima, porrigat, medicus alter ratus pessima, non det. Quare medicam artem quis uaticinio comparet, nam uates eandem auem, si dextera uolet, bonam ducit, si sinistra, malam, quæq; quis in aeris perspicientia & obseruatione deprehendat, sed uatum aliqui contraria his autumant. Quare dico pulchrã omnino hanc esse speculationem, similemq; multis eorũ, quæ in arte medica sunt, commodamq; languentibus ad sanitatem, tutamq; ualẽtibus, seseq; exercentibus ad bonam habitudinem, quicquidq; uelit quis. Ptisana quidẽ omnibus frumentaceis gustamentis mihi recte præponi uidet̃ in his morbis, quiq; eam præposuerunt, laudo. Nam eius glutinosum, leuigatum est, lubricum, continuum, commodum, non ualidum, non siticulosum, probe abluit, siquid hoc egeat, non stringit, malum fluorem non mouet, nec in uentriculo tumescit, quod cũ decoqueretur, amisit. Qui ergo Ptisana utetur, nullo die uacuũ (uti sic dixerim) in his morbis relinquat, nisi cum medica potione, uel lauatione opus est, quiq; bis comedere consueuerunt, his bis dato, qui semel, semel primo, deinde si possit, bis & his dato, si quid putes addendum, sed per exordia parum dato, nec ualde crassam, spissamue, sed tantum consuetudinis causa, uti quid intret ne multum uacuetur. dationis autem quãtitas, modusue hic esto. Si malum siccum putaris, parum dato, sed ante sorbitionẽ, mulsum, uinumue, uel quod conuenire uideatur, propinato. quid autẽ singulis modis conueniat, dicetur. Si os madescat, pulmoq; bene habeat, sorbitionis quantitatem (uti paucis dicatur) pro mali quantitate & qualitate dato. Quæ citius & magis madescunt, celerem iudicationem significant, quæ tardius & minus, tardam, hæc quidem plerũq; sic habent. multa opportuna prætereũtur, quæ præmonstranda essent, de quibus post dicetur, quantoq; maior purgatio fit, tanto magis, usq; ad iudicationem dato, præsertim duos dies post iudicationem. Quibus aũt quinto, septimo, nonoue decreuisse uidebitur, par & impar prouideto & obseruato. Post hoc, mane sorbeto, uesperi autem ad cibaria transmutato. Hoc autẽ languentibus plerũq; confert, qui statim ptisana utuntur, dolores enim laterũ sponte sedantur, cum quid alicuius momenti spuere & purgare cœperint, quæ purgationes perfectiores sunt, minusq; hi purulẽti fiunt, quam qui aliter nutricentur, simplicioresq; sunt hæ iudicationes, facilioresq;, minusq; reuersoriæ. Ptisanã aũt optimo hordeo facito, decoquitoq;

Ptisanæ differentia.

Medicinæ calumnia.

Medicina uaticinio cõparatur.

Ptisanæ utilitas.

Ptisanæ datio.

Ptisanæ confectio, et uirtus.

nisi solo succo utaris. hoc autem cum cæteris habet Ptisana, quod lubricitatem hordei deuorati lædere non sinit, nusquam hæret, remanetue in pectore, satis lubrica est, sitim sedat, facile concoquitur, si decocta sit optime, quod potissimum poscit. Nam nisi quis eam plurimũ decoquat, eius sorbitio plurimum lædet. quibus enim statim cibus includitur, nisi quis prius subuacuando sorbitionem det, dolorem, qui inest, irritat, si non insit, statim adducit, densiusq; spirabit, quod malum est, nam pulmonem sicciorem reddit, præcordiaq; & ilia, pectinemq; uexat, præsertim si adhuc costarum, pulmonisue dolor continuet, calidisq; fomentis nihil sese demittat, cessetue, non spuat, sed glutinosum clam inhæreat, nisi quis dolorem tollat, uentrem molliendo, subducendo, uenam secãdo, uel quouis alio quod conferat. Ptisanam autem sic habentibus, si des, statim moriũtur. Propter hoc igitur & aliud, qui crassa Ptisana & non succo uescuntut, septimani, uel citius moriuntur, uel deliri, uel spiritus difficultate, singultuue præfocati, quos sydere pcussos, syderatosue, seu Bletus, propterea prisci putauerunt, quod mortuorum latus liuidum, uti percussum deprehẽderetur. Quod propterea fit, quoniam priusquam dolor soluatur, pereunt, statim enim pulmonici fiunt, crebroque & multo spiritu glutinosum (uti dictum est) spuunt, quod crudum cum est, spiritum impedit, pulmonisq; finibus retentum, singultum facit, qui mortiferum plerunq; est, cum huc deuenit. Nam sputum retentũ, spiritum intrare non sinit. qui intus est, foras extruditur, sicq; male sese alternatim ulciscunt. Sputum enim retentum, spiritum densat, qui densatus sputum glutinosum reddit, lubriceq; defluere non sinit, quæ occupant non solum eos, qui ptisana non apto tempore utuntur, sed multo magis eos, qui quid aliud edant, uel potent, minus quam ptisana conueniens, quæ & similia plerunq; his eueniunt, qui crassa ptisana, quiq; succo solo, potuue nutricantur, cum non suo tempore ea porrigunt, maioraq; his etiam patiuntur, quod sic emendato. Si cui recens pasto, uentreq; non soluto febris incipiat, cum dolore, uel sine, nihil antequam cibaria descenderint, præter potũ, siquid doleat, cũ aceto & mulso porrigito, hyeme tepidum, frigidum æstate. si uero multum sitiret, mulsum cum aqua. Postea uero, si quid doleret, uel quid periculosum compareret, non multum nec crassum sorbeto. Post autem septimũ, uel nonum diem, si ualidus sit, priorq; cibus post recentem cibum non descenderit, si quidem ualidus sit, ætateq; uigeat, subluito, si minus, glãdula utitor, nisi sponte probe demiserit, tempus autem, quo sorbeat, per exordia, totumq; morbum hoc seruato. Cum autem pedes frigescunt, sorbitionem, potumq; ne dato, sed cũ calescent, tempusq; hoc in omnibus morbis & præsertim acutis plurimum posse putato, potissimumq; in febriculosis, periculosisq; ualde. Primũ quidẽ succo utitor, deinde ptisana, signa præscripta obseruando, dolorem uero laterum, si per exordia, uel postea fiat, calidis fomentis primum tollere tentato. Calidorum autem fomentorũ

Quando ptisana non danda.

Bletos cur.

Singultus causa.

Tempus et modus nutricandi.

Quando nihil dandum.

Tempus et modus ptisanæ.

Calida fomenta.

fomentorum potiſſimum eſt calida aqua in utriculo,ueſica, uaſe aheneo,uel teſtaceo coniecta,quidq; molle prius ſupponito,lenitatis cauſa,quod mollis ſpongia magna , calida aqua expreſſa faciet optime , linteoq;,ueſtimentoue fomentum contegito,uti calor diutius maneat, nec exhalet, uaporq; ad languentis nares perueniat,niſi uideat̃ hoc aliquatenus prodeſſe, quod quãdoq; fit.Præterea hordeum, heruumq; madefactũ aceto acriore , quã quis potet, feruefacito,ſacculiſq; indito & apponito,ſimiliterq; furfures.Sicca uero fomentatio,ſal,milium frictum , calefactumue,ſacculis laneis concluſum, conſutumue, commodiſſimũ eſt. leuat enim hæc mollificatio & dolores clauis, pectoriſq;,ſecatio quidem uenæ non æque dolorem tollit , niſi ad iugulum, clauemue perueniat.Si uero his fomentis labor non ſoluitur, diutius ne calefacito. Pulmonem enim hoc ſiccefacit , purulentatq;.ſed ſi dolor iugulum , clauemue, brachiumq; grauaret, mammaſq; , uel præcordia , uenam brachii interiorem aperire prodeſt.Nec tardato, ſanguinemq; eatenus mittito, dum rubicundior defluat , uel pro puro & rubro liuidus, utrunq; enim fit. Si uero dolor ſub præcordia ſit,clauemq; non uellicet,nigro ueratro,uel peplio uentrem mollito,cum nigro autem ueratro,daucum, uel ſeſelim,uel aneſum,uel quid odoratum miſceto,cum peplio autem laſſaris ſuccum,quæ ſimul miſta ſimiliter faciunt.Nigrum Veratrum melius uentrem mouet,uacuatue, quam Peplion,ſed peplion uentum magis excutit. Quæ utraq; doloré ſedant,multaq; alia ſubdita,ſed hæc potiſſima ſunt omniũ,quæ ſciam,uiderimue. Nam & ſorbitiones,cum quibuſdam non ualde inſuauibus datæ proſunt , uel amarore , uel alia re non ſuaui , copiaue,uel colore,uel ſuſpitione, faſtidioue aliquo.Ptiſanam uero,cum medicamẽtum potauerit,ſtatim porrigito,pauloq; minus quam conſueuit, quoniam ab re non eſt, cũ adhuc purgat,ne ſorbeto. Cũ uero ceſſauerit,minus conſueto porrigito,deinde paulatim augeto, dum dolor ſedetur, nihilq; aliud aduerſetur. Sermo auté idem mihi eſt,ſi ptiſanæ ſucco ſit utẽdum, meliuſq; omnino dico eſſe ſtatim per morbi exordia quid ſorbere,quam antea inedia uexatum,uacuumq;,tertianum,uel quartanum,uel quintanum,uel ſextanum,ſeptimanumue ſorbere incipere,nec niſi prius morbus hoc tempore decreuerit porrigere. Cætera, quæ facienda erunt, ſimilia ſupradictis fiant.De ſorbitione quidem ſic ſentio,de potuq; ſimiliter,tam & ſi plurimos medicos uiderim,contra quam expediret facere . qui languentes per morborum exordia,duos,tres,pluresq; dies,inedia cruciarent,deinde ſorbitionem,potumq; darent,quod fortaſſe putarunt par eſſe, cum magna corporis mutatio facta eſſet,magnũ quid & contra mutare,quippe hoc mutare, bene haberet,niſi puſillum eſſet.Mutatio quidem & mutatione rectius procederet, ſi quod guſtarent, ſuccederet , maxime quidem læderentur , qui tota, craſſaue ptiſana uterentur , niſi recte mutaretur , quiq; ſolo ſucco,potuq; ſed hi minus.Quæ de ſanorum nutricatu diſcemus, uti quæ conferant, ſciamus,

Sicca fomenta.

Pulmo fomento læditur.

Quando uena aperienda.

Purgatio ueratri et peplij.

Ptiſana ſtatim poſt potionem medicã datur.

Modus ægrorũ nutricatus.

Mutatio repentina bona non eſt.

Nam si hæc uel illa nutricatio quibusdam in rebus,mutationibusq; magnopere differt,quomodo non & in morbis,præsertim acutis,hæc uel illa ualde differant? quod facile discitur & intelligit. De uulgari cibo, potuq; qui semper similis sit,salubrior est,quam si quis repente mutet,melioréq; petat,quoniam & his,qui bis die comedunt,quiq; semel, mutationes repentinæ nocét, morbumq; præbent. quiq; prandere non consueuerunt, si prandeant, statim ægri,toto corpore graues, languidi, desidesq; redduntur,si uero & supercœnent,cruditatem subeunt. Quibusdam uero & intestina uellicantur,cum uentriculus præter consuetudinem grauatur, consuetus supersiccescere, non bis tumescere,nec bis cibaria concoquere. Mutationem uero lenire his subuenit, post cœnam noctem quam longa est,dormire, hyeme calide,frigide æstate. Si uero dormire non possit, tarde multumq; non statarie deambulato. parũ, uel nihil & quod non lædat, comedito, minusq; & meracius,non dilutũ potato,magis etiã quis laboraret,si ter,die saturaretur, multoq; magis si sæpius. Tamen multi sunt,qui ter,die satiati facile ferant, quoniam sic consueuerũt, quin & qui bis die comedere solent,nisi prandeant,non ualidi,languidi,timidiq; ad omnia redduntur,cor,uentriculus,omniaq; eorum intestina uellicantur,calidum,luteumq; micturiunt, oletumq; comburitur,quibusdã & os amarescit,oculi cauantur,tempora pulsant,saliuntue, postrema frigescunt,plurimiq; horum,nisi prandeant,cœnare non possunt,si cœnent, uentriculus grauatur,multoq; difficilius cubant, quam si pransi fuissent. Quæ cũ sanis propter dimidii diei, præter consuetudinem,uictus mutationem eueniũt,subtrahere,addereque,conferre non uidetur. Si ergo,qui præter consuetum,totum diem uacuus cum duxisset, quantum consueuit, semel comedit, cœnauitue, grauatus est,par est,si cũ pransus non esset,laborauit,languitq;,multo magis, post cœnam grauatum iri, quin & cum plus ieiunasset, statim post si cœnaret,multo magis adhuc grauaretur. Quare eum, qui præter consuetudinem, uacuus mansit,diem eum totum leniter sine frigore,calore,laboreq; transigere iuuabit. Nã hæc omnia grauarét,multo minus ergo, & humidius cœnato, meraciusq; pro cibi portione potato, postridie parum prandeto, sensimq; addendo,ad consuetum peruenito. qui autem biliosi sunt,hæc difficilius ferunt. Pituitosi uero facilius omnino,præter consuetudinem,inediam ferunt. Quare semel comedere & hi facilius ferunt, quod potissimum demonstrat, maximas mutationes naturæ nostræ, & habitus, consuetudinisue, maximos morbos gignere. Medici uero præter tempus non debent maximas inedias mandare,neq; morbis uigentibus,& in inflammatione existentibus,quidquã porrigere,neq; repente,hac uel illac,in toto negotio quidquã mutare. Multa his similia quo ad uentriculum & alia posset quis dicere,quod nonnulli cibaria consueta,& si suapte natura non optima, facile concoquunt, feruntq;,& similiter pocula,contraq; difficulter quidam cibaria concoquunt, non consueta,&

Cognoscitur hoc de sanis.

Qui error emendetur in his.

Quid eueniat cõsuetudinem mutare.

Medela huius.

Quid faciat mutatio.

Consuetudo quid possit,uideto.

sueta,& si suapte natura,optima sint,similiterq́ pocula. Præterea quæ facit, multa carnis deuoratio præter solitũ,quæq́ allium,lassar,silphionue, succus caulis,cæteraq́ quæ maximas habẽt uires,minus quippe miretur quis,si talia magis quam alia labores in uentriculis gignunt,sed si scias quantam turbam, tumorem,uentum,tormentumq́,puls,mazaue,præter solitum deuorata,uentriculo eam comedere nõ consueti,præbeat,panisq́ calidus deuoratus quantam sitim, quantãq́ grauedinem,turbulentiamq́ uentriculo,pultẽ, mazamue comedere sueti,subitamq́ plenitatem, propter siccitatẽ, tardamq́ per meatus incessionem, panesq́ ualde puri,cribratiq́ & non cribrati præter solitum deuorati,quantam differentiam faciant,pulsq́ mazaue præter solitum,sicca, liquida,glutinosa,tenaxue,nouæq́,recentesue farinæ quid faciant non assuetis panificia,ex his,& assuetis,potusque uini,uel aquæ,præter solitum,subita utrinq́ mutatio, dilutumq́ uinum, meracumq́ subito potatum,quorum alterum marcorem hudum, debilitatemq́ in superiore uẽtriculo gignit,uentũq́ in inferiore, pulsum autem uenarum, capitis grauedinem, & sitim alterum. præterq́ solitum, uinum album,nigrumue,repente mutatum, tametsi utraq́ uinosa,non dulciaue sint, tamen plurima in corpore mutant, dulce quidem, uinosumq́,minus quis dicat mirum esse, si repẽte mutetur, non idem possit. quare hæc contraria ratione temperentur. Cum autem uictus mutatus,corpus, quoad robur non mutauit, cibaria ne addito,nec quo ad langorem ne demito,sed uires singulorum,morbi modus, hominis natura, consuetudoq́, languentisq́ nutricatus,cibaria potusq́ consyderentur, potiusq́ demito,quã addas,quoniam omnino demere prodest, cum languens suffecturus, & duraturus uidetur,dum uigor morbi,uehementiaue, maturescat. quãdo autem,& in quibus, hoc faciundum sit, scribetur. multa præterea quis alia his similia dicat, scribatue,melius autem, & uerius testimonium non, magisq́ negotio coniunctum,de quo plura locutus sum,quod negotium opportune docebit. Quidam, per exordia grauis, acutiue morbi statim eodem die comederunt. quidam postridie.quidã,quidquid daretur.sorpserunt pultem aliqui,cyceonaue, quæ omnia peiora sunt, quã si quis alias nutricetur. quo tẽpore, errata minus lædũt,quam si quis,post duos,uel tres primos dies,quarto,uel quinto hæc sumat.certe peius adhuc fuisset,si cum totos hos dies ieiunasset, secutis, deinde diebus, sic nutricatus fuisset, priusquã morbus maturuisset. quod liquido plurimis mortem attulit,nisi morbus futilis penitus fuerit,quo errata, per exordia facta,facilius emendantur,curanturue.Quod maximum argumentum esse reor,primos dies quid sumendum,sorbendumue esse,cũ hoc paulo post facturus sit,penitusq́ nesciunt,qui frumentacea ptisana decocta utũtur, si prius quam sorbere incipiãt,duos tres,uel plures dies ieiunauerint,se male passuros,quiq́ cremore,succoue utuntur, se magnopere læsos iri, si non rite sorbere incipiant,tũc enim demũ cauent,cognoscũtq́ hoc ualde languentes

Quæ ualida.

Maza,panis,ar=tosue.

Mazæ differen=tia,et farinæ.

Potus uini uel aquæ.

Qui hæc corri=gantur.

Potius demito.

Qui per morbi exordia agas.

Cẽset quid omnino per exordia, dandum esse.

Medicorum errata.

Quid languens patiatur.

Vomica quando creetur.

Quid faciat error medici.

Quid turpe medico.

Consuetudo multum potest.

Consuetudo omnia confirmat.

Cruris uulnerati exemplum.

lædere, si priusquam morbus maturescat, ptisanam hordeaceã incipiant sorbere, languentes, qui succũ consueuerint. quæ omnia magna argumenta sunt, Medicos non rite languentes nutricare, cum in morbis inedia utũtur, in quibus non oportet, uel contra, quod plerũq; lædit. sæpe etiam, cum opus non est, sorbitionem dant, cum inedia magis iuuaret, sicuti, cũ casu morbus increuit, quandoq; & cruda de capite mouent, conuelluntue, circaq; pectoris loca pituitosa, biliosaue, quo peruigilatur, morbusq; non concoquitur, molestiq; languentes, morosiq; redduntur, desipiunt, luminaq; eorum lucere uidentur, tintinant aures, postrema frigent, crudum micturiunt, tenue, falsum, decolorum, parum spuunt, ceruix sudat, meatus transitus molestant, spiritus densus, creber, magnus ualde prorumpit, supernaq; petit, supercilia grauescunt, deficiunt, stragula deiiciũt, manus tremunt, labium inferius quandoq; concutit. quæ si per initia compareant, magnam desipientiam præseferunt, plerũq; & hi pereunt. Qui autem euadunt, cum uomica, apostemateue, uel cum narium sanguinis fluctione remanent, pusue crassum spuunt, nec alias. quorum medicos satis peritos esse non uideo, quo languentiũ debilitatem uacuitate profectam satis cognoscant, quæue alio irritamento, laboreue, morbi uehementia, & acumine fiat, quæue mala singulis nostra natura, habitusq; parit, quæ cognita salutem, mortem ignorata ferũt. Maius præterea malum est, si quis debilitato labore, morbiue acumine, potum, sorbitionemue, uel cibum porrigat, uacuitate, & inedia ratus eum debilem esse. quod turpe est, non cognoscere, nutricatuq; premere, qui error periculosus est, multo tamen minor est, quam alter, qui magis ridendus est, si quis medicus, uel rudis, cum languẽtem adiuit, resciuitq; quæ euenerunt, quæq; medicus alter, ne comederet, potaret ue uetuerit, liquidoq; profuerit, det, uideaturq; certo profuisse, quæ homines medicis obiiciunt maxime, cum alter medicus, uel rudis uidetur tãquam mortuum excitasse. quare signa, quibus hæc cognoscantur, scribẽtur. Similia hæc sunt his quæ in uentriculo fiunt, nam si corpus totum, præter solitum, multum cesset, quiescatue, statim ualidius non fit, magisue conualescit, si quis præterea diu otiatus subito laboret, sensimq; non consuescat, malum profecto nanciscetur, quod & singulis corporis partibus euenit, quin & pedes, cæteraq; membra laborare non consueta quid tale paterentur, si post longum otium & tempus repente laborent, quæ & dentes & oculi paterentur, nihilq; est, quod non sic afficeretur, quin & cubile, præter solitum, molle, durumue laborat, lassatq;. sub diuoq; & aere, non solita cubatio corpus exasperat, durat ue, sed de his aliqua exẽpla scripsisse, satis est. Si quis crus uulneretur, quod non ualde periculosum sit, nec ualde contemnendum, nec nimium difficile, facileue curatu, statimq; per exordia iaceat, cureturq;, nihilq; crus agitet, non inflammabitur, citiusq; sanescet, quã si errans curaretur. Si uero quinto, sexto, uel ulterius die, surgens ambulet, tunc magis laborabit, quam si statim per exordia,

exordia errans, curatus fuisset. Si uero multum repente defatigetur, multo magis laborabit, quam si illo modo curatus hæc his diebus fecisset, quæ omnia sese confirmant, testanturq;. cuncta repente mutata supra modum, tunc, postea q; magis lædere. multiplex est ergo uentriculi læsio, si de multa & longa uacuitate & inedia subito, plus iusto sumat, quin & corpus, cæteræq; eius partes, si de multa, longaue quiete subito plurimum laborent, multo magis lædentur, quam si de multo cibo & satietate ad multam uacuitatem, & inediā mutetur. Quare corpus placide, sensimq; his consuescito, ne cum quid subito fiat, lædat, uentriculusq; sensim cibariorum copiæ consuescito, ne, cum non suetus completur, se, corpusque totum grauet. De mutatione quidem & hac & illa plurima locutus sum, quæ quidem ad omnia pertinet, nouisse, sed eo redeamus, de quo fuerat sermo. Quidam in grauibus, & acutis morbis, de uacuitate & inedia ad sorbitiones deducunt & mutant, mutandum enim censeo, sed sorbendum non est, priusquā morbus maturescat, uel aliquod signū euacuatorium, incitatoriumue, præcordiorum, intestinorumue compareat, de quo scribetur. Magna siquidem uigilia cibum, potumque digerere non sinit, mutatioq; in alterutram partem, corpus delassat, dissoluit, tabefacit, caputque grauat. dulce præterea uinum, uinosumque nigrum, album, mulsum, acetum mulsum, aqua, qualia sint in grauibus & acutis morbis, definiā. Dulce quidem uinum, minus quam uinosum, caput grauat, præcordiaq; minus tangit, quidque magis mouet, per intestinaq; magis currit, quam alterum. Lienē tamen iecurq; tumefacit, quod biliosis non conuenit, sitim enim his facit, superiusq; intestinum inflat, tamen inferioris hostile non est pro inflationis portione. dulcis enim uini uentositas, inflatioue nō ualde penetrat, sed circa præcordia miratur, lotiumq; minus omnino cit, quā uinosum album. Sputū uero magis educit, sed quibus siticulosum est, minus educit, contra, quibus siticulosum non est. Vinum autem album, uinosum, plurimum in uini dulcis comparatione, narrationeue & laudatur, & uituperatur. Laudatur, quod in uesicam magis penetrat, lotiūq; magis cit & purgat, semperq; ferme in his utile est, nam & si suapte natura, cæteris minus conuenit, quam alterum, tamen uesicæ purgatio, quā facit, liberat, si uti debet, prouertatur, deturue. De uini autem utilitate, læsioneque, hæc demonstrasse non ab re fuit, quæ me natu maiores nesciuerunt. Vino autem rubello, nigroque hactenus in his morbis utitor, nisi caput grauescat, deliret, non spuat, non mingat, molliaque & ramentosa oletet, maxime autem in his, & similibus cōuenit ex albo mutare. tamen scito superiora omnia, & uesicam, si dilutius sit, minus lædi, meracum autem inferiora intestina iuuare. Mulsum autem si per omnem morbum potetur, proficiet, sed si biliosi, magnisq; uisceribus sint, his omnino minus conuenit, quam his, qui tales non sunt, minusq; siticulosum est, quam uinum dulce, pulmonem mollit, modice sputum educit, tussim lenit, quod emundet, habet,

Corpus et uentriculus sensim consuescat.

Qualitas uinorū, mulsi, aquæ, cæterorumq;. Dulce quale.

Vinum album.

Priores hæc nescisse dicit. Vinum rubellum nigrumq;.

Mulsum.

cum plusquam expediat, sputum glutinatur, satisq; lotium mouet, nisi quid intestina uetent, mouet inferna biliosa, quandoq; bona, mala, replentia, spumosaq; plusquã expediat, agit, quod magis biliosis, magnisq; uisceribus sunt, euenit. Mulsum uero dilutũ, magis sputũ educit, pulmoné mollit, Meracum auté, spumosa, biliosa, calida excrementa magis mouet, quã dilutũ. tale enim excrementũ, multa alia habet, quæ magnopere lædant. nam de præcordiis æstum non educit, extinguitue, sed irritat, & auget, morbũq; latu difficilem facit, membrorũq; iactationé, uentriculũ, intestina, sedé ulcerat, quorũ auxilia scribentur. Si quis pro alio potu sine sorbitione, in his morbis mulso utatur, sæpius consequetur, quã non. Quibus auté dandũ & non dandũ sit, & cur, magna ex parte dictũ est, quod ab hominibus propterea damnatur, quod potantes dissoluat, citamq; morté ferat, uti putatur, quod propter debilitatos dicitur, quo nonnulli, tanquã tale sit, utunť. quod non omnino sic habet, sed aqua multo ualentius est, si solũ potetur, nisi uẽtriculũ turbaret. quin & uino albo, tenui, parum ferenti, non odoro, ualidius, & non, est. Magnã differentiã facit & uini & mellis meracitas, puritasue ad utrunque robur. Si quis duplum meri meraci, ad mel, quod delingat, potet, multo ualentior melle solo fiet, nisi uentriculum turbet, plus enim oletat. si quis tamen post ptisanæ sorbitionem, mulsum potet, ualde replebitur & inflabitur, uisceraq; & intestina, quæ circa præcordia sunt, lædet, sed ante sorbitionem, si mulsum hauriatur, iuuat. Mulsum uero decoctum uisu pulchrius est, quam crudum, clarum enim est, albũ, translucidum, tenue. quatenus autem crudum, & coctũ differat, quo ad uim, non dico, suauius, quã crudũ non est, si mel bonũ sit, tamen non tam ualidũ, quam crudũ est, minusq; oletariũ, quorũ neutrum ad temperaturam, utilitatemue opus est ad mulsi usum, sed tunc omnino coquẽdum est, cum mel malum, non defecatum, nigrũ, maliue odoris fuerit. nam coctura plurimũ malignitatis, turpitudinisque aufert. Mulsum auté acetum, Oxymeliue, plurimũ in his morbis, si potetur, prodest, sputum enim educit, spirationemq; facilem reddit. tempora uero hæc habet. quod ualde acre est, sputa quæ non facile redduнť, non educit, quod si retẽta melius educeret, fauces læuigaret, & ueluti pinna quadam repurgaret, pulmonemq; recrearet, cum eius lenimen sit, quæ si superaret, summopere prodesset. quandoque nimis acre sputum non educit, sed adglutinat, & nocet, quod iis euenit, qui alias periclitantur, nec excreare possunt, quæ hærent, quod priusquam des, languentis uires considerato. si uero bene speres, tepidũ dato, paulatimq; haurito. Quod autem modice acre est, os, & fauces madefacit, sputũ educit, sitim sedat, uentriculũ, præcordia, uiscera, cæteraq; intestina lenit. mellis enim biliosum, quod noceret, compescitur, uentũ autem discutit, lotiũq; cit, tamen inferius intestinum lassat, & radit, malũ auté hoc, in grauibus, & acutis morbis quãdoq; fit, quod uentum non solũ exire cohibet, sed recursare facit. præterea & alias membra afficit

Mulsi potus qualis.

Cur mulsum ab omnibus non probetur.

Plus nutrit mel, quam uinum.

Cocti et crudi mulsi differentia.

Oxymeli.

Mulsum acetum quale esse debet.

Qui dandum.

Quid muli habeat.

afficit,postremaq; frigefacit.solam hanc aceti mulsi læsionem uidi,quæ scribenda esset.modicum nocte,& ante sorbitionem ieiuno dato, quin & multo post sorbitionem, si nihil uetet, porrigito. solo autem potu sine sorbitione nutricatis, propterea semper commodum non est,quod intestina ualde lancinat,& exasperat,cum oletarium non sit,potius purulentos facit, cum præsertim uacuitas, inediaue præcessit,deinde mulsum uires auferret.Si uero poculum hoc in toto morbo prodesse uideretur,parum aceti aspergito,uti solum sentiatur,sic enim quæ lædere consueuit,minus lædet & quæ opus est,iuuabit,paucisq; uti dicatur,magis aceti acumé amarebiliosis, picrocholisue,quã atræ biliosis, melancholicisue confert.nam amara ab eo subleuata discutiuntur,nigra uero gliscunt,subleuantur,crescunt. nam acetum atra discutit,educitue,quod fœminis ualde hostile est, uiris non æque.nam uuluæ doloré facit.quod autem aquæ poculo in acutis dem,non habeo.Pulmonicorũ enim sitim,non tussimq; sedat,minusq; quã cætera,si quis eius poculo,usq; utatur, sputum educit, tamen inter acetum mulsum, & uinũ mulsum si aqua superpotetur,mutatione, uarietateue poculorũ, paulum sputum educit,cũ madefaciat, sitim nõ tollit,sed potius amaroré superadducit. Quod enĩ biliosum est,natura bilioso,uẽtriculoq; & præcordiis pessima,biliosissimaq; res est,maximeq; debilitat,cũ uacuum intrauit. Lienem, iecurq; cũ feruet, fluitatq; tumefacit,tardius enim frigiditate, concoctionisq; difficultate meatus penetrat,uẽtremq;,lotiumue non cit,quin potius lædit,cũ oletaria non sit.Si quis autem gelidam potet pedibus frigétibus,multo magis læsdetur, quouis prorumpat.si quis tamen in his morbis, uehementem capitis grauedinem, mentisue læsionem,tactumue timeat,penitus uinum uetet,& in hoc,aqua utatur, dilutoue albo uino,non odoro, deinde paulum aquæ potato, sic enim uini robur,caput,mentemq; minus tentabit.potus autem aquæ, in quibus horũ, maximo usui sit, quandoque admodum multo, pusilloue,gelido,tepidoue, partim dictũ est, partim suis locis, téporibusq; dicetur. De cæteris potibus, quemadmodũ est hordeaceus,deq; chloea herba,uua passa,uinaceis,tritico, Cneco,myrtis,granatis,aliisque rebus confecti,cum usus erit,in ipso morbo, quemadmodum, & cætera composita medicamenta, scribetur. Balneum quidem multis morbis,si in crebro usu sit,auxiliatur, quibusdam autem non, quandoq; minus quis uti potest,cũ non omnes homines hoc, & quæ necessaria sunt,domi paratũ habeãt.nam in paucis domibus ministri,quæq; necessaria sunt parata,sicuti oporteret,reperiuntur.qui nisi optime lauentur,non parum lædũtur.nam loco tecto,non fumoso opus est, multa aqua,continua lauatione,non nimia.si uero sic non oporteat, quin quidem potius non emundari.si uero mundet,multa calida utitor, plusq; quã putet huic mundationi opus esse,celeriterq; omnia peragantur, multaq; postea spargatur. Præterea uia ad labrum,soliumue longa non sit,facilisque ingressus, & exitus, quique

Quibus non dandum acetum mulsum.

Potus aquæ qualis.

Mulsorum differentia.

Aqua qualis.

Potus uaria compositio.

Balneum.

Quid agendum lauandis. lauatur, sese componat, aptetq; ad omné ministrorũ nutum, nihil agat ipse, taceat, tuncq; omnia de se medicis, ministrisq; permittat, qui cuncta celeriter expedient, parabunt, haurient, mundabunt, abluent, superfundent, spongiisq;, pro strigilibus utentur, corpusque non nimium desiccatum, abstersumq; perungent. Caput uero quã maxime spongia pertractato, pertergito, desiccato, ne ue frigescat, caueto, corpusq; reliquũ, eiusq; postrema. quiq; recens comederit, sorpserit, potauerit, balneũ ne adito, nec in eo, nec statim post sorbeto, potatoue, magnopere quin etiã languenti hac in parte, indulgendũ est si cũ ualeret, crebro lauabat̃, sæpe etiã, cũ per morbũ, licet lauetur. nam hi magis *Quibus prosit balneum.* hoc appetunt, cũq; lauerint, iuuantur, contra cũ non lauerint, lædũtur. Quod magis pulmonis uitiis, quã ardenti febri, causoue conuenit, nã costarum dolorem, pectoris, scapularũ aliquatenus lenit, sputũ maturat, educit, spiritumq; facilem reddit, lassitudiné tollit, mollit articulos, cutéq; superioré. lotiũ cit, capitis grauediné tollit, nares humectat, tot bona in Balneo sunt, quæ omnia sunt usui. Si uero huius apparatus aliquatenus deficeret, periculũ esset, ne potius balneum læderet, quã iuuaret. nam horũ, quoduis si deest, aut a ministris *Qui lauãdi sint.* non bene paretur, ualde lædit. Qui uentrem in morbis solutum nimis habét, ne lauanto, nec astrictũ, nisi prius soluatur, nec membris resoluti, nec æstuosi, uomibundi, biliosaue ructantes, nec sanguinis de naribus multo fluore uexati. tempora autem scis, si totum corpus lauando succurrat, lauato. si caput solum, similiter, cum omnia parata fuerint, languensq; bene suscepturus uideatur, quotidie lauato. quos uero balneum delectat, si bis quotidie laueris, nihil errabis, multoq; tutius balneis utentur, qui tota ptisana, quam qui succo nutricantur, quãuis & hi quandoq; balneis uti possint, minime uero, qui solo potu nutricantur, lauentur, quandoq; & hi possunt. Quæ singula, quæ scripta sunt, uictusq; consyderato, quos nam balneum iuuaturum sit, & quos non. quibus autem quid horum deest, quod ad balnei utilitaté faciat, ne lauanto. quibus uero commoda sunt, lauanto. *quæ sequuntur, notha dicuntur, siue non legitima Hippocratis.*

Causos unde. Causos, ardensue febris gignitur, cũ æstiuo tempore, uenulæ siccefactæ, humores acres, saniemue biliosam ad sese trahunt, corpusq; uehementer feruet, laborat, & dolet, plerũq; de longa uia gignitur, magnaque siti, longaue, cum uenulæ siccatæ, calidos, & acres humores, destillationes, rheumataue trahunt, lingua uero siccescit, exasperatur, nigrescit, uenter lancinatus dolet, liquida, luteaq; demittit, ualde sitit, peruigilatq;, mente quãdoq; *Medela.* uacillat. tali q̃dé aquã, mulsũq; decoctũ, dilutũ, quantũ uolet, ꝓpinato, si aũt *Lac asinæ.* os amaresceret, uomito, uentréq; subluito. si uero his non soluat̃, lacte asinino decocto purgato, salsum, acreue nihil porrigito, nõ.n. subducet priusquã decernat, ne sorbeto, sanguis de naribus defluens passionem soluit, sudoresq; legitimi, decretoriiq; si superueniant cũ albo lotio, sedimentoq; crasso, læuiq; sicubiue suppuret, si uero sine his soluatur, morbus redibit, uel coxendicum, uel crurum

uel crurum dolor, ſuccedet, craſſaq́ſpuet. ſi ſanus eſt futurus, cauſos altera, uenter ſubterfluit, ſitit, lingua ſicca, ſalſa, aſpera eſt, lotium retinetur, perui/gilat, poſtrema frigent, tali niſi ſanguis de naribus defluat, ceruixue ſuppuret, cruraue dolitent, craſſaue ſpuat, quæ uentre remorato fiunt, uel coxendix dole/at, uel pudenda liueſcant, uel teſtis intendatur, tumeſcatue, quod decreto/rium eſt, non decernit, ſorbitiones euulſorias dato. Morbos uero graues acu/toſue, pertuſa uena curato, ſi uehemens morbus ſit, quiq́ laborant, ætate, & robore uigeant. ſiquidē Angina, Synanchoſue ſit, quæ lingantur, porrigito, purgatoue. ſi uero quid aliud, pleuretico, ſinautē debiles uideantur, ſi & plus ſanguinis ſubtraxeris, tertio quoq́ die ſubluito, donec languens in tuto ſit, & famis egeat. ſi uentriculus & præcordia perflammentur, diſtendanturq́, dum ne ſpiritus deficiat, mens excedat ſpiritus intentione, quæ refrigerēt, ingere. Si recta ſpiritus anguſtia, orthopnoeaue ſicca moleſtet, puſq́, ſputumue non ſubſit, ſed tantū ſpiritus intercipiatur, quæ uitia potiſſimū iecinoris dolore, lienis grauedine fiunt. Cæteræ autem inflāmationes, præcordiorū dolores, morborū recurſationes, medicamentis non tollunt, ſed pertuſa uena præſens horū remediū eſt, deinde ſubluito, niſi magnum, & uehemens ſit malum, uel uuluæ, quod ſi non ꝓficiat, potionato. maxima tamen cautela, tutelaq́ opus eſt, poſt ſanguinis miſſionem potione purgato. qui per morborum exordia potione ſtatim inflāmationes ſoluere nituntur, contēti & inflāmati nihil de/munt. nam cum morbus crudus eſt, nihil relaxat, quæ enim morbo aduerſan/tur, ſana etiam contabefaciunt. corpore uero debilitato morbus inualeſcit. Cum autem malū corpus ſuperat, remediū non habet. Mutum aliquē repēte fieri, uenarum interceptio cauſa eſt. quod ſi ſano fiat, nulla occaſione, uel alia ualida cauſa cōparēte, ſanguinē de uena dextri brachii interiore mittito, pro habitus & ætatis qualitate. plurimis horū hæc eueniūt, uultus rubor, oculoꝝ ſtatus, manuū diſtentiones, dentiū fremitus, maxillarū pulſus, poſtremoꝝ con tractio, refrigeratioq́, ſpiritus uenarū defectus. Cū bilis atræ dolores ſuper/ueniunt, defluxuſq́ acriū interiora petit, lancinatus dolitat, uenæ lancinatæ, ualdeq́ deſiccatæ tendunt, & inflāmatæ ſupfluentia trahunt, quibus ſanguis corrumpit, ſpirituſq́ naturales uias nō peragrat, ſtatione frigeſcit, caligatio, uocis carentia, capitis grauedo, ſpaſmoſq́ ſuperuenit. ſi uero cor, uel iecur, uenaſue petat, comitiales inde, uel ſyderationes fiūt. quæ fluēta, rheumataue, ſi circūſtantia loca petant, cū ſpiritus exire non poſſit, ſiccant. Quare ſtatim per exordia, cū ſpiritus, rheumaq́ & omnia, quæ uexant, pendent, hos præfo/tos ſanguine de uena miſſo, leuato, ſummoq́ opere reficito, decretoria ſpe/ſtato, potione purgato, quæ ſi ſupiora nō leuarēt, uētriculū īferiorē ſubluito, ſi nō ꝓficiat. Lac aſinæ decoctū dato, minuſq́ quā duodecim heminis ne po tato, ſi uires adſint, ſex, & decem. Synanchos, Anginaue fit, cū de capite multa deſtillatio glutinoſa, tpre hyberno, uel uerno in uenas iugulares defluxit, quæ

Cauſos alia.
Teſtis tumens decernit.
Sorbitio euulſoria.
Medela.
Synanchos.
Orthopnœa.
Quæ medicamēta non leuant.
Medela nihil proficiens.
Cum morbus corpus ſuperat, medelam nō habet.
Melancholia.
Comitialis.
Syderatio.
Medela.
Lac aſinæ.
Synanchos quā ſignatur.

multum ſpiritum per latitudinem trahunt, qui fluor, cum frigidus, & glutinoſus ſit, ſpiritus & ſanguinis meatus claudit, quæq; circa ſunt, ſtringit, ſiſtitq;, cum ſuapte natura, frigidus ſit, ſæpiatq; . Propterea ſtrangulant lingua liuida, rotunda, non flexili propter uenas, quæ ſub ea ſunt. uuaq; quã aliqui columellam uocant, turget, uenæq; craſſæ, quæ utrinq; ſunt, replentur, linguamq; ſiccam, raram, ſpongioſam petunt, quæ ſiccitate & ui humorem ab his ſuſcipit, & ex lata, rotunda fit, ex bene colorata, liuida, ex molli, dura, ex facile mobili, immobilis, inflexilisue, quod niſi quis celeriter ſuccurrat, ſtrangulatur.

Anginæ medela. Quare ſanguinẽ de brachio, uenisq;, quæ ſub lingua ſunt, mittito, medicamẽtisq; quæ delinguntur, calidisq; gargariſſationibus curato, caputq; tondeto, quod, & ceruicem, fauceſq; perungito, tepefactaq; lana conuoluito. deinde ſpongiis mollibus calida aqua tinctis, expreſſisq; foueto, mulſumq; non frigidum & aquã potato, ptiſanæ uero ſuccum, cremoremue, cum iam ex decretorio, in tuto erit.

Angina alia. Synanchiæ, anginæue, alia ſpecies, cum de capite æſtiuo, uel autumnali tempore, calida, nitroſaq; deſtillatio fluxit, quæ anni tempore calida & acris fit, lancinat, ulceratq;, ſpirituſq; replet, ſpirituſq; recta anguſtia, ſeu Orthopnoea aduentat, ſiccitaſq; multa, quæ q; uidentur, gracileſcunt, ceruiciſq; nerui diſtenduntur,

Tetanos. quod Tetanos eſſe uidetur, uox frangitur, parũ ſpirat, crebroq; & uix. Hi pulmonis meatum, arterianue ulceratum habent, pulmonẽq; accenſum, repletumue, ſpirareq; non poſſunt. quibus niſi ſua ſponte, morbus exeat, periculoſior, difficiliorq; uitatu reddit propter anni tempus, quoniam calore, & acri humore proceſſit. quem ſi febris corripiat, cum non

Medela. oletauerit, uel recens comederit, cum coſtæ dolore, uel ſine, dum cibaria deſcendant, quieſcito, mulſumq; acetum potato. cum uero lumbi grauabuntur, ſubluito, uel potione purgato. Cum autẽ purgatus fuerit, ſorbitione primũ, mulſiq; potu nutricato, deinde cibariis, piſcibuſq; decoctis, dilutoq; uino, ueſpera modico, per diem diluto mulſo. Cum autẽ uentris crepitus, flatusue non bene olebunt, balano, glandulaue, uel ſublauatione ſubducito, ſi minus, contineto, mulſumq; acetũ, dum deſcendat, potato, deinde ſubluito. Si uero

Cauſos. lubrico exiſtenti, febris ardens, cauſoſue ſuperueniat, commodeq; habere uti potionetur, uideatur, poſt diem tertium potionato. Cum uero potionaueris,

Qui febrientes nutricentur. ſorbitionem porrigito, ſed ſemper, poſt febrium acceſſum, & longe a principio, cum uenturæ ſunt, nunquam, ſed cum aut ceſſauerunt, aut finiuerunt. Pedibus uero frigidis nihil porrigito, maximumq; hoc eſſe putato, quod maxime

Pedum frigus quid innuat. caueto, ſed cũ optime recaleſcent, quod conferat, porrigito. Nam pedũ frigiditas acceſſionis plerũq; futuræ febris nota eſt, quo tẽpore, ſi quid porrigas maxime, in omnibus errares, morbum enim non parũ augeres. Cum uero febris ceſſat, contra pedes tunc magis caleſcunt, quam reliquum corpus. nam cum pectus accẽditur, in caputq; flãmam reiicit, frigus augetur. Calore enim omni in ſuperna concurrẽte & in caput euaporante, merito pedes frigeſcũt.

nam cum

nam cum carnosi nō sint,sed suapte natura neruosi, cūq; a locis calidissimis distent,frigescunt,calore in pectore congregato. contra simili ratione, febre soluta & librata,pedes petit, tuncq; caput, pectusq; frigescunt hac de causa. cūq; pedes frigescunt, necessario uēter calescit,multaq; æstuatione repletur, præcordiaq; & uentriculus distendunť,crebroq; sese corpus motitat propter interiorem turbationem,mens subleuatur,dolitat, lancinatur,nauseat,si mala uomat,dolitat.Cum uero calor in pedes descendit, mingit,nisi sudet, omnia leuat,quo tempore sorbeto.Tunc uero perniciosum est,qui uentrem in febre semper lubricum habent, pedes horū calefacito,tegito,linito,fasciato,neue magis quam reliquum corpus,frigescant,curato. Cum uero calidi sunt,nihil quod calefaciat,apponito, sed ne frigescant,curato,parum aquā frigidā uel mulsum potato.Qui uētrem in febre lubricum habent,mente uacillāt,uillos legunt,non respondent interrogati,nihil quod cohæreat, loquuntur,mihi hi uidētur atra bile agi. quibus si uenter lubricus erit,& eliquabitur,sorbitiones crassas,frigidasq; dato,poculaq; meraciora & morantia. Qui per febris exordia capitis uertigine,pulsuque uexantur,tenueq; mingunt, per decretoria his crescere febrem expectato, siq; delirarent,non mirarer. qui per exordia crassum,nebulosumq; mingunt, hos subpurgato,quod siquid aliud,confert.qui per exordia tenue mingūt, hos ne potionato,sed si uideatur subluito, sic hos curare confert,corpore quiescito,ungito,æqualiter tegito, mulsum,meracū potato,Ptisanæ succum,ad uesperam sorbeto, per exordia uētrem subluito, ne potionato hos.nam si uentrem moueres, lotium non concoqueretur, sed sine sudore,& decretorio,febris diu duraret.Cum uero decretorium aduētat, si perturbetur,ne sorbeto,sed cum remisit,& in melius se dedit. Quare status, decretoriaq; omnium febrium obseruato, sorbitionesq; tunc subducito, uti didicisti,quæ febres si producantur,suppurationes gignūtur,si quidem inferna frigescant,secundum aures,ceruicemq; suppurabit,si calescāt,mutationes aliæ fient,uel sanguis de naribus defluet, uel uenter mouebitur. qui æstuose febriunt,præcordia contenduntur,stare loco etiam iacētes non possunt, postrema omnia frigent,magna curatio, & custodia his opus est,mulsum acetū dilutum & nihil aliud his porrigito, sorbitiones non,dum cesset,lotiumque maturescat,molliterq; & obscuro loco cubato,diutiusq; sic iaceto,dum corroboretur,nec sese iactitet,quod plurimum iuuat. super autē præcordia Lini semen tepidum aqua, & oleo decoctum ponito, cauetoq; ne urat. præterea per lotium, futura consyderato. quod si crassum luteum, decoloratumq; sit, melius est,si tenue,album,uel nigrum,peius.quod si uarietates,mutationesue habeat,& tempus, significat & morbum necessario, modo in melius, modo in peius inæqualiter sese mutaturum. Quæ febres nondum statum fecerunt, dum faciant,finito,deinde naturam contemplatus,nutricatu,curationeq; conuenienti occurrito. species enim languētium plures sunt, quæ medicus sciat,

Pedū calor quid faciat.

Qui uacillent, aspicito.

Medela.

Capitis uertigo.

Hæc et in aphorismis.

Qui non potionandi per exordia.

Lōga febris quid relinquat.

Qualis æstuosa febris.

Lotij notæ.

Status febris expectetur.

& obſeruet oportet, nequid eum prætereat, numerumq; parem uel non parem, quo quid comparere debeat, maxime non parem, in quibus timēdus eſt, quoniam languentes in alterutrā partem trahit, & mutat. Quare primū diē, quo languit, conſyderato & unde & cur, quod primū nouiſſe oportet, deinde ſingula & omnia petito, primum, nunquid caput doleat, graueſcatue, præcordia, latera, tumeant, obliquentur, repleantur, ſi latera dolitent, nunquid cum tuſſit, uenterq; num ne doleat, torqueatq;. Cum uero quid horum in præcordiis fuerit, uentrem ſubluito, mulſumq; decoctum tepidum propinato, petitoq; num ne, cum ad ſellam ſurgit, ſtatue, animo linquatur, ſpiretue facile, ſi quidq; nigrum, uarium, decoloratumq; ualde oletauerit, perſpicito, purū ne ue, ſaniſq; ſimile, num ne febris tertio quoq; die per acceſſionē creſcat, quos in his morbis Tertianos eſſe ſcito, perſpicitoq; ꝓbe. Præterea & hoc perſpicito, num ne quartus quid tertio ſimile habeat, ſi quidque horum languenti periculoſum ſit, quod eſt, ſi nigrum ſit oletū, mortē præſefert, ſi uero totos dies ſanis ſimile compareat, ſalutem. cum Balano, glandulæue uenter non ſubauſcultat, ſi poſſit, ad ſellam ſurgito, ſi minus ī cubili oletato, quæ ſi uiro languenti, & femellæ fiant, per initia deſipientiā expectato, manus etiā obſeruato, quæ ſi trement, ſanguis de naribus profluet, nareſq; ipſas conſyderato, num æque utrinq; ſpirent, quæ ſi multum ſpirent, ſpaſmos ſequi conſueuit, poſt quem mors, quod prædixiſſe pulchrum eſt. Si in febre hyberna, lingua aſpereſcat, deliquiumq; animi inſit, tunc febris remittere conſueuit, ſed hunc tamen inedia, potu aquæ, mulſiq; & ptiſanæ ſucco conſeruato, nihilq; huic febris remiſſioni fidito, creditoue, nam qui hæc ſigna habent, in mortis periculo ſunt. quare cum hæc uideris, optimeq; conſyderaueris, prædicito. Cum autem in febre, quinto die formidoloſum quid fiet, uenterq; repente liquida demiſerit, animuſq; & uox defecerit, conuulſioq;, ſingultus, æſtuatioq; ſuperuenerit, naſuſq; & frons contrahetur, capitiſq; pars poſterior, ceruixq; ſudet, qui hæc habent, ſuſpirioſi breui moriuntur. quibus autem crura in febre extuberant, diutiuſq; durent, nec cum febre matureſcant, ſtrangulatioq; fauces anguſtas occupet, nec extinguatˀ, ſanguis de naribus huic defluere conſueuit. qui ſi multus eſt, morbi ſolutionem portendit, ſi minus, longitudinem, quantoq; minus defluet, tanto peius & longius erit malum. Si uero cætera facilia ſint, pedum dolores expectentur, qui ſi cum febre durabunt, paulatim ceruicem, iugulū, pectus, humeros, articuloſq; petent, tuberculaq; hūc uexabunt, quæ ſi euaneſcant, manuſq; contrahantur & frement, ſpaſmos, & deſipientia, ſuperciliorumq; palpitatio hunc capit, tuberculaq;, & palpebrarum rubor, ſuperciliumq; alterum altero altius tolliˀt, duraq; inflāmatio detinet, magnopereq; oculus turget, deſipientiaq; magis noctu, quam interdiu uiget, quæ ſigna magis per imparem dierum numerum comparēt, quam per parem, quonam horum numerorum fiant, pernicioſa ſunt, quos ſi per exordia, potionare ſtatuis,

Quid agat medicus in languentibus per exordia.

Quid petat.

Medela.

Hæc perſpicito.

Similia aphoriſmis, prognoſticiſq; hæc ſunt.

Pnigmos.

Sanguis de naribus quid uelit.

Pedum dolor.

Signa.

ſtatuis quintum diem præuenito, ſi uenter murmuret, ſi minus, non potionatum ſinito, qui ſi murmuret, bilioſaq; oletet, colophonio ſucco, ſcamonioue modice ſubpurgato, medela alia nulla, parumq; potato & ſorbeto, dum melius habeat, niſi remittendo, quattuor & decem dies tranſierint. cum autem febrienti quarto & decimo die uox intercipitur, hoc non cito ſolui conſueuit, morbusue mutari, ſed tempus longũ ſignificat, cum hoc die comparuit, cum febriens quarto die turbulenter loquitur, uenterq; bilioſa, & liquida demittit, talis delirare cõſueuit. Quare quæ tempore æſtiuo & autumnali fiunt, obſeruato, ſanguinis de naribus in acutis repentina fluctio, continuã ualidã, & multam uenarum inflammationem ſignificat, lotiumq; tenue ſi poſtridie compareat, ualidaq; ætate ſit, corporeq; exercitato, habitioreque ſit, uel Melancholicus, uel potatione manus tremulæ, ſi deſipientiam, uel ſpaſmon futurum prædicas, bene habet. quæ ſi paribus diebus fiãt, melius eſt, ſi decretoriis, pernicioſa, niſi multus ſanguis per nares, uel ſedem defluat, qui retentus labores ĩ præcordiis, ſuppurationẽq; ĩ teſtibus, & tibiis gigneret, quo diſcuſſo, ſputũ craſſum, lotiumq; albũ, læue exit. Singultariæ febri laſſaris ſuccum, daucum tritum, cum aceto mulſo propinato, uel chalbanen in melle, uel cuminum lingito. poſt hæc ptiſanæ ſuccum ſorbeto, qui tamen non euadet, niſi ſudores decretorii, ſomniq; æquales ſuperueniant, lotiumq; craſſum, & acre decurrat, uel ſuppuratione ſiſtatur, nucleos pineos delingant, & myrrham, parumq; acetum mulſum dato. ſi uero multum ſitirent, aquam hordeaceam. Pulmonis autẽ, laterumq; mala ſic conſyderato, ſit ne grauis & acuta febris, latuſq; unum, an utrũq; doleat, ſpiret ne facile, tuſſiat ne, ſpuat ne rutila, flaua, liuida, lutea, ſpumea, tenuia, florida, uel ſi quid aliud his diſſimile, præter his conſuetum habeat, ſic curato. ſi quidem iugulum, mammam, brachiumue doleat, uenam interiorem brachii, qua affectus eſt pertundito, tantumq; ſanguinis trahito, quãtum uires corporis, habitus, anni tempus, ætas, color patietur, plurimum, purumq;. ſi uero grauiter & acute doleat, uſq; ad animi defectum, poſt hoc ſubluito. ſi uero ſub pectus doleat, nimiumq; uexet, laterum morbo laborantem, uentrem ſubter purgato, nec inter purgandum, quidquã dato, ſed poſt purgationem acetum mulſum quarto die potionato, tres primos dies ſubluito, ſi non leuet, ſic ſubpurgato donecq; ſine febre ſit, & ſeptẽ dies cuſtodito. deinde ſi tutus uideatur, ſuccum ptiſanæ tenuem, parum primum dato cum melle miſtum, qui ſi facile educet, facile ſpirabit, latus non dolitabit, pleniore ſenſim craſſiore, biſq; die nutricato. Si uero non facile abigeret, minus potionis, tenuioriſq; ptiſanæ ſucci ſorbitionẽ porrigito, ſemelq; die, qua hora melius habeat, quod lotium demonſtrabit. nec tamen priuſquã lotium, ſputumq; matureſcat, his languẽtibus ſorbitionem porrigito. ſi uero potionatus crebro purgetur, neceſſe eſt parũ quid, tenuiuſq; dare. nam præ uacuitate dormire non poſſet, nec digerere, decretoriaq; perferre, ſed cruda

Medela.

Vox intercepta.

Turbulenter loqui.

Sanguinis nariũ fluctio.

Singultaria febris.

Laterũ morbus

Medela.

Sputa, et lotia gesta. demitteret & deliquaret, nihilq; durare, & persistere posset. sputa autem decocta, maturaue sunt, cum puris similitudinem habent. lotium uero, cum sedimenta rubra, heruoq; similia habet. præterea nihil uetat cætera costarum dolitamenta calefacere, ceromataq; adhibere, calidoq; pingui lumbos, cruraq; linire, superq; præcordia, ad mammas usq; lini semen ponere. Pulmonis autē *Peripleumonia.* malum, peripleumoniaue, cum uiget, si nihil purgat, uix spirat. lotium tenue, & acre est, ceruix, caputq; sudat. qui sudor malus est, auxilium non habet, quoniam superante morbo, præfocatione, eruptione, ui gignitur, si lotium non multum, nec ualde crassum prorumpet, maturumq; spuet. quoduis horum *Medela.* sponte fiat, morbum soluit. Pulmonis uitio hoc elingendū dato, Chalbanen, *Piper.* & nucleos pineos cum melle attico, uel abrotonon cū aceto mulso, uel piper *Veratrū nigrū.* eodem modo, uel nigrū ueratrum decoctum similiter, quod & laterum uitio *Laterū morbus.* laboranti, per exordia, cum dolor uexabit, dato. panacesq; aceto mulso decoctum, defecatumq; optimum est propinare, morboq; iecoris, præcordiorum doloribus, uentrisq;, lotiumq; mouendum, cum uino & melle. Quo autem ad uentrem, cum mulso diluto plurimum propinato. difficultas intestinorum, *Dysenteria.* dysenteriaue subito sedata uomicam, tuberculumue aliquod faciet, nisi in febres uel sudores desinat, uel crassum lotium, album, leue superappareat, uel in tertianas, uel in uaricem, uel in testem, uel in coxendices, uel in crura dolor *Morbus arcuatus.* sistatur. Si in febre biliosa, cū rigore morbus arcuatus, icterosue superueniat, febrem tollit, sine rigore uero, si præter tempus superueniat, perniciosus est. *Tetanos.* Tetanos uero, distentioue neruorū, si lumborum uel atræ bilis uitio, uel cum spiritus uenas nō perrectat, proficiscitur, sanguinis missione tollitur. Cū uero de neruis tenentibus uehementer in anteriora conuelluntur, sudoresq; circa collum, & uultum præ labore scaturiunt, uellicatis, desiccatisq; neruis tenentibus, tendentibusue, postremisq;, crassioribusq;, qui spinam continent, quaq; maxima uincula sunt, in pedesq; desinunt. tali uero, nisi febris, somnus, lotium digestum, sudor decretorius superueniat, halicam decoctam porrigito, creti- *Creticum uinū.* cumq; uinum meracum propinato, cerotoq; ungito, & inlinito, cruraq; in la- *Medelaque.* bro calida perluito, fasciatoq; in pedes usq;, brachiaq; digitos usq;, de cerui- ceq; coxēdices usq; lumbos, molliq; pellicula fauces linitas circūdato, dieq; intermisso calida completis utriculis foueto, linteoq; conuolutum, in cubile reclinato, uentrem ne nimium soluito, nisi cum diu non oletauerit glandula *Tomos modosue.* balanoue, qui si tibi in melius dedatur, sat est, si minus, tomu, moduue radicem tritam, in uino odorato, uel daucum, mane ieiuno antequam lauetur, celeriter potato. super his, plurimam farinam decoctam comedito, dilutumq; *Quæ hos morbos finiant.* uinum, quantum uelit, potato, qui si in melius tibi se dedat, bene habet, si minus, prædicito mala hæc omnia, per os, uentrem, uesicam, membrumue aliud tale discuti, sudor tamē omnium communis est. Quibus autē caput destillat, *Vomica fracta uena.* rheumaue demittit, eos ueratro purgato, heleborissatoue. qui uomica, fractaue uena,

ue uena, malaue alia temperatura, causaue alia uehementi, purulenti fiunt, his ueratrum ne dato, nihil enim prodesset, siquid his eueniret, ueratrum causa fuisse uideretur. Si uero corpus dissoluatur, uel caput laboret, uel aures, naresue repleantur, uel non spuatur, uel genua grauescant, uel corpus tumeat, uel quid aliud præter solitū uexet, quod non potu, uenere, dolore, tristicia, cura, sollicitudine, uigilia sit, quod quidem, si horum quid in causa sit, hæc respectando curato, non autem dolores de uia, laterum, tergi, dorsi, lumborum, coxendicum, quique dolores alii spiritu, causaue alia contrahuntur. nam sæpe consueuit crapula, cibisq; uentosis dolor, lumbos, coxendicesq; uexare. qui horum de uia laborant, uix micturiunt, tussiunt, raucescunt, quæq; non consueto, mutatoue nutricatu quisq; pati consueuit. nam statim præsignificat. Siquis non solitus prandeat, statim uentriculus tumescit, nauseat, ructat, repletur, si uero supercœnet, uenter perturbatur, quibus confert cum lauerint, dormire, postea tarde, lenteue multum deambulare, si demulceatur, cœnare, parumq; & meracius potare. Si uero non demulceatur, corpus calido subungito, dilutumq; uinum album, uel dulce, si sitiat, superpotato, quiescitoq;. si uero non dormiat, plus quiescito, cæteraque similiter crapula uexatos nutricato. Pocula autem aquosa, tardiora sunt, circūq; præcordia uolutantur, superfluitant, & ad minctionem non decurrunt, quibus si quis repleatur, nihil celeriter & uehementer agito, quæ ui, celeritateue corpora conficiunt. dum cū cibis digerantur, quiescito, pocula meraciora, uel aspera, corpus, caputq; concutiunt, qui si quid calidum sorbeant, dormiātq;, bene habebunt, quæ lubeat maxime. capitis dolore, crapulaq; pessimū est inedia. qui non soliti semel comedunt, non ualidi fiunt, calidumq; micturiunt, qui præter solitum, ieiunant, salsum, amarumq; os habent, ac in omni re tremunt, temporaq; distenduntur, cœnamq; concoquere non possunt, quo modo si pransi sint, minus hi solito potent, pultemq; liquidiorē, mazanue, pro pane comedant, oleraq;, rumicem, lapathaue, uel maluam, uel betam, uel ptisanā, dilutiusq; uinum modice potato, post cœnam, dum mingat, paulū deambulato, piscibus decoctis uescitor. Cibaria uero maxime obseruato. Alliū inflat, pectus calefacit, caput grauat, & æstuosum est. si quem dolorem quis habere consueuit, concitat, Lotium ciet, hoc solum bonum habet. si quis tamen multum potaturus, uel crapulaturus sit, allium præsumat. Caseus uero multum inflat, uentrem moratur, cibaria accendit, cruditatem facit, plenisq; potu, si comedatur, pessimus est. Legumina autem omnia, cruda, cocta, tosta, frixa, assaue, madefacta, uiridia, plurimum inflant, quibus nisi cum aliis cibariis, ne uescitor, quorum quodq; peculiares habet malignitates. Cicer quidem crudum, costum & frixū inflat, laboremq; intus gignit. Lens uero stringit, marcoremq; si cū cortice sumatur, iniicit. Lupinus nō minora his mala habet. Lassaris uero, silphiiue coliculus, succusq; quibusdā maxime confert, non cōsuetis

Veratrum quibus non dandum est.

Crapula quid faciat.

Victus mutatio.

Medela.

Poculorum qualitas.

Quid non iuuet capitis dolorem, crapulamq;.

Allium quale.

Caseus.

Legumen.

Cicer.

Lens.

Lupinus.

Lassaris silphionue.

autem uentriculus non transmittit, siccamq; bilem prouocat, præsertim si
Caro bubula. cum multa carne, caseoq; comedatur. Caro auté bubula, mala bilis atræ ualde concitat, cuius natura superabilis non est, nec quiuis uentriculus eam digerit
Caprina. nisi discocta, & peruetusta sit. Caprina uero magis conferret, nisi bubulæ carnis omnia uitia haberet, nam uix concoquitur, magisq; inflat, nauseam mouet, bilem creat, discocta tamen & frigida boni odoris, & suauis est. quæ non suauis est, & mali odoris, & dura, pessima est. quæ uero recens, & noua est, æstate
Porcina. optima est, autumno pessima. Porci uero pessima, præsertim subcruda, circumq; ustulata, biliosior autem est, & perturbat. Ouilla uero carnium omniū
Ouilla. optima est, præsertim quæ præpinguis non est, nec præmacra, nec uetustæ sacræ uictimæ ætatis, quam detracta pelle, refrigeratam comedito, si minus, bilis siccæ uentriculus repletur, perflatur, crepitat, costæ lumbiq; dolitant, nihil demittit, sed moratur. talem ne uomat seruato, sed uenter demittat. sta
Medela. tim ergo calida, præpinguiq; subluito, deinde perungito, & in solium reclinato, calidaq; sensim aspergito, cui calefacto si uenter demittit, liberatur, cui quiescere conferet, tenue uinum, uetus, meracum potare, & oleum dato, uti placide uenter demittat & liberatur, cibariis autem, & aliis abstineto. Si uero labor non remittat, lac asinæ, dum purgetur, propinato, si uenter lubricus sit,
Lac asinæ. bilemq; demittat, torqueat & præfocet, uomat, quiescere his optimum est,
Hydrops duplex. mulsumq; potare, & non uomere. Hydropon duæ sunt naturæ, quarum hyposarcidios qui fit, non euadit. qui uero multo spiritu replet, multæ bonæ fortunæ egens, exercitationis, fomentationis, & abstinentiæ, sicca, & acria come
Medela. dito, sic enim multum minget, fortiorq; fiet. si uero non facile spiret, uerq; sit, ualidaq; ætate, & robore, sanguiné de brachio mittito, postea calidum pané nigro uino & oleo tinctum comedito, parumq; potato, sed plurimum laborato, carnemq; ouillam, macram, carnosamue comedito, quo deambulationibus accliuis resistat. Qui uétriculum inferiorem calidum habent, acriaq;, & inæqualia demittunt præ colliquatione, quæ, si robusti sint, ueratro albo reuellito, si minus, succum tritici sitanii crassum, & gelidum dato, lentisq; cremo
Cibus et potus qui. rem, panemq; subcinericium, piscesq;, si febriat, decoctos, si non, assos, uinūq; nigrum, si non febriat, sin febris adsit, mespileam aquam, uel myrtheam, uel pomeam, uel sorbeam, uel palmeam, uel cenanthinam, uitisue florum. si uero
Lac asinæ. non febriat, tamen torqueatur, modicum lac asinæ tepidum primo, deinde plusculum ex additione, uel semen lini, uel triticeam farinam, uel fabam ægy
Faba Aegyptia. ptiam dempta parte amara, uel oua semicompacta, uel similam, uel far, uel milium lacte decoctum, frigidum, similiaq;, & cibaria & pocula porrigito.
Quæ ī his obseruanda. Maximū præterea in re nutricatoria est, obseruare, cognoscereque, cū febres crescunt, minuunturq; in grauibus, acutis, longisq; morbis præsertim, tempo
Capitis dolor unde. raq; tuta cognoscere, quibus cibum, potumue porrigendum est, aut non. cūq; febris procul ab intentione est, caputq; dolentes cognoscere, sit ne exercita

tione, uia

tione,uia,curſu,uenatione,uel alio importuno labore,defatigationeue. quiq;
pallent,præ nimia ne uenere. qui raucеſcunt,lienoſi,ſanguinolenti,exangues,
ſpiritales,ſicce tuſſientes,ſitibundi, unde ſit, uentoſi, uenarum defectus.cur
uentriculus,præcordia,ilia, coſtæ tumeſcant & intendantur. cur torpeſcant
aliqui,cæcutiant,tintinent aures,lotium non contineant. color arcuatus.cur
horum uentriculi cruda demittant ſanguinis ingens profluuium per nares,
per ſedem.quam cauſam habeat.cur dolor ingens ſpiritales, uentoſoſue mo-
leſtet,quorum nullum potionabis,periculũ enim habebit, & nihil proficies,
ſponteq; liberationem uenientem, & decretorium tolleres. Si cui ſanguinem
detrahere conferat,prius uentriculum confirmato. deinde detrahito, poſtea
fame domato,uinum ſubtrahito, deinde commodo uictu nutricato,fumen-
tiſq; humidis curato.ſi uero tibi uenter aſtrictus uideatur, molli lauatione
ſubluito.ſi potionare uideatur ſupra ueratro, tuto potionabis, purgabiſue.
nulli horum inferna mouebis.potiſſimum autem eſt lotium, ſudoremq; mo-
uere & deambulare.leniter fricato, ne habitum denſes. ſi uero iaceat,alii fri-
canto,ſiquidem in pectore, ſupra præcordia paſſio moleſtet, ſæpe reſidere,
ac ſurgere eum facito.ſi poterit,quam minimũ iacere ſinito. multaq; calida
ſedentem fricato & diu.ſi uero ſub præcordia,& uentriculo inferiore doleat,
iaceto,nihilq; moueto,confert enim,nec fricato.ſed uentriculum inferiorem
ſoluito, lotiũq;,& ſudorẽ prouocato.Si uero modice per ſe moueatur lubri-
ceturue,parũ ſoluitur,uehemẽtiuſq; malũ eſt,qui uel pereunt,uel ſine cæteris
malis non ſaneſcũt,ſed ſic perſiſtũt.potio morbo aquæ ſubter cutẽ laborãti,
hydropiontiue,hæc detur. Cantharidas tres ſine alis, pedibuſq; tritas,tribus
aquæ ciathis peruncto, perlutoq;, cum doleat ieiuno propinato,calidumq;
panẽ pingui iure tinctũ poſtea comedito,ſanguen hoc ſiſtit, ſuccũ lacue fici
lana ſuſceptum uenæ apponito,uel pineã rheſinã in nares mittito,uel chalci-
tidẽ digito indito,nareſq; utrinq; comprimito.lacte aſinæ decocto, uentrem
ſoluito,caput radito,refrigerantia apponito. quæ ſi calido tẽpore fiant,ſeſa-
moides ſupra purgat,cũ aceto mulſo potũ tritũ dachmæ & dimidiæ ponde
re,quod ueratris,tertia portione miſcetur,quæ minus præfocãt.Pilorũ uitiũ
porriginemue ciliorum,ſic curato,tuberculumq;,per quod aciculã cum acia,
linoue,quod alterũ trahat,trahicito.cuius extrema colligato,cõſtringitoq; tu
berculũ, dũq; cadat ſinito,ſi minus reficito,Mariſcas quoq;,hæmorrhoidas
ue ſic proſequeris.quas acicula, qua craſſiſſimæ ſunt, cũ acia lanæ ſuccidæ
tranſigito,ſtricteq; aciæ oras & mariſcas colligato, medela enim hæc tutiſſi-
ma eſt. deinde cũ expreſſeris,marceſaciẽte,deſiccanteue utitor.nec priuſquã
decidat,ꝑluito,ſemperq; unã relinquito,poſtea ueratro purgato, deinde per
exercitationẽ multũ ſudato, mane perfricato, ne currito,ne multũ potato,ne
ue crapulato,præter origanum, acria ne comedito, ſeptemq; dies uomito,
uel ter menſe, ſic enim optime corpus habebit. præterea uinum rubellum

Cauſa multorum malorum quæritur.

Quibus non detur potio.

Veratrum.

Doloris uentris inferioris medela.

Potio hydropicorum.

Quæ ſanguen ſiſtant.

Trichoſis.

Tuberculũ ciliorum.

Mariſcæ.

Origanum.

Scilla. *Papauer album.* *Dysenteria.* *Oculorum medelæ.* *Strangulatio uuluæ.* *Catapotia hydropicorum.* *Solutio uentris.* *Quæ uentrē molliant.* *Meconium.*

dilutum non multum potato.purulentis hoc dato,scillam dissectam, aquaq; sæpius mutata percoctam,tritā cum cumino,sesano albo,recentibus amigdalis melle subactis delingito,dulceq; uinum superpotato,papauerisq; albi triti acetabulum,cum farina sitania,aqua decocta, melle asperso sorbeto, diemq; sic transigito, deinde quæ euenerūt respectando,cœnā dato.dysenteriæ hoc. quartā lancis partem fabæ frisæ purgatæ, duodecim rubiæ surculos, pingui iure simul coctam delingito.medicamentum oculorum, cinerem spodonue lotam tenuiter tritam succo uuæ acerbæ crassæ tanquā massam subigito sole desiccato,deinde trito tanquam unguēto oculos linito, siccoq; angulos spargito.Medela humentis,drachmam hebeni,combusti æris nouē obolos,croci tres,cote triti,dulcis uini attico acetabulo sparsa sole contecta feruefacito & utitor.Doloris medela.chalcitidos drachmā,uuæ passæ expressæ duas,croci triti & myrrhæ paulum, musto dulciue uino subigito, soleq; in uase aheneo coquito,quo dolitantes linito.Strangulationis uuluæ cognitio.digito premito,si sentiat,ea est,si minus,conuulsio spasmodeaue. catapotia hyderionton, morboue subtercutaneo laborantium hydropiodesi subtercutaneisue potio, meconion rotundum,atticum acetabulū,squamulæ lepulosue plancæ,melæue tres latitudine sitaniæ farinæ panis frustulum, trita catapota dato.soluit hoc uentrē,caricis singulis,tithumallei septē lactis succiue guttas suscipito, uasiq; nouo recondito.subter uentris aquam & oletum purgant. quarū unam ante cibum uel pueris dato,& prædicto, meconiumq; tritum aqua percolatum,farina subactum decoctūq; melle cocto asperso hydropiceis comedere dato.superq; uinum dulce potato, uel mulsum dilutū, meconionq; collectū recondito,&curato.

DE MORBIS LIBER PRIMVS, QVEM GALENVS HIPPOCRATIS ESSE NON NEGAT.

Quæ medicus præstare debeat.

q

VIsquis de medicina recte petere,respondere, contradicere cupit,sibi hæc proponat,Quid in hominibus morbos creet.qui morbi cum fiunt,longi, breues, mortalesue necessario sint. quiq; corpus mutilant,qui non. quiq; facile pellantur. quiq; boni, uel mali quid relinquunt. quiq; in alios, & in quos mutentur. quæq; medici curando, fortuna quadam, languentibus faciant. quæq; bona malaue languentes in morbis patiantur.quæq; coniectura, similitudineue quadā per medicum erga languentem & per languentem erga medicum dicuntur,fiuntue.quæq; diligenter in arte fiunt,dicunturue. quæq; recta in ea, quæq; non. quodq; eius principium,medium,finisq; fit,quicquidue aliud de his dicatur, demonstreturue.

demonſtreturue. quodq; rectum in ea,uel non rectum ſit.quæq; magna ſunt, quæq; parua. quodq; totum in ea unum eſt,quodq; unum omnia eſt. quæq; medicabilia.quæq; non nouiſſe,prædicereq; debet. quæq; nec nouiſſe, nec prædicere,nec facere debet.quodq; facile in ea,quodq; non,tractat. quodq; tempus opportunum ſit,quodq; non.quibusq; artibus ſimilis ſit,quibus non. Quodq; corporis calidum ſit,frigidumue.ſiccum uel humidum. ualidũ,uel non ualidum.denſum uel rarum.quæq; de multis pauca fiunt. quæq; in melius, peiusue. quodq; honeſte,turpiterue. quodq; tarde, celeriterue. quod recte,uel non recte.quodq; malum in malo, neceſſario fit. Quæ cogitando in uerbis,ſermonibusue ſeruato.nam ſiquis dicendo,petendo,reſpondendo, peccet,cũ multa magnaq; ſint,pauca, paruaq; dicat.ſi quæ eſſe non poſſunt, dicat poſſe. quidq; aliud dicendo erret. quæ obſeruato,ne contradicatur. *Totũ unũ eſt.* *Perſpicito hæc medice.*

Morbi quippe omnes partim ex iis, quæ in corpore ſunt, bile, pituitaq; creantur,partim ex iis quæ ſunt extra,laboribus,uulneribusq;, quin & calore, ſi ſupercaleſcat,frigoreq; ſi ſuperfrigeſcat, ſiccoq; ſi ſuperſicceſcat, humidoq;,ſi ſuperhumeſcat. Bilis quidem, pituitaq; cum hominibus gignuntur, modoque plus,modo minus in corpore ſunt. quæ morbos partim cibo,potuq;,partim calore nimis caleſcente, partim frigore nimis frigeſcente præbent.quæ neceſſario fiunt,cum ueniunt.quemadmodũ ſiquis craſſos neruos, muſculorumq; capita,coxarum præſertim,crurumq; ſaucietur, claudus,mutilusq; neceſſario redditur. Cerebrum autem ſpinæq; medullã ,uel iecur,præcordia,magnam uenam,cor, ueſicam, ſi ſaucietur,perit.cum uero hæc membra nec loca his proxima non ſauciantur,non pereunt. Morbi autem hi,cum fiunt,neceſſario perimunt,tabes,phthiſisue. morbus aquæ ſubter cutem ſubcarnoſus,Hydropsue.hypoſarcidios,pulmonisq; uitium, peripneumoniaue. febris ardens,cauſoſue.morbus laterum, pleuritisue.mentis agitatio,phrenitisue,cum corripiunt,prægnantem tollunt, cumq; in locellis rubrum ulcus, eryſipelasue gignitur. Mala autem hæc non ſemper perimunt. pulmonis uitium,febris ardens,mentis agitatio,morbus laterum, angina, cynancheue. uua,ſtaphyleue,morbus iecoris hepatitisue,morbus rhenũ,nephritisue.difficultas inteſtinorũ dyſenteriaue,profluuiũ cruẽtũ rhoosue,hæmatodis mulieri nõ prægnanti ſi fiat. Mortifera aũt hæc non ſunt, niſi quid ſuperueniat, mala diſpoſitio,cedmaue.morbus atræ bilis,melancholiaue. dolor pedũ,podagraue.coxendix,iſchiasue.uoluntas egerẽdi,tineſmoſue.tertiana.quartana. lotii ſtrangulatio,ſtranguriaue.lippitudo, ophthalmiaue. cutis exaſperatio, lepraue.cancer,leichenue.dolor articulorũ, arthritisue. Pleriq; tñ ſæpe his lædunt,manciue fiunt,manibus,pedibus,lingua,nõnulli atra bile ſyderantur. claudi autẽ aliqui fiunt coxẽdicis dolore.luminibus, audituq; nõnulli capiuntur,cũ pituita illic ſiſtitur. Longa uero hæc neceſſario ſunt,tabes,difficultas inteſtinorũ,pedũ dolores, morboſæ diſpoſitiones,cedmataue, pituita alba, *Quæ morbos creent.* *Bilis, et pituita congenitæ.* *Morbi qui mortiferi.* *Eryſipelas uuluæ.* *Quæ nõ ſemper perimant.* *Quæ mutilent.* *Quæ longa.*

phlegmaue leucon,coxendicis dolor ſchiasue,lotii ſtrangulatio ſtillaue, ſiue ſtrãguria. Senibus uero dolores rhenũ.mulieribus cruentũ ꝓfluuiũ,mariſcæ, fiſtulæ. Celeriter autem decernunt,febris ardens, mentis agitatio, pulmonis uitium,angina,uua,laterũ morbus. Quæ mutentur, tranſeantue in alios hæc ſunt,morbus laterum in febrem ardentem . mentis agitatio in pulmonis uitium. pulmonis uitium nunquam in febrem ardentem tranſit. Teneſmos, uoluntasue egerendi in difficultatem inteſtinorum, dyſenteriamue. difficultas inteſtinorum in læuitatem inteſtinorum , lienterianue. læuitas inteſtinorum,lienteriaue in aquam intercutem hydropaue.pituitaq; alba in hydropa. pulmonis morbus in laterum morbum.morbus laterum in purulentum , empyonue.Neceſſe eſt hæc in malis fiant,cum rigor corripit, calor ignisue ſuperuenit.Neruus præciſus conuulſionem,ſpaſmonue facit. nec coaleſcit,ſed uehementer inflammatur.Cerebrũ percuſſi uulneratiue,ſi quatiatur,laboretq; uocẽ,uiſum,auditumq; intercipit.quod ſi uulneretur,bilis,uomitus, febriſq; ſuperuenit.quidq; corporis ſyderatur,peritq; . ſi percuſſi omentum excidat, neceſſario putreſcit.ſi de uulnere uenaue,ſanguis in ſuperiorem uentriculum fluat,pus neceſſario fit. Tempora uero multa,uariaq; ſunt in arte,quemadmodum morbi,paſſiones,curationeſq; horum celerrima quidem ſunt,ſi refrigeratos quid iuues,quiq; non mingunt , nec egerunt , ſtrangulanturq; mulieremq; prægnantem,parturientemue percuſſam, conſerues,libereſue , quidue ſimile.quæ celerrima ſunt, nec ſufficit paulopoſt , paulopoſt enim plurimi pereunt.tempus quidem eſt,cum quis quid patitur , priuſquã animam efflet, ſuccurrere,quod tẽpore opportuno ſuccurriſſe dicetur;quod & in aliis morbis eſt.ſemper enim quo tẽpore ſuccurrit,ſuo tempore ſuccurrit, & profuit.

Quæ celeriter decernant.

Quæ in alia trãſeant.

Quæ neceſſario ſequantur.

Omentũ quando putreſcit.

Tempora occaſionesue.

Quædam autem mala,uulneraq; ſunt , quæ ſi lætalia non ſint , periculoſa tamen ſunt,doloreſq; in his , quandoq; fiunt , qui facile rite curati ſedantur, quibuſdam nihil proſunt quæ medicus facit . quidam & ſine medico ſedantur.Mala quædam etiam ſunt,quæ mane curanda ſunt,nihilq; differt ſummo ne mane,an paulopoſt, quædã ſemel die , nec differt qua hora curẽtur,quædam tertio,quartoue quoq; die , quædam ſemel menſe,quædam trimeſtri, nec differt principio, fineue.tẽpora quidẽ quæ nihil niſi hanc diligẽtiam poſcunt,hæc ſunt.Temporis autem non cõmoda opportunitas hæc eſt . ſi quæ mane curanda ſunt,meridie curẽtur . Curatio ſiquidem hæc non opportuna malũ robur habet . quæq; ſtatim curãda ſunt,ſi meridie , ueſpereue,uel nocte curent̃,non opportune curant̃. quæq; per uer curanda ſunt, ſi hyeme curent̃. quæq; hyeme,ſi æſtate.quodq; ſtatĩ curandũ eſt,ſi differat̃.quodq; differẽdũ eſſet,ſi ſubito curet̃.quæ cuncta non opportune curant̃. Quæ uero recte, non recteue,in hac fiunt,hæc ſunt.Morbũ aliũ dicere pro alio, non recte eſt. magnũ pro paruo,paruũ pro magno,periturũ non periturũ ,non periturum periturũ,purulẽtũ empyonue nõ cognoſcere,morbũue cõnutritũ creſcẽtẽue in corpore

Curatio opportuna.

Quæ rite fiant.

in corpore non cognoſcere,quaue potione,potuue egeat neſcire, quæq; cu/rari poſſunt,dicere curari non poſſe,quæ uero non poſſunt,dicere poſſe,quæ quidem ſunt ſenſus non boni,rectiue. Manuũ uero tractationis,chirurgiæue hæc,Pus in uulnere,tuberculoue eſſe,non cognoſcere,quæq; fracta uel luxata ſunt,capitis os ne fractum ſit,ſpicillo ni dignoſcat, poſſit ne fiſtulam in ueſi/cam dare,lapillus ne calculusue ſit in ueſica, purulentumq; quatiendo ni co/gnoſcat,cumq; ſecat uritue,tam longe,late,alteue,quam oportet, non faciat. ſi quæ non oportet, ſecet,uratue. Hæc quidem non recte riteue fiunt,quæ uero recte riteue, hæc ſunt.mala quæ ſint, & unde,cognoſcere, quæ longa, quæ non,quæ lætalia,quæ non,quæ mutentur, quæ creſcant, quæ non,quæ magna,quæ parua,quæ curabilia,quæ non,& cur quiq; hæc habent,curatio/ne ad ſanitatem perducantur. quæ uero languentibus porriguntur recte, uel non,ſic obſeruentur, nequis quæ deſiccanda ſunt,madefaciat, quæ craſſifa/cienda non craſſifaciat non porrigatue,quæ hoc faciant, quæq; emacianda ſunt ſi non emaciet,ſi quæ refrigeranda non refrigeret, quæ calefaciēda non calefaciat,quæ putrefacienda non putrefaciat,cæteraq; ſimiliter,mala quidē hæc uel bona hominibus in morbis fiunt ſua ſponte. Cum febrienti bilioſa febre ſuo tempore bilis extra ſpargitur,bonũ eſt, ſic enim ſparſa facile diſcu titur,cum autem aliquam corporis partem petit,malum eſt. cum in laterum morbo pulmoniſue uel purulento uenter mouetur perturbaturue, malum eſt. Contra,febrienti uulneratoq; ſubaquaticoq; lienoſo pituita alba labo/ranti ſi uenter ualde moueatur,bonum eſt, ſi rubra inflāmatio eryſipelaſue foras ſparſum introuertatur,malum eſt.Si uero ſparſum intus, foras uertatur, bonum.Profluuio uentris uehementi dyarrhœaue forti detento ſi uomitus fiat,bonum eſt.mulieri ſanguinem uomenti ſi menſes prorumpant,bonũ eſt. Profluuio autem preſſæ per nares aut os emittere, bonum eſt. mulieri poſt partum ſpaſmo detentæ,ſi febris ſuperueniat,bonum eſt. tetanoq; ſpaſmoq; detinente,ſi febris ſuperueniat,bonum eſt. quæ quidem nulla medicorum ſciētia,uel ignoratione fiunt,uel non fiunt,ſed ſponte fortunaue.quæ ſi fiant, proſunt,uel obſunt.Medici uero caſu,quadamue bona fortuna in curatione hæc bona faciunt,cum medicamentum,quod ſupra purget,dant, ſi & ſupra & infra probe purget. mulieriq; cum bilis pituitæue medicamentum infra purgandæ dant,ſi menſes remoratos prouocent. lienemq; purulentum ha/benti,cum medicinam,quæ bilem pituitamq; infra purget,dedunt, ſi pus de liene infra purgent,morboq; liberent. calculoſoq; cum medicamentum dan tes per lotium medicamenti ui calculum ſi educunt, puſq; in ſuperiore uen/triculo,in uomica habenti,neſcientes medicamen, quod ſupra pituitam pur/get dantes,ſi pus uomitur, languenſq; ſaneſcit. Cumq; curantes aliquē,ſupra medicina nimiũ purgant,ſi uenter ſponte ſoluatur,ſanum faciunt.Mala uero hæc caſu non bonaue fortuna faciunt,cum medicamentum bilis, pituitæq;

Quæ non rite.

Quid rite fiat.

Perperam medicandum non eſt.

Quæ ſuo tempore ueniunt, bona ſunt.

Eryſipelas.

Præſcita.

Tetanos qui tollatur.

Quæ bona,malaue medicus faciat.

Quæ non bene medico ſuccedāt. ſupra purgandæ dedunt. ſi nimio uomitu in pectore uena rumpatur, cum nullum prius in pectore dolorem patentem haberet, morbuſq; fiat, mulieriq; prægnanti medicinam ſupra dantes, ſi uentriculus inferior erumpat, abortit. Purulentumq; curanti, ſi uenter erumpat, perdit. curantiq; oculos & ungenti, ſi dolor ingens ſuperuenit, oculi rumpuntur cæcanturq;, medicuſq; accuſatur, quod unxit. puerperæq; cū medicus quid uentris doloris cauſa dat, quod male ſuccedat uel necet, medicus in cauſa eſt. ſemper enim ferme, ſiqua mala in morbis, uulneribusue, ſuper mala neceſſario fiunt, cauſam huius neceſſitatis, qui neſciunt, medicum arguunt. *Quibus non iure medicus arguatur.* ſiquisue febrientem, uulneratumq; adeat, quidq; det, quod non ſtatim proſit, poſtridieq; is peius habeat, medicus in cauſa eſt. Si uero proſit, non ualde laudant. nam putāt eum ſic oportere pati, uulneraq; inflāmantur, doloreſq; in quibuſdam morbis neceſſario fiunt, nec quin fiant hæc, fieri poteſt. neruus, ſi præciſus ſit, non coaleſcit, nec ueſica, nec inteſtinum, niſi tenue, nec magna uena, neq; bucca nec præputium, nec palpebra, genaue. *Quæ nō coeant.* Principium uero medicationis, curationisue, certum nullū eſt, quod uere principium totius artis dicatur, nec ſecundum, medium, finale ue, ſed quandoq; dicentes auſpicamur, incipimusue, quādoq; operantes, ſicq; finimus. *Principium artis nullum eſt cur.* Quandoq; contrario modo & incipimus & finimus, & neq; dicentes incipimus ex iiſdem ſermonibus, rationibusue, nec, ſi de iiſdem dicamus, in eoſdem finimus, & operantes per eundem ſermonem rationemue, non incipimus ex iiſdem operibus, nec finimus in eadem. Manuum autem fortunata & recta tractatio & operatio eſt, *Eucheiria quæ.* cum quis ſecat, urit ue neruum, uenamq; non ſecare, nec urere, purulentumq; ſi ſecet, uratue, pus nanciſci, quæq; fracta ſunt, recte componere. Si quidq; corporis de ſua natura decidit, recte in ſuā naturam retrudere. Quæq; uehementer liganda, capienda, tractandaue ſunt, ſic tractare & premere, quæ leniter, ſic tractare, premereq;, quæ recta ſunt ligando, tortuoſa non reddere, nec premere non premenda, quodq; tanget, nimium dolorem non inferre. Manuum quidem recta tractatio, hæc eſt, digitis quidem longis, breuibuſq;, & paruis quid probe capere, probe, uel male quid tractare. ligare quouis modo, manuū artis tractationis non eſt, ſed ſeparatim.

Qui purulento pulmone ſunt, uel ſuperiore, uel inferiore uentriculo, uel in his uomicas habent, uel ulcera, ſanguinem ſpuunt, uel uomunt, uel pectus uel ſcapulas, tergumue dolitant, *Puruleti pulmonis ſigna.* quæ quidem omnia partim ex iis quæ ſunt in corpore bile, pituitaq; fiunt, partim ex ære commiſto cum inſito calore, quin & laboribus & uulneribus qui purulento pulmone ſunt, hinc fiunt, cum quis pulmonis uitio correptus ſuis diebus non purgetur, *Malei origo.* ſed ſputum in pulmone remaneat & pituita purulentus fit. Qui ſi ſtatim curetur, plerunq; euadit. ſi negligatur, pulmo corrūpitur, putreſcit, ulceratur, purulentuſq; fit, nec amplius intro ad ſeſe nutrimentum alicuius momenti trahit, nec quicquam ſupra per ſe purgat, ſed ſtrangulat, difficileq; magis ſemper ſpirat, ſpirandoq; ſtertit,

pectoreq;

pectoreq; superne spirat, demum sputo meatus clauditur, peritq;. Purulentus etiam fit, si de capite pituita in pulmonem defluat, primumq; cum defluit, plerunq; latitat, tussimq; tenuem præbet, pauloq; amarius solito spuit, quandoq; leniter, tenuiterue calet. Cum uero tempus processit, pituita intus putre facta & uexante pulmo durescit, asperatur, ulceratur, pectusq; grauescit, dolitatq; grauiter & ante & retro, corpusque ualde calescit, pulmoq; de toto corpore & præsertim capite, calore pituitam ad sese trahit, caputq; ipsum corpore calefactum, putrefactam & crassam hanc expuit. Quantoq; plus temporis processerit, tãto purius, synceriusq; pus expuit, febresq; grauissimæ, tussisq; uehemens & crebra uexant, inediaq; ipsa lancinat. demum uentriculus inferior pituita de capite fluente perturbatur, moueturq;. langués autem hic cum huc deuenit, quemadmodum in prioribus dictum est, perit. Pulmonis pure putre facto, uentreue inferiore lubrico, pulmo & ex his purulentus redditur, cũ eius uenæ labore franguntur, quæ si crassæ sunt, plus sanguinis emittunt, si tenues, minus, qui in pulmone putrescit, pusq; efficitur. Tempore uero procedente pus syncerum quandoq; spuit, quandoq; cruentum sanguinem, purum quandoq;. quæ uena si crassior est, cum plena est, sanguinis frustula spuit, pusque crassum pituita putrefacta. Hic si per morbi exordia hoc corripiatur, priusquam uena sanguiné emittat, ualdeue laxetur, priusquamq; extenuatus iaceat, caputq; corrumpatur, corpusq; tabescat, curetur, morbũ hunc euadet. Si uero negligat, hæcq; omnia uel plurima patiatur, uel iis quæ dixi ante, uel plurimo sanguinis uomitu peribit. Quod si penitus uenula fracta nõ sit, sed tãquã uarix extuberet, quod statim leuem dolorem, tussimq; siccam præbet. quod si inueterascat, negligaturq;, primũ quid sanguinis & subatrũ emittit, deinde plusculum & purissimũ, demum pus quæq; prius dicta sunt, patitur. Quibus si per exordia cures, conferet manuum uenas tumẽtes laxare, uictuq; nutricare quo siccissimus exanguissimusq; fiat. quod & costarum uenis quæ intus summo loco sunt, euenit. Cum laborat, uenulæ quæ intus sunt uaricose, tollũtur. Quod si negligatur, hæc patitur. Sanguis sponte prorumpit, spuit, uomiturq; purulentiq; fiunt, & plerunq; moriuntur. Qui per morbi exordia si statim curentur, confestim hæ uenulæ suo loco resident & demittuntur, pulmoq; nisi hoc fiat, purulentus fit. quiq; hoc afficiuntur, hæc patiuntur, sicq; finiunt. Superior uentriculus multis modis purulentus fit, cum de capite multa pituita in eum fluit, illicq; putrescit, pusq; fit. quod uno & uigesimo die fit, quod concutit, inundat & in latera prorumpit. qui si uratur seceturue priusquam pus inueterascat, plerunq; sanescit. Superior uentriculus plerunq; purulentus fit. & laterũ morbo, cum uehemens fuit, suisq; diebus non putruit, expuiturq; sed pituita, bilisq; illic coacta latus ulcerauit. Quod pus emittit, deq; locis uicinis calore pituitam trahit, quæ cum putruit, pus spuitur. quandoq; de uenulis in ulcus sanguis deditur, qui putrefactus pus fit. Hic si confestim curetur,

Venæ fractæ signa.

Varix interior.

Medela.

Purulẽtus unde.

Purulentus uentriculus superior quot modis fiat.

plerunq; sanescit, si negligatur, perit. Purulenti fiunt etiā si de capite pituita in latus fluat, illicq; cogatur & putrescat. latusq; ipsum plerunq; accenditur, patiturq; eadem, quæ purulentus de laterum morbo. Purulenti fiunt & cum nimio labore & exercitatione, uiolentaue alia re, uenula ante postue rumpit, sanguisq; non statim spuitur, sed caro tumescit, conuellitur, humescitq; sensim, liuescitq;. Quod patiens præ robore & bono habitu non statim sentit, & si sentiat, nihil esse putet quod sentit, cū febre corripitur, potuue, uenere uel alia re nimia macescit, Caro tunc læsa siccescit, calescit, de proximisq; uenis & carne humores trahit, tumescit, accenditur, leuiterq; dolitat, siccam, raráq; tussim præbet primum, deinde magis trahit, maioremq; dolorem, tussimq; crebriorem præbet, primumq; suppurulentum, quandoq; subliuidum, subcruentumq; spuit. quantoq; plus temporis processit, tanto magis trahit, putre facitq;, quantumq; carnis liuorem contraxit, putrescit, doloremq; uehementem, febrē, crebramq; & multam tussim præbet, pusq; syncerū spuit. Si uero pus in uentriculo temporis aliquid maneat, totum corpus & potissimum quod proximū est, accēditur, quo calefacto, maxime humor deliquatur superne, partim in superiorem uentriculum confluit, pusq; cum eo qui inest, fit, partim in inferiorem uentriculum defluit, eumq; quandoq; mouet, hominemq; necat. cibaria enim non digesta demittit, corpusq; nullum ab his nutrimentum capit, superiorq; corporis, sputi ue purgatio non est æqua, quoniā uentriculus calefactus omnia subter ad se trahit, sputoq; strangulatur, stertitq; non purgatus, uentreq; defluente debilitatur, peritq; plerūque. Maxime uero caput in his morbis hanc destillationem rheumaue præbet, quod cauum cū sit, superstet, uentriculoq; calefiat, pituitam tenuissimam de corpore ad se trahit, quæ cum in eo coiuit, multa & crassa, uti dictū est, redditur, cuius pars in superiorem uentriculum, pars in inferiorem defluit. Cum ergo caput incipit defluere, corpusq; non æqualiter tabescere, nec usti superant. Præter pus enim & mala superfluentia uincunt & possunt magis, quam quæ defluunt, carnesq; malis tabescunt magis, quam intrantibus nutriantur. Qui his morbis corripiuntur, paruo temporis spatio pereunt. siqui plusculum durant, corporū differentia facit hoc, ætatum, morborum, temporum anni, quibus corripiuntur, tolerantiaq; morborum maior & minor, siquidem aliqui patientius morbum ferunt, aliqui non possunt. Non est ergo longum, uel breue tempus uere horum dare, quo perituri sint, nam tempus quod aliqui dicunt, certū non est, quoniam annus ab anno tempusq; a tempore & hora ab hora differt, sed si quis recte uult in his & scire & prædicere, sic dicat, homines omni tempore perire, superesse, pati quæ patiuntur. Tunc autem uentriculus inferior purulentus fit maxime, cum plurima pituita uel bilis inter carnē & pellem sistitur, quod & conuulsionibus spasmisue fit, cumq; uenula aliqua cōuulsa dehiscit, sanguēq; defluens putrescit intus, purescitq;. Si caro uellicetur, rumpaturue, sanguen

Quā male hēat hoc homines, uideto.

Capitis rheuma.

Capitis fluor, corporisq; tabes.

Qui uentriculus inferior, purulentus fiat.

ſanguen de uicinis uenulis trahit.quod putreſcit, pureſcitq;.quod ſi foras ex/tuberet,puſq; exeat,ſaneſcunt.ſi uero per ſe intro prorumpat, pereunt. Pus autem in inferiore uentriculo fuſum,quemadmodum in ſuperiore uentriculo dictum eſt,coire intus,quod non poſſet intus coire,ſed uti dictum eſt,in tuni/culis & tuberculis coit.Quod cum intus fiat,non facile deprehenditur, nam quatiendo non cognoſces,dolor tamen indicat ubi ſit, quem locum ſi creta figulina,uel alia ſimili re linias,paulatim ſicceſcit.Morbus autem qui eryſipe las dicitur in pulmone gignitur,cum pulmo nimium ſicceſcit uel æſtu, uel febre uel labore,defatigationeue,uel alia quauis re non temperata,moderata ue.qui cum nimium aruit,ſanguinis plurimum tenuiſſimum, & non ualidum de magnis uenis,quæ illi proximæ ſunt,& ſuperſtant, de aliiſq; uicinis ad ſeſe rapit.quod cum traxit,febris grauis fit,tuſſiſq; ſicca,pectuſq; replet̃, dolorq; uehemens & ante & poſt uexat,ſpinamq; potiſſimum,cum magnæ uenæ cale ſcant, ſubcruentumq; uomunt, quandoq; ſubliuidum, quandoq; pituitam bilemq;,crebroq; frigeſcunt,deficiũtq;.quod ſanguinis ſubita mutatione fit, quod potiſſimum eryſipelas eſſe in pulmone demonſtrat, crebraq; febris cor reptio.Huic ſi duobus uel tribus aut ad ſummum quattuor diebus diſperga/tur,quodq; intus erat,foras mutetur,plerunq; ſaneſcit. Si uero non diſperga/tur,& mutetur,putreſcit intus,purulentuſq; fit,& perit paulatim,cum pulmo totus purulentus & marcidus ſit.Si uero quod extra ſparſum erat, introuerta/tur,pulmonemq; corripiat,hunc nulla ſpes eſt ſupereſſe,cum enim præſicca/tus pulmo quid ad ſe traxit,non amplius tranſmittit dimittitue, ſed præ æſtu ſiccitateq; nihil amplius ſuſcipit dimittitq; & reddit,ſed ſtatim perdit.Puſtu la uero,uomicaue ſiue phyma in pulmone ſic gignitur,cum pituita, uel bilis in eum conuerſa putreſcit.dumq; cruda eſt, paruum dolorẽ præbet,tuſſimq; ſiccam.cum uero maturuit,dolor grauis & ante & poſt uexat, calor,grauiſq; tuſſis corripit.quod ſi pus cito maturuit,ſupraq; uertatur, prorumpat,totũq; ſpuatur,uentriculuſq; quo prorupit,ſiccetur, penitus ſaneſcit.ſi uero cito ma tureſcat,prorumpat,ſupraq; purgetur, tamen penitus non ſicceſcat,de capi/teq; & corpore uomica phymaue pituitam defluentem trahat, putrefaciat, puſq; ſpuat,tamen uentre defluente propter ea quæ dicta ſunt,perditur.cum & ſerio & ioco negotia uti prius,peragat. Cumq; uenulæ corporis omnes ſan guine febre peruſto clauduntur,caleſcit,frigeſcitq;,& deficit quandoq; tem/poris longitudine, morbiq; magnitudine, malo priore, ſuperuenienteq;. quod ſi longo tempore nec ſponte nec medicamentis prorumpat,dolorum uehementia,inedia,tuſſi,febre languens tabeſcit,ac plerunq; perditur. Quod ſi languente emaciato & iacente pus prorumpat,ne ſic quidem ferũt, ſed hoc modo perduntur,ſi uero cito matureſcat,prorumpatq;,maturiq; huius pluri/mum per præcordia fundatur,ſtatim melius habere uidetur,temporeq; pro/cedente ſi totum ſpuat, uentriculuſq; quo puris quid prorupit, ſicceſcat,

Pulmonis eryſipelas.

Pulmonis uomica.

Pulmonis uomica quando ſaneſcat.

Quando perdit.

ſaneſcit. ſi uero tempus procedat, languenſꝗ debilius habeat, non ſpuat, ſi uratur ſeceturue, puſꝗ exeat, ſtatim quidem & ſic melius habere uidetur, ſed tempore procedẽte propter ea quæ ſupradicta ſunt, perditur. Phyma autem
Coſtarũ uomica. uomicaue in latere coſtisue, pituita bileꝗ ſicuti in pulmone gignitur, de laboribus etiam gignitur, cum uenula aliqua conuulſa penitus non dehiſcit, ſed extuberat. quæ ſi ſtatim dehiſcat, ſanguen defluens putreſcit pureſcitꝗ, ſi uero uena extuberauit per exordia dolet, ſalitꝗ pulſatue, procedẽte uero tempore ſanguen in carnem mittit, quod in carne putrefactum pureſcit. caro autẽ cum plus ſanguinis ad ſeſe traxit, quod pus factum ſit, plus laborat, cum uero minus, tardius pus efficitur, minuſꝗ laborat. quãdoꝗ cum minus uenæ carneſꝗ conuelluntur, non pureſcit, ſed dolores longinquos creat, quos fragmenta uo-
Fragmentũ rhegmaue. cant. quæꝗ in carne fiunt, ſic fiunt, cum quid caro laborat colliſa, uel percuſſa, uel quid aliud paſſa, ſicuti dixi, ſanguine nõ ſyncero ſed tenui & aquoſo liueſcit, hocꝗ non multo. cum uero plus ſolito ſuperareſcit, calefit, dolitatꝗ, deꝗ uenis carneꝗ proxima humorem trahit, quæ cum ſuper maduit, humor ab ipſa carne ſupercalefit, per totumꝗ corpus, qualis tractus fuit, ſpargitur, pluſꝗ per uenas, quoniam eæ magis trahunt ꝗ̃ carnes, quæ & ipſæ trahunt. Cum uero multis corporis humor quid de carne trahit, nõ ſentitur, nec dolet, ſanumꝗ cum tẽpore pro morboſo reddit. ſi uero caro nimis calefiat, humoriſꝗ plus trahat, dolet, quaꝗ prorumpit, ſiſtiturꝗ, uehementer dolet, ſibiꝗ
rhegma. uidentur aliqui fragmentum locũ mutaſſe. quod medicabile eſt. prope enim ulcus hæc ſunt. Humor aũt de carne ꝑ uenas diſcurrit, qui cũ caluit, craſſeſcit creſcitꝗ, dolorem præbet, dum reliquo humori tenuitate, frigiditateꝗ ſimilis fiat. Quæ autem in uenis fiunt, ſic fiunt, uena priuſquam conuellatur ſuo
Vena conuulſa. loco manet, cum uero conuellitur (quod labore & ui fit) ſimilis uarici fit, & calefit, humiditatemꝗ de bile pituitaꝗ trahit, qua miſta ſanguis craſſeſcit
Pleroma. tumeſcitꝗ uena conuulſa & morboſa, ſanguenꝗ ſiſtitur creſcitꝗ, quod cum creuit plenitas illa qualibet transfertur, doloremꝗ grauem præbet, uti quibuſdam uideatur, fragmentum locum mutaſſe. quod ſi humerum petat, manus graueſcit, torpeſcit, deſidetꝗ. quod ſi uenam, humerumꝗ & dorſum uſꝗ tendat, plerunꝗ dolor ſtatim ſedatur. quæ conuulſio fit etiã labore, caſu, ictu,
Purulentus uulnere. ſiquis nimium pondus tollat, curſu, lucta, cæteriſꝗ ſimilibus. Purulenti qui haſtæ, arcus, pugionisue uulnere fiunt, dum uulnus hiat, facile ſpirat, calorẽꝗ & frigus trahit & emittit, puſꝗ purgat, uulnuſꝗ ſi æqualiter extra & intra coaleſcit, penitus ſaneſcit. quod ſi extra ſaneſcat, intra non, purulentus fit,
Purulentus de uulnere. quin & ſi æqualiter intus & extra ſaneſcat, cicatrix autem intrinſecus non ualida, dura, aſpera ue ſit & liuida. Nam ſic plerunꝗ uulnus recrudeſcit, purulentuſꝗ fit, & ſiquis plus iuſto laboret, ſi macreſcat, ſi pituita uel bilis in cicatrice cogatur, ſi morbo alio correptus macreſcat, ſi autẽ uel ſic uulnus recrudeſcat, uel ſi prius exterior pars ꝗ̃ interior coaleſcat, dolorẽ grauem, tuſſim, febrẽꝗ præbet,

præbet,uulnusq; frigeſcit,quia calidius eſt,caloremq; de ſe ſpirat,pus purgatur,moleſtius curatur,tardiuſq; ſanatur,quandoq; nec ſanatur, nam caro uulnuſq; corporis æſtu coquitur,nimiumq; madeſcit,uti non ſicceſcat, nec carnem creet,nec ſaneſcat,ſed cum tempus proceſſerit,perit patiens quæ prius dicta ſunt.Si uero craſſa uena aliqua ſaucietur,ſanguenq; intro defluat putreſcatq;,purulentus fit. ſi uero totũ pus ſpuatur, ſauciataq; uena compeſcatur, uulnuſq; extra & intra ſaneſcat,penitus ſaneſcit.ſi uero non poſſit uulnus coaleſcere,uenaq; nõ compeſcatur,ſed crebro ſanguen emittat,quod & ſi ſtatim uomatur ſpuaturue,uel eo putrefacto pus ſpuatur, plerunq; languens uel ſtatim uomens ſanguen uel paulo tempore poſt cauſis dictis perit.ſæpius & qui uenula aliqua intus ſauciantur uel uulnere uel labore uel exercitatione uel alia re,pereunt,cum uenula coiuit,ſanaq; eſſe uidetur,tamen alio tempore ob ſupradicta refringitur,ſanguenq; fundit,qui ſtatim multũ & ſæpe modo recens ſanguen, modo pus multum craſſumq; diem totum uomentes modo ſupradicto pereunt.plurimum uero his qui hæc uel ſimilia mala habẽt,facit facile uel difficile poſſe morbum abigere, uirq; an mulier ſit. ſi uir,adoleſcens,an grandior natu,ſi mulier,recens,an uetula.ſuperq; his & anni tempus,quo languent,num ue morbo alio decumbant.nam differt malum a malo, maius an minus ſit.corpus a corpore.curatio a curatione.quæ cum ſic inter ſe ſe differant,neceſſe eſt & tempus differre.quoſdamq; multum affici,quoſdam parũ. quoſdam perire,quoſdam euadere. quibuſdãq; ſtataria, & maiora eſſe mala, quibuſdam minora,puſilloq; tempore.quibuſdam ad ſenium uſque perdurare,cumq; illis perire.quoſdam iiſdem modico tempore perire.qui autẽ adoleſcentes ea patiuntur,quæ labore fiunt,plus uehementiuſq; afficiuntur dolitantq; q̃ cæteri,citiuſq; comparent,cum ſanguen ſpuant uel uomant. quidã robore bonoue corporis habitu non ſentiunt. Seniores uero hæc rarius minuſq; patiuntur,cum ualidi non ſint, magiſq; & cauent & curant morbos, & citius reſtituuntur.minus itaq; ſeniori q̃ iuueni per exordia hæc fiunt,cumq; fiũt,minus quoq; ualida ſũt,cõtra iuueni ualidiora corporis robore,ſiccitate, carne denſiore,ualidiore,oſſibuſq; cohærente, pelleq; ualidiore circuntecta. qui cum plus ſolito laborat, confeſtim uehementer conuellitur, diuerſoq; modo uenæ carneſq; dehiſcunt franguntur ue, quæ partim cito comparent, partim ſero. Senioribus uero ualidum robur non ineſt, carneſq; circum oſſa pelliſq; circum carnes circunfluit, caroq; ipſa rara & non ualida eſt. qui cum quid patitur,diſſimiliter minuſq; q̃ iuuenis afficitur, ſtatimq; comparet.tanto quidem per exordia paſſionum iuuenes q̃ ſenes difficilius liberantur.Cum uero morbus comparet,uel pus uel ſanguen uel utrunq; ſpuunt.quicunq; quidem iuniores ſunt,cum robuſto denſoq; corpore ſint,non poſſunt æqualiter pus ulcerum ſuperioris uentriculi purgare.cum enim pulmo denſior eſt,non ualde ad arterias trahit,cumq; arteriæ tenues & anguſtæ ſint, puris niſi parũ

Cur quãdoq; uulnus nõ coaleſcat.

Purulentus alia de cauſa.

Purulentus uena intus fracta.

Diuerſitas uaria.

Morborum affectus diuerſi.

Seniorum et iuniorum affectus.

Pulmonis uarietas.

Cur iuuenes magis quam senes afficiantur.

rariusq; suscipiunt. quare necesse est in pectore & in ulceribus pus cogi & crassescere. Seniori uero rarior, cauusq; magis est pulmo, latioresq; arteriæ, pus uti diutius in uentriculo, ulceribusq; moretur, quicquidq; superueniat remaneatue, totum pulmone, supra ad arterias necessario trahitur, statimq; spuitur. Cum autem iuniori passiones ualidiores fiant, sputiq; purgatio rata portione non fiant, febres grauiores crebrioresq; fiunt, doloresq; grauiores passionis ipsius & corporis prorumpũt, cum uenæ robustæ, sanguinisq; plenæ sint, quæ cum per se calescunt, dolores per corpus prorumpunt, quibus breui plerunq; perdũtur. Senioribus uero, cum passiones non ualidæ fiant, sputoq; per se purgentur, tenuiores, lenioresue, paucæq; febres fiunt, doloresq; lenes, penitusq; his passionibus non liberantur, sed diutius ferentes perduntur, modoq; pus, modo sanguen, modo neutrum spuunt. tandemq; cum his moriuntur. qui potissimum sic pereunt, cum aliquod malum priori simile, his superuenit, quod duplicatum plerunq; perdit. Mala uero, quæ maxime conficiunt, hæc sunt, laterum morbus pleuritisue, pulmonisq; peripneumoniaue. febris autẽ de his fit, cum bilis, pituitaue calescit, quibus totum corpus calescit. quod febris uocatur. cibis autem poculisq; quibus nutritur & crescit, bilis pituitaq; intus calescit. laboribus autẽ uulneribusq; caloreq; nimio & frigore foris calefit, uisuq; & auditu, sed hoc rarius. Morborum autem horror, frigus rigorue fit foris uentis, aqua, serenitate, cæterisq; similibus, cibisq; poculisq; ingestis. maior autem uehemẽtiorq;, cum bilis pituitaq; uel altera uel utræq; cum sanguine miscentur, sed maior, si pituita sola cõmiscetur. nam hominis pituita, suapte natura frigidissima est, sanguis uero calidissimus. bilis autem est quid sanguine frigidius, quæ cum una uel utræq; cum sanguine miscentur, sanguinem cogunt, non tamen penitus, nam homo non uiueret, si nimium sanguis densaretur, refrigerareturq;, qui cum refrigeratur, totum corpus necessario frigescit, quod horror rigorue dicitur. qui si uehemẽtior sit, uehemẽtius tremit. nam uenæ concussæ subeunte condensatoq; sanguine corpus conuellunt, ac tremere faciunt. quo si minus sanguinis coeat, fit quod rigor rigosue dicitur. Horror autem phriceue dicitur, qui multo minor infirmiorq; est. quod autẽ post frigus rigosue, maior minorue feruor necessario sequatur, sic habet. Cũ sanguis hac uiolentia de sua natura discedit. magisq; solito calescit, simulq; cum eo mistæ bilis pituitaq;, quibus sanguinis calore calefactis, post frigus rigosue necessario feruor febrisue sequitur. sudor autem propterea fit, cum morbi statis, certisue diebus cessant decernuntue, & ignis dimittit, parsq; tenuissima pituitæ bilisq;, quæ in sanguine est, secernit, proditq; foras partim, partim intro, quod in corpore remanet. quod uero exit, calore tenuatur uaporatq;, cũq; spiritu mistum foras prodit. quippe hæc talia sunt, de iisq; sudor gignitur. quod autem modo calidus, modo frigidus, sic. calidus quidem de percalefacto malo, perusto, pertenuato, non ualido & non ualde multo decernitur, qui

Morbi periculosi.

Morborũ frigus unde.

Pituita frigida, calidus sanguis.

Frigus rigosue.

Phrice.

Feruor.
Sudor.

Calidus frigidusue cur.

nitur, qui necessario calidior de corpore prodit. frigidus autem de multo malo excernitur, remanente ualido adhuc, nondumq; putrefacto, nec extenuato, nec perusto. frigidior autem crassiorq; peiorisq; odoris prodit. quod sic patet, qui frigido sudore sudant, longo morbo plerunq; laborant, malo præualente in corpore relicto, qui uero calido sudore sudant, citius morbo liberantur. Laterum uero morbus pleuritisue, pulmonisq; peripleumoniaue sic fiunt. laterum quidem morbus fit, cum multæ ualidæq; potiones sumunt, corpus totum uino calescit madescitq;, maxime uero bilis pituitaq; calescunt madescuntq;. quæ madentes cum mouentur, quidam frigus rhigosue temulentos & ieiunos peruadit, Cum latus reliquo corpore natura carne denudatius sit, maxime frigus sentit, cum nihil insit quod resistat nisi cauitas. cumq; riget frigetq;, contrahitur conuelliturq;, caroq; eius uenulæq; quicquid bilis pituitæq; in iis est, uel plurimum calore extruditur, caroq; extra densatur, lateriq; hæret, doloremq; uehementem præbet calescitq;. quæ calore, de uicinis uenis carneq; bilem pituitamque ad se se rapit. Quod hoc modo fit. Cum uero quæ in latere coacta sunt, putrescunt, spuenturque, sanescunt. si uero multum sit prius lateri compactum, aliudq; addatur, statim pereunt. Cum sputi copiam excreare non possint, uel purulenti fiunt, quidamq; pereunt, quidam euadunt. quod septem, uel nouem, uel undecim, uel quatuor & decem diebus patescit. doloremq; præbet ad humerum, iugulum, clauemue pectoris halam. uena enim lienaris splenitisue dicta de liene in latus, humerum, manum sinistram tendit. hepatis autem iecinoralisue dextera similiter. Cumq; quid huius frigore rigoreue lateri hæsit, sanguisq; illic ferueat horreatue, halamq; & humerum petat, ea conuellit doloreq; afficit. per eandem rationem quæ in tergo sunt, bilis pituitæq; humore in latere coacto calefiunt. quandoq; & locis sub latere dolorem præbet, crebroq; si infra uertatur, dolorem per uenulas uesicæ dedit, multumq; & biliosum mingit. quidam morbi huius causam principiumq; esse putant frigus. Pulmonis uero morbus fit, cum pituita bileq; mota pulmo de locis uicinis calore trahit ad se super ea, quæ in eo erant, corpus quidem totum calefacit, doloremq; præbet, tergo præsertim, lateri, humeris, spinæq;, cum ab his plurimam humiditatem ad se trahit. quæ nimium siccescunt, calefiuntq;. qui cum ad se hæc traxit, bilisq; & pituita in eo remansit, putrescit, purulescitq;, quæ putrefacta si suis diebus spuantur, supersunt. si uero quæ ueniunt, principium capiant superueniantq; alia, quæ putrefacta non spuat, copiaq; superuenientium superet, plerunq; moriuntur. si uero ad duos & uiginti dies perueniant, ignisq; dimittat, totumq; in iis non spuatur, purulenti fiunt, maximeq; ii fiunt, qui laterum & pulmonis morbo uehementer laborarunt. laterum præterea morbus non spuens, pulmonisq; fit, siccitate eadem utriq;. calida autem siccant, cum

Sudor frigidus calidusq; unde.

Pleuritis peripleuniaq; qui fiant.

Vena lienis et iecinoris.

Peripleumia quæ fiat.

Purulentus quæ fiat.

Laterũ morbus, Pleuritisue apti stos.

Splenitis hepatisq; uena. supercalescunt, frigidaq;,cum superfrigescunt.latus enim cogitur,uenulæq; eius conuelluntur, quantumq; pituitæ bilisue calore includit, doloremq; præbet, cumq; dolore febrem, lienarem uenam splenitinue dictam manus huius,uel hepatitin, iecinoralemue, pertundere coneferet, qua morbus fuerit. sicq; dolor lateris aliorumq; lenitur. quantum enim bilis, pituitæq; sanguinis ipsius morbosi inest in ea, cum iis emittit.de carne uero,medicamentis, potionibusq;,fomentisq; extra positis, diffunditur,per totumq; corpus morbus spargitur. Pleuritis aptystos hæc uocatur. Peripneumonia uero,cum *Peripleumonia aptystos.* pulmo ipse superarescit, cumq; bilis pituitaq; eius æque non putrescit, nec spuit,quantumq; humoris in eo est,ex potu,sorbitione, locisue uicinis totum siccitate caliditateq; perurit, huic confert, pocula haurire, quibus pulmo madescat,spuatq;.qui si non spuat,pulmo durescit,desiccaturq; hominemq; *Causos unde.* necat. Calida uero febris corripit quidem magis biliosos, corripit & pituitosos,quæ sic corripit, cum bilis per totum corpus mouetur, sibiq; emancipat adeo, uti uenæ,sanguisq; bilis plurimum & de carne trahant & uentriculo. sanguis uero qui prius inerat,cum sit calidissimus omnium quæ in corpore sunt,carne,uentriculoq; suggerente calefit, magisq; bile, corpusq; totum calefacit. quod quidem præ multa humiditate penitus siccescere non potest. quod si fieret,homo periret. postrema uero corporis, quæ natura sicca sunt, siccescunt, quæ si tangas, frigida,siccaq; deprehendas. propterea calida febre correpti præ igne intus ardent, extra frigent, linguaq; & fauces, præ caliditatis interioris spiritu exasperantur, siccescuntq;, quantumq; bilis *Causa uomitionis quæ.* in uentriculum uesicamq; descendit, totum per superna, infernaue lotiumq; emittitur, primisq; quatuor,uel quinq; diebus multum uomitur. quod pro- *Causos pleuritis peripneumonia.* pterea fit, quoniam superior uentriculus nimis calescit, ad seq; rapit, sicq; uomitur. propter hoc ipsum calida febris causosue, laterumq; morbus pleritisue in pulmonis uitium peripneumoniamue transit. Cum superior uentriculus nimis calefactus ad se se trahit, pulmo suscipit, pulmonisq; uitium fit, & plerunq; pereunt, cum iam debilitati sint, morboq; alio superueniente non possunt superesse, dum sputum in pulmone digeratur, *Crassum lotium cur.* sed plerunq; debilitate pereunt. quidam tamen supersunt. Quibus autem in uesicam quid bilis confluit, crassum ob pituitam meunt, sed biliosa demit- *Phrenitis qui fiat.* tunt, quoniam quæ in uentre sunt,exuruntur. Mentis autem uacillatio phrenitisue sic habet. Sanguis qui in homine est plurimam prudentiæ partem confert, quidam totam dicunt, Cum bilis mota uenas sanguinemq; intrat, eum agitat, digerit, qui plus solito motus calescit, totumq; corpus calefacit, tuncq; homo præ febris magnitudine sanguinis copia motuq; non solito,digestione facta desipit, nec apud se se est. Qui mentis uacillatione laborant, similes atra bile uexatis cum desipientia melancholicisue sunt. qui *Melancholicus.* cum sanguis bile, pituitaq; percellitur, desipiunt,quidam & furiunt. similiter &

liter & in mentis uacillatione, quæ tanto minor est desipientia & furore, quanto bilis, pituita infirmior est. subcruentum autem liuidumq; spuent in laterum pulmonisq; morbo, quoniam morbus inualescit crescitue. nã per exordia cum morbus infirmior est, nihil horum spuunt. quod in laterum morbo fit, cum uenæ costarum intenduntur, tuncq; maxime crassum spuunt, & purgantur. Pulmonis autem uitio, cum eius uenulæ dehiscunt caloremq; concipiunt, si uero morbum habens, fractus rhegmatiasue fit putridusue siue sabacos, primis quidem diebus sanguinem pusq; liuidum cum saliua spuit, liuidum uero sputum sanguine fit, si parum cum multo sputo commiscetur, statimq; non spuatur, sed aliquantisper intus remaneat semiputridum, quod in corpore debilitatur effœminaturue, morbo quippe laterum tũc pereũt, cum multa bilis pituitaq; lateri appingitur cogiturue. multumq; de reliquo corpore superfluit. cuius abundantem copiam putrefactam languens spuendo non uincit, pituitæq; & bilis intus existentis spiritus meatus arteriæue cõplétur. propterea densum crebro per superna stertit, singultat, spirat. demum omnia clauduntur, peritq; similiq; modo & pulmonis uitio pereũt. Qui uero calida febre moriuntur, omnes siccitate pereunt. primo quidem eorum postrema, manus, pedesq; siccescunt frigescuntq;, deinde uero sicciora. cum aũt penitus corporis humor exuritur siccescitq;, sanguis penitus cogitur, frigescitq;, corpusq; reliquum siccescit, sicq; moritur. mentis autem uacillatione sic pereunt, cum toto morbo desipiunt, cum sanguis corruptus fit, solitoq; modo non moueatur, agiteturue, cumq; desipientes nihil, quod alicuius momenti sit, eorum quæ porriguntur, suscipiunt. Cum uero tempus procedit, marcescunt minuunturq; præ febre. nullaq; re sustentati nutricatiq;. primum quidem postrema minuuntur frigescuntq;, deinde proxima. Principium hoc frigus, ignis & labores habent, cum uenarum sanguis pituita frigescit, concidit frigescitq;, conuelliturue, multumq; huc & illuc agitatur, tremitq;. Demũ omnia frigescunt, moriturq;.

Sputũ subcruentum liuidũq; cur.

rhegmatias, sabacos.

Liuidum sputum sanguis facit.

Laterum morbus quando necat.

Arteriæ.

Peripneumonia, causos, phrenitisq; quando perimunt.

HIPPOCRATIS DE MORBIS LIBER SECVNDVS.

PLurimum quippe tunc meitur, cum caput nimium calescit, nam eius pituita liquescit, quæ liquefacta partim nares, partim os, partim uerenda petit per uenas quæ eo tendunt, cum autem in pudenda deuenit, meitur, tanquamq; stillicidio, stranguriaue laboret, afficit. Cum uero pituita uenulas oculorum penetrat, uisum hebetat, nam species aciesue aquosior turbidiorq; fit, lucidumq; oculi non æque lucet, nec comparet similiter si quis uelit uidere, quemad-

Cur quis multũ meit.

Qui uisus hebetetur.

modum cum lucidus & purus erat, qui ſi curetur, quadrageſimo die ſane/ſcit, ſi autem multo tempore poſt morbus reueniat, capitis cutis craſſeſcit, corpusq; reliquum tollitur,& craſſeſcit & bene coloratur. pituita huic in car nes uertitur, propterea craſſior eſſe uidetur. carnes enim cum madefactæ, ſub latæ, raræq; ſint, de uenis ſanguinem trahunt, propterea boni coloris eſſe ui/dentur, caput ulcerum completur, corpus turget, color arcuatus, ictorides ue fit, per corpus diuerſis locis ulcera pullulant, quandoq; febrit, de tergoq; aqua fluit. cum in huius capite ſubbilioſa pituita nutriatur, ulceratur, cum uertex multa pituita bileq; madeſcit, rareſcit, nam hic ſiſtitur, putreſcit, ulceraturq;. Pituita autem extenuata in aures deditur, corpuſq; reliquum ſi/cuti caput ulceratur, ſanguine putrefacto, bileq; & pituita qualibet coacta, nam ea parte caro putreſcit ulceraturq;, quicquidq; bilis pituitæq; penetrat, putreſcit, pusq; fit. Morbus alius. caput circumdolitat, bilem uomit, diffi/culter meat, deſipit. Caput quidem nimio eius calore circumdolitat. deſi/pit cum ſanguis capitis bile pituitaq; caleſit, ſolitoq; plus agitatur, bilem uomit, cum ea per corpus ſe ſe motitat, caput eam ſuo calore ad ſe trahit, quodq; craſſiſſimum eſt, uomit. quod uero tenuiſſimum, ad ſe trahit, min/git autem in hoc quemadmodum in ſuperiore dictum eſt. Morbus alius. ſi uenulæ cerebri in ipſum ſpuant, ſuperuomantue, certum quidem rectumue nomen huic morbo nullum poſitum eſt. certum enim non eſt. num ne uenu læ aliquæ minores maioresue in cerebrum ſpuant, ſuperuomantue. nominant autem & dicunt ſuperuomitum, hyperemetonue. ſi uero quam maxime ſuper uomat, morbus ex hoc fieri non uidetur. nam ex bono malum fieri non po/teſt, nec ex malo bonum, nec bonum plus iuſto, ſed ſuperuomere uidetur, cum in uenas bilis ſanguiſue penetrat. tunc enim uenæ tolluntur pulſantq;, caputq; totum dolitat, tintinnantq; aures, nihilq; audit, quæ tunc tintinnant, cum uenulæ pulſant ſaliuntq;. tunc enim caput reboat, reſonatue, male au/tem graueq; audit partim exteriore ſtrepitu ſonituq;, partim cum cerebrum eiusq; uenulæ tolluntur. Cerebrum enim cum nimium calet, ſui caloris quod ſecundum aures eſt, uacuum complet, utpote cum par æris copia non inſit, nec priore tempore parem ſonitum præberet, nec æque dicta ſignificaret inſinuaretue, propterea male graueq; audit. Qui ſi aqua in nares osq; erum/pat, pituitaq;, ſaneſcit. ſi minus, ſeptimanus maxime perit, ſi quidé in capite uenæ ſuperuomant, quæ ſuperuomunt, quemadmodum in ſuperiore dictum eſt. ſignum autem quod hoc modo ſuperuomunt, hoc, cum quis uel manum hoc patienté ſupercedat, uel caput, uel quid aliud corporis, ſanguê atrū fluit & turbidum & morboſum, quod uere ſanguen dicendū non eſt, cum rubrū ſyncerumq; non defluat. quæ cum ſuperuomunt, caput dolitat, graueſcit, ca/ligat. dolitat autem ſanguinis caliditate, caligat, cum in uultum ſanguinis multum

Puſtularum capitis origo.

Caput cur dolitet.

Malum ex bono non fit.

Tinnitus aurium unde.

Signum uenularū cerebri id afficientium.

Capitis doloris grauedinis et caligationis cauſa.

multum decurrit, grauescit, cum sanguinis plus turbidi morbosiq; sit in capite quam extra. si uero cerebrum syderetur, dolor de capite spinam, corq; petit, linquitur animo, intermoriturue, sudat, non dormit, sanguen de naribus fluit, crebroq; sanguen uomit, cerebrum autem syderatur, nimio calore, frigoreue, nimiaq; bile pituitaue. Cum uero quid horum patitur, super calescit, spinæq; medullam calefacit, spinæq; dolorem præbet. Linquitur autem animo deficitue, cum pituita bilisue cordi assistit. quod necessario fit, cum mouentur, madescuntq;, sudat uero præ labore, cum uenæ capitis cerebro calefiunt. quæ uero secundum spinam sunt, ab ipsa spina calefiunt, spina autem tergi medulla, medulla cerebro, de quo manat. Cum ergo uenæ calefiunt, sanguis illarum simul feruet, uomitumq; cruentum ciet. nam uenæ quædam de capite nares petūt, quædam os. sanguinolentæ uero de spina corpus petunt, tertianus hic uel quintanus plerūque perit. Morbus alius. Cum dolor caput repente corripit, confestimq; uocem intercipit, uiresq;, septimanus hic perit, nisi ignis superueniat. quod si fiat, sanescit. patitur autem hæc, cum ipsi nigra bilis in capite mota defluit, maximeq; quatenus plurimæ uenulæ in ceruice pectoreq; sunt. deinde postridie stupescat, uiresq; amittat, cum sanguis refrixit. si uero fortis adeo sit uti sanguen calefiat, siue porrectis siue per se sanguen tollitur eleuaturue, spargitur, mouetur, spirat, spumescit, bilis separatur, sanescitq;. si uero uires non habeat, magis friget. cum uero penitus refrixit, calorq; eius defecit, cogitur nec mouetur, sed perit. si uero temulentia hæc patiatur, etenim eadem patitur, peritq;. Cum uero caries, teredoue fit in osse, de osse dolor capit, cutisq; cum tēpore ab osse modo hic modo illic discedit. Quæ hic patitur, cum pituita, quæ in ossis duplicitatem peruenit, obaruit, omnisq; humiditas defecit, osq; ea parte rarescit, cutisq; ab eo discedit. qui morbus letalis non est. Morbus alius. Si capitis stupor, bletosue fiat, prior capitis pars dolitat, hebetius cernit, uenæ saliunt, lenta febris obrepit, soporatur. quæ patitur, cum uenæ capitis calefactæ pituitam ad se trahunt, mala corporis temperatura, quod principium huius est, prior capitis pars propterea dolitat, quoniam uenæ hac crassissimæ sunt. cerebrumq; huc potius uergit quam in occipitium, propterq; hoc hebetius cernit, cerebro pituitoso & inflammato hac procumbente. corpusq; male propter hoc temperatur, quoniam uenæ ad se pituitam traxerunt, cuius frigiditate sanguis necessario sistitur, magisq; quam prius frigescit. qui cum non mouetur, & corpus desidet, torpescitq;. si uero sanguis qui corpus aluit ita uincat, uti calescat, euadit. si aūt pituita uincat, sanguis magis friget, cogiturq;, qui frigefactus & coactus hac se dedat, homo penitus cogit̄, friget pitq;. De Angina. Cynanche aūt anginaue fit, cū pituita capitis mota ad īferiora affatim decurrit, & in faucibus, maxillisq; sistit̄. Sputū hic deuorare neqt, uixq; spirat, stertitq; qn̄q; eū febris corripit, morbus quidē hic, ex hoc fit. Quādoq; sub linguā &

Cruentus uomitus unde.

Dolor capitis, qui uocē intercipit,

Temulentia hoc et ipsa facit.

Stupor capitis.

Angina, cynanchene.

Vua, staphyleue. quãdoq; supra pectus parũ. De staphyle uuaue. morbus autem uuæ staphyle ue fit cum in curculionem palatumue de capite pituita descendit, quod palatum tumescit, suspenditur, rubescitq;, quod si diutius maneat, nigrescit, quoniã curculio, gargareonue super uenas est epiphlebosue & crassus, qui cũ inflammatur, calescit, de uenaq; caliditate sanguinẽ trahit, quo nigrescit. quẽ si non poscentẽ seces, confestim animã agunt. calescit enim uena, caliditateq; circunstantia sanguinis cõplet, statimq; strãgulant. De tonsillis. Tonsillæ aũt antiadesue, sublinguaq; mala hypoglossidesue, tumoresq; gingiuarũ hulaue, linguæq; mala glossaue, quæq; hac sunt omnia pituita laborant, afficiunturue morbo. Pituita uero de capite descendit, caput autẽ de corpore trahit, cum calescit, quod cibis, sole, frigore, laboribus, igneq; calefit. quod calefactũ de corpore, quod tenuissimũ est, ad se trahit. quod rursus in corpora descendit, cum caput repletum est, horumq; aliquo calefiat. Mala de capite manantia.

Gargareon. Epiphlebos. Tonsillæ antiadesue. Hypoglossides, hula glossa.

Capitis torpor narceue. Stranguria. Cum caput torpet, crebro mingit, Strangulationisq; lotii stranguriæue mala patitur, quæ nouẽ dies hic patitur, si quidẽ per nares auresq; muccus aquaue prorumpat, morbo liberatur, stranguriaq; cessat, multumq; & albũ sine labore mingit dies uiginti, capitisq; dolor cessat, species uisusue minuitur, dimidiatosq; uultus, psonasq; sibi uidet̃ cernere, quadragesimus hic penitus sanescit, qñq; aũt septimo uel quarto & decimo anno multis hic morbus reuenit, capitisq; cutis huic crassescit, quæ tacta cedit. Paucisq; cibis replet̃, q tñ mollis, tenellusue, colorisq; boni uidet̃, acuteq; nõ audit. Cũ sic hñtẽ per morbi principia nanciscerís, priusquã per nares & aures aqua pr̃ũpat doleatq;, tñ caput

Medela quæ. radito, sicq; desiccato. plenũ aquæ calidæ quatenus ferre possit scorteũ utriculũ fronti dato. quo refrigerato, alterũ habeto. si debilitaret̃, cessato. deinde eadẽ facito, donec dolor cesset. si uenter non demittat, subluito. mulsumq; dilutum & quæ lotium citant, superpotato, quammaximeq; foueto, ptisanæq; tenuem succum sorbeto. si uenter non demittat mercurialis ius cum pari modo ptisanæ cremoris ter die sorbeto mellis pusillo adiecto, postea paulum uini albi dulcis diluti propinato. Cum uero per nares muccosa prorumpent, crassumq; minget, capitisq; dolor cessauerit, ne amplius utriculo utitor, sed multa calida lauato, mulsumq; dilutum, quæq; lotium cient, propinato, tresq; dies milium delingito, cucurbitam uel betã comedito. deinde cibis q̃ mollissimis, delicatissimisue, lotiumq; mouentibus utitor, semperq; paulũ quid cibis addito. Postquam uero dies quadraginta transierint (nam hoc potissimum tempore hic morbus sistitur) caput eius medicamento quod per inferna subducat, purgato. deinde, si tempus anni sit, serum dies septem, si debilis esset, minus propinato. si uero morbus rediret, cum totum foueris, postridie ueratrum propinato. deinde quãtũ tibi uideatur, intermittito. tuncq; caput, per inferna purgato, lineisq; octo caput urito, duas secundum aures du cito, duas per occipitiũ, utrinq; duas in naribus, secundum oculorũ angulos.

Capitis ustio.

uenas autem

uenas autem,quæ ſecundum aures ſunt,donec non ſaliant, urito, ferramentis uero cuneolos per tranſuerſum uenis ducito.quæ ſi facias,ſanabitur. Morbus alius. Cum uero caput ulcerum completur, cruraq; ſicuti aqua inter cutem laboranti turgent,per tibiaſq; humor ſpargitur, quas ſi premas,ſident, color arcuatus, iſterodesue fit, ulceraque huc & illuc pullulant, præſertimq; per tibias, quæ uiſu mala ſunt, quæ deflammata celeriter ſaneſcunt. quandoq; febris corripit, ſemperq; caput calet, de auribusque aqua fluit.Cum ſic habet, medicamentum dato,quod pituitam bilemq; ſupra purget. ſi uero frigeat,præfoueto,lauatoq; calida.poſt tres dies medicamento caput infra purgato. deinde ſerum ſi tempus anni ſit,potato.ſi minus,lac aſinæ. poſt purgationes has cibis non multis & lubriciſſimis utitor, nec lauato. ſi uero caput ulceretur,calida multa perluito mundatoue.qua uini fex uſta,putamina glandis trita, nitrum pari modo ferbuerit. Deinde caput ſuillo pingui,laurinoq; oleo linito,quo hæc commiſta fuerint & contrita, lauri baccæ,galla,myrrha, thus,flos argẽti.poſtea ter menſe uomito,& exerceto, multaq; calida lauato. Si uero cum hæc feceris,morbus alia corporis parte pullulet,caputq; ulceratum ſit, cum caput purgaueris, medicamentum infra potato, deinde caput radito,leuiterq; ſecato,ſanguinẽq; exprimito, lanaq; ſuccida uino tincta obnubito,ſuperligatoq;.quam cum ſolues,circunſpongiato, cupreſſinoq; oleo linito,laneiſq; uinculis,dum ſaneſcat,utitor.Morbus alius.Dolor circũquaq; caput quandoq; corripit,ſiquis paulum agitet, bilem uomit, quandoq; uix mingit,deſipitq;.Cum autem ſeptimanus fuerit,quandoq; perit.ſi uero hunc fugiat,nonanus uel undecimanus, niſi quid per nares uel aures prorumpat. quod ſi fiat,euadit.ſubbilioſa enim aqua prorumpit, quæ ſi non prorumpat, cum tempore putreſcit,pureſcitq;.Cũ ſic habet per exordia,dum dolet prius quam de naribus auribusue quid prorumpat, ſpongias aqua calida tinctas ad caput dato.ſi uero his non ceſſet,utriculo quemadmodum in ſuperiore,utitor, mulſumq; dilutum potato, ſi minus, hordeaceam aquam,fontanamue, deinde ptiſanæ ſuccum ſorbeto,poſtq; uinum album dilutum potato. Cum uero per nares,aureſue prorumpet,febris dolorq; remittit, cibis aluum mouentibus utitor,paulatim ſemper addendo,caput aureſq; multa calida & limpida aqua perluito,ſpongiamq; melle tinctam ſuperponito. Si ne ſic quidẽ deſiccaretur,diutiuſq; deſtillaret,caput,aureſq; diluito. deinde ſpumam,floremue argenti,ſandarachan,ceruſſam pari modo tritas in aures dato,concutitoq;.ſiquid profluat,medicamentum ſuperiacito.cum aruerit, aures emundato,medicamentumq; abluito.deinde leniter aures foueto. nam cum aruit, obtorpeſcunt,ſurdeſcuntue primum, ſic enim uix,& longo tempore ſiſtitur. Si cum dolere aures cœperint, nihil ſeptimo die proruperit, moritur.quare calida perluito,ſpongiaſq; aqua calida tinctas ad aures dato.ſi ne ſic quidem prorumpat,aures refoueto iiſdem poculis ſorbitionibuſq;, quibus in priori-

Caput ulceratur.

Medela quæ.

Si morbus repullulet.

Quid agendum uideto.

Quãdo moritur languens hoc morbo.

Curatio.

Cerebri madētis signa. bus, utitor. Morbus alius. Cerebrum si madescat, uertex, tempora, partesq; aliæ capitis quandoq; grauiter dolitant, quandoq; frigus febrisq; corripit. locaq; oculorum dolitant, pupillaq; diuiditur, hebescitq;, duoq; pro uno cernere uidetur, si stat, caligat, uentum solemq; non fert, sonitant aures, sonitum strepitumue non libenter audit, sputum, spumamq; sæpe uomit, quandoq; & cibaria, Capitis cutis tenuatur, quæ si tractetur, gaudet.
Medela quæ. Cum sic habet, primum medicamentum quod supra pituitam agat, propinato. post hoc, caput purgato, deinde post duos tresue dies medicamentum quod infra purget, dato, postea cibis lubricissimis eum reficito, sensim addendo semper, cum satis iam comederit, mel acetumq; cum lenticulæ iure misceto, oleraq; præsumito, ieiunusq; uomito, cumq; uomuerit, pultem
Cyceon. cyceonaue tenuem liquidamue potato. deinde uesperi ne lauato. parum comedito. post cibum deambulato. maneq; plurimum solem, uentum, ignemq; caueto. Quæ cū feceris, si sanescat, sat est, si minus, per uer primum ueratro purgato.
Veratrum. deinde medicamētum in nares dato. post paulo subterpurgato, postea cibis reficito. demum uerticem ad cerebrum usq; secato, & tanquam sectum curato.
Capitis alius morbus. Morbus alius. Cum frigus febrisq; corripit, caput, uertex, tempora, oculorum loca dolitant, supercilia grauare uidentur, caputq; totum grauedo habet. quem siquis agitet, mingit, etsi plurimum & facile mingat, dentes torpescunt, gingiuæ tument, capitis uenæ tolluntur, saliuntq;, quiescere nequit, sed æstuat, & præ dolore desipit. cui si per nares auresq; aqua suppurulenta prorumpat, sanescit. si minus, septem plerunq; diebus perit. Qui morbus, molestia potissimum fit, uel febre liberatus purgatus non sit, uel crapulatus sit, uel sub sole laborauerit.
Medela. Cum sic habet, sanguinem primum de qua capitis parte uideatur, mittito. deinde caput radito, quibusq; refrigeretur, linito. Si uenter non demittat, subluito, succumq; ptisanæ non calidum dato, aquamq; superpotato. si uero refrigerantia dolorem non sedent, utriculo calefacito. cum dolor cessauerit, cibis utitor lubricis, nec repleto. cum post doloris cessationem uigesimus fuerit, caput foueto, medicamentumq; in nares dato. postque tres dies medicamentum infra potato. Morbus alius.
Cerebri morbus. cum uenulæ sanguinolentæ cerebrum circundantes, superuomunt, cerebrumq; calefaciunt, uehemens febris habet, uertex, tempora, occipitium dolitant, spiritus aures replentur, tintinnant, nihil audit, præ dolore se se iactitat, æstuat, quintanus hic uel sextanus perit. cum sic habet, caput eius cale-
Medela. facito, nam si per nares uel aures aqua prorumpit, perniciem fugit. si uero sex dies fugiat, sicuti priorem nutricato. Morbus alius. Si uenæ superuomant
Capitis morbus. in capite, totum caput, ceruix paululum dolitat, quandoq; & alias capitis partes dolor petit, mutaturq;. cum stat, caligat, febris abest. cum sic habet, caput
Medela. radito, calidisq; linito, quæ si nō auscultet, qua capillus desinit, frontem aperito. cū secaueris, cutē diducito, cū sanguis defluxerit, tenui sale conspergito,

totamq;

totamq; sciſſuram duplici lino, fibulaue componito, linamentumq; cera & pice tinctum superponito, lanamq; ſuccidam ſuperligato. nec ante ſeptimum diem niſi doleat, ſoluito. donecq; ſaneſcat, aquam hordeaceam potato, ſuccumq; ptiſanæ ſorbeto, & aquam ſuperpotato. Morbus alius. Si cerebrum bilioſum ſit, lenis febris habet, friguſq; rhigosue, dolor caput totum perrectat præſertim uerticem, tempora, oculorum loca, ſuper cilia ſupergrauare uidentur, aures dolitant, per nares bilis defluit, oculi hebeſcunt, multi dimidium caput dolitant, quidam totum. Cum ſic habet, quæ refrigerent, capiti dato. cum dolor, fluorq; rheumaue ceſſauerit, ſuccũ appii in nares dato. dumq; dolor habet, ne lauato. milium tenue, liquidumue cum puſillo melle ſorbeto, & aquam potato. ſi uero uenter non demittat, braſſicã edito, & ius ſorbeto, ſi minus, ſambuci foliorum ſimiliter. Cum tibi tempus eſſe uideatur, cibaria lubriciſſima porrigito. pulſo fluore, rheumateue & dolore. ſi ſupercilia quid grauarentur, muccuſq; craſſus, putriduſq; per nares deflueret, eum origani aqua & aceto foueto, deinde calida lauato, floremq; æris, myrrhamq; in nares dato. Cum hæc feceris, plerũq; ſaneſcit. morbus hic mortalis non eſt. Morbus alius. Si cerebrum ſyderetur, dolor de uertice in occipitium, ſpinamq; tendit, cor algitat, ſudatq; repente ualde, ſanguen per nares fluit, plurimi uero & uomunt, tribus hic diebus perit. qui ſi ſeptem dies euadat (plurimi autem non euadunt) ſanguenq; uomat, uel de naribus fluat, calida ne lauato, nec calida porrigito, ſed acetum album dilutum potato. ſi uero debilis eſſet, ptiſanæ ſuccum ſorbeto. ſi uero plus iuſto ſanguen tibi uomere, uel de naribus fluere uideatur, poſt uomitum ſitaniam farinam potato ſuperſpargens aquam. Sanguen ſi de naribus fluat, uenas brachiorum temporumq; ligato, lienas, ſplenasue ſupponens. ſi uero horum neutrum ſit, uertex tamen, occipitium, ceruix, ſpinaq; doleat, corq; frigeat, calidis heruis uerticem, occipitium, ceruicem, ſpinam, pectuſq; calefacito. quæ ſi feceris, maxime iuues. pauci tamen hunc morbum euadunt. Morbus alius. ſi repente ſanus caput dolitet. muteſcatq;, ſtertat, hiet, quem ſiquis uocet agitetue, non ſentit, ſolum gemit, multum mingit, nihil inde reſipiſcit qui niſi febris corripiat, ſeptem diebus perit, ſi uero corripiat, plerunq; ſaneſcit. morbus autem hic ſenes magis quam iuuenes uexat. quem cum ſic habet, plurima calida lauato, multumq; foueto, mulſumq; calidum in os ſtillato. quem ſi reſipiſcat, morbumq; euadat, cibo reficito. qui cum tibi ualidus uideatur, medicamentum in nares dato. poſtq; paucos dies medicamentum quod infra purget dato. nam ni purges, ne morbus redeat, periculum eſt. pauci tamen hunc & priorẽ euadunt. Morbus alius, ſiquis temulentia repente muteſcat. quem ſi ſtatim febris corripiat, ſaneſcit, ſi minus, tertianus perit. Cum ſic habentem nanciſceris, multa calida lauato, capiti ſpongias aqua calida tinctas dato, cœpam purgatam naribus admoueto, qui ſi oculos retendat, aperiatue, loquatur, reſi-

Cerebrum bilioſum cum eſt.

Quæ uentrem ei tent.

Cerebri ſyderatio.

Medela.

Qui ſanguen ſiſtatur.

Curatio quæ.

Capitis ſubditus dolor.

Senum morbus. Medela.

Temulẽtiæ morbus.

Medela.

piſcat,non deliret,ſoporatus eo die iacet,poſtero ſaneſcit, ſi ſtans bilem uomat,furit,quintoq́ die plerunq́ perit,niſi dormiat.cui hæc facito,multa calida,donec reſipiſcat,lauato.deinde multo oleo linito, mollibuſq́ ſtratis reclinato.plurimis ſtragulis tegito lumen, nec qui loquatur ſit. nam plerunq́ poſt balneum dormitur.quod ſi faciat,ſaneſcit.ſi reſipiſcat, tres primos dies quatuorue milium tenue ptiſanæue ſuccum ſorbeto,dulceq́ uinum potato, deinde cibis mollibus,pauciſq́ primum utitor.Morbus alius.Si uero ſyderatio corripit,ſenſim prior capitis pars dolitat,turget,liueſcit,febriſq́ & frigus comprehendit. Cum ſic habet.qua tumet ſecato,purgato,& os uſq́ ad duplicitatem radito, deinde tanquam fractum curato. Cum uero caries teredoue fit in oſſe,dolitatq́ hoc os, cum tempore uero tenuatur, & bullat frãgiturq́, quod ſi ſeces,diſtentum,aſperum,rubrumq́ reperis,quibuſdam & in cerebrũ uſq́ corroſum.Cum ſic habenti occurris,ſi quidem corroſum ſit,ſinire optimum eſt,ſtatimq́ ulcus curare.Si uero corroſum uulneratumue non ſit, ſed aſperum,uſq́ in duplicitatem radito,& ſicuti priorem,curato.Morbus alius. Si uero percuſſio fiat,priorq́ capitis pars doleat,oculiſq́ nõ cernat, ſoporq́ comaue eum habeat,temporumq́ uenæ ſaliant,lenteq́ febriat, totumq́ corpus,intemperantia quadã maceſcat, cum ſic habet, multa calida calefacito, capitiq́ calida dato,naribus deinde myrrham & æris florem,ptiſanæq́ ſuccũ ſorbeto,& aquam potato.ſi cum hæc feceris,melius habeat, ſat eſt. ſi minus (quæ ſola ſpes eſt) uerticem aperito.Cum ſanguen defluxerit, labia componito,ligato,curatoq́.quod ſi non aperias,octauus & decimus plerunq́ perit. De Angina,cynancheue.febris rhigoſq́ frigusue corripit, caput dolitat,maxillæ turgent,ſputumq́ uix deuorat, ſputaq́ dura paucaq́ ſpuit, faucibuſq́ ſtertit, linguamq́,ſi ſpectes, palatumq́,magnum non, non turgetue,ſed molleſcit liueſcitue,ſputiq́ glutinoſi fauces complentur,nihilq́ excreat,nec iacere poteſt, ſi iaceat, ſtrangulatur. quem ſic habentem nactus primum hæc facito.Cucurbitulã primæ ceruicis uertebræ dato, deinde raſa capitis parte ſecundum utranq́ aurem ubi ſaliet alias, quas aliquantiſper trahere ſinito. deinde, ſic eum ſuffito.nitrum,origanon,naſturtii cardamuue ſemen tenuiter diligẽterue terito,& in ollam nouam immittito,in qua pari menſura acetum & aqua paulumq́ olei conſperſum ſit, quã prunis leniter feruere facito,mox operculum pertuſum cum cannea fiſtula ſuperponito, qua uaporẽ ore aperto ſuſcipito, fauceſq́ ne uras caueto, maxilliſq́ & faucibus foris ſpongias aqua calida tinctas dato,mox origani folia tymbræ, apii, mentæ, paulumq́ nitri diligenter terito, mulſoq́ diluto,cum aceti puſillo tepefacito, colato gargariſſatoq́.ſi uero non ſpuat,myrti ſurculo tenello,molli lana conuoluto, ſputum de faucibus educito. ſi præterea uenter non demittat, glandulam ſubiicito uel ſubluito. poſt hæc,ptiſanæ ſuccum ſorbeto, & aquam ſuperpotato.ſi uero tumor rubro & ardẽti modo prodeat, pectuſq́ petat ſpes maior ſalutis eſt.

Capitis ſyderatio,ſphacelismos ue.
Curatio quæ.
Carioſum os capitis.
Carioſi oſſis curatio.
Capitis cerebri ue percuſſio,bletosue.
Sopor comaue.
Medela quæ.
Verticis ſecatio ſpes ſola ſalutis in hoc morbo eſt.
Angina, cynancheue.
Medela anginæ quæ.
Suffitio.
Gargariſſatio.
Sputi eductio.
Tumoris extuberatio.

ſalutis eſt.cui hæc facito.Cum pituita extra uertitur,tincta frigida aqua betæ folia ſuperponito, tepidis autem gargariſſato,ne lauato. quæ ſi facias, euadet.morbus tamen hic letalis eſt, paucicꝫ euadunt. Morbus Anginæ,cynanchesue alius.Febris dolorcꝫ capitis corripit, fauces,maxillæcꝫ inflammantur, ſputum deuorare nequit.cum ſic habet,primum ſicuti dictum eſt,cucurbitulas admoueto,deinde faucibus & maxillis ſpongiam aqua calida tinctam apponito,mulſo diluto gargariſſato,ptiſanæ ſuccũ ſorbere cogito.ſi uero hæc facienti ſputum non facile exeat, quemadmodum ſupra ſuffito. ſi pituita foras in fauces pectuſcꝫ uertatur, betam uel cucurbitæ fruſtula, calida aqua tincta ſuperponito, frigidum ſuperſorbeto, ſuperpotatocꝫ, uti ſputum facilius excreetur. cum uero pectus extuberat,plures euadunt. Si uero,de faucibus in pulmonem morbus uertatur,ſtatim febris ſupercorripit, & dolor laterum, qui plerũcꝫ necat, cum hoc fit. Qui ſi quincꝫ dies euadat, purulentus fit, niſi ſtatim tuſſis eum ſupercapiat, quæ ſi ſupercapiat, multumcꝫ is excreet,purgeturcꝫ, ſaneſcit.quem dum coſtas dolet,calidis plurimum foueto, porrigitocꝫ,quæ pulmonis uitio.ſi uero quincꝫ dies euadat,febriſcꝫ remittat, tuſſis tamen remaneat, primos quidem dies ſorbitionibus utitor. cum uero cibaria ſumere incipiet,pinguiſſima ſalſiſſimacꝫ comedito. ſi uero nõ tuſſiat, purulentumcꝫ eſſe cognoſcas,cum cœnauerit,dormituruſcꝫ ſit, multum crudum allium comedito,meraciuſcꝫ potato.ſi quidem ſic pus erumpat,ſat eſt, ſi minus,poſtridie cum calida laueris, ſuffito,quo ſi pus erumpat, uti purulentum curato.Cynanche Anginaue alia.Linguæ pars ulterior, gutturiſcꝫ aditus inflammatur, ſputumcꝫ deuorare non poteſt, nec aliud quicquam, ſi cogatur,per nares exit. Cum ſic habet, mentham uiridem, apium, origanum, rhun ſyriacum rubrum, ſumaciumue,roſaſue rubras, nitrumcꝫ terito, melle ſubigito,craſſumcꝫ facito,tumoremque linguæ linito, deinde aqua qua caricas rhuncꝫ ſuriacum decoxeris ſi poſſit,gargariſſato.ſi minus, os perluito,hordeaceamcꝫ aquam potato. collũ uero fauceſue foris calida farina uino cum oleo decocta linito,calidumcꝫ panem ſuperponito.nam plerũcꝫ aditus faucium ſuppurat.quod ſi ſponte prorumpat,ſaneſcit,ſi minus,digito prætentato,ſi molle reperias,ſcalpro digito alligato,pertundito. quæ ſi fiant,plurimi ſaneſcunt.morbus tamen hic non fere letalis eſt.De Staphyle uuæue tumore. Cum uua in faucibus tumeſcit,ſummus curculio aquæ repletur, rotundatur, tranſlucetcꝫ, ſpiritumcꝫ intercipit.ſicꝫ maxillæ utrincꝫ inflammentur, ſtrangulatur,quæ ſi non inflãmentur,iſcꝫ in ſe ſe ſit,non perit.cum ſic habet,digito ſummum curculionem pertundito, palatumcꝫ uerſus preſſato. deinde foliorum decocto gargariſſato,decoctamcꝫ farinam delingito,& aquam ſuperpotato, nec lauato.De Tonſillis.Si tonſillæ antiadeſue fiant, contumeſcunt utrincꝫ maxillæ,quod tactum foris durum eſt, curculiocꝫ totus inflammatur, qui cum ſic habet, tonſillas digito curculionem uerſus trudito, ſiccocꝫ æris

Medela.

Secunda angina.

Medela.

Tertia angina.

Medela.

Vuæ tumor ſtaphyleſue.

Medela.

Tonſillæ,antiadeſue.

Medela.

flore linito, decoctoq; foliorum persolato gargarissato, tumoremq; foris hordeacea farina emplastrato. cum autem tubercula mollia intus uidebuntur, scalpello gladioloue pertundito. quædã tamẽ & per se sistuntur. Morbus sub lingua hypoglottisue. Si sublingua hypoglottisue fiat, lingua tumet, subq; & extra tactu durum est, sputumq; deuorare non potest cum sic habet, spongiã aqua calida tinctam foris apponito, tumoremq; hordeacea farina aqua cum oleo decocta emplastrato, caricarumq; decocto gargarissato, nec lauato. cum autem suppurauerit, secato. quandoq; sua sponte non sectum erumpit sistiturq;, cum uero foras suppurauerit, urito. Si uero pituita sistatur in palato, tumescit suppuratq;. cum sic habet, tuberculum urito, cum pus exiuit, calida cũ nitro luito, deinde uino. Cum uero laueris, tritã sine acinis uuam passam albã super ustum ponito. cum uero defluxerit, tepido uino meraco diluito, cumq; quid comedet sorbebitue, spongiam superponito. donecq; sanescat, hæc facito. De narium polypo. Si Polypus in naribus fiat, media chartilagine tanquam uua hæret, quæ cum spirat, exit, mollisq; est, cum respirat, regreditur, loquiturq; non clare, cumq; dormit, stertit. qui cum sic habet, spongiam rotundam spiræ figura secans facito, uti naribus quadret, linoq; ægyptio duro modo conuoluito, quadrupliciq; lino cubiti longitudine spongiam extremã ligato, per osq; lino in aciculæ stagneæ foramine indito, in nasum trahito, polypum donec educas resecesq;, super quem cum sanguis amplius non manabit, linamentum melle cum æris flore tinctum pones in naso, cumq; ulcus iam coalescet, plumbeam lamellam melle tinctam donec sanescat, super ulcus teneto. Polypus alius. Carunculis nasus completur, quæ si tangantur, duræ sunt, spirareq; non potest per nasum. quem cum sic habet, fistula intro data candentibus ferramentis tribus quatuorue urito, cum autem usseris, tritum ueratrum nigrum superiacito. cum putrefacta caro deciderit, penicillum lineum melle cum æris flore tinctum iniicito. Polypus alius. Caruncula rotunda tactu mollis in naso chartilagini hæret. Cum sic habet, nerui resticulam sumito, capite altero ansam paruam facito tenui lino circunuoluito, caput alterum in hanc dato, maioremq; ansam facito. quam in nares spicillo dato, polypumq; ligato stringitoq;, uolsellaq; capito secatoq;, sicutiq; alium priorem curato. Polypus alius. Durum tuberculum in naso secundum chartilaginem aliquã de causa gignitur, quod caro uidetur, quam si tangas, uti lapillus sonat. Cum sic habet, narem ea parte secato, purgato, superurito, deinde consuito, ulcusq; linteo peruncto intro dato & altero super posito curato, cum putruit, penicillum melle cum æris flore tinctum iniicito, deinde plumbeo penicillo lamellaue ad cicatricẽ perducito. Polypus alius. Quid cancello simile chartilaginis summa parte & ex obliquo nascitur. quæ omnia uris, deinde tritum ueratrum superspargis. cum putruit, melle cum æris flore purgato, plũbeoq; penicillo coalescito. Morbus arcuatus regiusue

seu icteros

Hypoglossis.
Medela.
Polypus nasi.
Medela.
Polypus alius.
Medela.
Polypus tertius.
Polypus quartus.
Polypus quintus.

seu icteros, colore nigro uultus, pannisq; tecta obducuntur, oculi lutescũt, linguæq; pars inferior uenæq; crassæ sub ea nigrescũt, caretq; febre, crassum multum biliosumq; mi ngit. cũ sic habet, primũ uenas quæ sub lingua sunt, pertũdito, deinde cũ multa calida lauaueris, quinq; pares asphodeli radices purgatas cũ apii foliis quantũ manu capitur, cũ uini dulcis tribus lancibus cotulisue æginensibus ad tertias coquito, sextumq; huius ieiuno propinato. qui cũ minxerit, cibis lubricis utitor. Post os cicer album comedito, multumq; uinum album dilutum potato super cibo, quin etiam apium porrumq; comedito. quæ septem dies facito. Si quidem his rebus color satis purgatus uideatur, bene habet, si minus, tres alios dies eadem facito, post unum duosue dies medicamentum naribus dato. post hoc medicamentum potato, quo bilis infra purgetur. qui si lienosus sit, lac asinæ uel serum propinato. quæ si facias, sanatur. *Morbus arcuatus Icterosue.* *Medela.*

Morbus alius arcuatus Icterosue. Léta febris corripit, caput grauat̃, quibusdã uero febris sedatur, sed luteus color remanet, præsertim in oculis, debilitatur, corpus male temperatur, crassum luteumq; mingit. Calida hũc lauato, lotium mouentia propinato. cum autem purgatior, coloreq; meliore tibi uidebitur, medicamentum ad nares dato. post infra purgato cibis mollissimis utitor, dulce uinum album dilutum potato. quæ si facias, sanescet. *Morbus arcuatus secundus.* *Medela.*

De febre biliosa. si quis biliosus est cholaue seu biliosissat, quotidie febris eũ corripit, remittitq;, meridie potissimum, os amarum habet, cum impastus est afficitur, cum edit, strangulatur, cibis paucis impletur, uentriculo læditur, nauseat, uomit, supercilia cruraq; grauãtur, plurimumq; dormitat, qui si post ignem multo & frigido sudet, febrisq; non remittat, longo morbo laborabit. si non sudet, citius finitur decernitue. cum sic habet, nonariusq; sit, medicamentum dato, nam si per febris exordia statim dies, cum purgatus erit, febris resumet, medicamẽtiq; rursus egebit. cum antem os non laboret, sed uenter extremus torqueatur, medicamentum infra potato. post lac asinæ serumue uel succum aliquem, qui si debilis sit, subluito. Qui febrit ante medicamenti potionem, mane mulsum dilutũ potato, per diem uero cum febrit, quantam uolet aquam gelidam potato, cũ uero febris remiserit, ptisanæ succum, uel milium tenue liquidumue sorbeto, dilutumq; uinum albũ uinosum superpotato. *Febris biliosa.* *Medela.*

Si uero febris die nocteq; nõ remittat. tactuq; superiora calida habeat, uentrem autem pedesq; frigidos, lingua autem aspera sit. medicamentum huic ne dato, sed molliter subluito, ptisanæq; succum bis die sorbeto non calidum, dilutumq; uinum superpotato. per aliud uero tempus aquam gelidissimam potato. qui si septimanus sudet, febrisq; eum dimittat, sanescet. si minus, quartus & decimanus plerunq; perit. *Continua febris.* *Curatio.*

Febris alia, Cum quis tactus foris non ualde febrire uidetur, sed intus ualde ardet, lingua aspera est, per osque & nares calidum spirat. cum uero quintanus erit, præcordia si durescant doleantque, colorq; arcuatus sit, crassum biliosumq; mingat, quem septimanum si frigus *Lateris febris.*

febrisq; corripiat & sudet, euadit. si minus, septimanus nonanusue perit.
Medela. Qui morbus cũ anni tempus æstuosum non est, corripit. Cum sic habet, quotidie calida lauato, mulsumq; dilutum plurimum propinato, ptisanæq; succũ frigidum sorbeto bis die, modicumq; uinum album dilutum superpotato, si uenter non demittat, subluito, uel glandulam balanonue supponito, cibum uero, nisi febris remittat, ne dato, quæ cum sedabitur medicamentum infra potato, quandoq; enim hic morbus nisi purgetur, reuenit febris alia. Morbus autem hic capit, si bile sanguen superabũdat. *Balanos.* *Tertiana.* *Medela.* Si tertiana febris habeat, si quidẽ tres accessiones præteriens quarta capiat, medicamentum infra dato. qui si tibi hoc egere non uideatur, quinq;folii radicem tritam acetabuli quantitate cum aqua propinato. si uero ne sic quidem sedaretur, multa hunc calida lauato, trifoliumq; lassarisq; succum pari modo mistũ cum uino propinato. Multisq; stragulis hunc in lecto cubantem, donec sudet, tegito, cum sudauerit, si sitiat, farinam & aquam propinato, uesperi milium decoctum tenue liquidũue sorbeto, & uinũ superpotato, mollissimisq; cibis utitor, donec deserat.
Quartana. *Medela.* De Quartana febre. cum quartana febris habet, quæ quidem alio morbo non purgatũ, corripiat, medicamentũ infra potato, postea caput purgato, deinde etiam per inferna purgato. si uero cum hæc feceris, non sedaretur, duas post infernam purgationem accessiones prætermittito. cũ multa hunc calida lauaueris, miliũ, hyoscyami seminis, mãdragoræq; parẽ modũ, lassaris succi, opiiue tres fabas, trifolii parem modum simul terito, meracoq; uino propinato.
Quartana alia. *Medela.* *Cyceon.* Sin autẽ ualidus, quiq; sanus esse uideatur, labore defatigatione uel de uia febriens quartanã subiret. cũ eũ foueris, melle tinctũ alliũ dato, postea lẽtis cremorẽ cũ melle & aceto mistũ superpotato, quo expletus uomito, deinde calida lotus cũ refrixit, pultẽ cyceonaue cum aqua potato, mollibusq; cibis non multis uesperi utitor. Secunda autem accessione, cum multa calida laueris, multis uestimẽtis uti sudet, in cubili tegito. deinde statim ueratri albi radicẽ triũ digitorũ quãtitate, trifolii drachmã, lassaris succi duas fabas cũ uino meraco potato. qui si nauseet, uomito. si minus, similiter. Post autem capitis purgationẽ cibis mollissimis acerrimisq; utitor. cum autẽ non ieiunum febris accessio corripiet, medicamentũ potato.
Pleuritis. De laterũ morbo pleuritideue. cum autem laterum morbus pleuritisue corripit, frigus & febris habet, spina pectusq; dolet, spiritusq;, recta strangulatio orthopnœaue, tussisq; uexat, sputumq; albũ subbiliosumq; excreat nec facile, dolitãtq; inguina, cruentũ mingit. cum sic habet, si quidem ignis septimanum dimittat, sanescit. si minus, morbus ad undecim quatuordecimue peruenit (nam plurimi his diebus pereunt) quos si prætereat, euadit. *Medela.* *Mel acetum.* Cum sic dolet, calida superponito, melq; cum aceti pari mensura decoquito, postea aquæ mensuræ horum undeuigesima superspargito, paulatimq; & crebro hoc potato, postq; aquam cum aceti modico propinato, deinde milii succum quarta lancis cotulæue parte *Milium.* cum mellis

cum mellis pusillo sorbeto non calidum singulo quoq; cibo, dilutumq; ui/num album uinosum non multum potato, quod uinum mollissimum sit, & si/ne odore. cum uero febris dimisit duos dies, bis die milium sorbeto, deinde betam suauissimã comedito, post hæc catelli uel auicularum ius sorbeto, car/nis modicum edito, deinceps (præsertim cum morbo uexabitur) miliũ pran/deto, uespera autẽ cibis mollissimis & paucis utitor. Morbus laterum alter pleuritisue altera. Tussis, frigus rhigosue febrisq; habet. latus, clauem, iugulũ ue quandoq; dolitat. subbiliosum cruentumq; spuit. Qui si fractus rhegma/tiasue sit, qua dolet calida superponito, calidaq; (nisi multa febris eũ habeat) lauato. postea diluti faui recentis aquam potato, miliiq; succum bis die sor/beto, uinumq; dilutum album superpotato. Qui si dies quatuordecim præ/tereat, sanescit. Morbus laterũ alius. Febris habet, dentium fremitus, tussisq; sicca, lutea spuit, quandoq; liuida, latus dolet, scapulæ rubescunt, caput pe/ctusq; calet, quandoq; uenter, crura, pedes, & iacens magis tussit, uenter pertur batur ualde, lutea olidaq; oletat. diebus uiginti hic perit. quos si prætereat, sanescit. Dum quatuordecim dies prætereunt, decoctum hordei cum uino al/bo uinoso diluto huic propinato, ptisanæq; succum non calidum bis die sor beto, cumq; succus iam decoctus erit, pro melle succum granati uinosi misce to, non multaq; lauato. cum uero quatuordecim dies preterierint, miliũ pran deto. carnibus autem auicularum, iure, cibisq; paucis ad uesperã utitor. Nam pauci morbũ hunc fugiunt. De pulmonis morbo peripneumoniaue. Febris habet, cum minimum, quatuordecim dies, cum summũ, duo de uiginti. quos dies ualde tussit, primum quidem crassum, purumq; septimo & octauo spuit. cum uero febris corripit, nono & decimo subdulce, purulentumq;, dum qua/tuordecim dies transeant. Si quidem pulmo quintodecimo die siccescat, ex tussiatq;, sanescit. si minus, dies duo de uiginti obseruato, quibus si tussis sede tur, euadit. si non, dulcius ne sputum ei uideatur, petito. qui si annuat, mor/bus annuus fit, pulmo enim purulẽtus fit. Primos dies uinum album dulce di lutum huic crebro propinato, ptisanæq; succum cum melle ter die sorbeto, dum octo & decem dies transeant, febrisq; sedetur. qui septimo uel quarto & decimo die maxime periclitatur, Cum autem octo & decem dies præterit, non perit amplius, sed pus spuit, pectus laborat, tussitq;. cum sic habet, lentis ius ieiunus potato, pulmentumq; eius cum multo pingui sorbeto, nisi æstus sit. si sit, ne dato, sed cibis salsis, pinguibus, marinis potius q̃ carnibus utitor. Qui si tibi rite purgare uideat, infundito fouetoq;, si quidẽ pus crassum sit, fo ueto, si tenue, infundito. cibisq; maxime adhæreto, sed acribus, carnibusq; bu bulis, ouillis, porcinisq; abstineto. Purulẽtus de pulmonis uitio. Cũ purulẽ tus de pulmonis morbo fit, febris habet, tussis sicca, spiritusq; difficultas, pe des tumẽt, manuũ pedũq; ungues cõtrahũtur. Cũ sic habet, hũc cũ decima nus erit ex quo purulẽtus fieri cœpit, multa calida lauato, deinde aqua calida

Beta.
Catullina caro et pullastrina.
Pleuritis altera.
Medela.
Pleuritis alia.
Medela.
Pleripneumonia.
Medela.
Purulentus mor bo pulmonis.

Medela. os & linguam perluito. qua ari radicem tritam, astragali, taliue quantitate granum salis, mellis, pinguisq; pusillum decoxeris. postea humeris apprensis hunc agitato. si pus hoc modo prorumpat, bene habet, si non, alterum facito, cibaria acria exprimito, cyclaminumq;. quantitas utriusq; acetabuli parui sit, postea lassaris succum fabæ quantitate tritum, lactis caprini uel asinini lance subigito, quod tepidum infundito. si uero hoc non prorumpat, corticem radiculæ rhaphaniue, floremq; æris, tres fabas quantitate terito diligenter. cortexq; radiculæ duplex sit altero tantoue ad ea, quæ olei lãcis quarta parte subigito, tepidumq; infundito. quo si pus prorumpat, cibis salsissimis pinguissimisq; utitor. si uero pus non eat per os paulatim suffito succo sii, uino tornio, lacte bubulo caprinoue par cuiusq; misceto. tres autem lances sint, postea in ollam nouam iacito, & feruefacito, per fistulamq; halitum ore capito, ne uratur, caueto. cum uero purius spuet, semen urticæ infundito, thus, origanũ in uino albo, melleq;, pusilloq; oleo tertio quoq; die hoc infundito. postea uero butirum rhesina liquefactum cum melle cibisq; salsis pinguibusq; amplius ne utitor. diesq; in medio horum uinum meracum acetabuli mensura ieiunus potato. quo saluiam, tymbram, rutam, origanum pari modo decoxeris. quod si his infusis non prorumpat, ne mireris, nam in uentriculum sæpe prorumpit, languensq; meliuscule habere uidetur, quoniam de angusto in latiorem locum descendit. Cum uero plus temporis fit, & febris uehemens & tussis supercapit, latusq; dolitat, superq; sanum latus iacere non potest, sed super affectum dolitansue, pedes oculorumq; caua tument. cum quintus & decimus dies ab hac eruptione & accessione uenerit, multa calida hunc lauato, sediliq; stabili locato, manus autem eius alter teneto. tu uero de humeris quatito, auribusq; captato. quam in partem lateris costarumue passio resonet, uelisq; in sinistrã. Quam secato, minus enim letalis est. si uero præ crassitudine plenitateue non adeo sonaret, uti hoc deprehendas. quod quandoq; fit, qua parte magis tumeat dolitetq;, hanc secato sub ipsum tumorem, & retro potius, quam ante pus uti melius latiusue defluat. Primum inter costas pellem pectoroso gladiolo secato, deinde ferramento acuto summa parte panniculo conuoluta, tantumq; aperito, quantum pollicis unguem immittas. Postea tantum puris educito, quantum tibi uideatur, locumq; linamento crudo cum lino extra pendente claudito, quotidieq; semel pus educito. Cum uero decumanus fuerit, pus totum educito, uinumq; cum oleo tepidum per fistulã immittito, quodq; mane immiseris, uesperi educito, quod uesperi, mane, ne pulmo pure madescere consuetus repente siccescat. deinde linteo penicillo locum claudito. cum uero pus aquosum tactuq; digitorum glutinosum & non multum defluet, plumbeum penicillum cauum immittito, Cum autem uentriculus aruit penitus, paulatim abscindendo penicillum minuito dum uulnus coalescat, penitusque penicillum subducas. signum autem euasurus ne sit

Vomica interior qui signatur. *Curatio quæ.* *Qui secetur.* *Pus de uomica qui educatur.* *Pus qui educatur.* *Notos cassiterinos.*

cus ne sit

rus ne sit. si pus album purumq; sit, sanguinisq; uenulæ fibræue insint, plerumq; sanescit. si uero prima uel secunda defluxione, quemadmodum oui luteum, crassum, olidum, subluteum defluat, cum totum pus defluxerit, peribit. Morbus alius. phthoe tabesue. Cum autem huius pulmo crassum, subluteum, dulceq; tussit, spuitq; fremit, pectus, scapulæq; dolitāt, tenuiterque fauces sibilant siccescuntque, cauaque rubent, raucescit, pedes turgent, ungues contrahuntur, superna maciantur, minuunturque, sputumque muccescit, cum in ore excreaturus continet, maneque et media nocte maxime tussit & alio tempore. quod potius iuuenculam quam uetulam corripit. si huic capilli capitis defluant, caputque uti de morbo denudetur, quodque in prunas spuat, oleat, cito hunc periturum dicito, quodque necet, defluuium esse. pus enim quod circa cor est, cum putruit, tanquam omentum iniectum in prunas olet. cerebrumque concalefactum, salsum quid demittit, quod uentrem cit, capiliq; capitis defluentes hoc signant. quem sic habentem sic curato. Si per exordia morbo occurras, lentis cremorem propinato, ueratrum deinde secundo die dilutum uti uentriculum inferiorem non moueat, cumque salsum illud in os defluet, crebrius medicamentum naribus apponito, si non defluat, apponito quidem, sed rarius. mensibusq; singulis ueratrum semel propinato duorum digitorum longitudine tritum, uinoq; dulci dilutum. statimque lentis cremorem phacionue superpotato. Medicamenta uero rarius potato. nisi grauiter febriat, ueratri radicem albam non cum melle delingito, sic enim uentrem minus mouet, sinautem inferior uentriculus torqueatur, primum quidem cocci cnidii cremore subluito, quo si non sedetur, lacte asinino decocto purgato. medicamentumque nullum infra dato. sinautem ante medicamentum ueratro epoto bilem uomat, lentis cremore superpotato, uomito. cibis autem his utitor, nisi grauiter febriat, carnibus ouillis elixis, uel pullastrinis, cucurbita, betis. cremorem ne sorbeto, nec intingito. piscibus autē utitor scorpiis, mollibusque decoctis. calidum nihil edito, nec lauato. si multum febriat, herbas acres ne comedito, nisi thymbram uel origanum. si uero non febriat, sed quandoque ferueat, pisces optimos, pinguissimosque comedito, pinguiaque, dulcia, salsaque. plurimumque deambulato, sed uentum solemq; caueto. post cibos cū tempus esse uideatur uomito. Calidaq; præter caput lauato. Cibariorum autem panis optimus iis est, qui pulte non uictitarunt mazophagoeue sunt. quibus utraq; commisceto. Phthoe altera. tussis habet, plurimumq; & liquidum spuit, & quandoq; facile pus grandini simile spuit, quod digitis si teratur tracteturue, durum est, maleque olet, uox clara & sine dolore emittitur, non febrit, quandoque calet, debilis tamen est, uera trū hūc oportet potare. lentisq; cremorē phacionue, multūq; comedere, & ab acribus carnibusq; bubulis, porcinis, ouillisq; abstinere, parū laborare sed deābulare, postq; cibū uomere, uenere nō uti. morbus autē hic septē nouēue

Phthoe tabesue.

Signa mortis.

Medela.
Veratrum.

Phacion.

Coccus cnidius.
Lac asiminum.
Veratrum.
Phacion.
Cibus qui.
Tymbra origanum.

Panis artosue.
Mazophagi.
Phthoe altera.

Medela.

Pulmonis fistula affecta quid faciat uideto.

annos durat, qui si per exordia curetur, san escit. Morbus alius. Si pulmonis fistula læditur, afficiturue, léte febrit, mediumq; pectus dolitat, corpus prurit, uox raucescit, liquidumq; & tenue spuit, crassum quandoq;, ptisanæq; succo simile, pisciumq; ueluti crudorum grauis odor in eius ore gignitur, & est, sæpeq; duricia quædam ueluti fungi frustula in eius sputo comparent, superioraq; macescunt & totus maxime, circuliq; uultus rubescunt, temporeq; accedente ungues contrahuntur, siccescunt, lurescunt, pallescuntue, statimq; nisi curetur, perit, sanguinem pusq; spuendo, curatus autem morbum huius tabis phthisiosue euadit. quem sic curato.

Medela mali huius.

Cum létis cremorem potauit, uomito, si tibi tépus uideatur, ueratrũ solũ, si per uires hominis liceat, propinato, si minus, dimidiũ potionis cũ lentis iure misceto, relinqués in quinta uel sexta potione. Medicaméto auté uétriculũ inferioré ne moueto, nisi ualde febriat, si nõ, lacte asinæ subter purgato, qui si debilis adeo esset, uti potare nõ posset, subluito, minus uero caput, si uero multum sputum salsumq; in os defluat, quod bilé nõ agat, naribus dato, si minus, ne dato, si uero sputum oleret, dies inter létis cremoris potioné intermittať, pulmoné medicaméto madefacito, secundoq; die, post hoc suffito, fouetoue. cibisq; his utitor, carnibus ouillis pullastrinisq;, mollibusq; piscibus, & scorpiis decoctis, elixisue, quartoq; quoq; die salitum quamoptimum pinguissimumq; comedito, pultéq; mazanue, prandeto, cumq; his panem cœnato, si comedere possit. nihil sorbeto, ne pultem quidem cyceonaue potato. pulmentaq; condita suauiaue comedito, sesamo, pro tritico, coriandro anetho, lassare uero silphioue nihil utitor, nullaq; herba acri, nisi origano, uel thimo, uel ruta. deambulationibus autem & ante & post cibum, uentum solemq; cauendo, multum utitor. crapula uenereq; abstineto. tepida præter caput lauato, multũq; tempus hoc, tabes spinalis, phthisisue notias. tabes uero spinalis de medulla fit, quæ præcipue nouos nuptos libidinososq; corripit, qui febre carent, optimeq; comedunt, tabescunt tamé, quos si percuncteris, dicunt de capite per spinam ueluti formicas discurrere. cumq; mingit uel excreat, plurimum semen genitale liquidum non prolificũ progreditur. polluitur cum dormit, cum uxore dormiat, uel non, nihilq; ingenerat. cumq; iter facit uel currit, spiritus angustia, debilitasq; tam magna eum corripit, uti loqui non possit, caput grauescit, aures tintinnant, cum tempore hunc, cum grauiter febriet, mœror absumet. cum sic habet, si per exordia tractes, totum foueto, medicamentũq; supra dato, deinde caput purgato, postea infra potionato. manus autem huic ueris tempore uelis admouere, postea serum uel lac asininum potato, lac deinde bubulum quadraginta dies propinato, uesperi autem, dum lac potat, halicam chondronue, siue far sorbeto, cibis abstineto. cũ uero lac potare desinet, mollibus cibis a paucis auspicatus eum reficito, plurimumq; uti pinguescat studeto, per annumq; crapula, uenere, defatigationeq; præterq̃ deambulatione frigore soleq; uitato, abstineto,

Maza.

Cyceon.
Silphion.

Tabes spinæ dorsue.
Seminis clandestina fluctio.

Medela.

tepida uero lauato. pulmonis hoc malum cum subit, crassum fuscumque spuitur, colorque niger turgidusque corripit, pectus scapulæque leuiter dolitant, difficulterque spirant, minus tamen periculosus est hic, quam superior, pluresque euadunt, Veratrum & solum & cum lentis cremore huic propinato, pulmonem perfundito, foueto, comedito, sed carnibus bubulis, ouillis, porcinis, herbisque acribus præterquam origano, uel thimbra abstineto, mane ieiunus ad uesperã deambulato, uadito, deinde uinum dilutum foliorum potato, deinde cibis distis utitor. Morbus alius, si arteria saucia sit, tussis habet, sanguen spuitur, latenter fauces sanguinis implentur, cruorisque frustula excreat, pectus scapulæque ualde dolitant, multum glutinosumque spuit, fauces siccescunt, febris frigusque rhigosue supercapit, fauces pingue resonãt, stertuntue. quæ dies quinque & decem patitur. postea uero pus uti ulceris ricinos, uermiculosue spuit, tussis rursus sanguenque spuitur, crassius pus postea spuit, febrisque uehementior corripit, quod in pulmonem descendit, definitue, pulmonisque hiatus, fracturaue siue rhegmatias uocatur. si uero post primum sanguinem, pus non spuat, defatigatione & exercitatione omni abstineto, currumque ascendito lecticamue, cibis salsis, crassis, pinguibus herbisque acribus abstineto, cumque uideatur corpore melius habere, pectus scapulasque utrinque urito, quæ ulcera cum sanauerint, totum annum crapula, plenitateque abstineto, currum ne cõscendito, manibus ne laborato, sed corpus quammaxime crassifacito. Morbus pulmonis alius, Cum pulmonis articuli, fibræue conuelluntur, candidum cruentumque, quandoque spuit, desipit, febris habet, pectus, latus, scapulæque dolitant, qui si uersetur, tussit sternutatque, qua dolet, huic calida apponito, postea centaurium, daucum, saluiæ folia terito, mel acetumque conspergito, cum aqua præsorbeto, ptisanæque succũ uinũque dilutũ superpotato, cũ dolor cessat, saluiã hypericõ, erysimõ terito, farinæque pari modo, cũ uino diluto ieiunus potato, qui si ieiunus non sit, lomentum etnosue sine sale sorbeto, si tepor æstusue sit, cibis quammollissimis sine sale purisque utitor, cum iam probe corpus, pectus, scapulæ habent, sin autem utraque conuellantur, tussit, crassum, albumque spuit pectus, latus, scapulæ grauiter dolẽt, æstuat, pustulis completur, pruritu uexatur, stans, sedens, iacensue stare nequit, sed debilitatur, quartanus hic fere perit, quos si fugiat, spes multa nõ est, nam & in septem periclitatur, quos si fugiat, sanescit, qui cum sic habet, multa calida bis die lauato, cũque dolet, calida apponito, melque cum aceto propinato, ptisanæque succum sorbeto, uinumque album uinosum superpotato, quem si balneum calidaque fomenta uexarent, nec sustineret, linteola aqua tincta pectori & spinæ dato, dilutumque fauum aqua gelida propinato, ptisanæque succum gelidum sorbeto, superque aquam potato. Locoque gelido cubato, hæcque facito, morbus enim hic lætalis est. Morbus alius pulmonis, Si in pulmone erysipelas gignatur, tussit multũ, liqdũque spuit, uti præfocati, quod cruentũ non est, scapulæ, præcordia iliaque dolitãt,

Pulmonis malũ. *Medela.* *Arteria saucia Curculione.* *Medela.* *Pulmo fibris uexatur.* *Curatio.* *Etnos.* *Erisipelas pulmonis.*

inteſtina reboant, bilem acidam uomit, dentes ſtupeſcunt, ſanguinolentæq; gingiuæ turgent, febrit, friget, ſitit, cum quid ſumit, inteſtina reboant, acidum ructat, uenter ſtridet, corpus torpet, cum uomuit, meliuscule habere uidetur. ſi non uomat, ueſperi torquetur, uenter dolitat, liquidum demittit. Morbus autem hic crapula, carnium uoratione, aquarũ mutatione aliaſq; maxime gignitur, ſubter hunc potionato, lac aſininum deinde potato, niſi lienoſus ſit natura, qui ſi ſit, cremoribus, ſuccisue, lacte ſeroq; ne purgato, ſed eo quod cum puſillum intrat, multum educit, ſi uenter non demittat, ſubluito, glandulasq; balanosue ſupponito morbis omnibus. frigida autẽ in hoc morbo lauato et exerceto. cum uero febris remiſit, corpusq; probe habere uideatur, uere, et auctumno ſic uomito, capita tria allii, origani quantum tribus digitis capitur, in ollam nouam mittito, dulcisq; uini ſextarios duos cotulasue, quam acerrimi aceti unum, mellis quartum ſuperfundito, et ad tertias decoquito, deinde cum hominem exercueris, tepidaq; laueris, calidum potato ſuperq; lentis cremorem cum melle, et aceto dum expleatur, deinde uomito, diemq; hunc cum farina & aqua tranſigito. Per ueſperam autem betam & paulum pultis comedito, uinumq; dilutum potato. deinceps uero per aliudue tempus lentis cremore poſt cibum uomito, cumq; dolor diſceſſit, ſub ſcapulas, cucurbitulas dato, manuumq; uenas pertundito. cibis autem ſine ſale, pingui, oleoq; utitor, ſed omnia acria acidaq;, nõ calida comedito, deambulatoq;. quæ ſi facias, diutius cum hoc morbo optime deget. nam letalis nõ eſt, ſenemq; deſerit. ſinautem uelis iuuenem hoc morbo liberare, cum eũ purgaueris, pectus & ſcapulas urito. Morbus ſpinæ notias dictus. friget, febrit, tuſſit, difficulter ſpirat, luteum & quandoq; cruentum ſpuit, maximeq; ſcapulas, & inguina dolitat, tertioq; die uel quarto cruentum mingit, ſeptimanus perit ſed ſi quatuordecim fugiat, ſaneſcit, ſed non fere fugit. Mulſum huic cũ quo corticem apii uel fœniculi decoxeris in olla noua, propinato, ptiſanæq; ſuccum bis die ſorbeto, dilutumq;. uinum album ſuperpotato, quaq; dolet, foueto. calidaq; niſi multum febriat, lauato. cumq; dies quatuor et decem tranſierint, milium prandeto. catulinamq; carnem, pullaſtrinamue decoctam, elixamue cœnato, & ius ſorbeto. primosq; dies parum comedito. Pulmonis uomica phymaue. cum uomica phymaue in pulmone naſcitur, tuſſit, difficulter ſpirat, pectus & latus grauiter dolet quatuor & decẽ dies. nam plurimi hos dies hoc uitio uomicæ & phymatis inflammantur, caput, ſuperciliaq; dolitant, cernereq; nequeunt, corpus ſubigneſcit, uenarum completur. multa calida hunc lauato. mulſum dilutum propinato. ptiſanæ ſuccum ſorbeto. dilutum uinũ ſuperpotato. ſi doleat, calefacito. cum ceſſauit, cibis quam molliſſimis utitor. ſi uero morbo liberatus difficulter ſpiret, cum cliuum aſcendit, uel quid feſtinat, medicamentum dato, quo uentriculus inferior non moueatur, ſi cum uomitione pus albũ ſequatur, in quo fibræ ſubcruentæ ſint, euadet. ſi liuidũ, luteum, olidumq;

Medela. *Vomitus.* *Notias morbus ſpinæ dorſuæ.* *Medela.* *Catulina caro.* *Vomica phymaue pulmonis.* *Medela.*

luteum olidumq́ fit pus, peribit. Quadraginta quidem diebus ex quo prorupit, purgatur. multis tamen hic morbus annuus fit. sicuti purulentum hunc curato, si non prorumpat, quod plerunque tempore latus petit, tumefacitq́, quod secato uel urito. Pulmonis plenitas. Cum pulmo repletur, tussit, difficulter spirat, anhelatque, linguam exerit, pectus scapulæque ualde dolent, pustularum repletur, ualde prurit, scabitque, stare, sedere & iacere nequit, sed debilitatur. quartanus hic fere perit. quos si euadit, spes aliqua superest. sæpe & septimo periclitatur. quem si fugit, sanescit. multa calida hunc cum sic habet, quotidie bis lauato, cum dolet, calefacito. mel coctum cum aceto propinato. ptisanæ succum sorbeto. uinum dilutum superpotato. si balneum calidaque uexarent, nec pateretur, quod refrigeret apponito. dilutumque fauum aqua gelida propinato. loco frigido cubato. Quæ facito, nam hic morbus difficilis & mortalis est. Pulmonis lateri cohærentia. Cum pulmo lateri cohæret, tussit, difficile spirat, album spuit, pectus scapulasque dolitat, impingitq́, quidque graue in pectore esse uidetur. dolor ingés lancinat, sanguen uti fermentum gliscit, quod respirationem impedit. super latus affectum cubat, super sanum non. quod graue quid sibi superiacere uidetur, per pectusq́ spirare. Multa calida hũc quotidie bis lauato, mulsumque propinato, postq́ balneum, tepidum uinum album cum mellis pusillo, quo dauci semen tritum centauriumque decoxeris, potato. plenumque calidæ aquæ utriculum uesicamue bubulam ad latus affectum dato. pectusque fasciato, superque sanum latus cubato. ptisanæ succum calidum sorbeto. uinum dilutum potato. quod si uulnere fiat, uel cum quis purulentus sectus sit (fit enim) uesicam tumefactam cum fistula alligata indito, Penicillum plumbeum, ualidum, solidumue fistulamue siue moton maxime intrudito. sic nutricans maxime consequeris. Laterum costæue uomica phymaue. Cum in costa lateribusue uomica phymaue fit, tussit ualde, dolitat, febrit. quidque graue in costa situm uidetur, semperque locus grauiter dolitat, sititque ualde. potum calidum reuomit, nisi super sanum latus non iacet. si super latus affectum cubet, saxo se pressari uidetur, latus tumet, rubet, pedesque turgent. Secato hunc, uel urito, pusque dum decimanus fiat, educito. crudoque linamento curato. cum decimanus erit, pus totum educito. cumque oleo calidum uinum indito, ne subito siccescat, linteoque penicillo curato. cum quod infudisti, eduxeris, aliud infundito, quæ dies quinque facito. cum pus tenue modicum manu tactum ueluti ptisanæ succum defluet, penicillum plumbeum fistulamue intrudito, cumque penitus aruit, penicillum sensim abscindendo subducito, cum eo uulnus uti coalescat. Pulmonis aquosa collectio hyderosue. cum in pulmone hyderos aquosaue collectio fit, tussit, febrit, multum spirat, pedes tumét, ungues omnes cõtrahũtur, quæ purulentus patitur, tamé remissius diutiusque. cumque quid perfudisti, fouisti, suffistique, pus non sequitur. quo

Pulmonis plenitas.

Curatio.

Pulmonis lateri cohærentia.

Medela.

Vter.
Vesica bubula aquæ plena.

Laterum costarumue uomica phymaue.

Curatio quæ.

Pulmonis hyderos aquosaue collectio.

dignoſcas aquam eſſe,non pus.quod ſi diutius aurem admoueas, ſenties. latusque extrinſecus acetum olet, quod aliquantiſper patitur. poſtea uentriculum prorumpens petit.qui repente ſanus eſſe uidetur, morboque liberatus. paulo deindepoſt uenter accenditur, patiturque eadem & maiora. quibuſdam autem uultus,uenter,ſcortum,pedesque tument. quidam hoc uidentes putant uentriculum inferiorem cauſam eſſe, qua tument, & ſi tempus inciſionis prætereas. Quem ſi extra tumeat,inter coſtas, qua tumet,ſecato curatoque. ſi non tumeat, multa calida lauato, quemadmodumque purulentos ſtatuito.quaque ſonat,ſecato, quammaxime autem ſubter uelis, uti latius defluat. cum uero ſecaueris, penicillum lini crudi craſſum in ſummo acutum intrudito, quotidieque deinde paulatim aquam educito. Si quintano exiſtenti pus in penicillo ſit, plerunque euadit,ſi non, cum aquam eduxeris, ſitit,tuſſit,peritque. Pectoris tergiue ſciſſura. Si pectus uel tergum dehiſcat, utrunque uehementer dolitat, crebro feruet,ſubcruentum ſpuit, ſputumque uti capillus cruentus intercurrit, quæ maxime patitur. ſiquid manibus laboret,currumque equumue aſcendat.quem & ante,poſtque urito,uti æque utrinque defluat, ſic ſaneſcet. poſtque uſtionem annum laboribus abſtineto,craſſifacitoque. De febre ardenti. Febris & ſitis ingens habet,lingua aſpera eſt, nigra,lutea,ſicca,ualde rubet,lutei ſunt oculi, rubrum luteumque oletat, ſimiliterq; mingit,multũ ſpuit.Quod malũ ſæpe in pulmonis uitiũ peripleumoniaue trãſit,& furit furiatue,quod ſic dignoſces,ſit nec ne pulmonis uitiũ peripleumoniaue.Qui ſi peripleumonicus ſit, quatuorque & decem dies euadat,ſaneſcit.ſin ad octo & decem dies perueniat,nec purgetur, purulentus fit. Quem oportet hordeaceam potare,poſt acetum album acerrimum odoratiſſimumue ptiſanæque ſuccum bis quotidie ſorbere terque ſi debilis ſit, uinumque album uinoſum, dilutumque ſuperpotare, q̃minimeque lauare. Si purulentus ſit,uti purulentum nutricato curatoue. Singultoſa lyngodesue febris. Vehemens febris habet, frigusque rigosue, tuſſis, ſingultus,cumque ſputo fruſtula ſanguinis ſpuit, ſeptimanusque perit. qui ſi decem dies euadat, meliuſcule habet. die autem uigeſimo purulentus fit. primosque dies modicum pus ſpuit,deinde plus, quadragintaque diebus purgatur. Primos dies huic mel decoctum cum aceto propinato, ptiſanæque ſuccum paulum admiſcens ſorbeto,uinumque album uinoſum ſuperpotato. Cum uero decem dies tranſierint,ſi ignis ceſſet, purumque ſpuat, ptiſanam totam craſſamue non ſuccum ſorbeto,miliumue.ſi uigeſimanus pus ſpuat, ſaluiam, rutam, thymbram, origanon, hypericon, conchulæ paruæ marinæ menſura ſingula trita cribrataque cum pari modo farinæ uino dulci diluto coquito,ieiunoque propinato ſorbetoque, ſi hyems,uer auctumnusue ſit. ſi æſtas, non,ſed amygdalas,cucumeris ſemina purgata, ſeſamum, pari menſura ſingula trita, totumque conchulæ menſura ſit, tantundemque farinæ cotulæ æginenſis

Curatio quæ.

Pectoris uel tergi ſciſſura.

Curatio.

Febris ardens cauſodosue.

Peripleumonicus.

Medela.

Febris cum ſingultu.

Ptiſana tota.

Potio quæ.

æginensis mensura aqua decoquito, fauum spargito, & post poculum sorbeto. cibisque pinguibus, salsis, marinis potius, quam carnibus utitor. calida præter caput lauato. quæ si facias, morbo liberatur. De lethargo. Cum obliuiosa febris lethargosue surrepit, tussit multum liquidumque spuit, nugatur, cum hoc cessat, dormit, olidumque oletat. Cui hordeaceam propinato, deinde uinum album uinosum potato, succumque ptisanæ cum granati succo sorbeto, uinumque album uinosum superpotato. ne lauato. septem diebus hic perit, quos si fugiat, sanescit. Morbus Habante dictus. Siccabundus habanteue morbus cum corripit, comedere nec ieiunare potest. cum impastus est ieiunusue, mugiunt intestina, cor uentriculusque dolitat, quandoque uaria uomit, bilem, pituitam, sputum, spumam lapenue, modo acre, amarum. quod cum fecit, meliuscule aliquantisper habere uidetur, cum uero comedit, eructat, accenditur, semperque se multum egesturum putat, cum sedet, uentum crepitumue demittit, caput dolet, totumque corpus tanquam aciculis pungi uidetur, crura debilitantur, emanciantur, grauantur, debilitatur totus. Medicamentum huic primum infra propinato, deinde supra. caput purgato, cibis dulcibus, crassis, pinguibusque & crapulis abstineto. lentis iure, postque cibaria uomito. lacque asinæ uel serum, si tempus anni ferat, potato. medicamentum quo tibi magis egere uideatur, potato. per uer æstatemque frigida lauato, per auctumnum autem & hyemem ungito. deambulato, modiceque exerceto, quod si non possit, uadito. cibaria non calida lubricaque comedito. si uenter non demittat, molliter subluito. morbus autem hic longus est, cumque relicturus est, senes iam deserit, nel commoritur. Perniciosa funestaue, siue phonodes febris cum oritur, feruet, frigetue, supercilia grauant, caput dolet, sputum calidum, multumque bilem uomit, quandoque & oletat, pupillæque oculos non capiunt, ceruix & inguina dolitant, male disponit, nugatur. septimanus hic uel prius perit. quos si fugiat, plerunque sanescit effugitue. Morbus autem hic letalis est. Quæ refrigerent huic ad intestina & caput dato, mulsumque dilutum cum aqua qua folia roris marini coxeris, propinato. cibumque alium nullum nec sorbitionem ante septimum diem porrigito, nisi debilis uideatur. qui si sit, ptisanæ succum non multum, non calidum bis quotidie dato, & aquam superpotato. post autem septem dies & ignem milium delingito, cucurbitam, parumue betæ uesperi dato, dilutumque uinum album superpotato, dum nonanus fiat nonariusue. deinde quam modicum comedito, milium prandeto. dum dolor & febris durat, ne lauato, cum cessauerint multa lauato. si uenter non demittat, molliter subluito, uel glandulas balanosue supponito, cum poterit, molle leneue medicamentum cum naribus dederis, uentrem subterpurgato, deinde lac asinæ propinato. Morbus liuidus. Sicca febris habet, quandoque horror, caput & intestina dolent, bilem uomit, cum dolet non uidet, sed

Lethargos qualis.
Curatio.
Habãte morbus qualis.
Medela.
Phonodis pyretos.
Medela.
Sicca febris.

ſed grauatur,uenter dureſcit,color liuidus labia & album oculorum occupat, tanquamq; ſtrangulatus ſpectat oculis eminulis, colorem ſæpe mutat, nam ex liuido luteus fit. Supra & infra hunc potionato,ſubluito,caput purgato, calida parum lauato, cum lauerit, ſtragulis conuoluito, ſerum ſi anni tempus fert,lacq; aſinæ pitiſſato,cibis quammolliſſimis & frigidis utitor,ſalſa & acria ne comedito,ſed dulcia,pinguia craſſaq;.Morbus autem hic plerũq; cõmoritur.

Medela.

Morbus nauſeaticus Erygmatodesue.

Morbus cum nauſea Erygmatodesue cum ſubit, Grauiter dolet, ualde laborat,ſeſeq; iactitat,clamat crebro nauſeat,cum eructauit, meliuſcule habere uidetur,ſæpe fruſtulatim bilem uomit,dolet inteſtina,uentrem, poſtremum & ilia,quod cum fit,meliuſcule habere uidetur,uenter tumeſcit, dureſcitq; & ſonat ſtrepitue,uentus, ſtercuſue non exit. Cum dolet, hunc multa calida lauato,calidaq; apponito. cum autem in uentre dolor & uentus eſt phyſaue,ſubluito,ptiſanæq; ſuccum cum mercurialis iure ſorbeto, uinumq; album dulce dilutum ſuperpotato.cibum ne porrigito,niſi cum dolor ceſſauerit.ſex dies aquã ex dulcibus paſſis uinacæiſue nocte maceratis potato,quæ ſi non ſint,mel decoctum cum aceto. Cum autem dolore uacabit, medicamento uentriculum inferiorem purgato. Cibis autem mollibus, & aluum mouentibus utitor,marinis potius q̃ carnibus,carnibus uero pullaſtrinis ouillisue decoctis elixiſue,betaq; & cucurbita.cæteris abſtineto. Morbus autẽ hic cum iuuenem corripit,cum tempore exit,cum ſenem,commoritur.

Medela.

Pituitoſus morbus.

Pituitoſus morbus uirum quidem corripit,ſed mulierem potius.quæ cum hoc laborat,ſatis craſſa eſt,colorisq; boni,ſed cũ uadit,debilitatur,præſertim ſi cliuum aſcendat,leniter febrit,quãdoq; ſtrãgulatur fere,ſi ieiuna eſt, bilẽ uomit ſputumq; multum ſæpe autem & cum edit,cibi uero nihil,cum laborat, dolore afficitur modo pectus, modo ſcapulæ. puſtularum tanquam urtica puncta completur.Quos potionato ſerum & lac aſinæ potato,ſi ſerum potet,medicamentum infra multos dies præpotato.cum ſerum amplius non potabit, lac aſinæ poſtea potato.quod cum potauerit,cibis quidem abſtineto,ſed uinum quamſuauiſſimum potato.cum purgatio finiet,milium prandeto.quãq; molliſſimo & modico cibo ueſpera utitor.pinguiaq; dulcia oleoſaq; ne comedito.crebroq; hieme præſertim poſt lentis cremorem cum multa holera comederis,uomito.calida parũ lauato,cum lauerit,ſtragulis conuoluito. morbus autem hic commoritur.

Medela.

Pituitæ albæ morbus.

Cum albæ pituitæ morbus phlegmaue leucon quem inuadit, Totum corpus albo tumore turget,uenter tactus craſſus eſt.coxæ,tibiæ,ſcortum,uaſue teſticulorum pedeſq; tument.multum ſpirat. uultus rubet. os areſcit, ſitit.cũq; quid comedit,ſpiritus multus & creber prorũpit. dieq; eodẽ hic modo melius modo peius habet. Cui ſi p morbi exordia ſua ſpõte uẽter moueat̃,pturbeturue,cito ſaneſcit.ſi nõ,medicamẽtũ infra dato, quo aqua purget̃.calida ne lauato.ſub diuo uectato.ſcortũ cũ ĩplet̃,ptũdito. cibis utitor,Pane puro,frigido, beta,piſcibus,ſcorpiis elixis,minĩe iure.cũcta frigida,

Curatio.

frigida,non dulcia,non pinguia,ſed condita,acria, acida comedito. præter allium,cœpam, porrum, origanum uero multum,thymbramq;,uinum uino ſum ſuperpotato,præ cibo deambulato.Si uero medicamentis tumeat, ſub/luito,cibo premito,deambulationibus & illuuie medicaměta quam minime dato,ſupra uero,priuſquam tumores deſcendant, ne dato. Si uero iam ema/ciati uentus pectus uexaret ſpiritusue, ueratrum propinato, caput purgato. deinde quod per inferna purget,potato. Morbus autem hic fere in nullo de/cernit. Cura phrontisue malus morbus.Spinarum aculei uidentur inteſtina lancinare pungereue,æſtuat,lucem hominesq; fugit, tenebras amat,terretur, præcordia tument extra,tactus dolet,paueſcit,terrentia & formidoloſa ſomnia uidet,quandoq; & mortuos. morbus autem hic fere plurimos uerno tempore corripit. Veratrum huic propinato,caput purgato, deinde medicamentum infra potato, poſt hæc lac aſininum,cibis utitor q̃; minimis, niſi debilis ſit,frigidis,lubricis,non acribus,non ſalſis,non pinguibus,non dulcibus.cali/da ne lauato,uinum ne potato,ſed aquam, ſi non, uinum dilutum. nec exer/ceto,nec deambulato. quæ ſi facias,cum tempore morbo liberatur, ſi negli/gat,commoritur. Morbus niger. Nigra uomit,tanquam fecem, quandoq; cruentum, quandoq; ſicuti puſcam,ſecundariumue uinum, quandoq; ſicuti polypi atramentum,quandoq; acidum tanquam acetum, quandoq; ſputum ſpumamque,quandoq; luteam uiridemue bilem. Cum uero nigrum, cruen/tumue uomit,cædem olet, fauces & os uomitu urũtur,dentes ſtupeſcunt,gingiuæ ſanguine tument,uomitus terram uellicat excitatue. cum uomuit,pau/liſper meliuſcule habere uidetur.cum nihil comedit,uel multum,non graua/tur,Sed cum non comedit,inteſtina murmurant,acidũ ſpuit, Cum uero quid comedit,inteſtina grauantur, pectus ſcapulæq; tanquam ſtilis pungi uiden/tur,latera dolitant,lente febrit,caput dolet, nihil cernit, crura grauantur, ni/gret,emaciatur.Crebro hunc potionato,lac, ſerum ſi anni tempus eſt,propi/nato,dulcia,pinguia craſſaq; ne comedito,ſed frigidiſſima & lubrica. caput purgato. poſt ſupernas potiones purgationeſue de manibus ſanguen deple to mittitoue, niſi debilis ſit.Si uenter non demittat, molliter ſubluito, cra/pula uenereq; abſtineto.ſi coeat,ieiunum foueto.ſolem caueto. parum exer/ceto, deambulatoq;.calida ne lauato,nec acria ſalſaq; comedito.quæ facito. morbusq; cum ætate fugiet, etſi cum corpore ſenuit. Si uero nigret, com/moritur. Morbus alius niger.Subrubet,emaciatur,oculi ſubluteſcunt,pellis tenuatur, debilitatur, quantoq; plus inueteraſcit hic morbus, tanto magis afficit, tempore omni paruam guttam bifariã diuiſam uomit,crebro & cibũ, cumq; cibo bilem & pituitam,& poſt uomitum corpus totum dolet, quan/doque & ante uomitum,leuiter horret febritq;. cumq; dulcibus oleoſisq; uo/mit. medicamentis hunc ſupra & infra purgato, poſtea lac aſininum propi/nato,cibis quam molliſſimis frigidis,piſcibusque litoralibus non ſquamoſis,

Curæ phrontidosue morbus.

Medela.

Niger morbus.

Medela.

Morbus alius niger.

Medela.

betisq; & cucurbitis, carnibusq; conditis utitor.uinum autē album uinosum dilutius potato.defatigationeque & lassitudine in deambulationibus utitor, siue ad lassitudinem usq; deambulato.calida ne lauato, solemq; uitato. quæ facito,quoniā hic morbus letalis est,nec cōsenescit. Morbus syderalis sphacelodesue.Cœtera quidem & eadem patitur,compacta bilis frustula uomit, per infernaq; eadem demittit.quamobrem eadem quæ in superioribus dicta sunt,facito,similiterq; subluito.

Sphacelodes morbus.

HIPPOCRATIS DE MORBIS LIBER TERTIVS

CEREBRI TVMOR

Cerebri tumefactio.

Vm de febribus omnibus dixerim, de cœteris iam dicam. Cum inflammatione cerebrum tumet, caput totū dolet, præsertim uero qua inflammatio est sistiturue. quæ fere in temporibus sistitur. propterea aures tintinnant,auditus hebetatur,uenæ tenduntur pulsantq;, quandoq; febris frigusque supercapit,semperq; fere dolet, quandoq; tamen remittit,quandoque magis premit, præq; dolore uociferatur exilitq;,cumq; surrexit,in cubile decumbere festinat,seseq; iactitat.Morbus quidem hic letalis est,quoto autē die perimat,non habet certū iudicium, quoniam alii aliter diuersoue tempore pereunt, sed plerūq; septē diebus.qui si unū & uiginti dies fugiāt,sanescunt.Cū uero caput circūdolet,refrigerato, radēdo potissimū,uel ad uesicam intestinaue quod refrigeret,dato,solani succū,cretāue figulinā,crebroq; priusquā calefiat,mutato. sanguinē detrahito, caput purgato,succis apii odorata misceto,uinū ne potato, ptisanæ succum sorbeto,uētriculū inferiorē lubricū cōseruato. Capitis dolor. Cū aūt præ cerebri plenitate caput circūdolet,impurgationē præsefert,caputq; circūdolet,desipitq;,septimanusq; perit,nec euadit, nisi septimano humor per aures fluat,quo dolor sedet,resipiscatq;,multūq; fluat & inodor. medicamētū aūt huius auribus prius q̄ pus fluere uideas,ne dato. Si uero superiorē inferiorēq; uētriculū purgare uelis,seorsum utrūq; soluito, postea caput ꝑ nares & aures suffito totū.ptisanæ succū sorbeto,uinū ne potato. cū uero pus prorumpet multūq; defluxerit,cōpescito,uino dulci lacteue fœmineo aures lauato, uetustoue oleo,tipidis lauato,caput mollibus lenibusue & odoratis fumentis crebro suffito,citius uti cerebrū purget.Primo quidē hic nō audiet,procedente uero tempore cum fluctio minuitur, auditio crescit, similisq; priori redit. Soles autem uentosq; & ignem,fumū,graues acresq; odores caueto similiaq;. quiescito,molliter uictitato, uentriculus inferior lubricus esto. Stupidi percussiue siue bleti.Qui stupidi percussiue siue bleti nominantur,fiunt,cum sordibus cerebrum non purgatur, plenumque his est.Primum prior capitis pars dolet,

Medela.

Capitis dolor.

Medela.

Stupidi bletiue.

C

dolet,unus,uterqueue oculus hebetatur,soporantur,desipiunt, tẽpora saliunt pulsantue,leniter febriunt,corpus male temperatur. tertianus hic uel quintanus perit,septimanus non fit,& si fiat,sanescit.quem si curare uis, caput suffito,secatoq; uti spiret exhaletue.Si uero dolor permanet,uti sternutet,curato, lenibusq; & odoratis caput & uentrem purgato, ptisanæ succum sorbeto, uinum ne potato.Cerebri syderatio,spacelismosue.Si cerebrum syderetur,caput dolet,ceruix spinaq;,nec audit,friget,totus tumet, repente mutescit,sanguis de naribus defluit,liuescit.Si morbus non uehemens hunc corripiat,cum sanguis defluxit,melius habet,si uehemẽtius implicaretur,cito perit.per odora huic sternutamenta moueto, uentriculumq; utrunq; alterne purgato,uel alterum,non uehementer odorantia naribus dato,tenueq; & parum tepidũ sorbeto, penitusq; uinum abesto. Morbus obliuiose somnulentus,lethargusue. Lethargi quidem status,qui & pulmonis morbi, periculosior autẽ hudo pulmonis uitio hygrasue peripneumonias est, nec omnino pellitur fere. tardior tamen grauiorq; multo hic morbus est.Quo qui laborat, hæc patitur,Tussit, soporatur,multum liquidumq; spuit, ualde debilitatur.cumq; periturus est, per inferna multum liquidumq; demittit.pusilla uitæ spes huic est. plurimũ tamen spuere facito,calefacito,uinumq; ne dato.qui si euadit,purulentus fit. Causodes ardensue febris.Causodes uero febris ardensue,magna multaue siti uexat,lingua spumescit horrescitue,color aũt eius cõsuetus primũ tẽpus permanet,sicca tñ ualde est. tẽpore uero procedente durescit,asperatꝰ,crassescit, nigrescitq;.Quæ si per exordia fiant,citius decernit,si postea,tardius. Lingua remissionem dimissionemq; significat,quemadmodũ & in pulmonis morbo peripleumoniaue. Lotium quidem biliosum cruentumue quid laboriosum grauiusue significat.flauum autem rutilumue remissius. sputum uero caliditate & siccitate comburitur,& crassescit,sæpe hoc malum in pulmonis uitiũ trãsit.quod si fiat,cito perit.sic hunc curato. calida bis terue quotidie lauato præter caput.diebus uero decretoriis ne lauato. primis quidẽ diebus subter purgato,& aquam propinato,quæ plerunq; uomitum cit. post purgationem madefacito,sorbeto,uinum dulce potato.Si uero per exordia non sumas,sed iam in lingua his signis existentibus,dum iudicationes crisiesue transeant,finito,linguæq; signa mitiora fiant,nec medicamentum dato, nec ad purgationem lauabis, priusquam iudicationes transeant. Pulmonis tumor calore. Cum autem pulmo caloris plenus tumet,tussis uehemens duraq; habet, spiritusq; recta difficultas orthopnoeaue,multum spirat,crebroq; spiritus angustia deficit angiturq;,naresq; dilatat,quẽadmodũ equus ex cursu.sæpe linguã exerit,pectus sonare uidetur,grauedoq; inesse.quod pectus nõ caput demittit ue,sed fere rũpitꝰ,debilitaturq;,uehemẽterq; dolet tergũ,pectus,lateraq; uelu ti quædã aciculæ cõpũgũt,tanq̃; ad ignẽ sedeat,hæc accẽduntꝰ, pustulæq; rubræ illic surgũt,tanq̃; igne suscitatæ, quæ uehemẽter pungũt mordentue,

Medela.

Cerebri syderatio sphacelismos ue.

Medela.

Lethargus.

Curatio.

Causides febris. Quam uehemẽs febris ardens sit uideto.

Medela.

Pulmonis tumor caliditate suscitatus.

usq;adeoq; non quiescit, uti nec stare, nec sedere, nec iacere possit, sed sic inquietus sese uexat, uti iamiam mori uideatur. qui tn̄ quartanus uel septimanus perit, quos si fugiat, non fere perit. quem si cures, quamprimum uentré inferioré optima lauatione purgato, sanguenq; de brachio, naribus, lingua corporisq; quacūq; parte possis, mittito. poculaq; refrigerantia, sorbitionesq; eadé ualétes porrigito. quæq; lotiū cieant, nec calefaciāt, sæpius dato. super ipsos aūt dolores cum ingruent, calefactoria, lenia, hudaq; ponito, quaq; dolet calefacito madefacitoq;. quæ refrigerent alterne ponito & amoueto. quaq; maxime uratur, ea potissimū refrigerato, nequaquā uinū dato. Capitis dolor. Cum grauis capitis dolor repente per exordia mutū facit, præsertim cū temulétia fiat, septimanus hic perit. quod minus temulétis euenit, uti muti pereāt. qui si primo, secūdo, tertioue die loquant̄, sanescunt. quod fere temulenti faciunt, & neutri pereunt. quos ualde sternuere facito, cūq; iis quæ ualde bilé agunt, subluito. qui si resipiscāt sentiantue, thapsiæ succū multa calida liquefactum dato, quāprimū uti uomat, septé postea dies emaciato, uinumq; ne dato, sanguenq; de lingua, si uena reperiat̄, mittito. Mentis agitationes phrenitidesue fiunt, & ex alio morbo. qui hæc patiunt̄, præcordia adeo dolét, uti ne tangere quidé permittant, febris corripit, ignisue accedit, desipiunt, limis aspiciunt, similiaq; pulmonis uitio laborātibus faciūt, cum hi desipiūt. quos hudis calefacito, poculisq; madefacito, non uino, quod si det̄, supra purgato, tussiq; & sputo educito. sicuti in pulmonis uitio. si minus, uentriculū inferioré lubricato, poculisq; madefacito. quod optimū est. morbus aūt hic letalis est. tertianiq; hi pereūt, quintaniue, aut septimani. qui si lenius corripiat, uti pulmonis uitiū decernit. Præ Angyna, cynancheue dicta strangulat̄ homo, quæ quidé fauces occupat, uti nec sputū, nec aliud deuoret & euellat, oculosq; elidit tanquā suspédio necatoꝝ, limisq; tuent̄, quod uoluere nequeūt. crebro sese uolutant & exiliunt, uultus, fauces, collū accendit̄, & tumet. quiq; eos uident, nihil mali habere putāt. maleq; hebetiusue & cernūt & audiūt. præq; strangulatione nescit quid dicat, audiat, faciatue, sed hians nugansq; iacet. qui hæc facit, quintanus uel septimanus, nonanus, nonariusue perit. Cū uero quid hoꝝ signorum abest, lenioré morbum significat esse, Paracynanchenq; uocant, secundūue, & prope anginā. sanguen huic sub mamma depleto, spiritus enim calidus hac de pulmone sequitur, medicamentoq; uel lauatione subterpurgato, fistulasq; in fauces dato, spiritū uti in pulmoné trahat, curatoq; uti cito spuat, ciliciūq; hysopū, sulphur, bitumenq; suffito, per fistulāq; in nares trahito, pituita uti exeat, faucesq; & linguā iis quæ pituitā ciunt, mundato, teritoue, siue fricato, uenasq; sub lingua secato, sanguenq; de brachio si ualidus robustusue sit, mittito, uinū ne potato, sed tenué ptisanæ succū sorbeto. cū uero morbus remiserit, cibosq; gustet, nouo elaterio purgato, ne in aliud malum cadat. Morbus autem arcuatus regiusue siue icteros grauis est, citoq; necat. Color totus ferrugineus

Medela.

Capitis dolor.

Medela.

Phrenitis.

Medela.

Cynanche.

Paracynanche.

Medela.

Icteros.

ferrugineus eſt, uel luteus uiridisue, lacertoue uiridi ſimilis; corpusq́ ſimile eſt, quidq́ rubrum in lotio ſubſiſtit heruo ſimile, lenteq́ febrit, horretq́, ueſtesq́ ſtragulaue quandoq́ non ſuſtinet, ſed illis pungitur lancinaturq́, cumq́ mane non comedit, inteſtina lancinant. cumq́ quis eum ſtare facit, excitatue, uel loquitur, non ſuſtinet. plerunq́ hic intra quartum & decimum diẽ perit. quos ſi fugiat, ſaneſcit. calida hũc lauato, mulſumq́ propinato, deinde nuces decorticatas cum abſinthii coma, pariq́ modo aneſi cribrati thaſio uino decoquito, triobolumq́ ex hoc ieiuno propinato. deinde rurſus in cubili mulſum hoc, uinumq́ tenue uetus potato ſorbetoq́, nec ieiunato. Tetanos. ſi neruorum diſtentio tetaniue ſupercapiant, maxillæ mentumq́ tanquã ligna conſtringuntur, compaguntur ue & diſtenduntur, os aperire nequeũt, oculi lachrimant agitanturq́, ſcapulæ compaguntur diſtenduntur ue, manus cruraq́ conflectere non poſſunt, uultus rubet doletq́ ualde. cumq́ periturus eſt, ſorbitionem, potum pituitamq́ per nares reiectat reuomitue. tertianus hic quintanus ue, uel ſeptimanus, uel quaterdecimanus perit. quos ſi fugiat, ſaneſcit. Piper huic, uel nigrum ueratrum cum iure gallinaceo pingui & calido dato, uomitionesq́ multum commoueto, fouetoq́, & cum non fouetur, calida, huda pinguiaq́ fumenta in ueſicis utriculiſue apponito quacunq́, & præſertim qua doleat, multoq́ & calido & crebro perungito. Opiſthotonos. Cum uero poſterior neruorum diſtentio corripit opiſthotonoſue, quæ prior omnia fere patitur, ſed in poſteriora diſtenditur & conuellitur, quandoq́ clamat uehementerq́ dolet, cruraq́ flectere, manuſue diſtendere non ſinit, contorta enim brachia tenduntur, digitosq́ pollice ſuperpreſſo in pugnum cogit, plerunq́ clamat, nugaturq́ quandoq́, ſeſeq́ tenere non poteſt. cum dolet, exilit. cum remiſit dolor, quieſcit. quandoq́ repente muteſcũt. cumq́ corripiuntur, furiantur, atraq́ bile aguntur. tertiani hi ſoluta uoce pereunt, per naresq́ reiectant, quatuor & decem & hi ſi fugiant, ſaneſcunt. uti ſuperiorem & hunc curato, ſi uelis, & ſic facito. multa frigida perluito, calidaq́ ſtragula tenuia puraq́ ſuperiacito, nec ignem tunc admoueto. ſicq́ tetanus opiſthotonuſq́ tractato curatoq́. Hileos. Tenuiore inteſtino hi uellicantur, hileiue fiunt, cũ ſuperior uentriculus calet, friget inferior. nam inteſtinum caliditate coareſcit, compilaturq́, uti nec uentum nec cibum demittat, uenter dureſcit, uomitq́ quandoq́, primo quidem pituitoſa, deinde biliosa, & ultimo ſtercus, ſitit, doletq́ præcordia totumq́ uentrem, qui uento tumet, murmurat, uolutatq́, ſuperfebrit. ſeptimani hi potiſſimum fiunt. quos ſic curato. ſuperiorem uentriculum quãprimum purgato, ſanguenq́ de capite brachioq́ mittito, ſuperioris uentriculi calor uti ſedetur, ſuperioraq́ præcordiorum præter cor refrigerato, ſed inferiora calefacito, homine in labro calidæ aquæ locato, perungitoq́ ſemper. calida & huda fumenta apponito, ſoloq́ melle glandulã balanonue decem fere digitorum longitudine conficito, ſummumq́ eius taurino felle

Medela. *Tetanos.* *Medela.* *Opiſthotonos.* *Medela.* *Hileos.* *Stercoris uomitus.* *Medela.* *Balanos digitorum decem.*

tingito, quotidieq́ bis terue indito, combusta omnia circa anum excrementa uti deducas exigasue. quod si sic subauscultet, super his lauato. si minus, follem æneum indito, uentriculumq́ sufflato, uti uentriculum & intestinum se pares. postea educito, statimq́ subluito lauatione parata, quæ non ex omnibus calefacientibus constet sed dissoluentibus liquefacientibusq́, spongiaq́ sedem obturato, continensq́ lauationem in calida aqua sedeto. quam si suscipiat emittatq́, sanescet. per exordia uero primoue tempore mel optimum delingito, uinumq́ clarum augitenue patriumq́ potato. cum uero conuoluolus hileosue remisit, si febris supercapiat, sine spe est. pariter & inferior uentriculus solutus necat. Pulmonis uero malum peripneumoniaue hæc facit. febris grauis habet, crebro calidumq́ spirat, non quiescit, debilitatur, se se plurimū iactitat, scapulas, clauem iugulumue mămasque dolet, pectus grauescit, quandoque desipit, quidă dum tussire incipiant, non dolent. longior difficiliorq́ hæc illa est. primum album spumeumq́ spuit, lingua rubescit, deinde nigrescit. quod si per exordia fiat, citius liberatur, si postea, difficilius & tardius. demū lingua dehiscit, si digitum admoueas, hæ rescit, quod morbi liberationem significat, quemadmodum & in laterum morbo pleuritideue. quæ patitur cum minimum quatuordecim dies, cum plurimum unum & uiginti, quo tempore uehementer tussit, cumq́ tussi purgatur. primum multum spumosumque spuit, septimo autem & octauo cum febris uiget, si pulmonia peripneumoniaue huda sit, citius transilit, si minus, non, sed nono decimoq́ subluteum subcruentumq́, duodecimo autem usq́ ad quatuor & decem multum purulentumq́. quorū naturæ corporisq́ habitudines, dispositionesue hudæ sunt, quin & morbus ipse uehemens est. quorum uero natura statusq́ morbi siccus est, minus ii. si quarto & decimo siccescit, nec amplius purulentum spuit, sanescit. si minus, duo de uiginti unumue & uiginti obseruato. Si hoc sedetur sputamentum, hoc euadet, si minus, petito, sit ne dulcius sputum? quod si dicat, pulmonem purulentum esse scito, morbumq́ hunc annuum fore, nisi diebus quadraginta pus educas. si uero dicat, sputum insuaue esse, morbi status hic letalis est. quod primis diebus potissimū præsefert. si enim marcidum purulentumq́ duos & uiginti dies spuat, nec ulceretur, euadit, si minus, nō pulmonis malum hoc, nihil mali in pulmone relinquit. siquid horum absit, quæ languēti opus sit habere, quæq́ medico tractare, cogitato. si uero pauca horum signorum habeat, pulmonis hoc malum scito perniciosum non esse, sed lene. quod sic curato, nec erres, si mentis alienationē phrenitinue, laterumq́ morbum pleuritinue sic tractes curesue. Primum caput lauato, nequid in pectus demittat, primos quidē dies dulcia sorbeto, sic enim quod considet consistitq́ delues, mouebisq́ maxime. quartanis uero quintanisq́ & sextanis dulcia ne dato, sed pinguia, supra enim spuere & excreare confert, si uero secūdum rationem non spuat, medicamentū quod educat, dato, primis

Desperatio huius morbi quando.

Peripneumonia.

Purulēti pulmonis signa.

Curatio.

primis enim quatuor quinqueue diebus pauloq; magis uentres ſubtercurrāt, oportet, febres uti hebetentur, doloresq; leniantur. cum autem uacuatus cor/pore debilis eſt, tertio quoq; die uentriculum inferiorem ſubmoueto, corpus uti roboretur, ſupernaq; loca non madeant, ſi enim multum humiditatis ſub tercurrat, quinto die necat, Cū enim humiditas decurrit, ſuperna ſicceſcunt, ſputiq; ſuperna purgatio non fit, uentriculus inferior ergo ne fluat nimis, ne ſputum ceſſet, languensq; non roboretur, nec nimis ſiſtatur, ne febres creſcāt. medicamentum uero deducens ſextanis, ſeptimanis, nonanis, nonariisue, & ulterius magis procedente morbo dato, ueratrum album thapſiam, elaterion recens, par cuiusq;, quod ſi non bene ſpuat, crebroq; ſpiret, purgatioq; non ſuperet, ſpem uitæ non eſſe, prædicito, niſi purgatione ſuccurratur. quæq; in pulmonis morbo fiūt, facito, ſi uentriculus inferior bene tibi ſeruit, ſi minus, aliter facito. primo die auſpicatus magni ari tres drachmas dato, dauci unā, urticæ unam, ſinapis unam, rutæ quātum tribus digitis capitur, laſſaris ſucci fabæ quantitatem, quæ aceto mulſo & aqua diluta ieiuno tepida dato. cum uero purum ſpuet, ari drachmam ſemis ſeſamumq; & amygdalas tritas mulſo aceto diluta propinato, quod ſi magis agere uelis, capparis radicis corticem commiſceto. Laterum morbus pleuritisue. Cum uero laterum morbus pleu/ritisue corripit, hæc patitur, latus coſtaue dolet, febrit, horret, crebro ſpirat, ſpiritus anguſtia uexat, bilioſa malicorii colore ſpuit, ſi nihil intus fractū eſt. quod ſi eſt, cruentum ſpuit, cruentuſq; hic morbus eſt & letalis. bilioſus uero non adeo. Cū uero cruentus eſt, ſingultat, ſanguinisq; fruſtula ſpuit, qui ſepti/manus perit, decem autem dies ſi ſuperet, lateris quidem morbo ſaneſcit, ſed uigeſimo die purulentus fit, pusq; ſpuit, uomitq; demum, difficulterq; cura/tur. Siccæ pleuritides etiam ſunt aptyſtiq;, quibus non ſpuitur. quæ quidem periculoſæ ſunt & difficiles. quæ ſicuti hudæ decernunt. plus tamen in his poculis indulgendum eſt. ſed bilioſæ cruentæq; nonariæ undecimanæue de/cernunt, languentesq; hi magis citiusue ſaneſcunt. ſi quidem per exordia le niter doleant, quinto poſtea ſextoue grauius, qui in duodecimum uſq; diem protrahuntur, ſed nunquam fere euadunt, periculum maxime eſt ad ſeptimū duodecimumque, poſt hos ſaneſcunt. quæ per exordia lenes ſunt, ſeptimo autem & octauo graueſcunt, quarto & decimo decernunt, & ſaneſcunt. Late/rum morbus in tergo. laterū morbus tergi dorſiue ſolo hoc a cæteris differt, quod tergum tanquam uulnus dolore uexat, languensq; gemit, multumq; & anguſte ſpirat, ſtatimq; parū ſpuit, corpore laborat, tertio quartoue ſaniem ſubcruentam mingit, quintanus uel ad ſummum ſeptimanus perit. quos ſi fu/giat, uiuit, morbus miteſcit, minusq; letalis efficitur. quatuor & decem uſque ſeruato, poſt hæc ſaneſcit. Quidam uero pleuriticorum purum ſpuunt, cruen tum uel ſanioſum tanquam de carnibus aſſis mingunt, ſpina, pectus inguinaq; grauiter dolent, ſeptimum ſi hic fugiat, ſaneſcit. Cum hic laterum morbus

Venter nimis ſolutus, quinto die necat.

Veratrū album thapſia, elaterium.

Aron daucos.

Seſamon.

Pleuritis.

Pleuritis aptyſtos.

Laterū morbus ſpinam uexans.

alicui fit,tergum rubeſcit, ſcapulæ humeriq; caleſiunt, ſi reſideat ſurgatue, grauatur,uenter turbatur, lutea olidaq; oletat, qui uentris lubricitate uno & uigeſimo perit,quos ſi fugiat,ſaneſcit. qui uero ſtatim multifariam ſpuunt, ualdeq; dolent,tertiani hi pereunt,quos ſi fugiant,ſaneſcunt. Qui ſeptimo no noue uel decimo non ſaneſcit,purulentus fit. quod melius eſt, minus enim letale eſt, tametſi laborioſum ſit. præ cunctis notis dictis,in his laterum morbis hæc obſeruato,ſint ne ſub lingua puſtulæ liuidæ bullis ſimiles, quæ ferro

Linguæ ſigna. candente in oleum miſſo ſuſcitantur. quæ ſi per exordia aſpera ſit, difficilius morbo liberatur,diebus ſuis neceſſario ſanguen ſpuet. quod ſi progreſſo morbo fiat,quarto & decimo decernet, neceſſarioq; ſanguen ſpuet. de huius uero

Medela. morbi liberatione ſic habet,Si tertianus matureſcat,ſpuatq;, citius liberatur, ſi tardius matureſcat,tardius decernit,quemadmodũ in capitis ſignis. minus autem plerunq; in omnibus laterum morbis die dolent,quam nocte. quos ſic

Phrenitis peripleumonia. curato,quemadmodum fere Phrenitim peripleumonianq;, niſi quod in his, calidis balneis uinoq; dulci uteris. quem ſi primo uel altero die poſt acceſſionem curandum ſumas,ſi purum leuiterq; bilioſum paucumq; oletet, thapſia

Thapſia. ſubluito,ſi autem uenter motus nocte demittat, poſtridie doleat,torqueatq;, rurſus ſubluito. ſi uero languens natura bilioſus ſit, morboq; hoc non purgatus corripiatur,priuſquam bilioſum ſpuat, medicamento bilem probe purgato. ſpuenti uero iam bilioſa medicamentũ ne dato,quod ſi dederis,ſpuere non poſſet, ſeptimanusq; uel nonarius ſtrangularetur, magisq; ſi præcordia doleat. ſi uero ſuper his laterũ doloribus ea quoq; doleat, ſubluito,ieiunoq;

Potio quæ. ariſtolochiam,hyſopon,cuminum,laſſar ſilphionue,papauer album, æris florem,mel,acetum,aquamq; propinato. medicamẽtis autem ſic primo curato.

Curatio. cætera uero ſic habent,multa calida pro languentis uiribus præter caput lauato,cum uero decernet,dolitantia hudis fomentis confoueto, deinde oleo ſuperungito,cum uero morbi miteſcent conuertenturue, tunc languens medicusq; cum medela quieſcito,nequid mali fiat, ptiſanæ uero ſuccum craſſo modo decoctum melle conditum porrigito,poſt autem balnea,uinum dulce dilutum,non multum,nec gelidum non lati oris ampulla potato,cũq; ſupertuſſiet,ſuperpotato,maximeq; excreato,potuq; madefacito,pulmo uti madefactus facilius citiusq; ſputum reddat,tuſſiſq; minus uexet, maliq; granati dul

Potio quæ. cis uinoſi ue ſuccum cum puſillo caprino lacte & melle miſceto, paulatimq; & ſæpe die & nocte dato,ſomnũq; uetato,magis citiusq; uti purgetur. Cruen

Pleuritis hæmatodes. tum uero laterum morbum hæmatodeaue pleuritin ſic curato. Cum decre

Quæ his cauenda. uit, cibis leuibus reficito,quieſcito,ſummoq; opere ſoles,uentos, plenitates, acria,ſalſa,pinguia,fumum,uentriculos inflantia, labores, uenerem caueto. quoniam ſi morbus rediret, mors ſequeretur. ſi uero cum dolore ſpuat, uel

Potio quæ ſupra. ſpuere non poſſit,floris æris glebulam fabæ quantitate,laſſaris ſucci huius di

Potio uaria. midium,trifolii ſemen ſimul trita & miſta ieiunus delingito,cũ mellis puſillo uel piperis

uel piperis granula quinq;, lasseris, succi fabæ quantitatem, mel, acetum, aquã tepida ieiuno propinato, quod & dolores sedat. si uero rata portione non spuat, sed in sese retineat, stertatq; pectore, magni ari radicis acetabulum cum olei pusillo, melleq; misceto & propinato, dilutumq; acetum supersorbeto. uel æris floris fabæ quantitatem, nitri combusti huius duplum, hyssopi quantum tribus digitis capitur, cum melle misceto, paulumq; olei & aquæ superspargito, tepidumq; per ampullam paulatim ne strangulet, infundito, pulmonisq; uitio si non purget, hoc infundito, si uero non stertat, nec sicuti deberet, spuat, capparis seminis quantum tribus digitis capitur, piperisq; & nitri parum conterito, melle subigito, paulumq; aceti & aquæ superspargito, tepidũq; sorbeto. postridie hæc eadem melle, aceto, aquaq; tepida sorbeto. quod & stertentibus dato. quiq; non purgant iis dato. quod si ualentius facere uis, hyssopi, sinapis, cardami acetabulum terito, melle subigito, cum aqua decoquito, colato, tepidum sorbeto. Sic hæc uitia curata sanescũt, si nihil sputi in pulmone remaneat, quod in pus uertatur, quo sicca tussis suscitatur, febritq; & horret, spiritusq; angustia uexatur crebro, multumq; & densum spirat, pauloq; grauior uox fit, color cum calore uultum occupat. procedente uero tempore magis hic morbus patescit. Si hunc intra decem dies curandum sumas, calido balneo nutricatuq; calefacito, pulmonéq; perfundito, quod pus ciat, cœterisq; utitor, quæ pus educãt. tanquamq; purulentum curato nutricatoq;, caputq; siccato, ne superfundat. Si uero quod infundis, pus non educat, sed de pulmone pectus petat, posthocq; sanus uideatur. quoniam pus ex angusto in latiorem locum uenit, spiritusq; quo spiramus in pulmone residet, sed tempore procedente pectus puris impletur, tussisque & febris cœteriq; dolores omnes magis eum premunt, morbusq; magis patescit, post hanc eruptionem quinq; & decem dies hunc finito, pus uti maturescat, quoniã pus cum in latũ locum uenit, refrixit, humidumq;, quod in pectore fuit, ad se se traxit, semimarcidumq; est. qui si hoc tempore spuere incipiat, bene habet, si minus, medicamentis poculisue diebus ultimis quindecim euocato, corpusq; suscitare festinato, priusquam magis prosternatur, caputq; purgatum conseruato, propter superfluentia. si uero non spuatur, latusq; petat, secato uritoq;. si nõ spuatur nec latus petat, multa calida ieiunum lauato, non potumq; in sede firma locato, quidam alius eum humeris teneto, tu hunc concutito, auribusq; lateri admotis captato, quam partem potius petat, malisq; sinistram, dextera enim secare uel urere letale magis est. quanto enim dextera sinistris ualidiora sunt, tanto maiora mala in iis fiunt. si uero præ crassitudine humidum non redundet, nec pectus sonet, crebroq; spiret, tussiat, pedes turgeant, caueto ne fallare, sed scito pectus plenum puris esse. quare linteum tenue terra eretria liquida tingito, pectusq; conuoluito calido, quaque primum siccescat, secato uel urito, secundum præcordia maxime, quæ ne lædas, caueto. si uis, eretria sola

Medela.

Cõcussio cur fiat uideto.

Latus sinistrum tutius secatur, uel uritur.

Terra eretria.

Modus secationis ustionisue.

linito,quodq; in linteo fecisti,facito.multi sæpius superlinunt, ne priora nimis cito siccescant.post secationem, ustionemue linamentum crudum indito, sensimq; pus educito,sed priusquam seces urasue, locum signato quatenus secare uel urere uis,ne secando uel urendo cutis formæue mutatione decipiaris, magisq; infra uel supra quam expediat, seces uel uras. tussesq;,quæ nutricatu suscitantur,caueto,ne pus in pulmonem retrahant, quod malū est, sed facito sinitoue cito per incisionem arescere.cum uero duodecimanus fuerit,pus totum educito,penicilloq; linteo utitor, quotidieq; bis pus emittito, superioremq; uentriculum nutricatu quammaxime desiccato, sic etiam suppurationes ex uulneribus pulmonis uitio, magnis destillationibus obseruato, curatoq;,quin & cum pulmo latera petit. pocula uero refrigerantia cœteraq; talia laborantibus ardenti febre dato,cum uis,quæ plurimum operantur minctione partim,subductione partim,partim utrunq;, partim neutrum,sed refrigerant solum.uti si frigidam aquam in uas feruens mittas, uel uento uas exponas.quare alia aliis dato, non enim omnibus dulcia uel aspera conferunt,nec eadem bibere possunt.quare huic fauum siccum duabus cotulis aquæ madefactum dum gustu subdulce sit,colatūq; dato,apio addito, cremoré crassum lini seminis. decem aquæ cotulis carbonibus olla noua decoctum huic propinato.mulsum cum apio dilutum ad tertiasq; decoctum huic paulatim frigidum dato,uel hordeum ualidum sine cortice aqua ad dimidias decoctum frigidum dato,uel cuminum aethiopicum aqua ad tertias decoctum propinato,quod ad omnes ardētes febres cœterasq; facit,uel solam cœlestem aquā dato,uel ptisanam cum apio ad dimidias decoctam aqua dato frigidam,uel uinum uuæ passæ albæ dilutum,uel de uinaceis feceue expressum dilutū,uel aquam qua uua passa alba sine nucleis,quinque folii radice manu plena ad dimidias decoctam frigidam propinato,uel aquam albam hordei pleni macerati manibus expressam,cum adianto subdiuatam porrigito, uel triū quatuorue ouorum album aqua subactum dato,quod ualde refrigerat,uentremq; subducit,uel hordeaceam aquam de hordeo frixo tostoue & bene loto bis terue feruefactam frigidam dato,uel ptisanæ cremorem tenuem, & uinum album dulce,quod non agit,uel decoctam aquam cum cucumere pepone sine cortice pelleue,quod lotium cit,refrigerat,sitimq; sedat,uel secundam herui aquā decoctam cum cucumeris pulpa frigidam,quod certo sitim sedat, uel thasii uini ueteris portionem unam cum quinta & uigesima aquæ dato, uel trifolium,cucumerim,hordei farinam aqua decoquito & propinato,uel tres apii fasciculos,pulei duos,adianti unum cum aceti decem cotulis ad tertias decoquito, mel & aquam commisceto, dilutumq; dato quod lotium uentremq; cit,uel aquam,qua mala dulcia,odorata fracta decoxeris, propinato.uel mala totonea similiter decoquito.si uenter in febre ardenti solutus sit. Si uero morbus arcuatus regiusue,seu icteros supercapiat, decē aquæ cotulis donec paulum dulcescat,

Puris emissio. *Pocula uaria.* *Sicyos pepon.* *Thasium uinum.* *Trifolium.* *Malorum aqua.* *Icteros.*

lum dulcescat, coquito. Passæ uuæ albæ sine acinis & ciceris albi dimidiam cotulam, hordei boni & croci hortensis tantundem, paulum apii mentæq; & coriandri, postea fasciculum adianti supermittito, subdiuato, & propinato, deinde, uel similia his imitator facitoue. subdiuata cuncta febrienti dato, nisi uenter nimis defluat, uel pulei tres fasciculos, apii duplum uino decoquito, dilutumq; propinato. quod lotium cit, per uentréq; bilem deducit.

HIPPOCRATIS DE MORBIS LIBER QVARTVS

Vm semen genitale de membris omnibus uiri & mulieris ad hominis generationem ueniens & in mulieris locellos decidens cogitur, temporeque adueniente ex eo humana natura procreatur. quoniam quatuor has humidi humorisue species uir & mulier in corpore habet, Qui morbos gignunt, præter eos qui uiolentia aliqua fiunt, quæ sunt hæ, Sanguis, Bilis, Pituita, Aqua hydropsue, quæ non minimam nec debilissimam partem semini porrigunt, cumq; animal de parente prodit, species easdem & sanas & morbosas secum educit. Quas singulas species ostendam, & quomodo plus minusue in corpore fiant, quoue langueant. quiq; morbi non paribus diebus decernant. quæq; sint morborum exordia. quæq; in corpore agitata morbũ adducant. quoue frigus febriculosum fiat, posthocq; ignis, calorue. Primũ demonstrare uolo, quo modo sanguen, bilis, pituita, aqua hydropsue cibo potuq; crescant, minuanturue. quod hoc modo fit, Cum uentriculus plenus est, horum omnium fons corpori est, cum autem uacuus est, de corpore tabescente haurit. quatuor alii fontes sunt, de quibus horum singula per corpus manant, cum ipsi de uentriculo sumpserunt, qui & ipsi cum uacui sunt, de corpore hauriunt. corpus autem ipsum ad se se trahit, cum quid uentriculus in se se habet. Sanguinis quidem fons cor est, pituitæ caput, Lien aquæ, locus autem bilis in iecore est. quatuor hi fontes horum sunt, præter uentriculum. capacissimi autem horum sunt caput lienq;, latus enim locus in hoc est, de quo paulo post melius differam. Quod sic habet. quid sanguinis, pituitæ, bilis & aquæ est in omnibus cibis poculisq; plus minusue in hoc uel illo. quapropter quæ comeduntur potanturq; plurimum inter se se quo ad ualitudinem differunt. sed de his hactenus. Cum uero quis comedit bibitue, corpus humiditatem dictam de uentriculo ad se se trahit, Fontesque de uentriculo per uenas sibi similem trahunt, corporiq; dedunt, Quemadmodum de terra arbores & sata sibi similem humiditatẽ trahunt, plurimas enim & innumeras facultates terra in se se habet, quibuscunq; enim in ea nascentibus suum humorem præbet, cognatumq; & sibi simile nutrimentum quæq;

Membra omnia generationi conferunt.

Sanguis, bilis, pituita, aqua hydropsue.

Quatuor corporis fontes.

Cor sanguinis fons, caput pituitæ, lien aquæ, fel bilis.

Quo pacto hæc corpus hauriat.

Terræ uires.

Rosæ et allii exemplum.

Lassar silphionue sponte ubi nascatur.

Vini dulcis exemplum.

Diuersi terræ humores.

Prius sylnatica omnia fuerunt.

Cibus potusque quid secum habeat.

Similitudinē aduerte.

Cibus potusque haustus quid agat.

Caput cucurbitulæ instar.

de terra hauriunt,suum enim Rosa haurit,allium suum , cœteraq; omnia quæ nascuntur de terra suum trahunt.nam nisi sic haberet , quæ nascuntur nunquā suis seminibus similia essent.cum uero quod nascitur plus humoris quā oporteat,hausit,languet illud,quod natum est,cum autem minus,siccescit. si autē cum primum quid nascitur seriturue , cognatum hnmorem non habeat quo hauriat,coalescere non poterit.quod uere licet cogitare,sata nunquam nascitura coalituraue,nisi per exordia secum habeant suum naturalemq; humorē, nec minus in Ionia,Peloponesoq;,sole fruges,pomaq; suo tempore,quā alibi percoquuntur & maturescūt,lassar tamen silphionue nec ionia nec peloponesus fert,quanuis plurimi tentauerint,quod in Libya sua sponte nascitur, nam in ionia peloponesoq; talis humor non est, qui illud nutriat . plurimæ etiam regiones medicamenta plurima ferunt , quæ tam bona alibi non nascuntur, tametsi solis uis utrobiq; sit eadem,quædam tamen sponte ferunt. Quodque ex hoc quod dicturus sum, licet consyderare,quantum locus quanuis uicinus a loco differat quo ad uini suauitatem,sole eodē suggerēte.nam est ubi terræ humor suaue uinū præbeat,est ubi nō.sunt & agrestia non pauca, quæ paulo longius ulna de suo loco translata non coalescant,nam ea terra humorem illū non habet,quem translatæ subministret, quem illa prior suis agrestibus plantis natisue subministrauit.Quædam enim in his uirulenta sunt, quædā humida,quædam sicca,quædam dulcia,quædam amara, quædam aspera , quædā mitia,multaq; alia aliter habent, multæ uires in ea sunt . propterea nihil terra gignitur alii simile, quod non eius cognatum sit . Mihi quidem omnia prius agrestia fuisse uidentur,sed homines ea colendo domestica mitiaq; fecerunt, uti mitiores fructus ferrent.Similis enim humor de terra similem trahit , quo crescit,nutriturq;.nihil tamen terra genitum simile alteri penitus est,paremq; & similem humorem de terra haurit.singula tamen,quæ comeduntur potanturq;,multas uires in se se habent de terra haustas. quæ singula quid sanguinis pituitæq; in se se habent.Quare necessario huc deductus sum,quod de his in uentriculum demissis,corpus,fontesq; dicti per uenas humorem sibi similem hauriunt,signūq;aliud argumentumue dabo.singula dicta hæc haurire simul que dicam,quo pituita in corpore gignatur.Cum quis caseum, quidue pituitosum uel acre comedit bibitue , statim hoc in os naresq; decurrit,quod omnes fieri uidemus,Quemadmodūq; dico,& in cœteris fieri credito . dico aūt cibarium potumque pituitosum in uentriculum demissum partim corpori, partim capiti dedere . quod cauum cum sit & tanquam cucurbitula superiaceat,pituitam utpote glutinosam haurit,quam altera uicissim sequitur.Pituitaq; recens de cibo hausta priorem pellit , ipsaque in capite remanet , cum sit maior potentiorue,propterea cum quis pituitosum quid comedit uel bibit, pituitā excreat.quod & sic habet.siquis pituitosum quid comedit uel bibit, quod statim per os naresue non exeat, cum multum sit , necessario in capite remanet,

remanet,uel de capite in corpus defluit,uel uentriculum petit, quod optimũ est,quoniam cũ oleto exit.quod cum multũ est & hudũ,oletum humectat, si modicũ,hoc non facit.quod si in capite remanet,caput plurimũ afficit,cũ in uenis est,si modicũ,hoc non facit,Cum multũ uel parũ est,præsefert,quod si corpus petat,cũ cœteris humoribus miscetur,quod si multum est,per corpus statim prorũpit,quatitq;,si modicũ,non quatit,cũ corpus ualentius maiusq; sit,nisi aliud exordiũ relinquat,quod cũ tẽpore cũ quid pituitæ accessit, crescat,corpusq; uexet. Si uero corpus uentriculo & uesicæ det, & exeat, malum nullũ concipit. Sermone quidẽ hoc demonstratũ est,quẽadmodum caput de uentriculo pituitã hauriat,Simileq; suũ simile petat,Simulq; dictum est, quo pacto & cur de cibis & potibus pituitæ plurimũ in homine fiat. Nunc aũt dicã quomodo & cur Bilis plurimũ in corpore gignatur, quẽadmodũq; locus iecoris felue eã hauriat.Quod sic habet,Cũ quis amarũ quid aut biliosum & leue comedit uel bibit,plus bilis in iecore fit, statimq; iecur dolitat, quod pueri cor uocitant.quod de cibis & potibus fieri nobis liquet & scimus. Corpus enim de cibis omnẽ dictã humiditatẽ haurit, locusq; iecoris quod biliosum inest.quod si multũ sit,dolitat repẽte iecur,quod plurimũ uentrẽ molestat,quo fit,uti prior bilis crescat,uẽtrẽq; torqueat.cuius pars per uesicã pars per uẽtrẽ exit,quo fit uti parũ in homine remaneat,doloresq; sedentur.quorũ neutrũ si fiat,primũ prior bilis in corpus decurrit, etenim in illud deditꝰ. quæ si multa sit,cœteris humoribus cõmista,statim præsefert,si modica nõ cõcutit,cũ magnũ sit corpus,nisi qd aliud suboriatꝰ.si uero cũ tẽpore bilis crescat aliaq; accedat,hominẽ necat.Quod si nõ fiat,corpus eã & omnia biliosa digerit & demittit.quæ enim comedũtur & potãtur sæpe quæ inerãt,curãt. sic & quæ lædũt medicamẽta,si unũ post aliud in uẽtriculũ demittatꝰ,lædunt, nisi externa ui causa sontica supereťꝰ.cũ uero bilis alia de iis quæ in uẽtriculũ decidũt in corpus superuenit,morbus inde gigniťꝰ. Quo pacto bilis curq; de cibis & potibus in corpore cresceret,hoc loco demõstraui,quodq; locus iecoris ex iisdẽ biliosum sibi simile hauriat. Nunc uero dicã,qui aqua hydropsue in corpore crescat,quiq; lien ad sese trahat. Cũ quis plusculũ potat,corpus liẽq; de uẽtriculo aquã hauriunt,quæ si plus quã oporteat,sit,statim hominem uexat,quod statim lienosi sentiunt.cũ uero lien hausit,certe bene habeat,si aqua quæ prius in liene uel uentre fuerat, in uesicam delabatur, hacq; deliquetur. superna enim loca de liene aquam non purgant,nisi quid per uascula quæ sub lienem tendunt, hauriatur. quare sola purgatio per uentrem & uesicam est. quæ nisi lata sint,& abunde defluant, deque liene demittant, aqua inferna petit, cœterisq; humoribus illic miscetur,quæ si pauca sit, corpus non concutit, sed ab eo per uenas in uentrem & uesicam deliquatur, multæ enim sunt quæ de superioribus locis hauriunt.quæ si magis siccæ quam prius sunt, plus hauriũt, si uero plus aquæ superueniat, uenterq; & uesica eam non demittat,

Quid agat pituita.

De bile.

Locus iecoris fel.

De aqua hydropene.

Lien turgens quid agat. *De anguine.* *Cor cur non laboret.* *Venæ Iugulares Sphagiæne.*

lien turget, corporis inferiora laborant. quopacto curq; de potu plus aquæ fiat in corpore, mihi hæc dicta sunt. quiq; lien hauriat. qui uero sanguẽ in corpore crescat & cur, nunc dicã. Cũ quid sanguineũ quis comedit uel bibit, corpus corq; totũ haurit, cũq; multũ hausit, cor non afficitur, nã solidũ quid & densum est, propterea non afficitur, deq; eo uenæ crassæ ueniunt, quas Iugulares dicunt. quibus siquid sanguineũ cordi accedit, statim deditur. quæ plenæ capiti & corpori subito dedunt. cũq; quis sanguineũ quid comedit uel bibit, confestim uenæ Iugulares tolluntur, uultusq; rubescit, cũ uero plus sanguinis cordi corporiq; accedit, cũ cœterisq; humoribus miscetur, uẽterq; & uesica nõ demittat, cœterisq; humoribus misceatur in corpore, corpori negotium facessit, quod si parum est, corpus non quassat. Quod si per tempus uẽter naresue demittant, non lædit, si uero crescat, morbũ creat. qui sanguis cresceret, dissertaui, cœteraq; quæ quatuor sũt, sanguẽ, bilis, pituita, & aqua hydropsue, quiq; & cur de cibis poculisq; in corpore crescant declaratum est. quodq; de his hæc fiant, hoc significat, siquis parũ comedat uel potet, morbũ nullũ nanciscitur. quæ de his hactenus dicta sint. Prudenti uero gnaroq; hæc tangere & demonstrare uolui. quæ uti decrescant, paulopost melius declarabo.

Fontes corpori subministrãt nõ soli. *Similitudinẽ cõsidera.*

Quos dixi fontes cũ pleni sunt, semper corpori dedunt, cũ uacui, deducũt. sic & uentriculus facit. quod sic habet, uti siquis in tria uasa ænea uel plura plano loco statuta fistulisq; perforatis inter sese cõiũcta sensimq; aquã in unum mittat, donec impleatur, cœtera æque implebũtur, similiterq; si deducat, euacuabunt, sic & in corpore habet, cũ in uẽtriculũ cibi potusq; cadũt, corpus ab eo haurit, cũq; fontibus implet. cũ aũt uẽtriculus euacuat, humor uti uenerat, decedit. uti in ahenis dictũ est. Multæ em̃ uenæ tenues & crassæ dẽsæq; corpus totũ perrectãt. quæ dũ qs uiuit, patẽt, humorẽq; recẽtẽ suscipiũt & emittũt, cũ uero perit, claudũtur & tenuãtur. Dũ ergo quis uiuit, corpus de uẽtriculo haurit, dũ is qd in sese habet, fontesq; ipsi hauriũt. qui cũ pleni sunt, corpori dedũt, nã si corpus uẽtriculi humorẽ nõ hauriret, sed fontes soli corporiq; soli dederẽt, corpus nunq̃ satis nutrimẽti haberet, nec fontes corpori satis subministrarẽt, nec etiã nisi hi fõtes essẽt, cũ comedimus potamusue, certo sentiremus qd suaue uel cõtra esset, p hãc necessitatẽ, quã dicã, Parua cũ hæc loca sint. & intra corpus, priusq̃ quæ comedũtur potãturue, in suas uires pueniãt, corpori qd in his sanguineũ, biliosum, pituitosum, aquosumue sit, semper nũtiãt. siquid enim horũ cũ cibo uel potu plus iusto nobis fiat, suaue nõ est, sed quod usui est, suauissimũ est. Si uero qs horũ fonticulorũ cibi potusue humore careat, corpus tamen inde haurit, sed minus iusto. quisq; tunc eatenus cibum & potum expetit, quatenus eam appetentiã expleat, cœterisq; coæquet, propterea quandoq; cum multum comedimus uel bibimus, adhuc expetimus uel cibũ uel potũ, nihilq; libẽtius suauiusue sumimus, quã qd expetimus. Cũ uero comedimus, humorq; coæquatus est, per fonticulosq; & corpus hæc diuisa sunt,

Quo pacto sua quisq; trahat. *Cur cum multũ sumpsimus plus appetimus.*

diuisa sunt, desiderium sedatur. de his hæc hactenus diximus. Locus autẽ ie coris sic habet. de cibo & potu bilem tantũ haurit. quoniã eius uenulæ tenues & non ualidæ humorẽ alium crassiorem grauioremq; trahere non possunt, simulq; locus tam latus non est, uti in eo cœteri humores consistant. qui locus suaptenatura bilis proprius est, propterea morbus alius nullus in eo fit, nisi quẽ Cardiogmon cordisue punctionẽ homines uocant. Caput autẽ cor lienq; humorũ omniũ participes sunt, nisi morbo aliquo laborent, præcipueq; naturalem suum iam dictum quisq; capit, Caput pituitam, cor sanguinem, lien aquam. præterea uenæ latæ crassæq; humores alios trahunt, cum suaptenatura tortuosæ & attractiuæ sint, uti cũ unũ traxerint, sequatur & alius. proximæ autẽ cordi sunt Iugulares uenæ sphagiæue, quæ cũ magnæ crassæue sint, cito in eas humor deditur, cũ illi plus iusto fit, quæ corpori dedũt. Simulq; cor ipsum solidũ densumq; est, nulloq; humore afficitur, propterea nullus morbus in corde fit. Caput autem & lien maxime morbosa sunt, suis enim naturalibus afficiũtur, cũ plus iusto fiunt, cœterisq; humoribus afficiũtur. plures enim uenæ & latæ in iis sunt, cumq; ipsa uenosa, caua & adeo capacia sint, uti cœteris humoribus illuc sensim fluentibus latus sit locus, uti cũ eorũ naturali misceatur, Quemadmodũ in magno uase latior est locus quã in paruo, sic & in capite & in liene habet, latior enim locus in his est, qui si humoris impleat̃ & eius uenæ, morbus inde in illis fit cito. De his autẽ nunc hæc mihi sunt dicta. Melius autẽ uolo demonstrare, qui humores hi minuantur in corpore. Quatuor enim humores homines lædere demonstraui, quatuorq; eorũ fontes, quatuor etiã esse dico, quibus homines ab his singulis purgentur, quæ sunt os, nares, minctio, anus. cũq; humoris molesti plus accessit, siquis eo purgetur morbus inde nullus uexat, sique uentriculus præ humore corpore tabescente compleatur, per aliquemq; horum locorum eo confluentia prodeant, minus humoris in corpore cogitur, nã os corpusue sicuti dixeram, uẽtriculo dat, cũ uacuus est, qui haurit & fruitur, cũ eo cõpletus est. Qui aũt & cur minus cogant̃ quæ hominẽ afficiãt, hæc dixi. Qui uero & cur sanus degat dicã. Cũ quis comedit & bibit, humor in corpus peruenit, sicuti dictũ est, cũq; priore corporis & fontiũ humore miscetur, qui postridie digestus ab alio superueniente de corpore truditur in uentriculum, quo loco cibaria concoquit, sanguenq; in corpore facit, putrescitq;, tertioq; die cũ oleto & lotio prodit portione qua uenit, semperq; pars æqua similisq; remanet, tertioq; quoq; die plus humoris & olidioris in uentriculum de corpore fluit. Qui cibaria digesta morbosumq; si quid inest secum defert, quod lotium salsum declarat. certum etiam est cibaria morbosum educere, semperq; postridie demittit, tertioq; die humor. Sicq; sanitas cõtingit. quemadmodũ autẽ & cur homines sani degant, mihi hæc dicta sũt. Si uero hic humor particulatim ꝓdiret, cibaria tã olida de corpore & uẽtre nostro nõ exirẽt, sed uti decocta, lotiũq; sile potui esset, spq; corpus

Locus bilis fel.

Caput pituitæ locus, cor sanguinis, lien aquæ.

Venæ sphagiæ.

Cur cor non afficitur caput et lien multum.

Quo pacto humores in corpore minuantur.

Quatuor locis corpus purgatur.

Sanitas qui contingat.

Tertio quoq; die quæ sumuntur prodeunt.

Quid esset si statim oletaretur.

uacuaretur, semperq; cum egessisset minxissetq;, appeteret, proq; egestionis copia ualeret. cum non satis humoris in corpore remansisset, sed cum oleto postridie uel eodem die prodiisset, siquid comedisset. si minus, cum uentriculus uacuus & inualidus esset, humor non crassesceret, postridie uti exiret, quoniã humoris non satis remanserat. nunc autem cũ egessimus, ualidi sumus, duosq; dies & si nihil comedamus, & esse & agere quid possumus, nec penitus uacuitate hoc tempore deficimus debilitamurue, nam humor qui in corpore restat, robur præstat. Qui autem & cur humor in corpus deueniẽs eodem die nec postero non potest exire, diximus. Præterea dico si humor plusq̃ tres dies in corpore maneat, multusq; alius & qui impleat, superueniat, uenis calefactis & consistentibus, malum aliquod maius uel minus homini prænuntiat, Per hiemem uero minus & sero, per æstatem maius & cito. Quid autem eueniat, si humor in corpore maneat, hæc mihi dicta sunt. Si uero corpus cibaria statim emittat, satis humoris non hauriremus, macilentiq; homines & non robusti forent, sed cum cibaria & potus tantum in uentriculo maneant, quantum maneat, sensim corpus de uentriculo hauriens, robur capit, & impletur. Qui autem & cur cibaria non possunt eodem die prodire hæc dixi. Si uero cibaria plusquam expediat, in uentriculo maneant, & alia superueniant, corpus compleretur, uenæq; plenitate pressæ calorem laboremq; corpori darent, per æstatem citius, per hiemem tardius, nam æstate quod circundat calidum est, spiritumq; calidiorem ad sese corpus trahit, quin etiam uentriculo calescente spiritus calidior quam pro tempore conueniat si homini accedat, mirum nõ erit, ea re hominem febrire. per hiemem uero spiritum frigidum si ad sese trahat, multo magis hominis corpus plenitatem ferat, si parum egerat. Quid eueniat, si cibaria plusq̃ expediat, in uentriculo maneant, hæc mihi dicta sunt. mihiq; statutum est, omnia de humore ciboq; lõgioris & breuioris temporis pertingere, quoq; differant patefacere, curq; homines langueant, quod procedente tempore melius demonstrabo, Nunc autem de sanitate dicturus priora resumam. Quod hominis corpus de cibis & potibus humorem trahit, si ualet, ratione qua dictum est, cibariaq; & humorem emittit, Quæ si, plusquam accepit, exeant, emaciatur. quod propterea cadit, si desideat, nec laboret, malum quid corpus nanciscit. quod præ cæterorũ summa sanitate nõ statim admodũ sentit. quod tale est, cũ qd ex quatuor cõgenitis nõ multo plus ad corpus accedit, corpus gete calefit, quod nõ multũ afficit, sed humor in uẽtriculo liquescit, cibũq; nõ suauẽ reddit. si uero humor priore maior sit, febris inde gignitur. sed de hoc paulopost melius dicemus. Qñq; quis emaciatur, etiã si cibus suauis sit, causa eadẽ est. quo fit uti plus humoris exeat quã digerit, ꝑpterea deses emaciatur. Corpora uero laborãtiũ calefiũt, quæ labore si calefiãt, & humor ꝑ corpus dispergit, macilẽtiaq; hæc & morbus ĩde gignit. q discolor factus & ĩutilis, uẽtriculũ uesicãq; petit. q̃ colãt extra. q partim siccitate ĩteriore foras euaporat, partim intus

Duos dies sine cibo quis durat.

Triduo exeant cibaria oportet.

Si cibaria statim exirent, quid eueniret.

Quid cibaria retenta diutius faciant.

Macies unde.

Quid exercitatio possit.

partim intus remanens per corpus exudatur. Puerorum & iuuenum exercitatio facit eadem, quæ defatigatio. Si uero humor qui remanet, minor non sit quam qui prius exiuit, sicq; alius de cibo potuq; addatur, sic etiam homo emaciatur. minus autem humoris additur, cum quis nihil aliud comedere potest, uel sicuti prius laborare se seq; exercere. quare minus potest. Propterea uero bonus corporis habitus de cibis proficiscitur. Cũ suo tẽpore humor arescit, cumq; labore & exercitatione prior exit quam alter subintret, quandoq; humoris plus accedit, unusq; alios superat, magnaq; inde plenitas fit. Si uero multum superetur, de hoc ignis fit. Si uero parum, paruus, sicq; corpus fert. Cum uero multum humoris inest, calorem discutit. nam corpus igne calefit, sique quod uexat parum sit, tertio die similiter dimittit, duos enim continenter habet, si uero plus, quinto die, quatuor enim rata portione habet, sic morbi statis diebus decernunt. Si uero diebus non paribus ignis dimittat, homo & sanescit & perit. Cur autẽ, paulopost demonstrabo. Nunc autem cur ignis dimittat, dicam. quod sic esse dico. Si de corpore uel corporis malo habitu hominem ignis capiat, tertio die uel alio non pari necesse est, per eandem rationem quam prius dixi, humorem qui corpus male habet, exire. nec ante exit, quam alter bonus de uentriculo ueniat. nam medio posteroq; die corpus de uentriculo haurit, quod pridie in eum misit, nisi uentriculus digesserit, humoremq; alium habeat, homini non bonum. Si uero tertianum ignis dimittat, modo eodem dimittit, quo dictum est, & eodem die. sic quidem cadit, suscitatum ignem in corpore tertio die relaxare. dico autem, si quinto, septimo, uel nono relaxet, similiter relaxare, quo tertianus exit. Nam ignis nutricatio, in locis talis est, qualẽ pauloante dixi. Cum enim multus humor superat, homo non sustinet, propterea uero diebus non paribus ignis dimittit, quoniã iisdẽ corpus de uentriculo haurit, saniq; uentriculus iisdem emittit. Propterea necessario morbi diebus non paribus decernunt, modoq; eodẽ febricitans sanescit. Præterea dico, Languentes diebus non paribus maxime laborare, & quidem iure, propter hoc. qui enim febricitat ualde perturbatur. quod horror crebro corpus discurrens monstrat. quod non fieret, nisi humor multus uel modicus ab eo separatus perturbaretur. qui interdum alium superat. Languẽs autẽ diebus non paribus maxime perturbatur horretq;. quod sic habet. Cum quid humoris a recenti superatum de languentis corpore in inferiorem uentriculum detruditur. qui cum affectus sit, conferuescit, tuncque solito multo magis suscipit, quod maxime in morbi decretorio discernit, si paulatim corpus in uentriculum mittat, quodq; hominem uexat, sit non multum, calorem uẽtriculus fert. Corpusq; in decretorio ualidũ est, potestue, sanescitq; homo, cum humor qui uexabat, exiuit, febrisq; nutrimẽtũ consumptum est, si quod sanitatẽ facit, superat, sicq; languens sanescit ob causas ante dictas. nunc autẽ dicam, cur diebus non paribus pereant, dico autem, Si multum quod uexet, in

Morborum decreta.

Cur diebus non paribus hæc fiãt.

Salutis mortisq; causa.

corpore fit, plusquã tempus poscat, perturbatur, multumq; ac ualidum uentriculum petat, corpusq; non ualidum, calorem, quem ferre non possit, suscipit, olidumq; spirat, nec corpus præ debilitate respirare, spiritumue trahere potest, uti quæ in uentriculo sunt, refrigerentur, utpote cũ omnis humor morbosus iam sit. quicquid enim uitalis humoris inest, foras exhalat. sicq; homo perit. nam alter humor salubris nõ superat, sed omnis morboso qui maior est & multus tollitur, consumptusq; igne exhalat. sic enim diebus non paribus labor maxime fit, crescitq; molestia. quod quisq; nouit, uidetq;. quin etiam humorem his diebus perturbari, hoc signum est. Qui continuo igne tenentur, si paribus diebus potionentur, non purgant. qui non paribus ualida potione potionantur, purgant, multi tamen pereunt nimium purgati. quare medici superiores maxime peccauerunt, cum diebus non paribus potionarent, quoniam homines perdebant, nescientes hoc sic habere, ꝙ humidum in languentis corpore diebus non paribus maxime perturbatur, utpote corpore humorem in uentriculum demittente, quo perturbato siquis medicamẽtum supermittat, magis perturbet. mirum ergo non sit, ex his hominem perire, quin & uulnera si his diebus curentur, maxime perflammantur, nam humor perturbatus commotusue per uenas omnes currit, & eas implet. cum uero morbus in uulnus deuenit, ea pturbatione si uulnus curetur, pusq; humore extrusum exeat, uulnus purgatur. Si uero non curetur, pusq; non exeat, sed illic remaneat, cum descendente laborem præbet, carnemq; totam circa uulnus tumefacit. quod si in cruribus fit, crurum uenæ turgent, si in manibus, uenæ manuum tument. deq; his inguina surgunt. Quibus uero hominum ignis aduenit, cum nullum aliud malum habet, de pinguiore maioreue re uenit, plenæq; uenæ calefaciunt & uexant, totumq; corpus calefaciunt, sicq; uulnera calefiunt, corpus enim uulneraq; humiditatis commotione calefiunt. quod defatigatio facit. Quintana uulnera inflammantur, dierũq; horum rata portione prout magna sint. quædam enim tertiana, quintana, septimana, nonaria, undecimanaque conferuescunt. deinde primo circuitu peracto, secundi rursus principii tertius, qui est a primo quartus & decimus. Maxima uero horum quarto & decimo conferuescunt. quæ ratio declarat morbos non paribus decernere, sanoq; humorem tertianum exire. Stercus uero secundanum & tertianũ hoc est, quod confirmat, hæc inter se se conuenire. sicq; hic sermo ad summum peruenit. Nunc autem melius dicam, quare homines langueant, morborumq; exordia, quidq; singula faciant. Dico aũt, si multa cibaria concocta iam retineantur, homoq; non purgetur, cibariaque alia supermittantur, corpus & prioris humoris & recentis repletum calefit, propterea; homini ignis fit, qui sic factus, ualidus non est, nec ambigitur, quo humor æquetur qui nos paulo plus uexat. Quod si sic habet, robustusq; admodum quis sit, commodaq; porrigat ingeratue, sanescit. si malum unum toto humore sit, & septem signa habet, primũ tussis lenta

Disparibus diebus omnia languentium discernuntur.

Cur febris nulla de causa fiat.

Defatigatio quid faciat.

Disparia omnia decretoria.

Morborum causæ.

Signa septẽ mali unius.

lenta eum habet. secundum deinde sicca. tertiū, uenter durescit siccescitue, cum non oletet. quartum, caput grauescit. quintū, uomit. sextum, febrit. septimum, lotium non bonum exit. Septem hæc signa sunt huius morbi ab omni humore facti. Si uero cum non egerat, unus humor alios superet, homo melius multo uersabitur, siquis cum humoris seditione febrit, cōmoda non proferat, morbus supererit tanto quanto humor alios superat. Modo hoc. Corpore sanguineq; calefacto per illud aquosum quod igni est infensissimum exhalat, quod pingue est, leue & biliosum relinquit. maximum ignis nutrimentū. quod exhalat, uti siquis multum pinguis cum modica aqua diu in cortina feruere faciat, aqua igne extenuata exhalat. Pingue uero cum sit densum connexumq;, non extenuatur, uti aqua, nec euanescit. quod sic & in homine habet, nam aqua hydropsue corpore calefacto foras exhalat. Biliosum autē cum sit densum & connexum, non extenuatur æque, nec foras exhalat, sed extenuatum & remanens, corpus magis calefacit. Maius enim & melius nutrimētum ignis est bilis. quæ diuisa uel confirmata in corpore morbum corroborat cū prioribus. quid homo patiatur, si non purgetur cureturq;, hæc dixi. Si uero horum copia superet, subito uel paulatim collecta. quod cum fit, corpus dolitat. quod per exordia præ robore sustinet, donec alius humor superuenit. qui cū creuit, homoq; non purgetur, morbus inde hoc modo gignitur. Tria principia sunt, quibus morbi gignuntur. quorum unum dixi qualia quantaq; in corpore faceret, quoq; modo, & cur, homo nisi purgetur, in morbū cadat, ostendi. Secundum est, cum cœlestia cōmoda non sunt, malusq; nutricatus accessit. Tertium autem est, siquid uiolētum prorumpit, uiolentū esse dico casum, uulnus, percussionem, defatigationem, quidq; tale. quorum principiorum maximum est uiolentia, si magna sit, si parua, tam magni momenti non est. secundum autem est, si homo non purgetur. tertium, si cœlestia ad salutem sanitatemue commoda non sunt. quæ cum singula in corpore faciant, quæ dicam, obseruato. si uulnus factum est, certum est, carnem esse discissam, & ulcus factum. quod morbum esse dico. Si uero fracta, percussa, collisa, uel quid tale patiatur, tumet, quoniam sanguen uiolentia subito calefactum & per uenas patentes discurrens cum præ copia non exeat, illic uolutatur, tumoremq; creat. qui durat, dum per loca dicta purgetur, uel per tumorē ipsum uel manus opera chirurgiaue sanguen exeat, pusue fiat. Defatigatio autē hoc facit, cum homines adeo defatigantur, uti sanguis etiam laboret, illicq; sistatur, calefiatq;, labor ex hoc fit. Si uero his superetur, copiaq; horum defatigatione crescat, copiamq; eam humorum uenter & uesica non emittat, de hoc ignis superuenit. Si autem humor, qui prius inerat, par uenienti sit, minime. Si uero defatigatione plurimus humor in corpore remaneat, ille superat. Qualia uis uiolentiaue faciat in corpore, hæc dixi. Duo quidem principia cum hæc sint, uis plenitasque, nisi homines purgentur, corpora calefaciunt. Cœlestis autem

Morbi origo.

Similitudo.

Tria morborum principia.

Tumoris causa.

Defatigatio quæ faciat.

Cœlestis uis quid faciat.

incommoditas cum in homine fit,quid humoris ad morbum aliquatenus su/perat,& calefacit,quandoq; prius frigefacit.Primum autem dicam, quemadmodum calefaciat.Dico ergo,si in ipso homine, quid morbosum sit, quale prius dixi,cœlestiaq; commoda non sint, homoq; calefiat, corporis humoré omnem calefactum perturbari commoueriue,quod uiolentia uisue facit. quo commoto plusquam pro tempore conueniret,si homo non purgetur,separa/tur. Cui non dissimile est,quod scythæ de lacte equino faciunt, Lac enim in caua ligna missum agitant,quod agitatum spumescit & separatur,quod Butirum uocant,fluitat,cum leue sit. quod graue est,& crassum,subsidet,quod se/parantes siccant,quod cum coiuit & aruit Hippacen uocant. lactis uero serũ in medio est. Sic & in homine, corporis omni humore per principia, quæ prius dixi,commoto,quod bilis est,fluitat,cum leuissimum sit. secundo loco quod sanguinis.tertio quod pituitæ. Horum autem humorum omnium hy/drops grauissimus est.Cum hæc sint,quod in morbo plurimum sit uel principiis commotione facta,locum eum petit, ubi plurimum sit, quod commo/tum & separatum si latum locum habeat,illic uolutatur, corpusque calefacit, uel in corpore sistitur uel alio loco cum priore humore, calorem & laborem præbet,qui locus calefactus totum corpus simul calefacit, quo febris fit,quæ bile potius sanguineq; & pituita fit,quæ calidissima sunt,quaq; corporis par/te quid horum sistitur,plerunq; ea morbus denominatur.de Hydrope uero humoreue aquoso febris ualida diuturnaue non fere gignitur,quod humor igné male nutrit. De his auté hactenus. Prius autem quam humor commoueatur, non potest multum defluere,sed cum alio humore mistus supra & infra uolu/tatur,cum omnia plena sunt.Commotione autem ipsa uacuatur, magis tamé aliud alio uacuatur,quodq; plus est,maioremq; locum occupauit. Quod aũt alienum est,cum alio non miscetur,si circunsistat, priusquã uiribus æquetur. potest enim æquari quod ad morbum superaccessit, donec locus quauis pur/gatione purgetur.Si uero quod uexat, multum sit, priusquam sanescat, aliud ad morbum sumit.quo homo perit,nam si malum nutriméti non satis habet, sed ab humore,qui in loco laborante est,haurit, primo quod proximum est, sumit,deinde cæteris tribuitur,donec absumitur,nihilq; nutrimenti in corpore sit.nutrimentum autem hominis est,leuis pusillusq; humor, quemadmodũ ergo par est,primum paulatim marcor quidam oboritur,si ualde calefiat,de/inde cum illinc nutrimenti quod satis sit,marcori non datur amplius,de sano loco proximo corpori per exordia deditur, donec quicquid carnosum est, marcescat.nam cum in omne peruenit morbi nutrimentum consumitur, nec aliud salutare superat.quod cum fit,homo perit, cumq; hoc in commotione plus loci occupat, nusquanq; consistit, sed uolutatur, cum alio amplius non miscetur,sed in morbum cõsumitur,nisi purgetur. Postea uenæ superimplentur,quæ plenæ non ante per sese demittuntur, quam latum locũ nanscifcant.

quemadmodum

Scythæ butirum

hyppace.

Qui humores febrem creent.

Hydrops febrẽ leuem,et non longam facit.

Qui æquẽtur superuenientia.

Mortis causa.

quemadmodum cum quis ualide sauciatur, per uulnus statim sanguis decurrit, uenæque uacuantur. cum uero caro tanquam spongia completur, non demittit, sed retinet, donec quid per ea loca uacuetur. nam sanguis cum in unũ coiuit, præ copia uiã exitumue sæpit. Quemadmodum siquis utrem angusti oris olei plenum in os uertat, oleum non exibit, quoniam cum multum sit, uiam exitumue claudit. quem siquis paulum obliquet, obturatio tolletur, oleumque defluet. quod & aqua in mensa sparsa faciet. sic & cum plurimus humor in corpore coiuit, locumque commotione occupauit, uenasque compleuit, nec ante de iis abit, quam locus uacet, consumpto morbi nutrimento. Hæc quidem mihi dicta sunt, cum quid de locis plenis qui morbum gignunt deque aliis in corpus prorumpit, quemadmodumque principia calefaciunt, turbamque humori ad morbum deducunt. nunc uero dicam, cum de cœlo parum commoda fiant, quæ in humano corpore perficiant, cum corporis humorem superant. Dico autem Partem humoris corporis conuolutari crassescereque, donec morbum pariat, partem dilatari & excerni. quod lacti simile est, siquis succum lac stringentem in lac mittat, si refrigeretur, crassescit, & cogitur lac, serumque circunstat. sic et in homine humor morbosa refrigeratione addita conuolutatur & concrescit, quem aqua hydropsue circundat, hanc alius humor, qui quo magis in corpore crescit, eo magis commiscetur. qui si uentrẽ petat, stercus commouet, uentrem torquet, non multumque lædens exit. si uero uentrem non petat, corporis ea parte consistit, qua latus locus datur, Locumque latum nactus, illic uolutatur, quodque aquæ hydropisue conuolutatione ea excernitur, descendit, cum grauescit, frigescitque ualde corpus, circumque ossa & neruos uolutatur, multoque magis corpus inflammat, clarumque est, circa neruos & ossa maxime uersari aquam hydropaue, quæ humorem chymonue gignit. propterea corporis parte ossea maxime homines horrent, pilique eriguntur, cõmota desiccataque superiore cuticula plusquam antea, cum aqua hydropsue illic deficiat, circumque ossa sese uolutet, propterea solus locus, ubi prius stetit, humorem chymonue gignere nõ potest, unde frigus rigosue fit. Quidam alius humor maxime æquatus concretusque in corpore consistit. quidam quo plus creuit, eo citius descendit. Sin autem uentriculus plenus fit, & quod molestat parum, quandoque uentriculum petit, non ualdeque lædit, & quandoque ignẽ non suscitat, quandoque non uehementem & innocuum, quodque uexat cũ stercore prodit. Si uero plenus uentriculus sit, multumque quod molestet, habeat, periculum est, ne morbus aliquis inde fiat, siqua quod lædit, consistat uel ad latus, uel aliquod intestinum, uel alio. quod primum adeo cõcalefacit, uti cõturbet, commoueatue. Quibus uero ad caloris uehementiam nõ multũ inest, quod aqua hydropeue superetur, utpote cum circa ossa & prope medullam consistat, cum uero tempus processit, quæ prope sunt, magis afficit, primum quidem locum ipsum, deinde illi proxima, latius enim serpit, uentriculusque

Similitudinem hanc cõsiderato.

Similitudo.

Hydrops.

Horroris causa.

Chymos.

Vẽter plenus uel uacuus quid faciat.

calidus cum sit, suscipit, postea magis & uentriculus & quod lædit afficitur, calefit. Crassus uero humor calefactus primum spargitur, cum illi proximum sit, quod uexat, sparsusq; cum aqua hydropeue affecta miscetur. deinde corporis commotione locum magis euacuat, frigusq; eatenus habet, quatenus aqua hydropsue cum alio humore est. uisq; ignem iam suscitata durat. nã afficientia certo loco si consistant, corpus calefaciunt, contrahereq; igné cogunt, quæq; supra læsa sunt quæq; subter uentriculum, calefaciunt, cœteraq; aquæ hydropisue superat. sicq; ignis post frigus. cum humoris multum usq; corporis sistitur. Sin autem uolutetur, hoc modo fit, post frigus ignis uolutatur maxime, quodq; uexat, circa superioré & inferioré uentriculũ, latus enim locus illic est, quo sese uolutante primũ loca proxima & intestina quæq; in uétriculo sunt, calefiunt, deinde humor alius dispersus calefit, aquæq; hydropiue miscetur, postq; frigus ignis hoc loco fit. cũ quod uexat, nó uolutatur, sed aliqua corporis parte sistitur. Mihi auté hæc dicta sunt. quemadmodũ, unde, quando morbosum frigus gignatur, quiq; quaq; necessitate post hoc febris prorũpat, quæq; sint morborũ exordia, quemq; morbũ horũ singula corpori superducant, quiq; & cur diebus non paribus morbi decernant, quaq; re homines langueant sanescãtue, quiq; bilis pituitaq; crescat minuaturue, multaq; alia demóstraui, quæ in hoc & in natura humana naturaliter insunt, quæq; sermo hic continuit, quæquidé sic dicta finé habent. De latis auté tineis lumbricisue seu elminthon plateion nunc dicam, quas dico pueris etiã in matris locellis creari. cũ enim semel loculos exiuit, tantũ temporis stercus in corpore non permanet, uti putrefactũ has bestiolas uiuas & magnas gignat, cũ quotidie recens uariũq; oletet, si quidé homo sanus est, quæ non fierent, etiamsi diutius non oletaret. multæ enim puero in utero matris sic fiunt, cũ pus feruidũ lacte sanguineq; redundante putrefactoq; utpote dulci fit, propterea hæc bestiola illic gignitur. Teretes etiam rotundæq; tineæ illic fiunt similiter. Signum auté, quod hoc sic habet, hoc est. Pueris editis nutrices medicaméta cũ cibis dant, quæ stercus educant, ne illic siccescat, & intestinũ dilatet, quæ cũ sumpserunt, pueri multi cum primo stercore terete rotundas latasq; tineas demittunt. si uero non oletent hæ in uentriculis gignuntur, teretes quidé rotundæue tineas alias gignunt, latæ uero non, quanuis dicant parere. quoniã latas tineas habens cũ stercore similia cucumeris semini demittit, quæ nonnulli partus illarũ esse dicunt. Mihi uero qui hæc dicunt, nó recte dicere uidétur, quoniam una tot non gigneret, nec tam magnus locus in intestino est, pignora filiosue uti gignant & educent. puero auté ex locellis adaucto & crescente crescit & uermis tineaue in intestino his quæ uentriculum intrant, parq; intestino fit, his quidé cũ pubertate, his uero paulo ante, his postea. cumq; intestino par est, similiter crescit, qui cũ creuit, ano demittitur cum oleto cucumeris semini quid simile maius quãdoq;, quãdoq; deãbulãtibus cũ defatigãtur, uentriculo calefacto descendit,

Qui post frigus ignis fiat.

Lũbrici qui creẽtur.

Creatio tinearũ.

Cur uideantur alias parere.

Tineæ uermesue non gignunt.

calefacto descendit, connexusque de ano exit, ab eoque excernitur, uel redit. Signa autem nihil parere, habent uti dico. cum quis uermem habentem curat, medicamentum uel potum dat, qui si sit bene præparatus, totus rotundus uti pila prodit, homoque sanescit. Si uero medicina exeat, recta duorum uel trium uel plurium cubitorũ de uerme rescinditur, proditque hæc habenula. quod cũ uenit, diu cum oleto signum nullum prodit. postmodum uero recrescit. Veritas autem hæc est, uermem nihil parere, sed de eo rescindi, quod prodit. species autem huius alia est, quæ ueluti ramenta alba intestinorum exit. quæ hæc signa habet, nam ueluti semen cucumeris oletat, cumque ieiunus est, iecur petit uexatque, spuitque multum, quandoque non, quandoque cum uehementer iecur uexat, uocem intercipit, multumque spuit, postea sistitur, uentriculumque torquet, quandoque scapulæ dolitant, illicque sistitur. quandoque latæ tineæ hæc signa dãtur. Qui hanc bestiolam habet, semper ferme ualidus est, cum uero debilitatur, uix sustinet reficiturue, tinea enim earum rerum quæ uentriculum intrant, partem aliquam sumit. qui si curetur, sanescit, si minus, tinea quidem sponte non exit, nec perimit, sed consenescit. Mihi hæc sunt dicta de tinea lata, quique fiat, signaque morbi huius.

Tinea longa.

Tineæ signa.

De Calculo puerorum Lithidosue.

Calculi quidem principiũ de lacte non puro uenit. cum puer lac non purum haurit. lac autem non purum fit, cum nutrix pituitosa non puraque comedit & potat, cuncta enim uentriculum intrantia lacti cõferunt. quod sic habet, si nutrix sana non sit, si biliosa, pituitosa, sanguinea, uel aquosa sit, lac malum puero fit, corpus enim uentriculusque plurimum conferunt, plurimumque illi ad lac agunt. Quod plurimum in sese habet, puerque si lacte non purum sed biliosum & uti prius dixeram de nutrice sumat, morbosus non ualidusque fit. Donecque malum lac non purũ sed pituitosum terreumque haurit, male habet puer que ipse uenas habet, de uentriculo uesicam petentes, quæ trahunt, potusque lactis talis in pueri uentriculum talis descendit, qualis in nutricis uentriculo & lacte fuerat, totumque similiter, quod uenæ poterunt in uentriculum trudere. Si quidque non purum in lacte quod sumitur sit, lapis in uesica hoc modo fit, quẽadmodum siquis aquam non puram in calice uel uase æneo agitet, stanti uero satis sedimenti in medio fit. sic & in uesica lotium non purum nec emissum facit, cũ in loco cauo sit, uolutationeque crescat, nec minctione emittatur, pituitaque quæ cum eo inest sedimento mista coagulatur. Primo quidem superne parua nubecula fit, deinde quod ab ipsa pituita accedit, arenosum glutiosumque fit. quæ cum lacte descendit & augetur. quicquidque humoris ad hãc conglutinationem accedit, cum lotio excernitur, sedimentique quicquid remanet, solidescit lapisque fit. Quemadmodum ferrum ex lapidibus & terra com-

Calculus puerorum unde fiat.

Lapis in uesica qui fiat.

Similiterque ferrum fit.

busta fit, primoque in ignem iactatu cum recremẽto lapides terraque inter sese fer ruminantur, secundo autem tertioque in ignem iactatu recrementum quod extra est & separatum, igne labefactum a ferro discedit, quod factum oculis cernitur, ferrum autem in igne remanet, cedenteque recremento cõcidit & durescit stringiturque & densatur. sic quidem & sedimentum in uesica pituitæ glutinio addito quod lotio liquefactum excernitur, cum eo sedimentum uero concidit & subsidet, densatur solidescitque sicuti ferrum. cum uero consedit, & obduruit, supra & infra in uesica, mouetur, laboréque præbet, uesicã lancinat, quidque ab ea radit. cum autem ualde lancinauit & ulcerauit, quicquid superinfertur, maiorem rei abscedenti harenæ simili conglutinationem infert, hocque modo lapis ex lacte in uesica gignitur. quandoque & aliter calculus fit, Si puero quid hinc uel aliunde ingeratur (crebro nanque ingeritur) quod subito mingere cogat, lotiique meatum occupet. Sin autem puero iam adulto lapis fiat, quod terram uorauerit, nõ ante laborat quam cibum sumat. Mihi quidem hæc ad hoc dicta sunt. Morbus autem hic quinque signa habet, Cum mingere uult, laborat, lotium paulatim stillat, uti difficulter mingentibus stranguricisue, quod subcruentum est, utpote uesica calculo lancinata, quæ inflammatur, sed hoc non apparet. signum uero præputium est. quandoque arenosa mingit, ob hoc quod dicam. Quandoque duos pluresque calculos mingit pusillos aliquos, qui eodem modo gignuntur, quo & de uno diximus, qui propterea fiunt, cum lapis in uesica coactus inter arenulas alte subsedit, arenulasque non admittit, quæ & pondere & copia crescunt, tamen una non coguntur, sicque duo calculi gignuntur. Plures autem sic fiunt, cum duo sese collidunt, franguntur, arenosumque mingitur. quandoque cum arena in uesica non cogitur. Quidam uero dicũt potũ pulmonem petere, qui per totum corpus mittit. qui hoc quod dicam coarguuntur. quoniam pulmo cauus est, fistulamque cõnexam habet, quæ nisi essent, nũquam animalia uocem emitterent. quæ hoc faciunt, quoniam pulmo cauernosus & cauus est fistulaque eius, lingua uero & labia uocem componunt & articulant, sed hæc melius declaraui, cum de pulmonis uitio dixi. Qui dicũt potum pulmonem petere, sic iis aduersabor. quoniam sic non habet, sed potus uentriculum petit, corpusque totum ab eo haurit, quare iis quæ dicam animus adhibeatur, quæ uera sunt. Potus enim recta pulmonem non petit, quod si fieret, pulmo statim compleretur, nemoque facile spiraret, loquereturue, cum pulmonis plenitati nihil resonaret. quod unum uerum testimonium est. deinde si potus statim pulmonem peteret, cibaria nostra si sicca essent, non æque concoquerentur. quæ duo uera testimonia sunt. medicamentaque subducentia cum potauimus, statim uentriculũ exeunt. quod sic habet, medicamẽta quæ supra uel infra uel utraque purgant, hæc faciunt, omnia ualde cõburunt, quæ ualida sunt, siquid corporis tenellum tangunt, lancinant quæ leniora sunt, corpus conturbant, quod pertingunt, Quorum siquid in pulmonem tendat, magnum mihi uidetur

Calculi diuersa causa.

Quinque calculi signa.

Qui duo vel plures calculi fiant.

Potus pulmonẽ non petit.

Medicamenta quid agant.

uidetur malũ faciat, pituitã enim nimis paruo tẽpore de capite trahat. quid enim tenerum & rarum eſt pulmo. qui ſi lancinetur, ob multa non belle ille homo haberet. medicamentis autem uentriculus non lancinatur, cum ſit quid robuſtum, ueluti corium. Libes enim plurimi pecorum pellibus pro ueſtitibus utuntur, uentriculis pro utribus, qui ſunt quid ualidum. Præterea cum homines uinum nigrum potant, nigrum oletant. quæ cuncta uera ſunt. Cumq; allia uel quid olidum comedimus, lotium eundẽ odorem refert. quæ uera ſunt. quodq; dicam conſideretur, ſiquis pultem cyceonaue uel farinam decoctam ſorbeat, uel quid aliud ſimile, quod pulmonem petat, ne minimum quidẽ temporis eum uicturum ducimus, ſiquid enim uel puſillum pituitæ pulmonem uel eius fiſtulam petat, multa ualidaq; tuſſis & ſpaſmos fit. qui etſi poſt hanc ſorbitionem uiuat, ſorbitioni digeſta corpus ualde calefiet, laborabitq; puto, quemadmodum & ſi rite oletet, pulmonemue petat. Quæ ſeptẽ uera teſtimonia ſunt. Præterea quo pacto lac pueros nutricaret, ſi pulmonẽ peteret? quod eſt aliud uerum argumentum mihi ad hanc rem cõfirmandam adductũ. quod non feciſſem, niſi plæriq; aſſeuerarent, potum recta ſtatim pulmonem petere, neceſſe enim eſt ad tam uehementer aſſeuerata multa uera argumenta adducere eum qui rationibus ſuis auditorẽ de priſtina ſententia deducere uult, ſuaq; confirmare. quapropter potus recta ſtatim pulmonem non petit, ſed uentriculum, quoniam hominis gula illi proxima eſt, ſemper patens, quæ in eũ demittit, pulmoniſq; fiſtulæ tanquam hederæ folium ſuperiacet. quod non eſſet, ſi deuorando in eum deflueret. Quæ mihi ſatis ad hoc dicta ſunt. Potus ergo recta ſtatim uentriculum petit, qui cum plenus eſt, lieni dat, uenis, omẽto, partibuſq; inferioribus, ſcorto, cruribus, pedibuſq;. Cumq; morbus multa aqua ſuperuenit, cum quis bibit, uentriculum petit, & lienem ſemper potus. Quod in hoc morbo fit. Ventriculuſq; nulla alia cauſa febriculam ſuſcitat, niſi cũ quis ſitit, uenterq; & ueſica rite non demittunt, maloq; nutricatu utatur. Lien uero ſubmorboſus de potu uentriculoq; haurit, morbuſq; ſurrepit, ſcortum tranſlucet, claues, iugulumue, collum pectuſq; emaciantur. nam hæc in hoc morbo tabeſcunt, horumq; humor in alium defluit, & inferna aquæ replentur. cibũq; uentriculus non ſuſcipit. quandoq; ualde ſtringitur, quandoq; nimis defluit. ueſicaq; niſi rite demittat, plærunq; creber horror obrepit per corpus, quandoq; & ignis ſupercapit, uultuſq; nonnullorum turgeſcit, nonnullorum uero non. Quibuſdam cum morbus inueterauit, tibiæ dehiſcunt, & inde aqua defluit peruigilatq;, corpuſq; lumbi ſpinaq; debilitantur. cũq; pauloplus iuſto comedit bibitue, lien laborat, crebroq;, craſſeq; ſpirat. Quæ ſigna hydropos aquæue ſunt, quæ circa uentriculum ſolum perſiſtunt, febriat uel nõ, uenterq; turget, cruraq; aquæ complentur. Corporis uero partes ſupernæ ſic degentibus aſſuetiſue gracileſcunt. ſed iis qui leniore morbo aquatico hyderoue laborant, hæc ſigna leniora laxioraue ſimul fiũt, cruraq; aqua nõ petit, minuſq;

Libes quid uſurpent.
Cur lotiũ oleat eſculenta.
Cyceon.
Lactis etiã exẽplo hos refellit.
Quid pulmonis fiſtulam tegat cũ quid ſumimus.
Quæ gracileſcant, tabeſcãtq; in hoc morbo.
Subtercutanei morbi ſigna.
Cur ſolus uenter turgeat.

laborant. Circa autem uentriculum solum aqua hydropsue persistit, quoniam cũ multa defluat per exordia nullus exitus illi datur, cumulate per uenulas dispergitur, cum nec supra nec infra exhalet, sed illic sistitur. quemadmodum si quis magnum aliquod uas oris angusti subito conuertat, postea sensim operculum ab eius ore subducat, quod cum fecerit, aqua non exibit, cum non spiret, spiritusq; qui inest, obturet, uasq; compleat, exteriori reluctetur. decursio aquæ non datur, cum interior spiritus uas cõpleat, exterior obturet. siquis uero placide uas obliquet, uel fundum foret, spiritus & aqua simul exibit. Sic & aqua hydropsue si per morbi exordia per uenas supra uel infra exhalet, crura pedesq; petet, si minus, circa uentriculum solum uolutatur. De his quidem sic dixi. Non minus autem aqua hydropsue mulieribus in uentriculis, locellis & cruribus congeritur. quæ signa eadem omnia habet, quæ in mulierũ morbis demonstraui. Tres hæ sunt aquæ hydropisue species. Morbi autem omnes fere per exordia celeriter molesti periculosiq; sunt, crescuntq; celeriter. qui multo molestiores sunt, si corpus alio morbo tabefactum huc delabatur. Qui si repente corripiat, morbo alio iam inueterato necat, citiusq; si uẽter large defluat, sentiens loquensq; perit. Mihi autem hæc dicta sunt de aqua hydropeue cur & unde fiat, signaq; eius.

Similitudinem considerato.

Mulieres etiam hoc patiuntur.

HIPPOCRATIS DE PASSIONIBVS SERMO QVINTVS ET TRIGESIMVS, QVEM GALENVS POLVBI ESSE DICIT.

q

Visquis prudẽs est, secũ putato, sanitatem hominibus præ cũctis plurimifaciũdã esse, quatenusq; homini nõ erudito datur, scito quid singula in morbis ꝓficiãt, quæ medici dicũt, mãdãt, porrigũt, corporiq; apponũt. quæ si studiose rimetur, gnarus peritus horũ fiet. Morbi nãq; omnes fere bile pituitaq; hominibus surrepũt, nã bilis pituitaq; tunc corpori morbos præbent, cũ in corpore nimis siccescũt, humescũt, calescũt, frigescũtq;. qđ his euenit, cibo potu, labore, uulnere, odore, auditu, uisu, calore, frigore, uenere, quæ singula hoc incutiũt, cũ nõ suo nec apto tpe in corpus dãtur, uel si nõ assueta, plura, minora, ualẽtiora, imbecilliora ue dãtur, morbi ferme oẽs ex his hoĩbus gignuntur. Quare uir non eruditus idiotaue q̃ ad hæc faciãt, quatenus illi scire datur, ne nescito. Quæ uero ad huius artis opifices manuq; eã tractãtes ꝑtineãt, dicã, par esse uti q̃, q̃bus, quãdo ꝓpinẽt, porrigãt, demãt, addãt, manus admoueãt nouerint. Quare cũ de iis q̃ medici dicũt, mãdant, ꝓpinãt, porrigũt, dixerimus, quatenusq; hominẽ nõ peritũ hæc nouisse par sit, nũc iã unde singula sciri possint oporteatq; dicã. Si caput dolet, multa calida foueto, sternutũ ꝓuocato, pituitã & muccũ subducito, qui

Morborum origo.

Capitis dolor.

cito,qbus si dolor mulceat̃,satis est,si minus,caput purgato,sorbeto, uinũ anteq̃ dolor sedet̃,ne ꝓpinato,sed aquã,dolor em̃ cresceret,nã uinũ si cũ caput calescit,sumatur,dolor ualidior fit,capitis enim dolor prorũpit, cum pituita mouetur,ac in eo cogitur.Si uero caput sæpe doleat,caligetq́,cõferũt & antedicta, sanguinéq́ de naribus uel frõtis uena mittere.Caput aũt si diutius uehemétiusq́ doleat,nec eius purgatio doloré tollat,caput aperito uel uenulas circũustulato,spes enim hæc unica est sanitatis.Statim autem per morbi exordia qd his opus sit,prospicito,possint ne potionari,uel qd aliud qs porrigere uelit.Si uero per exordia adsis, potius morbo desinéte porrigito, sed corpore delassato qd ualidũ ne porrigito.periculũ enim esset, ne potius aberrares, quã cõseq̃reris. Si aũt aures dolitẽt,multa calida lauato,fouetoq́, siquidé pituita tenuata de capite deducet̃,dolorq́ cessabit,satis hæc erũt.si minus, præcũctis hoc optimũ est,supra potionare,quo pituita purget̃, caputue eo purgare,quo capitis pituita purgat̃,Dolor aũt hic & sic fit,cũ pituita capitis intus auditioné petit.si uero fauces inflammẽtur,gargarissato. Pituita gignit & hoc.si uero gingiuæ uel sub lingua qd inflãmet̃, qd mandito. Pituita & hæc fiũt.Sin aũt uua turgeat,su spédat̃,strãgulet,quod aliq gargareona uocãt,statim gargarissato,cõfecto medicaméto,quéadmodũ in medicinis scriptũ est. si uero his tumor nõ remittat, occipitiũ radito,duasq́ cucurbitulas admoueto,sanguinisq́ multũ deducito,pituitæq́ fluẽtum in posteriora cõuertito. siauté his nõ sistat̃,scalpro secato,& aquã educito,qua eius summum turget rubetq́.quod si nõ fiat,perflãmat̃ q̃nq́ & strãgulat̃.pituita fit & hoc, cũ de capite calefacto multũ defluit,cũ dẽtes dolẽt,si corrosi sint,uel labẽt, detrahito,si uero corrosi nõ sint,nec labẽt,doleãt tamé,Cõburẽdo desiccato,quidq́ mãdere prodest.qui dolores fiunt,cum sub dentiũ radices pituita currit,pituita cauantur nonnulli consumũturq́,cibis aliis.si natura debiles & caui sint,maleq́ gingiuis hæreant,detrahantur. Si uero polypus in nare fiat,quod est qd turgidũ in nasi parte obliqua hærens,spiritũq́ impediens, qui laqueo de nare in os tractus extrahitur,medicamentis aliqui tabefactũ tollunt.pituita uero fit. Mala hæc sunt,quæ de capite fiũt,præter oculorum, quæ seorsum scribẽtur.Maxime præterea obseruentur uentriculi morbi, Laterum morbus pleuritisue,pulmonis peripleumoniaue,febris ardens causosue,mẽtis uacillatio phrenitisue,qui graues uocãtur,per hyememq́ grauissimi sunt, potissimũ & fiunt, per æstatéq́,sed minus mitiusq́. si auté occurras,hæcq́ facias,consulasq́,consequeris maxime.Laterũ morbus pleuritisue si corripuit,febrit,anguste spirat, tussit,subbiliosum per exordia spuit,quintanus uero sextanusue suppurulẽtũ. Quod lateris costæue dolorẽ bilemq́ & pituitam de latere deducat,huic dato,dolorue mulceatur,lauationeq́ refrigeratoria uẽtrem subducito,quæ huic morbo maxime confert,deinde sorbeto,& acria potato,uti spuat, doloremq́ de latere deducat.cũ uero pus spuet,quæ calefaciãt, maturentq́ extra ponito

Aurium dolor.

Faucium inflammatio.

Vuæ tumor.

Dentium dolor.

Polypus.

Pleuritis.
Peripleumonia.
Causos.
Phrenitis.

Morbi laterum curatio.

Causa morbi huius. quæ ante non conferunt, deſiccant enim. Morbus autē hic potu fit, cum quis corpore humeſcente temulentus uel ſobrius friget, fit & aliter. Decernit autē cū breuiſſime die ſeptimo, cū longiſſime, quarto & decimo. ſi is ſpuat, puſq; de pectore purget, ſaneſcit, ſi minus, purulētus fit, morbuſq; protrahitur. *Morborū decretorium quid.* morbi uero decernunt, cū creſcūt, marceſcunt, & in alios tranſeūt, necātq;. *Pulmoniæ.* Pulmonis uero morbus peripleumoniaue cū habet, febrit, tuſſit, craſſam purā pituitā excreat primū, ſexto autē ſeptimoq; ſubbilioſam ſubliuidāq;, octauo & nono ſuppurulētam. *Medela.* Si quidē tergum dorſumue & coſtæ doleant, quod in medicamentario diximus ad laterum morbum facere, dato huic, ſic & in hoc uentrem ſubducito, refrigerato, ſorbeto, potato, iiſdemq; curato, medicamentaq; dato quæ ſputum puſq; de pulmone deducant, madefaciant, ſupra purgent. *Morbus hic unde fiat.* Qui morbus fit, cum de capite in pulmonē multa pituita defluit, quandoq; Laterū morbus in pulmonis morbū uel febrē ardentem cauſonue tranſit. decernit autē cū breuiſſime quarto & decimo die, cū longiſſime duo de uiginti diebus, pauci tamen euadunt. purulenti autem hoc morbo fiunt, ſi pulmo ſuis diebus non purgetur. *Phrenitis.* Mentis autem uacillatio phrenitiſue cū capit, primo lente febrit, præcordiorumq; dextra parte dolitat, cum uero quartanus quintanuſue fuerit, tūc uehementius & febrit & dolet, colorq; ſubluridus fit, mēſq; percutitur. *Medela.* Quæ in laterū morbo, & huic dato, quaq; dolet foueto, uentremq; curato, ſubducitoue, cœteraq; iiſdem facito, præter potū. potuq; quouis utitor, pterq̄ uino, quod nullo modo huic morbo cōfert, nec cœteris febribus, mel ergo uel acetū cum aqua uel aquam propinato, caputq; & corpus in hoc morbo lauato, quia cōfert, nam cū madeſcit mollescitue corpus, ſudor, lotiū, aluus melius excernitur, ualidiorq; is fit. morbus autē hic fit, cum bilis præcordia & īteſtina petit, qui cū breuiſſime citiſſimeue, ſeptimanus decernit, cū lōgiſſime, undecimanus. pauci aūt & hūc fugiūt. q & in pulmonis uitiū trāſit. *Cauſos.* & ſi fiat, pauci diffugiūt. Cauſos uero febriſue ardēs cū habet, uehemēter feruet, ſititq;, lingua aſpera & nigra fit ſpiritus caliditate, colorq; ſubbilioſus fit, ſubbilioſaq; & ſpuit & demittit, quæq; extra ſunt, frigeſcūt, q̄ intra nimis caleſcūt. *Medela.* Quæ refrigerēt & intra & extra porrigito, ne horreat caueto, crebroq; frigidiſſima & paulatim ſorbeto potatoq;, uentrē curato, q ſi nō demittat, q̄ intus ſunt, lauationibus frigidiſſimis lauato, refrigeratoq; uel quotidie uel tertio quoq; die. morbus aūt hic fit, cū bilis mota in corpore ſiſtit, qui & in pulmonis uitiū tranſire cōſueuit. decernit aūt cum breuiſſime, die nono uel decimo, cū longiſſime, quarto & decimo. qui ſi in pulmonis uitiū tranſeat, pauci diffugiūt. ſi nō, multi. Morbi quidē hi graues acutiue dicunt, quos ſic curato. *Hibernæ febres cur obſeruandæ.* Quæcūq; uero febres aliæ per hyemem fiunt uino, labore uel alia re, ne in graues tranſeant, obſeruato, quod quādoq; fieri conſueuit. Quæ tranſitio tūc fit, cum his duobus motis bile pituitaq; conferentia corpori non dantur, nam bilis pituitaque inter ſeſe conuerſæ partem eam corporis petunt, quam ſors dederit,

dederit,tuncq; fit uel laterum morbus pleuritiſue, uel pulmonis peripleumo niaue,uel mentis uacillatio phrenitiſue. Quarum obſeruatio cuſtodiaue ſit, quies,macies, & uentris uacuatio, ſorbitione potuq; donec febris minuatur, producito. Morbi graues acutiue ferme omnes uel necant uel maximum ne gotium faceſſunt.quos diligenter obſeruato,curatoq;, curandoq; nequid ma li inferas,caueto,ſed tantum quatenus poſſis,morbo reſiſtito. quod optimũ eſt.Quod ſi cum medicus rite curet,morbi magnitudine languens ſuperetur, culpa medici non eſt.ſi uero rite nõ curet,nec morbum cognoſcat, morboq; langués ſuperetur,medici culpa eſt. Per æſtatem uero hæc fiunt,uehemẽs fe bris habet,ſititq;.quidam bilem uomunt,quidam per inferna demittũt. Qui bus ſorbitionem uel potum qui tibi conueniens eſſe uideatur,dato.Si uero bi lis pituitaue cor uexarent,frigidam aquam uel mulſum potato, uomitoq; uel mulſũ.ſi uenter nõ demittat,lauatione uel glandula balanoue utitor. Morbus autem hic bile fit,ſeptimani uero nonariiue fere liberantur. Si uero cũ febris habet,nec ſupra nec infra purgetur,totumq; corpus laboret, cũ tertianus uel quartanus erit,medicina leuiuſcula uel potione ſubterpurgato, miliumq; uel farinam ſorbeto,& eadem potato,quæ & bile patiuntur. ſi quidem exteriora non ualde ferueant,ſed interiora,linguaq; aſpera & nigra ſit,medicinam nullã huic dato,ſed uentriculum corpuſq; totum refrigerando curato. Febris au/ tem hæc æſtuoſa cauſodeſue dicitur. quæ decimana uel quarta & decimana ferme decernit.Sin autem ignis capiat,relaxetq;,corpuſq; graueſcat, dũ ignis habet,ſorbitione & potu hunc curato. cum uero non habet,cibaria dato, me/ dicamẽtoq; ſtatim ſupra uel infra prout tibi uideatur,purgato. Si uero febris non habeat,ſed os amareſcat,corpuſq; graueſcat,cibumq; non admittat, me/ dicamentum dato,quæ bile patitur,cum ea in uenis articuliſq; ſiſtitur. Qui/ cũq; uero dolores per æſtatem in uentriculo fiunt,quiq; circa præcordia cor/ q;, Mulſi diluti calidi aceto aſperſo,tria acetabula ꝓpinato,tẽpuſq; aliquod contineto,deinde concalefactus igne ueſtimentiſue uomito,ſi poſt uomitum rurſus uexaret præfocaretq;,rurſus uomito,uel multa calida lauato,deĩde ſub/ luito,calefacientiaq; cum dolor habuerit,admoueto. Quæ ferme patiuntur, cũ pituita moueť,corq; petit.quare illis qui his doloribus cõflictãtur, medi/ camẽta ea dato, q̃ hos dolores ſedare ĩ medicamẽtario pharmacideue ſcripta ſunt.Si uero dolor modo hãc uẽtris partẽ petat,modo illã, febreq; is careat, calida hũc multa lauato,doloriſq; cauſa ea ꝓpinato,q̃ in laterũ morbo pleu/ ritideue ſunt ſcripta,uel q̃ tibi uideãtur.ſi uero dolor nõ abigať,medicamen to ſubterpurgato,cibaria dũ dolor habet,ne dato.Dolores q̃ ſic uagãtur,bile fiunt,q̃ ſub umbilico ſunt,molli lauatione ſubluito,ſi nõ ſedẽtur,medicamen tum ſub dato,Qui ſine febre ſubito fiũt in corpore,multa calida lauato foue/ toq;,Nã bilis pituitaq; cũ ſimul uno loco cõſiſtũt,ualidæ ſunt, partẽq; cor/ poris,qua cõſiſtũt,occupãt,laborẽq; ualidũ doloremq; faceſſunt, Separatæ

Quæ obſeruatio.

Morborum grauium natura.

Quæ æſtate uexent.

Medela.

Balanos.

Feruor interiorum.

Cauſodes febris.

Curatio.

Cum febris non uexat ſed alia.

Dolores æſtatis.

Dolorum medela.

Cauſa horum et malorũ æſtatis.

uero ſparſæue qua corporis parte patent, infirmiores ſunt. Mala uero quæ per æſtaté fiunt, ſic fieri cõſueuerũt. Cũ ſole corpus caleſcit, humeſcit, quod humefactũ languet uel totũ uel pars qua bilis pituitaue conſiſtit. Quæ ſiquis per exordia curet, longa periculoſaq; non fiunt. ſi non, uel male curet, contra fieri conſueuit, ſæpeq; necare, tertianæq; febres quartanæq; his fiunt, qui morborum ſtatus moduſue per æſtatem potiſſimum fieri cõſueuit, quibuſdam & per hyemem. Tertiana uero febris cum habet, ſi non purgatus eſſe uideatur, quarto die medicamentum dato, quo ſi egere nõ uideatur, potiones medicas dato, quibus febris uel mutetur uel deſerat, quemadmodumq; in medicamentario ſcriptũ eſt, dato. Die uero acceſſionis ſorbitione potuq; nutricato, diebus autem intermediis cibis lubricis. quæ plærũq; non multum durat, etſi nõ curetur, quartana fieri cõſueuit & lõga. Quartana uero ſi corripiat, purgatuſq; non ſit, Primum caput purgato, tribuſq; uel quatuor diebus interpoſitis medicamentum in ipſa acceſſione dato, totidemq; prætermiſſis alterum in ipſa acceſſione per inferna quod purget dato. quæ ſi per hæc non ſedetur, prætermittito rurſus, calidaq; & multa cum laueris, medicamenta quæ ſcripta ſunt, dato, ſorbitioneq; & potu nutricatuq; quibus in tertiana, utitor. Quæ febris plæriſq; multum durat, quibuſdam parum. Tertiana autem quartanaq; bile & pituita fiunt, cur autem alibi ſcripſi. Medicamenta uero harum febrium pota uim hanc habent, corpus ſuo loco, calore, frigore conſeruant, caleſcereq; uel frigeſcere præter naturam non ſinũt, quæ uti in medicamentario ſcriptũ eſt, dato. Pituita autem alba phlegmaue leucon cum habet, totum corpus albo tumore turget, dieq; eodẽ corporis pars aliqua melius habere uidetur, peius alia, magiſq; modo tumet, modo minus, locis permutatis ſæpe. Medicamentum huic dato, quo ſubter aqua pituitaq; purgetur, cibiſq; potibus & laboribus nutricato, quibus corpus maxime deſiccetur, emacieturq;. morbus autem hic pituita fit, Cum quis pituitoſus longis febribus nõ purgetur, pituitaq; per eius carnem dilabatur, uertaturq;, quæ pituita candidior alia non eſt, ſed corporis color candidior uidet̃. ſanguis enim pituitæ copia aquoſior fit, colorq; bonus in eo non eſt, propterea languentes hi candidiores uidentur. morbuſq; hic hac de cauſa pituita alba phlegmaue leucõ uocatur. Qui ſi per exordia, curetur, ſaneſcit. ſi nõ, in aquã ſubtercutem hydropaue trãſit, hominemq; necat. Qui magnũ lienẽ habẽt, ſi biliosi ſint, mali coloris ſunt, malaq; ulcera contrahunt, maleq; os olet, emaciãtur, lien dureſcit, ſemperq; eiuſdem magnitudinis eſt, cibariaq; nõ demittũt. Si uero pituitoſi ſint, minus hoc patiũtur, liẽq; modo creſcit, modo minuitur. Quibus cõfert, ſi purgati nõ ſint, caput & corpus purgare. quo ſi nõ egeãt, pituitoſos ſic nutricato. Cibis paucis potibuſq; multo uomitu, exercitatione, deambulationeq; corpora eorũ deſiccato & emaciato, tẽporeq; uerno ſupra ueratro purgato. cõtra uero bilioſis cõfert, uictu madefacere uẽtrẽ, & ueſicã ſubducere, lienaticãq; uenã crebro laxare. medicamẽtis lotium

Tertiana. *Quartana.* *Pituita alba.* *Medela quæ.* *Morbi huius cauſa.* *Phlegma leucõ.* *Lienoſi quales ſint.* *Medela.*

tis lotiũ ciere, lienen mollire iis, quæ hoc facere ſcripta ſũt, tẽporeq; anni cõmodo bilẽ purgare. qdã tamẽ lienoſi medicamẽtis epotis nihil iuuãtur, curationeq; nulla lien eorũ extenuat̃, ſed morbi magnitudine ſuperãtur quæ dantur, quibuſdã uero tẽpore procedẽte hic morbus in aquã ſubtercutẽ trãſit hydropaue, q perdũtur, purulẽti qdã fiũt, uſtulatiq; ſaneſcũt. qbuſdã uero cõſeneſcit, lienq; durus & magnus perſiſtit. Morbus aũt hic fit, cũ ex febre malaq; curatione bilis pituitaue uel utræq; ſimul in lienẽ ſiſtũtur, longũq; malũ hoc nõ mortiferũ eſt. Medicamẽtorũ uero quæ ad lienẽ dãtur, quædã per ueſicã purgãt, lienẽq; molliũt, quædã purgant qdẽ, ſed nõ per ueſicã, quod pateat, nec alia parte, lienẽ tamẽ molliũt. Cũ uero cõuoluolus hileoſue corripit, uẽter dureſcit, nihilq; demittit, totuſq; uentriculus inferior dolitat, febrit, ſitit, quãdoq; præ labore bilẽ uomit. Hũc & intra & extra madefacito, multaq; & calida perluito, quæ uẽtrẽ ciũt, potato, lotiũq; ſi admittat, ſubluito. ſi minus, multũ per fiſtulã utriculo ligatã ſufflato, quã uẽtre inteſtinoq; tumẽte ſubducito, ſubluitoq; ſtatim, quod ſi ſuſcipiet, demittet, ſaneſcetq;, ſi non ſuſcipiet, ſeptimanus peribit. Morbus aũt hic fit, cũ ſtercoris multũ in inteſtino peruritur, circa quod & inteſtinũ pituita cogit̃, quod tumet, utpote ſtercore multũ intus obdurato, medicamẽtaq; ſupne pota nõ ſuſcipit ſed reuomit, nec infernas lauationes. qui morbus grauis & periculoſus eſt. Morbus aũt aquoſus hyderoſue gignit̃ lõgo morbo plærũq;, cũ qs ex lõgo morbo nõ purgatus in lõgum tẽpus ꝑducit̃, carnes eñ corrũpunt̃ tabeſcuntq;, & tãq̃ aqua liqueſcunt. qui morbus aquoſus hydropſue fit etiam cum quis liene, iecore, pituita alba, difficultate & leuitate inteſtinorum laborauit, qui ſi ex nõ purgatione fiat, uẽter aquæ completur, tibiæ pedeſq; tument, tabeſcunt humeri, claues, pectus, coxæ. Quem ſi per exordia ſumas, priuſquam aqua creſcat, medicamenta potato, quibus aqua & pituita per inferna purgetur, bilem uero ne moueto, cibis autem potu, laboribus, deambulationibuſq; nutricato, quibus emacietur, ſicceſcat, caro confirmetur. morbus enim hic letifer eſt, præſertim uentre corrupto & aquæ pleno. Cum uero de lienis morbo, iecoris, pituitæ albæ, inteſtinorum difficultatis, in hydropa aquaticumue morbum tranſit, confert iiſdem curare. Tamen non multi euadunt, nam morbi in alios mutati ſemper fere necant. ſi quidem corpus imbecille morbus alius ſuperueniens nactus illa imbecillitate tollit prius quam ſuperueniens finiat. Hæc autem aqua ſic gignitur. cum pituita tempore, morbo, mala purgatione curationeq; & febre carnes corrumpuntur, tabeſcunt liqueſcuntq;, uentriculuſq; non ſuſcipit aquam, ſed ea circa eum fluit. Qui ſi medicamentis nutricatuq; iuuetur, uenterque molleſcat, ſatis eſt. ſi minus, ſecundum umbilicum iliumue poſteriore parte ſecato, aquamq; emittito. pauci tamen & hinc fugiunt. Difficultas autem inteſtinorũ dyſenteriaue cũ habet, totus uentriculus dolet, torquetq;, bilẽ, pituitã ſanguẽq; cõbuſtũ demittit. Caput huius cũ purgaueris, medicamẽtũ qđ ſupra pituitã purget, dato,

Hydrops. *Hileos qualis.* *Curatio.* *Morbi huius cauſa.* *Hyderos Hydropſue.* *Medela.* *Morbus hic quì fiat.* *Medela anceps.* *Dyſenteria.* *Medela.*

uentremq; cum lacte decocto dilueris,corpus reliquum curato. Qui si febre careat,uentré pinguibus,crassis,dulcibus,humidis liquidisue subducito. quæq; insunt semper educito. si doleat,multa calida sub umbilicum lauato, cibariaq; pocula sorbimenta porrigito,quæ scripta sunt in medicamentario. Morbus autem hic fit,cum bilis pituitaq; in uenis uentriculoq; sistuntur, Sanguis enim afficitur,corruptusq; demittitur. quo & intestinum afficitur,lancinatur, raditur,ulceratur,Qui morbus longus,laboriosus mortalisq; fit. sed si corpore adhuc ualido curetur,spes fugæ est, si tabefacto iam uentreq; & intestino penitus ulcerato, uitæ spes est nulla. Leuitas autem intestinorum lienteriaue,cibaria non putrefacta liquidaq; demittit. dolor autem non inest, corpus tamé emaciatur. Quem uti superiorem curato. morbus autem hic fit,cum de capite superioreq; uentriculo in inferiorem pituita magnopere defluit. quod cũ fit, cibaria refrigerantur humescuntq;,non putrefactaq; statim demittuntur, corpusq; tabescit, partim cibariis non concoctis,cum non satis in uentriculo steterint, partim uentriculi nimio calore præter naturam calefactis. Cum uero defluctio liquida longa diarrhœaue habet,primum cibaria quæ intrant liquida demittit,tametsi satis probe comedat,tamen multa demissione debilitatur emaciaturq;. supra hunc ueratro poto,desiccato,caput pituita purgato, uentrem lacte decocto subluito,postea cœtera cibis & potu, quibus uenter corpusq; totum siccescat,curato. morbus auté hic iisdem fit quibus & leuitas intestinorum. nam leuitas intestinorum difficultasq; & defluctio liquida similes sunt. quas sic curato,capitis superiorisq; uentriculi defluxũ intercipito, uel alio uertito,morbi enim huius natura inde est. nemo te quicq̃ arguet. cœteraq; mala sic ferme considerato,cuiq; morbo natura unde sit,cum sic consideraueris,morborumq; principium deprehenderis, minime erraueris. Cũ autem uoluntas egerendi tenesmosue capit,sanguen,muccum,saniemq; demittit,uentriculusq; inferior laborat. tuncq; maxime,cum uti egerat,desidet,Ventré huius madefacito,pinguefacito calefacitoq;,quæq; insunt subducito,calida præter caput lauato. morbus autem hic plurima cibaria uelle cósueuit, nã cum uacuus uenter est,sanguisq; & muccus saniesue defluit,& intestinum petit,torquetur. cum enim cibaria insunt,minus intestinũ lancinatur. morbus autem hic iisdem fit,quibus & difficultas intestinorum. mitior tamen est & breuior,minusq; letalis. Cum autem uino ciboue nimio bilis choleraue defluctoq; liquida capit,nõ comedere & ieiunare confert,si sitiat,dulcem uinũ potato uel uuam passam dulcem mandito uespera autem,quæ medicaméto purgatis dato. si uero nõ sedet,cupiasq; sedare,post cibũ léticulæq; cremoré uomito. cõfestim inferior demissio supra retrahet. cremoreq; léticulæ cicerisue si subluas,sedabitur,Choleræ uero Biliue confert si doleat, dare quæ sedare doloré in medicamétis scripta sunt,superioré & inferioré potionibus madefacito,corpusq; calidis balneis pter caput mollefacito. sic facilius & uomet, siquid humidi

Morbus hic unde.

Leuitas intestinorum.

Defluctio fluxusue.

Malorum obseruatio.

Tenesmos.

Cholera.

Medela.

ſiquidque humidi intret, uel prius inerat, ſupra uometur,meliuſq; demittet, Sin autem uacuus ſit,difficilius uomet demittetq;, Veſperi huic dato quæ me dicamenta potanti. Dolores autẽ qui potu ciboq; gignuntur,tunc uexãt, cũ cibus potuſq; magis quã cõſueuit, uẽtriculũ intrat,quæq; foris corpus ſuper calefacere cõſueuerunt,bilẽ pituitãq; mouẽt. Lotii uero ſtrangulatio ſtranguriaue multifariã uexat.corpus foris calidis balneis mollire confert, quæ intus ſunt madefacere, cibis uentrẽ quibus large defluat cõplere,potionibus ueſicã quibus lotii plurimũ euocetur ſubluere,medicamẽta dare quæ lotiũ ciere, dolores ſedare,ſcripta in medicamẽtario ſunt. morbus autẽ hic pituita gignitur, cumq; ueſica ſicceſcit frigeſcitue uel uacua eſt,dolorẽ præbet,cũ autẽ humida plena diſtentaq; eſt,minus dolet. morbus autẽ hic ſenioribus lõgus eſt,cõtra iunioribus,neutris letalis. Coxendix autẽ iſchiaſue cum fit,coxẽdicis iunſtura dolitat,acetabulum,ſummæ nates,totumq; crus. Conferet huic calidis balneis fomentiſq; quauis doleat fouere,uentrẽ ſubducere, cum dolor quieuit,medicamentũ infra dato,poſtea lac aſininum decoctum potato,medicamentaq; dato,quæ ad dolores facere ſcribuntur in medicamentariis. morbus autẽ hic gignitur cum bilis pituitaq; uenã ſanguine fluẽtẽ petit,illicq; ſiſtitur, morboq; alio quouiſue modo alio cum ſanguis pituita bileq; affectus conſtitit,qui uena magna totum crus peruagatur,quoq; ſiſtitur,patẽter illic dolorẽ infert magnum nõ tamẽ letalẽ.ſi uero locum unum dolor uexet,quẽ medicamenta non pellãt,crudo linamento locum perurito. Morbus articularis arthritiſue cum habet,caput ignis & dolor corporis articulos, modoq; hunc uel illum grauius leuiuſq; uexat.Qua dolet refrigerantia admoueto,& cõferet,lauationibuſq; uel glandula balanoue,quæ in uentriculo ſunt ſubducito,profuturaq; quæ tibi uideantur ſorbeto potatoq;,Cũ dolet,medicamentũ infra dato,poſt hoc ſerum decoctũ & lac aſinæ potato.morbus hic pituita & bile gignitur,quæ motæ in articulis ſiſtuntur.qui longus non eſt ſed grauis, tamẽ letalis non eſt,qui potius iunioribus quã ſenioribus fieri cõſueuit. Pedum uero dolor Podagraue uehementior omnibus eſt,qui in articulis gignuntur,lõgiſſimuſq; & liberatu difficillimus. qui morbus fit, cum uenularum ſanguis bile pituitaq; corrumpitur,qui quanto tenuioribus uenulis ineſt, maioreq; corporis anguſtia & neceſſitate neruiſq; & oſſibus denſis & multis,tanto longior liberatuq; difficilior hic morbus fit.Quæ articulari arthritidiue, & huic conferunt.Qui cum ſit longus moleſtuſq; & laborioſus,mortalis tamen non eſt. Si uero dolor in digitis remaneat,uenulas eorum paulum ſupra nodũ lino crudo perurito. Morbum uero regium arcuatũue ſeu Icteron ſic curato.Corpus calidis balneis foris mollito,uẽtrem ueſicãq; madefacito, medicamẽta lotiũ cientia quæ ſcripta ſunt dato.qui ſi ualidus ſit,caput purgato,medicamentũ deinde quod infra bilem purget potato,poſtea lotiũ cientibus utitor. q morbus fit,cũ bilis mota ſub cutẽ uertitur.quæ ſi uir deſidioſus ſciat,nũq̃ in mala

Dolores crapulæ.

Medela.

Iſchias.

Curatio.

Arthritis.

Medela.

Podagra.

Podagra cur longa.

Icteros.

non medicabilia cadet. quæ pusilla de causa magna longaq; fieri cõsueuerũt. Quare cibi sorbitiones potus his congruentes dentur, medicamentaq;, quæ doloris causa dantur, semper tuto propinantur. si quemadmodum scribitur, porrigas medicamenta, quæ bilem pituitamue purgant, periculosa sunt, causaq; iis qui curãt datur, quare maxime ea caueto & obseruato. Mala quæ in uẽtriculo gignũtur, hæc sunt, præter purulẽta, tabifica & muliebria quæ seorsum scribentur. Tubercula uero phymataue quæ fiũt sanguine pituitaue pullulant, cũ uulnere casuue coguntur. Quædã horũ linire & emplastrare cõfert, quædam epotis medicamentis discutere, quædã emplastris maturescere. Calida emplastra discutiunt, madefaciunt & ad sese non trahunt. maturant uero quæ calefaciendo in unũ cogunt. Cũ uero quid horum secatur uel sponte dehiscit, humorem purgato. cum pus non fluet, sicuti uulnus curato. Cutis aspe ritas lepraue, pruritus cnesmosue, scabies psoraue, papulæ lichenesue, uitiligo alphosue, tineæ, areæue seu halopeces pituita gignũtur, potiusq; corporis tur pe quid sunt quã morbi. Cerion præterea fauumue, strumæ chœradesue, perniones phygetlaue, furunculi uari ue seu dothienes, carbunculus anthraxue, pi tuita & hæc gignuntur. quare his medicamentis purgando utitor, qui biliosi sunt his quæ bilem purgent dato, pituitosis quæ pituitam, bile atra laboranti bus melancholicisue quæ bilem atram purgent dato. Subtercute aqua laborã tibus hydropiosiue quibus aqua medicamenta pota, quæ nec bilem nec pitui tam purgent, uim hanc habeant, Corpus uti cum intrarint, calefaciant, frigefa ciantue, siccent, humectentue, cogant, discutiantue, somnifica sanguen sedẽt, Cum languentem adis, quæ patiatur petito, qua causa, quotus sit, uenter lubri cus ne sit, qui nutricetur? Primumq; cõsiderato, malum bile, pituitaue an utra q; factum sit. certoq; scito harum altera uel utraq; necessario factum esse. dein de siccitate corpus egeat, an contra, uel corporis pars siccitate, humectatione alia? deinde supra ne an infra morbus curãdus sit, an per uesicã, crescat an mar cescat, in aliumue transeat? Saucios uero fame necato, potato, sorbetoue aquã uel acetum. Lauatione medicamentoue uentrem subducito. Quæ perflammã tur, beta uel apio uel oleæ foliis uel fici uel rubi uel castaneæ uel granati dulcis aqua decoctis refrigerato, crudis uero, spinæ albæ uel uiticis uel saluiæ uel tithymali uel puleio uiridi uel marubio uel apio uel coriandro uel intybo uel glasto. si uero nihil horum habeas, farinam aqua uel uino subactam linito, quæ linimenta eatenus prosunt, quatenus uulnere frigidiora sunt. cũ uero calidiora uel æque calida sunt, nocent. Pinguia non conferunt inflammatis, non purgatis putrefactisque sed inflammatis frigida refrigerantiaue conferunt. non purgatis putrefactisq; acria, quæque mordendo purgant. Cum uulnus carnis implere uis, pinguia calidaq; magis conferunt, caro enim his pullulat, quibus cibis potionibusq; sani homines usi sunt, languentes iisdem utantur. si cõ pareant, modice uel ad frigiditatẽ uel caliditatẽ tẽperatis. cũ opus sit, calida, frigida, sicca,

Quæ medicamẽta cautius dãda.
Phyma.
Lepra.
Lichen.
Alphos.
Halopeces.
Cerion.
Chohærades.
Phygetla.
Dothien.
Anthrax.
Quæ singulis dẽtur.
Medici aditus qualis.
Quæ consideret.
Sauciorum curatio.
Quæ uulnus refrigerent.
Quæ quibus cõferant.
Quæ uulnus cõpleant.
Temperamentũ omnium.

frigida, ſicca, humida ſic conficiendo permutato, uti ex frigidis calida, nõ ca/lida ex calidis, ſicca ex non ſiccis fiant, cœteraq́ per eũdem modum, nec cum quis proficientia habet, quærat ea, quæ inuenta languentem non multum iu/uarent. ſi uero rite cogites, præter hæc pauca eſſe inuenies, quibus in morbis utamur. Sorbitiones uero has in omnibus morbis dato, ptiſanam uel milium uel farinam uel far. quæ horũ ad egeſtionem des, tenuia, liquida, decocta, dul/cia, ſalita, calida dato. quæ autem ad robur refectionemq́, craſſa, pinguia, pa/rum cocta. Potionibus autem his utitor, Si uẽtrem ueſicamue ſubducere uis, dulci uino uel mulſo, ſi ſtringere, tenui, aſpero, albo, aquoſo, ſi corroborare, ni/gro, aſpero. Qui uinum non tuto potant, quæ potui parata ſunt, & in medi/camentario ſcribuntur his dato. qui medicamentum potarunt, his poſt purga tionem ſi febriant, lenticulam uel milium tenue uel ptiſanæ ſuccum tanquam leuia, far uero tanquam omnium ualentiſſimum, farinam tanquam his ualẽtio rem, lenticulam odoratam conficito, ſecundoq́ loco parum porrigito, tanq̃ leuem ſorbitionem, cordiq́ & ſuperioribus partibus bonam, cui mel cuminũ ue uel ſalem & oleum uel puleium uiride uel aceti puſillum miſceto. Si nõ fe/briant, panis puri interiora iure madefacta uel pultem mazanue uel piſciculũ marinum decoctum aſſumue, uel ouis tenellæ carnem uel auis uel catuli deco ctam, Præterea ſi febriant, betam uel cucurbitam uel blitum dato. poſt cibum uero potato uinum album uetus uinoſum dilutum. quibus autẽ lauari nõ con fert, tertio quoq́ die uino & oleo calido perungito mollitoq́. Cum uero languentis debilitatiue uentrem madefacere uis per cibaria, pultem, mazanue, pulmentaq́ decocta porrigito, piſceſq́ marinos cõditos, carnes ouis tenellæ uel heduli uel auis uel catuli decoctas uel betam uel blitum uel rumicem la/pathonue uel cucurbitam, ſi tempus det. De herbis, apium, anethiam, ocimũ, uinumq́ dulce album dilutum uetus. Cum uero corpus ſiccare uis, panem obſonia aſſa, ſicca, calida porrigito, carnes macras, piſces ſaxatiles, her/bas rutam uel thymon uel origanon, uinum nigrum aſperum, ſale & cucumino pulmenta condito. cœteris condimentis rarius utitor. cum uero de morbo re/ficere uis, quæ cum uentrem madefacere uis dato carnes uero pro lactẽtibus firmiores, pro catulinis auicularum uel leporis, quædam horum aſſa. carneſq́ & piſces cum das optime parato. Quibus morbis ſiccitas confert, unica ci/batio monoſitiaue confert, cibariaq́ & pocula minuito, nec repleto, dein/de laborato, deambulato, cubatoque modice. Quibus autem humiditas confert, non ieiunare confert, cibique & potus non egere, nec laborare, ſed cum uelit, quieſcere. Quoſcunque cibos potus, obſonia languentes appe/tent, dato, dum ne corpus detrimentum inde capiat. Cum uero cibaria uel pocula ſubtrahis uel addis, paulatim facito. qui cibaria ſatis confi/cient, ne ſorbeto, cibum enim excludit. Qui uero non conficiunt, ſorben/to. cum autem quid reficiendi cauſa dare uis, far, ptiſanam triticeam dato.

Quæ non quærẽda.

Quæ ſorbeãtur.

Quæ lubricent.

Quæ uentrẽ ueſicamq́ ciant.

Quæ ſtringunt.

Poſt purgationẽ quæ dantur.

Lenticula phacoſue qualis paretur.

Maza.

Quæ ſiccent.

Monoſitia.

Quicquid languens petit dat.

Sorbition es ualidæ quæ.

Medicamina casu reperta.

Qui nim eorum quæ porrigun= tur cognoscitur.

Lenia quæ et grauia.

Quæ sanitatem roburq; faciant.

Cibaria pocula conferentia et contra.

quæ sorbitiones ualentes sunt. Medicamenta præterea quæ ad morbos potantur uulneraq; porriguntur, post cœnam cibumue dato. quod præ cũctis obseruato, quoniam homines hæc non suopte ingenio compererunt, sed quadã fortuna, nec periti potiusq; imperiti. Quæ uero circa cibos medicamentaue in arte medica ingenio discuntur reperiunturue de iis discito siquid discere uis, qui hæc in arte dignoscunt. Post sorbitionem imbecillis cibum porrigito, uinumq; uinosum superpotato, maxime uero sic languentes iuueris. si corpus animum ante cibos sorbitiones potionesq; & post prospicias, quidq; tibi imbecillis dandum uideatur sic cibum potumue des, Cibariorum singula quã facultatem habeant ex iis quæ patentem uim demonstrant, coniectandum est, quæ inflant, mordicant, complent, nauseam faciunt, torquent, uentrem lubricant, uel non. quæ hæc aperte faciunt, cœteris coniecturam præbent. Singula enim edulia, quo prosint uel noceant, habent sed apertius quædam, obscurius aliqua hoc faciunt. quare cibaria pulmentaq; non ualidis conficito porrigitoq;, quæ non inflent, nec subitam nauseam faciant, nec torqueant, nec uentrem nimis moueant, nec siccent. quæ sic fiunt. quæ uentriculus superat, corpus suscipit, nec inflant, nec torquent, quæ uentriculus non superat, inflãt, torquent, cœteraq; talia faciunt. Leuissima uero cibaria pulmenta poculaq; sunt, quæ modice uel paulo supra modum, cum corpus intrarũt, non implét, nec torquent, nec inflant, nihilq; aliud horum faciunt, celerrimeq; digerũtur, digestaq; demittuntur, diemq; totũ quo sumpta sunt, nihil molestant, uel etiã si diutius gestentur. Grauia sunt quæ modice uel infra modum sumpta plenitatem laboremq; præbent, quæq; non conficiuntur, quæq; si comedantur uel potentur, uexant, diutiusq; si gestentur sic etiam uexant, nec rata portione demittuntur. quæ autem ad sanitatem optima sunt, modice etiam sumpta famé sitimq; sedant portioneq; rata demittuntur, etsi diutius ea corpus continuerit. Quæ autem robur optime faciunt, carnem multam densamq; faciunt, sanguinemq; crassiorem reddunt, portioneq; rata eorum quæ intrant cum corpus diutius ea continuit, demittit. Pinguia uero, crassa, caseacea, melita, sesamenta, subitã nauseam faciunt, bilem mouent, torquent, inflant, implét. quod etiam euenit, cum quis plus iusto comedat potetue uel cum uẽtriculus plusq; concoquat, suscipit. cum uero quid non ualidis habita corporis morbiq; ratione des, corpusq; suscipiet consumetq; nec egeat, nec nimium compleatur, sat est. Sin auté erres, magnũ detrimẽtũ uel tũc uel postea utrinq; fieret. Cibaria autem pulmenta poculaue quæ corpus libés suscipit, non inflant, torquentue, nec nauseam fastidiumue faciunt, cum enim uentriculum intrarunt, corpus de hoc quod sibi commodum est haurit. Quod remanet infirmius est necessario, quam ut inflet, torqueat, uel quid aliud tale in uẽtriculo faciat. dulcia autem, aspera, melita, uetustaq; uina, uentrem, lotiumq; ciunt, humectant, nutriunt, nec inflant, torquent, implentue. carnes uero discoctæ non roborant

sed discoctæ.

sed discoctæ uentrem ciunt, dissatæ uero sistunt. quæ uero modice utrunq; habent, modice & roborant & uentrē ciunt, subcrudæ uero roborant, sed uentrē sistunt. Cibis autē potibusq; qui maxime conferunt sani sunt, nutriuntq;. siquis multū non oportuneq; utatur, morbus morsq; hinc gignitur. Cœtera uero cibaria poculaue quæ hanc uim non habent, parū prosunt læduntue, siquis multum non oportuneue his utatur, paruas enim uires utrinq; habent, uti quid magnum boni maliue faciant. Quæ autē hanc uim habent, sunt panis, puls, mazaue, caro, pisces, uinū, sed horū quædā maiorē quædā minorē uim habēt. Qui sicce nutricentur, cū cibo ne potato, sed post multo. Qui enim humor siccis cibis gignitur, cū iis siccessit. si uero cū cibo potet, cibus humescit, corpusq; humidius facit. Panis uero calidus caroq; si sicca sumantur, siccant, si uero madefacta uel statim post potet, non siccant. Panis autē purus farinaq; pura confectus magis roborat recreatq; q̃ non talis, recensq; q̃ non recens, farinaq; recenti subactus, quā non tali. farina perfusi hordei ualida non est Pinsita firmior quā madefacta, recens quā uetusta. Puls mazaue subacta firmior est quā nō subacta, uinū si diluatur, refrigeretur coleturq; tenuius infirmiusq; reddit̃. Caro discocta, leuis infirmaq; est, dissataq; sale uel aceto condita leuior infirmiorq; est q̃ recens. Cibaria nāq; non ualida leuiaq; non implent uentriculum, corpusq; nō uexant, calefacta enim non tumescunt, statimq; liquescunt, digestaq; demittuntur. corporiq; humor inde ueniens ualidus non est, nec auget, multūue roborat. Valida autē cū uentriculū intrarunt, turgent, complent, tardius digerūtur demittunt̃q;. humorq; de his cū ualētior sincerusq; fit, roborat augetq; corpus. Carnes uero corpori leuissime sunt catulinæ, uolucrinæ leporinæq; decoctæ, bubulæ uero ꝑgraues sunt, porcinæ decoctæ & assæ modice inflant, sanis & nō robustis ouillæ cōmodæ sunt, suillæ laborantibus & exercitatis ad robur & bonū habitū optimæ sunt sed desidiosis nō robustisq; ualentiores. præterea ferinæ quā cicuratæ leuiores sunt, quoniā eadem nō comedunt. Carnes etiam armentorū inter sese differunt. quæq; fruges & quæ nō comedunt. frugesq; eadē omnibus non faciunt, quædā enim carnē sacrarū uictimarū densam ualidāq; reddūt, quædā rarā, humidā & nō ualidā. Sed uti cūcta dicātur, pisces decocti uel assi soliq; uel cū cœteris cibis sūpti leue eduliū est. qui sic & īter sese differūt, Lacustres qdē fluuiatilesq; ꝑpingues graues sunt, marini litorales leues decocti quā assi leuiores, Cū aliquē reficere uis ualētiores dato, cū debilitare & emaciare, leuiores. Calidū uero balneū non multū corpus mollit auctatq;, multū uero corporis sicca madefacit, humida siccat, siccaq; madefacta debilitāt, deliquiūq; animi faciūt, humida uero desiccata siccitatē & sitim. De herbis qdē bulbisq; decoctū uel assum alliū uētrē lotiumq; cit, quod & cæpa sua acrimonia facit. quibus sic utitor, debilitatis uti ne porrigas. decoctum autem & crudum, quod lotium cit, dato, sed aquaticū magis Apium q̃ cicuratum, maiorem enim uim habet, coriādrum decoctum,

Panis, puls, mazaue, caro, pisces, uinum.
Siccus nutricatus.
Panis differētia.
Puls mazaue.
Vinum qui debilitetur.
Salita qualia.
Cibaria ualida qualia.
Caro leuissima quæ.
Pisces.
Balneum.
Holera bulbi.
Cæpa.
Apium.
Coriandrum.

crudumq; cordi bonum est, uentremq; cit & lotium. Ocimum humidum, frigidum cordiq; bonum est. *Porrum.* Porrum decoctum uentrem lotiumq; cit, crudum æstuosum pituosumq; est. *Malū granatū.* Malum granatum reficit, sed pituitosum est, cūq; nucleis uentrē sistit, sine iis cit. *Cibaria.* Cibaria sicca calida sistunt, uentris enim humorem siccāt. Humida madefaciūt, caliditateq; subducūt. Aspera & Acerba corpus siccant, stringunt, sistuntq;. Acria & Acida mordicant, emaciant. Salsa uentrem lotiūq; ciūt. Pinguia, Crassa Dulciaq; humida pituitosaq; sunt. Cucurbita, beta, blitū, rumex reficiunt, suaq; humiditate uentrē ciunt. Brasica quadā acrimonia lubricat, succiq; boni est. Caseus, sesama passa reficiunt, sed pituitosa sunt. *Vinum.* Vinū dulce mellitūq; utrūq; reficit, lotiūq; cit, & pituitosū est. Asperum aūt roborat, siccat, lotiū cit, præsertim uetustū albū tenue. *Oleum.* Oleū & talia reficiunt, pituitosaq; sunt. *Herbæ.* Quæcunq; olera natura humida sunt acria, calida, percocta, tepida data lubricant. *Pepon.* Cucumis pepon uentrē lotiūq; cit, quidq; leue est. Cucumis autē alter refrigerat & sitim sedat, nullus tamen horū multū maleue nutrit. *Mel.* Mel autē cū cœteris sumptū nutrit, coloremq; bonū facit, solum uero potius emaciat, quā reficiat, lotiū enim cit, supraq; modū purgat. Lotiū mouentia statim in uentriculo calefiunt, marcescunt, tabescunt, citoq; demittuntur. *Cibariorum uarietas.* Cibaria uentrē morantia calefiunt, calefactaq; cito siccescunt sistunturq;, proptereaq; cū obduruerunt, uentrē morantur. Quæ uentrē mouēt, succosa sunt succiue boni suapteq; natura calida, quæ uero lotiū, sicca & frigida. *Triticum.* Triticū autē uinūq; suapte natura ualiditate, debilitate, grauitate, leuitateq; inter sese differunt. *Vinum quale.* Locusq; ubi gignitur a loco, perriguus ne & aquosus an contra, persolatus & apricus an opacus, commodus & bonus an cōtra, quoniam hæc omnia horum singulorum robori debilitatiq; conferunt. *Panis.* Qui sani cum essent, panem edere consueuerunt, eundem & in morbis comedūto. *Cū plus iusto comeditur, quid agendum.* Cū quis cibi potusue consueto plus sumpsit, statim uomito. Poma uero cœteraq; talia post cibum propterea magis si sumantur, sanum & languentem uexant, quoniam corpus iis deuoratis humorem haurit. sin autē ieiunus comedat, maiorem. *Cibaria cum uexant, quid agas.* Cibaria autem quæ inflant, æstuosa sunt, lancinant, torquent, implent, merum superpotatum discutit, Corpus enim uini calore calefactum ea discutit. *Ventris diuersitas cur.* Cibis autem poculisq; cœterisq; talibus, uenter quandoq; mouetur, quandoq; sistitur, quādoq; rata portione demittit. Propterea sic habet primū cū uentriculus humidior uel siccior est, cibumq; suscipit, corrumpit. deinde cū de tepore in frigus uel de frigore in teporem mutatur, corrumpit. uti iisdē rebus uentriculus necessario mollescat durescatue. *Cibaria ualida quæ. Maza.* Cum omnia cibaria pulmenta poculaq; præter panem, pultem mazanue, carnes, pisces, uinum, aquam paruas & non ualidas utilitates ad incrementum robur sanitatemque præbeant, parua etiam mala & non ualida ex his fiunt. *Languentiū nutricatio.* Languentes qui non continenter febricitant, post accessionem multo uel ante nutricato, coniectans obseruansue ne recens pasto febris compareat, sed cibis iam concoctis uinum

mel optima

mel optima hominibus esse censentur, si naturam spectando sanis & non sanis suo tempore modoq; dentur, quæ sola & commista optima sunt. cœtera uero quæ aliquatenus prosunt, sanis si porrigantur, conferunt, languentibus uero nimis ualida sunt, Quare uigorem & uim minuẽdo dato, quoniam corpus ea non ferret, potiusq; læderent quam prodessent.

HIPPOCRATIS DE PASSIONIBVS INTVS TRIGESIMVS SEXTVS SERMO.

PVlmonis arteria si ulceretur, tenuesue eius uenulæ suspensæ aliquæ frangantur, uel fistulæ per pulmonem tendentes confringantur, sanguinis complentur. quæ potissimũ defatigatione, cursu, casu, ictu, uomituq; uehementiore & febre conuelluntur dehiscuntq;. Hæc patiuntur, Primum sicce tussiunt, pauloq; post subcruentum spuunt quandoq; purum, quod si cito morbo liberet, bene habet, si minus, procedente tempore plus sanguinis spuit, quandoq; syncerum quandoq; subputridum, sæpeq; latenter fauces sanguinis complentur, deinde sanguinis frustula paulatim crebroq; prorumpunt, quandoq; graue olent, quandoq; & fauces spumæ cuiusdam complentur, frigusq; & febris supercapit, per morbi quidem exordia uehemens, procedente autem morbo lenior sæpe corripit. quandoq; pectus, latus, scapulæ ueheměter dolitãt, Cũq; sanguen amplius nõ spuit, liquidũ plurimum spuit, quãdoq; & glutinosum. quæ sic patitur, donec quatuor & decẽ dies trãseant, post quos nisi malũ sedetur, squamulas pustularum similes ex arteria reuulsas proiicit, scapulasq;, pectus, costas, præcordiaq; dolitat, quæ tacta tãq; uulnus dolent. Qui cum sic habet, maxime quiescito, si quid enim interiora defatiget, uehementius laboraret, magisq; quã prius tussiret, magisq; & frigeret & ferueret. qui si sternutet, ualde dolitat, cũq; in lectulo motatur, dolet. Cibaria quæ puruléto, nõ multa huic dato, Piscesq; hos squatinã, pagrũ, mustelã magnã albã, similesq; his suriaco rhoo sumacioue & origano cõditos, carnẽ uero gallinaceã assam nõ salitã uel caprinã comedito, uinũq; asperũ nigrũ uetustissimũ suauissimũq; potato, modiceq; deambulato, Quæ, si nõ febriat, facito, si uero febriret, farinã miliũue sorbeto. si uero cibaria porrigis, pauca porrigito, pulmentaq; lubricantia. Si tibi medicamento egere uideatur, Cnidio grano uel tithymallide eũ subpurgato, post purgationẽ crassæ farinæ decoctæ cotulã sorbeto, deinde quãmaxime reficito, ne emacietur, quod ad hũc morbũ nõ facit. Primũ parũ deambulato, ne delassetur sæpe foueto, die quo fouet ne comedito, sed cotulã farinæ decoctæ sorbeto, & aquã potato, postridie minus quã consueuit, comedito, uinũ nigrum suauiter asperũ paulatim potato, deinceps bis terue quotidie parũ comedito.

Pulmonis arteria sauciata uenaue fractæ.

Medela quæ.

Cnidium granũ tithimallis.

Medela quæ.

donec uentriculum confirmes, Nam ex febre & inedia si corpus appetit, uentriculum nõ suscipit, si multum suscipiat, inflammatur. quare paulatim dato, nam si totum simul des, pauca etiam uexant. deambulationibusq; uẽtriculus nõ refrigeratur. cum cibaria quiescunt, tunc febris fieri consueuit, hyeme minus, sed æstate periculum est errare. Maxime hunc reficito, quo crassissimus fit curato, modice deambulato, minus quam consueuit luctator, primum paulũ laborato, deinde plusculum, multum uero nunquã. Quæ si faciat, cito sanescet, si uero defatigatione emacietur, eam finito & quiescito. qui cũ sanus erit, uehementer in uentum non currat, nec equum uehiculumue conscendat, clamorem iracũdiamq; caueto, periculum enim esset ne morbus rediret. quare hæc omnia caueto. Sin autem cibum non sumat, tostum heruum sine cortice tres dies aqua madefacito, quotidie aquam mutato, quarto siccato, tenuissimeq; molito cribratoq;, cumq; pari modo farinæ puræ non salitæ misceto sesamiq; sic parati tertia portione liniq; seminis similiter parati dimidia portione caprinoq; lacte hæc coquito, liquidissimaq; sorbeto. deinde cibaria pura pulmentaq; ualentiora prandeto, uinumq; simile potato, uel centauriæ radicẽ tritam cum uino, quæq; ad has scissuras faciunt huic dato, uel dracunculi radicẽ similiter, uel tussilaginis cum melle, uel dracunculum tritum sic delingito. si uero dicat sic decoctum lac sorbere non posse, plurimum lactis bubuli mulsi tertia parte commista potato, sicq; cito sanescet. Morbus autem hic cum sit difficilis, multa curatione eget, qui curatus & sanus, nisi multũ sese custodiat, multis rediens causa mortis fuit. Qui si hac curatione sanescat, satis est, si nõ, crassefacti lacte pectus & scapulas urito, Qui si urens nanciscatur, spes est morbum euasurum. Cum autem arteria lancinatur, uenis morbisq; pulmonem petentibus per morbi exordia hæc patitur, ualde tussit, friget, feruetq;, multũq; album spumosum cruentum quandoq; spuit, caput collumq; dolet. Morbus autẽ hic superiore grauior est, decẽq; primos dies hæc patitur. multi pus crassum difficulter spuunt, undecimo die, purioraq; die spuunt, si morbus fugiatur, minusq; dolent, citoq; sanescunt. Qui morbus si longus est futurus, puris multo plus spuũt, magisq; corpus laborat, minusq; calet, q̃ prius per exordia. si hũc cures, scamoniæ succo si febre careat, per inferna purgato, post purgationem quæ prius porrigito, maximeq; corpore quiescito, molliterq; cubato, Per exordia hæc decẽ dies facito, qui si purulẽtus fiat, quæ prius, facito. qui si sanescat, ab his abstineto, cibo potuq; acido acriq; pingui salsoq;, defatigatione, iisdẽq; quibus in superiore. Quæ si faciat, citius hoc morbo liberatur, si uero quid horum nõ faciat, periculũ est, ne morbus reueniat, peiusq; habeat. Multi nãq; pulmone lãcinati diffractiue dũ pereãt, degũt. quẽ nisi qs statim curet, si morbus reueniat, non est q̃ post hæc quicquã proficias. Nisi hæc facias, lacte bubulo crassefacito, deinde pectus scapulasq; urito, qđ si urẽdo nancisceris, ꝓfueris. Morbus aũt hic iisdẽ erratis quibus prior, fit. Pulmonis uero morbus

Quæ cauenda. *Sorbitio quæ.* *Curatio quæ.* *Arteriæ lancinatio.* *Medela.* *Scamonia.* *Pulmonis morbus unde fiat.*

morbus potissimum his fit, cũ pulmo sanguen pituitãue salsam hausit nec remisit, sed in eo uersetur & cogatur. pulmo his tubercula contrahere, purulentusq; fieri consueuit. qui per exordia totumq; morbum hæc patitur, sicce grauiterq; tussit, friget, feruet, pectus scapulasq; dolet costasq; aliquando, uoxq; spirat, qui hæc quatuor & decẽ dies quandoq; & quatuor plures patitur. deinde pus prorumpit, multumq; spuit quid araneosum, crebro subcruentum, Qui si cito purgetur & emacietur, perniciem hanc euadit, quẽ si non aduertas, morbus hic annum durabit, transibitq; in alium, multifariamq; afficiet. Per exordia huic priusquam pus prorumpat, hæc porrigito, cum febris remisit, multa calida lauato, ptisanæq; succum decoctum asperso melle multũ sorbeto, dulceq; uinum album decoctumue mulsum potato, cum uero pus spuet, quæ superior purulentus, potato, cibisq;, pulmẽtis poculisq; iisdẽ utitor, acidis, acribus, salsis, crassis, pinguibus, uenere, crapulaq; nisi morbo conferat, abstineto, coloremq; spectando curato, quibusq; tibi egere uideatur, dato. cœteraq; eadem facito, lacq; bubulum caprinumue, si anni tempus ferat, potato, prius tamen lacte asinino decocto subterpurgato, lacq; equinum cõcussum colatũq; trium acetabulorũ calice, si possit, mane potato. Qui sic curatus si melius habeat, satis erit, si uero pus in pectus non prorumpat, sese ipse corpore quiescẽdo curato, sibiq; ipsi conferentia porrigito. Si uero pus in pectus prorũpat, qua monstrare uideatur, hæc secato uel urito. primumq; paulatim pus emittito, cœteraq; facito, quæ in superiore purulẽto scripta sunt. Si uarix in pulmone fiat, p exordia sicce uehemẽterq; tussit, friget, feruet, uox spirat, caputq; & supcilia grauãtur, uultus, pectus, pedesq; turgẽt, caputq; sæpe. q cũ dolet, non cernit, corpusq; pallescit, qđ uenæ rubræ uel nigræ prestãt. cũ sic habet maximeq; hũc labor pmit, primũ qdẽ sanguẽ mittito, deinde multa calidaq; lauato, cũq; sitiet, pultẽ cyceonaue cum uino nigro suauissime aspero pari modo mistũ frigidũ maxime ppinato, succũq; ptisanæ decoctũ optimo melle conspersо primis quatuordecim diebus sorbeto. si uero morbus inualesceret, corpusq; laboraret magis, debilitareturq;, sic habẽti q̃ & pulmonẽ purulẽtũ habẽti, porrigito, dũ quatuordecim dies trãseãt. morbus aũt hic defatigatione bileq; atra fit, Cũ uenulæ cauæ q̃ p pulmonẽ tẽdũt, sanguinis uel bilis atræ cõplẽtur cõfrigũturq; sese collidẽtes, cũ in angusto sint, & exitũ claudãt, pulmonẽ tumefaciũt & dolitãt. qui morbus etiã multa curatione adhibita difficilis est, si nõ curetur, lãguẽtẽ nõ deserit, sæpeq; in plurimis cõmoritur. Si pulmo inflãmetur, quod potissimũ uinolẽtia fit, pisciũq; & mugilum anguillarumq; deuoratione, qui pingue habent, naturæ hominis infensissimum, Pituita etiã fit hoc malum, cum sanguini mista pulmonem petit, Carnisque multa deuoratione & aquæ mutatione corripit. Qui hæc patitur, uehementer tussit, multumque liquidum spuit sæpe & crassum & album quale strangulati, pectusque scapulas, costas, ilia uehementer dolitat, de pectoreq; & pulmone

Medela.

Mulsum decoctum.

Lactis potato.

Pus secatione ustioneue educitur.

Morbi causa.

Pulmonis inflãmatio.

acidum ructat,uenter murmurat,ſanioſam acidamq; bilem uomit,quæ humũ tanquam acetũ lancinat & ferueſacit,gingiuæ tument,friget,feruet ſititq; ualde,cumq; pingue quid comedere uult,murmurant inteſtina,uomitumq; ciũt, corpus totum torpeſcit,cũ uomuit paulo melius eſſe uidetur, deinde cũ diei ſerum uenit,uentriculus ſtrepit,uerſatur,murmurat. Cum ſic habet, tempuſq; eſſe uidetur,ſic erigito,curato,mel,lac,acetum,aquam miſceto,noua olla calefacito,capitati origani ramulis permiſceto,cum calidum eſt,propinato, uel placide lingua prehẽſa per fiſtulam infundito,deinde cõuoluito,& uti quieſcat iubeto,poſtea ſi uomitus uenit,prompte uomito,ſi non uenit, penna eo tincta placide prouocato.ſi pituitæ quid uomat,quinq; dies hoc facito, melius enim habebit,ſi hoc faciat.deinde ſi poſſit,exerceto,calidaq; multa lauato.ſi minus,ſaltem lauato,& hoc propinato.Cum quinq; dies tranſierint, mane ieiunus laſaris ſuccum herui quantitate mulſo uel dulci uino potato, uel allium radiculaſq; ieiunus comedito,meracũq; uinum nigrum uel album aſperum ſuperpotato ſuper cibum & poſt,cibis ſiccis & carnibus catulinis decoctis utitor,ſi non frigeat ferueatq;.qui ſi hac perfuſione non purgetur, ſupra ueratro purgato.Poſt purgationem decoctæ farinæ melle aſperſo duo acetabula ſorbeto,uinumq; dilutum potato.ſi uero per morbi exordia non affueris,cum eo lacte craſſefeceris,pectus & ſcapulas urito,ſic enim potiſſimũ hoc morbo liberabitur.Si non uratur,commoratur, & ſimul deſerit fere nunquã, ſed in ſenium uſq; procedit.ſæpiuſq; cõmoritur,niſi primis quadraginta diebus necet.Quare multa diligentia curato.ſerum lac bubulum,caprinum,aſininum,equinum,ſi tempus ferat,potato.ſic enim facile deget. morbus difficilis eſt. Si pulmo tuberculo rubro Eryſipelateue tumeat. Quod ſanguine potiſſimum fit.cum pulmo ſanguen ad ſeſe trahit,& retinet,quod malum æſtate potiſſimum fit.quare hoc propterea patitur,ſicce tuſſit,friget,feruet, uox ſpirat,pectus ualde laborat,nares uti equus currens patefacit, linguam uti canis æſtate præ flatu æſtiuo exerit,pectus tumet,parũ & rauce loquitur,uultus oculi rubẽt,corpus prurit,præ labore qeſcere & iacere nõ pōt, ſed æſtuãs ſeſe iactitat,ſeptẽ diebus hic morit̃, quos ſi fugiat,nõ ſane pit.quẽ cũ ſic habet, his curato,corpus refrigerato,ſup qđ & laborẽ recentẽ betas aqua frigida tinctas ponito uel lntea ſil̃r tincta & expreſſa ſupponito.q ſi ſic melius habeat, ſatis erit,ſi nõ, creta figulina gelida ꝑlinito,ſub diuo cubato.ſic em̃ curatus dies ſeptẽ fugiet fere, q cũ trãſierint,doleatq;,partẽ q̃ laborat,oleo linito, calefaciẽtiaq; apponito,q̃ laterũ morbo pleuritidiue Portulacæq; ſiluaticæ ſuccũ pepliuue papaueris meconidoſue cnidii grani uti purget̃,ꝓpinato. poſt purgationẽ lẽtis decocti tres cotulas potato,ſupq; aquã,poſtridie multa calida ꝑter caput lauato.deinde mulſum,quo origanõ maduerit,ꝓpinato, calidiſſimiſq; potionibus utitor.cibaria quæ laterũ morbo laborãti, porrigito, niſi febriat. morbus hic difficilis eſt, paucique fugiunt. Si pectus ſcapulæue dehiſcant

Medela.

Catulina caro.

Vſtio.

Pulmonis eryſipelas.

Medela.

Curatio.

Pectoris ſcapularumue ſciſſura.

(quod nimia defatigatione cadit) qui hoc patit̃, ualde tussit, subcruentũ q̃nq; spuit, sæpe friget feruetq;, pectusq; & scapulæ grauiter dolitãt, lapisq; ĩ costis esse uidet̃, penitusq; tã q̃ acu dolore cõpũgi. cũ sic habet, hũc cito lẽte crassefacito, pectusq; & scapulas urito, sic cito sanescet, deinceps corpore quiescito, currũq; nec equũ cõscẽdito, nullũq; põdus tollito, periculũ enim esset, ne morbus rediret, hominẽq; perderet. morbus enim, qui redit magis quã p exordia premit. qui si nõ uratur, quibus purulẽtũ, & hũc curato sorbitionibus, cibis, poculis, præ cũctis quietẽ agito, cõmodisq; rebus nutricato. qui sic curatus cito sanescet. morbus hic difficilis est. Si tuberculũ phymaue fiat in latere costaue purulẽtũ, hæc patitur, friget, feruet, multosq; dies sicce tussit, latus, mammæ, clauis, iugulũue, pectus, humeri, scapulæ dolitãt. Cũ sic habet, primis undecim diebus ptisanæ succũ decoctũ melle asperso sorbeto, uinũq; dulce albũ uel asperũ aquosum potato, plusq; sorbeto quam potato, spuere deinde iubeto, dum undecim dies transeant, ne dormito, post quos modice comedito, catulinasque carnes pullastrinasue decoctas conditasque, sed ius prius sorbeto, donec latus purulentum fiat, ne sitito. quod diebus quadraginta uel pauloante fit. Quod sic dignosces, pus enim nec spuet nec uomet. Cum sic habet, qua tumet secato uel urito, pusque sensim emittito, quod cum emiseris, linamento crudo locum claudito, postridieque idem facito, multisque diebus bis quotidie pus emittito, donec siccescat, cibariaq; & pulmenta cum appetet dato, parũq; uinũ uel aquã potato, tenellũq; origanũ, uel siccũ si uiride nõ habeas, tritũ cũ melle sæpe delingito, ne frigeto, balneis lauato, molliter cubato. Morbũ hũc si sic cures, cito sanabis. cũ uero sanus erit, frigus solẽq; caueto, post cibũ modice deambulato, ne corpus lasset̃, q̃ si faciat, sanescet. quos horũ morborũ ures, marubio trito statĩ ustionẽ suplinito, diẽq; unũ sinito. Tabes phthisisue pituita gignitur, Cum pituitæ caput repletur, languescit, calescit, pituitaq; in eo putrescit, quoniã uti exeat non nouetur, quæ crassefacta computrescit, uenulæq; replentur, & in pulmonem defluit, pulmoq; cum suscepit, statim afficitur. Pituita salsa putridaq; lancinatus languens hæc patitur. Lente friget feruetque, pectus & scapulæ laborant, quandoque uehementer tussit, multumque liquidum & salsum spuit. Quæ per morbi exordia patitur, quo procedente corpus macescit, crura pedesque turgent, ungues contrahuntur, humeri emaciantur debilitanturque, faucesque repletæ, uti fistula sibilant, per totumque morbum uehementer sitit, corpusq; male temperatur. Cum hic sic habet, anno male tabefactus perit. Quem sic reficito & curato, primum ueratrum propinato, deinde, quo per inferna purgetur, Epithlimum uel Replion uel cnidiũ granũ dato uel tithymallida, quæ quater anno dato, bis supra, bis infra, lacteq; asinino decocto uel bubulo uel caprino subterpurgato. deinde quinq; & quadraginta dies crudum bubulum cum mulsi tertia parte & origani triti aliquãto potato, capite prius purgato,

Medela.

Tuberculũ phymaue costarum.

Curatio.

Puris emissio.

Phthisis causa.

Medela quæ.

medicamento ad nares dato, cibariaq; & pulmenta nec crassa nec pinguia nec nimium acria porrigito. quæ morbum spectando facito, cibariaq; spectando deambulato, ne frigeto, per hiemem secundum ignem cubato, uinumq; nigrũ peruetustum suauiter asperum non multum potato, si tibi uideatur, ante medicamentum, foueto, deinde medicamentum dato, quod si dare nolis, post cibum uomito, sicuti præscriptũ est, si huic conferat, deambulato, si minus, corpore maxime quiescito. qui sic curatus corpore meliuscule deget. Morbus enim hic letalis est, & eum pauci fugiunt. Tabes phthisisue secunda nimio labore defatigationeue fit. Quæ prior patitur magis quiescit, per æstatem uero magis uexat, Crassius spuit, ualde tussit præsertim adultus, pectus uehementius laborat, lapisq; inesse uidetur, scapulæ laborãt, color dilutus est, siquid laborat, anhelat, uixq; spirat, Qui morbus triénio ferme tollit. quem uti prioré curato, qui in plærisq; triennium transit, tamen pereunt (difficilis enim est) tabe hac. Tertia hæc patitur, Spinæ medulla sanguinis repletur, cauæq; uenæ similiter tabescunt, pituitæq; & bilis replẽtur. quæ utrinq; æque afficitur. Cũ quis hac tabe corripitur, statim nigrescit, subturget, lurida sub oculis loca fiunt, uenæ colore eodem per corpus tendunt, quædam ualde rubent, præsertim quæ sub alis cernuntur, luteum spuit, quod cum ingruit, fere strangulat, uixq; tussit modo lubens modo strangulatu modo tussis uehementia, multãq; bilem & saniosam quandoq; uomit, sæpe & cibaria cum quid comedit. quod cum fecit, leuior esse uidetur, sed paulo post eodem relabitur, qui celerius acutiusue quam cum sanus esset loquitur, friget & feruet cum sudore. Qui quando cessat. Cum sic habet, hunc cibis sorbitionibus, poculis, medicamentis cœterisq; omnibus quibus priores, curato. Qui morbus nouem ferme annos fertur, postea tabidus degit, paucіq; euadunt, cum sit difficilis. Si uelis sic hũc curato, primum foueto, deinde mulsi sextarium cum aceti pusillo propinato, uinoq; haustu potato, multisq; stragulis conuolutum diutius contineto, si nó ferat uomereq; uelit, uomito. quod si non faciat, post paulo magnum aquæ calidæ calicem superpotato, pennaq; uomitum prouocato & uomito, cũ bene uomuit totum diem in cœnæ tempus quiescito. Tum pultis mazæue paulum sumito, salitumq; & porrum plurimum comedito, uinumq; dulce potato, postridie mane multa calida lauato, deinde ne frigeto, sed recumbés diutius quiescito, cum surget, uiginti stadia saltem eo die deambulato, deinde quinq; stadia usq; ad centum quotidie addito. deinde uentré betæ brassicæq; separatim decoctæ cremore subpurgato simul misto, cum quo libræ quadrans pinguis de renibus sumpti decoctum sit, sextarium propinato. quem cũ potaturus est in brassicæ cremoré, salem in betæ mel mittito, simulq; uel seorsum dato, totumq; potato. quod triginta dies facito. Mense autem secundo, Panem, suis carnem pinguem decoctam & nihil aliud comedito, uinumq; album asperum potato. triginta stadia nec minus ante cœnã, decé post deambulato,

Tabes secunda. *Tabes tertia.* *Curatio.* *Mensis secundi curatio.*

bulato,ne frigeto,sed contegito.Quæ si faciat,morbum facile feret. Tertio autem mense pulticulam floridam cyceonaue anthineri potato, apii radices, anethum,rutam,minthen, coriandrum,papauer tenellum,ocimon,lenté phaconue,succum granati dulcis & uinosi,dulcis succi duplum sit, non dulcis dimidium acetabulum,uini nigri suauiter asperi tantudem,aquæ tantũdem, flores tritos hoc diluito,Heruiq; pollinis acetabulum,tantũdemq; farinæ,caprinique casei uetusti triti tantũdem superiacito & commisceto,coquitoq;, deinde acetabulum propinato,postea temporis paulum intermittito, pané cum hoc pulmento sumito,torpedinis frustulo uel squatinæ uel raiæ uel mustelæ piscis uulgo gattæ uel suillam carnem decoctam,seseq; plurimum quiescendo crassefacito & reficito,& decimo quoq; die placide sese foueto. Quarto autem mense,quinto quoq; die placide foueto,pulmenta cum pane plurima comedito,carnem ouillam decoctam non multam,stadia prius dicta modoq; eodem deambulato,quotidie decem addito,dum octoginta fiãt.Quarti mensis primo die auspicatus,quotidie deinde stadia octoginta deambulato,mane quinquaginta,post cœnam triginta,deinceps sic uictitato,pultem mazãue panemq; comedito,pisces molles selachiaue,carnes omnes præter bubulam & porcinam,hosq; pisces,mugilem, cauda nigrum,melanurumue,& anguillam. Hos autem comedito,torpedinem,squatinam,raiam, mustelam, capitonem, trigonaue, marinos ranunculos, præterea nullos,Si non læsura uideatur.cum cubaturus est,pulticulam cyceonaue, deinde uini nigri duo acetabula porrigito.Per diem eodem uino super cibo utitor.quotidie stadia centum quinquaginta deambulato,mane centum,post cœnã quinquaginta.qui sic curatus anno sanescet. Medulla uero spinæ maxime siccescit,cum uenulæ medullã petentes sæpiuntur & obturãtur & cerebri meatus corporis malignitate hoc patitur & afficitur,sed præ cunctis nimio coitu siccescit.Quare hæc patitur,caput,collum,lumbi & eorum musculi crurumq; adeo dolitant, uti flectere nequeat,stercus non exit sed sistitur,uixq; mingit. Qui per morbi exordia quietius degit, cum uero tempus accessit,magis afficitur totus,cruraq; turgent,ueluti morbo hydero subtercutaneoue laborantis,ulceranturq; lumbi etiam,sanescunt quandoq;,repullulant quãdoq; ulcera. Cum sic habet, hunc sic curato, Primum corpus probe foueto,deinde caput hippopheo succo uel cnidio grano purgato,post purgationem uesperi ptisanæ duo acetabula melle asperso sorbeto,post uinum album molle potato, postridie uero lactis asinini decocti melle asperso cotulas octo porrigito.quod si non habeas,bubuli uel caprini decocti congium & dimidium cum melle & heruo quinq; & quadraginta dies,si tempus anni ferat,cibisq; & pulmentis lubricissimis utitor,uinumq; album molle mendesium potato. Cum uero crassissimus sit, Lũbos utraq; uertebrarum parte quatuor lineis scapulas utrinq; quinq; & decem ceruicem inter magnos neruos duabus urito,si enim cum usseris, consequaris, & sanum

Tertii.
Cyceon.
Quarti.
Maza.
Selachia.
Medulla spinæ cur arescat.
Medela.
Vstio quæ.

Morbi renũ quatuor. primus quorum sic afficit. facies. Morbus enim hic difficilis est. Quatuor hi morbi fiũt in renibus, quorum primus sic afficit, Lumbi, renes, ilia, testis, qua hi afficiuntur, ualde dolitant, crebro mingit, sensimq; lotium stringitur, cũ quo harenula exit. Quæ cũ transit, ualde lotii meatum uexat, quæ cum exiuit, dolor lenitur, deinde rursus iisdem doloribus uexatur. Cum minxit, colem dolore tractat & terit. Plurimi *Medicorum error.* medici cum morbum non cognoscerent, harenam uidentes calculosam uesicam esse putauerunt, quod non erat, sed renes calculo laborabant. Qui mor*Calculi causa.*bus pituita gignitur, cum renes etiam hauriunt, nec remittunt, quæ illic in to*Medela.*phum durescit, calculosue tenues harenæ similes. Cum sic habet, prius corpus *Scamonia.* foueto, scamoniæq; succo uel eius radice subterpurgato, postridie ciceris albi decocto sale asperso duobus congiis propinato & subterpurgato, Postea cibo, potu, balneisq; curato, medicamentaq; dato, quæ stillicidio urinæ laboranti, cum doleat, multa calida lauato, calefacientiaq; qua maxime dolet, ponito. Cum autem tumebit extuberabitq;, tunc secundum renes secato, pusq; educito. medicamentis uero lotium mouentibus harenam curato. si quidẽ se*Secundus renum morbus.*cetur, spes fugiendi est, si non, morbus hic una cum homine moritur. Cũ secundus hic renum morbus corripit, dolores graues uti in priore, premũt. qui gignitur, cum nimia defatigatione uenulæ quæ renes petunt, franguntur, dein*Morbus hic qualis.*de si renes sanguinis repleantur. Quæ si patiatur, cum lotio per morbi exordia sanguen emittit, deinde procedente tempore spuit. qui si corpore quiescat, cito sanescit, si quid laboret, multo magis dolet. Cum uero purulenti sunt re*Curatio.*nes, secundum spinam tumescit. Cum sic habet, qua tumet, quamaltissime secundum renes secato, si secando nanciscaris, cito sanabis, si autem erres, periculum est ne ulcus perpetuo hiet, si uero coeat, ne renis sinus intus putrescat. qui si intus dehiscat, per anumq; pus exeat, spes est euadendi. si uero renẽ alterum tangat, periculum est ne perdatur. Quare medicamentis iisdem omnibus quibus priorem curato sicq; nutricato. Morbus autẽ hic difficilis est, mul*Phthisis nephritis.*tiq; de hoc in renum taben nephritidaue phthisin delabuntur. Tertio renum *Tertius renum morbus.* morbo, Lotium sicuti carnis bubulæ assæ succus prodit. qui morbus atra bile gignitur, cum in uenulas renes petentes ea confluit sistiturq;, uenulasq; & renes ulcerat. quare tale cum lotio prodit, Lumbiq; aqualiculus pecten, uesica, renes aliquantisper dolitant. deinde cum dimisit, labor uehemens rursus ue*Medela.*nit, parumq; durat, uẽtrisq; tenuem partem lancinat dolitatq;. Cum sic habet, *Epithym scamonia.* uentrem epithymo uel scamoniæ radice subterpurgato, quæq; lotii stillicidio laboranti, propinato, Cumq; dolet, multa calida lauato, calefaciẽtiaq; lo*Mindæon renũ.*co laboranti dato, decoctamq; farinam melle asperso sorbeto, ciboq; alio qui maxime lubricet, utitor, mindæonq; uinum mendesionue albũ dulce uel aliud album suauissimum optimeq; dilutum potato. Morbus autem hic nõ fere de*Quartus renum morbus.*serit. Quare cum anni tempus feret, sero purgato, lacque quinq; & quadraginta dies propinato. Quod si facias, melius morbum statuas. Quartus uero renũ morbus bile

morbus bile pituitaq; potiſſimum æſtate gignitur, fit & nimio coitu. qui ſic afficit, Venter, ilia, lumbi, muſculiq; eorum dolitant, tanquã quæ parturit, nec poteſt in ſanum latus iacere, ſed ualde laborat, ilia lancinari & ſuſpendi ui-dentur, cum uero reſupinus iacet, non dolet, tibiæ pedeſq; ſemper frigeſcunt, præq; lotii craſſitudine & inflammatione uix mingit, Quod ſi parum cõſiſtat, ſedimentum farinæ ſimile uideas. quod ſi bilis ſuperet, rubrum erit, ſi uero pituita, craſſum & album. Primum quidem hæc annum plus minuſue patietur. qui morbus ſi producitur, magis laborat, purulentuſq; fit, locuſq; tumeſcit. quod cum fit, qua tumet uſq; in renem ſecato, puſq; educito. quod ſi nanciſcaris, cito ſanabis. Cum ſic habet, ſicuti priora curato, per morbi exordia foueto & ſubterpurgato, crebro balneis ne utitor, ſed potius ungito & calefacito, ſolem uenéremq; uitato. Qui ſi faciat citoq; non ſaneſcat, mirum non ſit, morbus enim hic difficillimus eſt. ſi uero ſine medicamentis curare uis, cibo craſſefacito hoc uel aliquo priorum laborantem, decimaq; parte minus quam cõſueuit, comedito, carnemq; ſuillam ſumito tritam, dieq; eo decem ſtadia ambulato. deinde cibi decimam partem quotidie uſq; ad decem dies ſubducito, decemq; ſtadia deambulationi ſuperaddito. Cum ad ultimã cibi decuriã & centum ſtadia deueneris, ſolã eam eo die comedito, centũq; ſtadia deambulato, mane ſexaginta poſt cœnam quadraginta, uinumq; mindæõ albũ aſperum potato, menſeſq; tres ſic uictitato. Deinceps deambulationem minuito, cibum, quomodo minueras, augeto. cum ad decem dies ueneris, ceſſato. cibaria pura pulmentaq; pinguia & dulcia ſumito, nam conferunt, holeraq; acida, acria & inflantia ne ſumito, calida multa lauato, frigus caueto. quæ ſi faciat, cito ſaneſcet. Magnus præterea morbus de renum uitio nephritidiue ſupercapit, cum uenæ cauæ quæ de capite ſecundum iugulares per ſpinam talum pedis exteriorem magnum digitum petunt, bilem pituitamq; trahunt. Nam his hoc malum gignitur, cum hæc in uenas cõfluunt. Quæ cum plenæ ſanguinis ſunt, ſiquid alienum in eas penetrat, afficiuntur. quæ hæc faciunt, ſi pars dextera languet, per exordia, coxendicis acetabulum dolitat, cũq; tempus proceſſit, dolor creſcit deſcenditq;. cumq; in pedis talum exteriorẽ digitiq; magni pollicisue medium peruenit, caput repetit. quo ſi conſiſtat ſuppuretq;, uehementer moleſtat, caputq; diſcindi uidetur. Pituitæq; oculi totumq; corpus replentur. Cum ſic habet, hunc elaterio uel thapſiæ radice uel ueratri uel ſcamoniæ ſucco purgato, poſt purgationem quæ ſuperioribus porrigito. ſi uero hac curatione non ſedetur, cum lacte craſſefeceris. ſubter dextram ſcapularum partẽ quatuor lineis urito, dextri coxẽdicis acetabulum tribus, ſub eo duabus, coxæ mediũ duabus, ſupra genu una, ſupra talũ una. Qui ſic uſtus morbus nec aſcendet nec deſcendet. ſi uero dolor priuſquam uratur, aliquo prorumpat, cruſue petat, claudus fiet, ſi caput, ſurdus uel cæcus, ſi ueſicam, ſanguinem cũ lotio quadraginta circiter dies minget. Quare ſi ueſicã petet, quæ lotii ſtillo labo-

Curatio.

Nutricatum obſeruato.

Quam magnus morbus hinc fiat uideto.

Medela anceps.

Quo pacto quæ q; urantur. ranti dato. si uero alibi doleat, urito, Carnosa ferramentis, neruosa & ossea fungulis mycenesiue, sed hæc prius agito. si per morbi exordia occurras, mindæõ uinum album paulo dilutius plurimum quotidie propinato, potumq; reddito, donec sanguen per nares prorumpat, cum defluet, minus. quod tres & decẽ *Curatio.* dies agito. qui cum transierint, supersedeto, cũq; sanguen fluere cœperit, paulo tamen plus uini quam consueuit super cibo potato, melius uti sanguen defluat. quibusdam sedato per nares defluxu uesicam petit, sanguenq; & pus inde defluit. quod cum cadit, medicaméta quæ lotii stillo laboráti dato, plusq; de uino eodem propinato. Qui si sic curetur, cibaria & pulmenta lubrica su*Vena sinistra læsa.* mat, cito sanescit. morbus tamen difficilis est. Si uena sinistra laboret, quæ prior patitur, statim per morbi exordia lien dolitat. Quod si priusquam sistatur, pulmonemue petat, sentiat. Capite lienis captato, statim fungulis mycesiue lineis octo urito, quaq; doleat idem facito. sic cito sanescet. qui si non uratur & sponte sanescat, multis duodecimo anno morbus hic redit. Qui si lienẽ petat, multis aquam subtercutem hyderonue fecit. Quare cito uti priorem cu*Medela.* rato, si uideatur, similiter urito. si articuli dolitent, sicq; non curetur, tabescens *Phlegma.* peribit. morbus enim hic difficilis est. De pituita uero quæ de bile, sentio, *Epidemion et neotatum.* pluresq; species eius esse autumo. una quidem Epidemion est uulgoue pera*Curatio.* grans Neotaton recentissimumue, altera cuius facilis est medicina. Nã si duos tresue dies quis uomat, sanescit, si superprandeat & quiescat, siquis præterea laborare consueuit, semelq; comedere, idem facito, si non, hoc nutricatu utitor, primum cum uomiturus est, multa calida lauato, pultemq; non recentem *Maza psæsti.* mazanue psæsten panemq; excoctum non recentem comedito, quæ magis pituitam attrahũt, pulmentisq; & holeribus acribus utitor, pinguia, dulcia, acria commista commode hæc omnia porrigũtur, uiridibusq; hærbis omnibus utitor super cibo, parum crebro uinum dulce potato, Placentam, mel, ficos in fi*Vomitus qui.* ne comedito, & large superpotato, cum expletus est, parum dormito, deinde experrectus, cum uini calicem magnum potauit, uomito, calida aqua dilutũ. magis enim pituitam & humorem de carnibus trahit, corpusq; siccat, donecq; *Ficus ultimo uomitur.* fici prodeant, uomito, quæ ultimo uomuntut, Quæ hoc die facito, postridie uero sese ad cœnam usq; contineto, panemq; non cribrata farinam subactum pulmentaq; ualentiora cœnato, uinumq; nigrum asperum potato. Medela pi*Phlegma epidimion.* tuitæ passim uigentis uetustæue siue Phlegmatos Epidimiu hæc est. Si uero comedat, potet, cibis gaudeat, deinde crura grauentur, color mutetur, pituitã *Quæ facile subluant.* huic quæ molestet in uentriculo esse dicito. quare cum sic habet, melle, uino dulci, oleo, nitri tali ouis quantitate commistis subluito. Nam hæc naturæ hominis ad subluendum placidissima & aptissima sunt. mẽsura autem hæc esto, cotula uini, mellis & olei dimidium. si uero subluere nolis, liquido fométo foueto, quod forte stercus subducet, nam hoc cibariorũ siccitate patitur. siquis enim humida sumat, nũq̃ adeo hæc pateretur, & si quãdoq; pateretur pusilla

curatione

curatione egeret. quem si sic cures, cito sanescas. Si uero pituita uetustior sit, quæ alba dicitur, hæc patitur, magis totum hominem grauat, speciemque hæc luridioré quam illa passim uigens habere uidetur. nam totum corpus turget, uultus rubet, os aret, sititque, cum comedit, crebro spirat. qui die eodem modo melius habet, modo subito adeo laborat, uti perire uideatur. Cui si uenter sponte moueatur, cito sanescet, si nõ, olea stello cneoroue uel hyppopheo uel cnidio grano uel lapide magnesio purgato, post purgationem, lenticulæ cremoris acetabulum uel duo quo allium betam teneram non condită farinæ parum decoxeris, propinato. uinum nigrum asperum ualidũ propinato. postridie mane uiginti stadia deambulato, deinde cum redierit, decoctum alliũ cũ pane percocto comedito, meraciusque uini eiusdem parum potato, deinde stadia triginta deambulato, cumque hora fuerit, quantum prandere consueuit cœnato. Pedes suis caputue uel carnes gallinaceas uel suillas tritas, piscesque hos, scorpium uel dracontion uel cucculum coccygenue uel callionymon uel cobion, piscesque alios, qui similem uim habeant, De holeribus autem allium solũ plurimum comedito quotidie crudum, coctum, assumque, holus aliud nullum, cibariaque respectando laborato & pauloplus. Malum auté hoc æstate potissimum fit potu aquæ somnoue nimio. quod circiter triginta diebus fit nec ne mortale discernitur. quæ donec triginta dies transeant, facito, primisque diebus lenticulam decoctam modico aceto asperso sorbeto, ptisanăque similiter, mulsumque tepidum pusillo farinæ supersparso potato, corpus uti præparetur ad medicamentorum potionem. per hosque dies sub diuo cubato. si tibi uideatur, sanguen cucurbitulis de lumbis trahito. uenasque scorti crassiores pertundito. qui sic curatus cito sanescet. De pituitæ auté morbo morbus aquæ subter cutem hyderosue fit hoc modo, cum pingue calore pituitæ tabescit & aqua fit. quod possit nec ne sanari sic dignosces. dum enim pingue quis super pectine habet, sanari non potest. quod sic dignosces, cum febris superuenit, nec consistere potest, turgidusque umbilicus prosilit. tunc dicito pinguis nihil amplius inesse, sanarique posse. si contra, non, desiccare uẽtrem huic cõferet, panem non excussum recentem calidum dare, leporis carnem, catulique perfecti, ouis, suis, pullastræ quam maxime assam calidam, polyposque uino nigro aspero decoctos uinumque nigrum crassissimum acerbissimumque potato. Pisces uero cobium, dracontium, callionymum, cucculum, scorpium, talesque decoctos non recentes frigidos comedito. nam hi siccissimi sunt, non salitos nulloque iure tinctos. holerum autem radiculam & apium lenticulamque decoctam aceto modice conspersam comedito. quotidieque mane & uesperi post cœnam deambulato, sero cubato, mane surgito. si quidem his restituitur, satis est, si non, succum oleastelli cneoriue uel hyppopheos uel cnidium granum propinato. post purgationem, lenticulæ cremoris duo acetabula supersorbeto, panisque modicum comedito,

Pituita alba.

Quæ uentrẽ moueant.

Quæ caro piscesque dandi.

Morbi huius causa.

Medela.

Hyderos de pituita qui fiat.

Medela.

Medicamentum.

parumq; uini nigri aſperi potato, medicamentumq; bis quotidie propinato, donec lubricus fiat. ſi uero ſcortũ, coxæ, tibiæq; turgeãt, ſcalpro peracuto crebro pertundito. quæ ſi facias, cito ſaneſcas. Subter cutem uero aqua hyderos ue his rebus potiſſimum gignitur, Cum æſtate ſitiens aquæ plurimum bibas, quoniã hac gigni maxime cõſueuit, pulmo nãq; plenus ĩ pectus reiectat, quæ illic magnum æſtum ſuſcitat, pingueq; præcordiorum & arteriarum liquefacit, quod cum liquefactum eſt, paruo tempore morbum aquoſum hyderonue creat, qui etſi in pulmone tubercula phymataue fiant, gignitur, quæ aquæ plena rumpuntur, & in pectus reiectant. quod autem ex his hyderos fiat, morbuſue aquæ ſubter cutem, boues, ſues, canes argumento ſunt, quibus præ cunctis quadrupedibus uomicæ tuberculaue ſiue phyma in pulmone gignuntur. cum aquam intus habeant, quæ ſi ſeces, ſtatim dignoſces, nã aqua defluet. quæ multo magis in homine gignuntur q̃; ín pecoribus, qui morboſiore nutricatu magis utimur. Purulenti multi præterea fiunt, cum hæc intus gignuntur. quare hæc per morborum exordia patiuntur, ſicce tuſſiunt, fauces reſonant, ſpiritus clauditur, frigent feruentq;, corpus pedeſq; tumeſcunt, ungues contrahuntur, cũq; hyderos in ſuperiore uentriculo eſt, grauius uexat, cum uero inferioré petit, meliuſcule uidentur habere, ſed paulopoſt pleno uẽtriculo, quæ prior, patiuntur, quandoq; latus tumeſcit, quod monſtrat qua ſecandum ſit. quod ſi nõ fiat, multa calida lauato, humeriſq; compréſis quatito & auribus captato quanam lateris parte magis confluat, quod cum deprehenderis, tertiam ab ultima coſtam ad os uſq; ſecato, deinde terebra trifida uſq; in alteram partem perforato, deinde parum aquæ hydropoſue emittito, linamentoq; poſtea crudo locum claudito, ſpongiamq; mollem ne cadat, ſuperligato, duodecimq; dies quotidie ſemel aquam emittito. tertio autem & decimo die, totam aquam emittito, deincepsq; ſi aqua defluat, educito, cibiſq; ſiccis uentriculum deſiccato. poſt autem hanc inciſionem, hæc dato, Laſſaris ſucci drachmam quantitate ceruini tali, radicis ariſtolochiæ fruſtulum deraſum, lentis heruiq; farinæ cribratæ ſextarii dimidium utriuſq; melle & aceto ſubigito, paſtilloſq; ſexaginta conficito, quotidieq; unum tritum cum uini nigri ſuauiter aſperi dimidio acetabulo ieiuno propinato. deinceps ſolitum nutricatum exercitationemq; ſeruato. pudendaq; uel coxæ ſi tumeant, confidenter ſecato. Si ſic hunc cures, cito ſaneſcet. Tunc autem hyderos ab iecore fit, cum pituita iecur petit, iecurq; eam ſuſcipit, madeſcitq;. quod cito æſtum præbet, inflat, aquæ replet̃, corpus lãcinat̃, tibiæ pedeſq; tumeſcunt, iecur dureſcit tumeſcitq;, claues iugulũue emaciant̃. Cũ ſic habet, ꝑ morbi exordia huic, ſi iecur doleat, tritũ origanũ cũ laſſaris ſucco herui q̃titate uini albi dimidio acetabulo ꝓpinato, uel caprini lactis q̃tuor acetabula cũ mulſi tertia parte miſta, decéq; ꝑmos dies cibis abſtineto, q decernũt, morbus ſit nec ne letalis, Ptiſanæq; ſuccũ decoctũ melle aſperſo ſorbeto, uinũq; albũ mindæon uel quod uis ſuauiſſimum aquoſum potato.

Hyderos unde alias. *Phyma pulmonis.* *Hyderõ hinc fieri exemplo confirmat.* *Phyma pulmonis.* *Purulenti etiam hinc fiunt.* *Curatio.* *Terebra.* *Coſtam perforat qua hyderõ educat.* *Paſtillos aduerte.* *Hyderos ob iecur.* *Medela.*

aquoſum potato. Cum autē hi dies tranſierint, cibaria pura porrigito, carnēq; pullaſtrinā uel catulinam aſſam calidam uel hanc decoctam comedito, piſces uero muſtelā uel torpedinem aſſos, uinumq; idem potato. Quæ ſi ſedent, ſatis eſt, ſi minus, Cū craſſiſſimus erit, iecurq; maximum, fungulis myceſiue octo li/neis urito, ſic enim cito ſanabis. Si uero hyderos intus gignatur, uentriculūq; petat, medicamentis exercitationibus, cibis, poculiſq; quibus priora curato, uinūq; nigrū aſperū potato. Si tibi uideatur quoquam iecur ſuppuraſſe, qua cō pareat, ferro urito, paulatimq; aquam emittito, ſicutiq; ſuperiora curato. ſi uero his non ſaneſcat, tabidus cum tempore peribit. morbus enim hic difficilis eſt, paucíq; eum euadunt. Cum autem hyderos liene cauſatur, qui hac potiſ/ſimum cauſa gignitur, cum quis ficos uirides cœteraq; poma multa comedit, plurimi etiam nimio uuæ cibo muſtiq; hauſtu hunc morbum ſumpſerunt. Hunc cum quis cepit, ſtatim laborat, lienem, humeros, ſcapulas, iugulum, cla/ueſue mammas ilia grauiter dolet, ualideq; febrit, cum quid comedit, uentri/culus repletur, lien attollitur, doloremq; præbet. quod malum ſi inueterauit, alio tempore minus uexat, cum uero pomorum tempus aduenit, quidq; horū ſumat, multo plus q̃ prius laborat. Cum ſic habet, hunc per exordia ſic cura/to, ueratrum ſupra dato, cneoron infra uel hyppopheos ſuccum, uel cnidium granum, lactiſq; aſinini melle conſperſo octo acetabula dato. ſi his ſiſtatur, ſa/tis eſt. ſi minus, qua maximus erit, & maxime lien tumebit, capite eius captato, fungulis myceſiue urito uel ferramentis ſumma cautela diligentiaq; adhibita ne tranſuras. quæ per exordia morbi facito, ſicq; nutricato. cum nō febrit, pa nem hordeaceum percoctum uel triticeum biſcoctum comedito, Piſces ſalſa mentum gaditanum uel ſaperdam, carnem ouillam tritā cūctaq; ſalſa & acria uinumq; coum nigerrimum aſperum potato, dulcibus autem abſtineto, ſi ue/ro ſtet poſſitque, ſummis humeris luctator, multumq; quotidie deambulato, quæq; dixi comedito. Si uero hyderos defatigatione uiæ longæ per æſtatē cum quis pluuia aqua ſtatariaq; ſe ſatiauerit, gignatur, Quibus priores curato, ſiquidem eam caro combibat, contineat, nec emittat. quæ carne retenta hæc facit, uentriculum corpuſq; totum adeo calefacit, uti pingue intus tabeſcat. qui dū ſpatiat̃, nihil habere uidet̃, cū autē hoc nō facit, ſolq; occidit, ſtatī plu rimū laborat. Morbo aūt ꝓcedēte multū emaciat̃, ſi nō comedat, multo ma/gis, ſi uero comedat laborareq; neq̃at, magis multo lædit̃. plurimiſq; horū cor pus totū tumet. qđ ſi emaciet̃, liueſcit, uēter turget, uehementerq; ſitit, calore eñ īteſtina ſicceſcūt. Tēpore uero ꝓcedēte prōpte qcqd dederis comedit & potat, nihilq; dolet. ſi uero tumor duret, pallet, per corpuſq; uenæ nigræ cre/bræ tēdūt & tumēt. ſi ēt noui nihil fiat, ualde excādeſcit triſtaturq; de re oī. uēter ſudat, ſpumeſcit & tāq̃ utriculus turget. Procedēte uero tpe, cibaria nō admittit. qđ cucuminagreſtē olere uidēt̃ præ malo. Cū ſic habet, huic cneori uel hyppopheos ſuccū uel cnidiū coccū dato. q̄ medicamenta ſic porrigito,

Hyderos alius.

Hyderos lieno=ſus.

Medela.

Saperda.

Hydero alius.

Curatio.

cneoron quidem ſexto die,hyppopheos ſuccum octauo,coccum cnidium decimo,donecq; purgētur & lubricētur dato.mediosq; dies inter hæc, quibusq; ſuperiorem nutricato.Plurimumq; aquæ quæ morbum creauit,propinato,uētrem uti permoueat,multumq; demittat.ſic enim potiſſimum ſanabis.Si uero tibi uideatur,ſic ſubluito, Cneori triti dimidium acetabulum,mellis tertiū,betæ cremoris quatuor acetabula commiſceto,quo ſubluito,poſtridie lactis aſinini decocti melle & ſale conſperſo octo acetabula propinato.poſt uero purgationē quibus & ſuperior utitor.dieſq; inter hos cibis iiſdē poculis,deambulationibuſq; utitor.Qui ſic curatus tertio uel ſexto menſe morbo hoc liberatur.ſi uero negligatur,citoq; non curetur,cito perit.medeliſq; iiſdem emaciatum curato,corpus eius primū fomentis madefacito,medicamētis uti magis auſcultet,quare ſtatim curato.ſi minus, cum multis hic morbus conſeneſcit, Sicq; utrū uelis horum morborum ſubluito.duo uini albi acetabula cotulaſue mellis dimidiū,olei tantūdem,nitri quadrantē,ſucci ægyptii tantūdem, cucumeris ſiluatici foliorū ſucci cotulā acetabulūue,& in noua olla commiſceto, calefacito & exprimito percolatoue,ſicq; ſubluito. Morbus autē iecoris hepatitiſue bile atra gignitur,cum iecur ea petit.qui morbus per auctumnū cum annus mutatur,potiſſimum ingruit.qui ſic afficit,iecur grauiter dolet, coſtæ poſtremæ,humeri,iugulum clauiſue,mammæ,præfocatur, bilemq; liuidam quandoq; uomit,Primos autē dies leniter friget,feruetq;, iecurq; ſi tangatur dolet,color liuidus fit,cibaria ſtrāgulāt,ſi penetrāt,accendūt, uentriculumq; ſubuertūt.quæ per exordia patitur,ſed morbo procedēte,febris dimittit, paucis cibis cōpletur,dolor iecoris ſolus remanet,qui modo creſcit, modo relaxat,qñq; repēte uehemēs obrepit,crebroq; animū intercipit.cum dolet, hæc cōferūt,ſiqua alia calefaciētia quæ laterū dolori dātur & apponūtur. cū uero labor remiſit,multa calida lauato,mulſumq; uel uinū albū dulce uel aſperum utrū horū conferat ꝓpinato . Quæque laterum morbo correptus,forbeto,cū uero dolet,hoc propinato,luteū oui gallinacei decoctū tritū cū ſolani ſucci & mulſi cū aqua dimidia lāce cotulaue,quod dolorē ſedabit, ſi minus, quotidie dato,donec ſedet, uel ſuccū laſſaris herui q̄ttitate cū origano trito uino albo dilutū ieiunus potato,uel medicamenta quæ doloris cauſa morbo laterū dantur ſuppotato.Capræ lac deinde potato cū tertia mulſi parte,quatuorque acetabula ſingula mane ꝓpinato.cū aliud nō bibet cibiſq; dū morbus decernit abſtineto.q ſeptē diebus ad ſummū futurus nec ne ſit mortalis, decernit. Si uero præfocet,mel,ſal,acetū cū aqua in olla noua calefacito, ramuliſq; origani capitati cū fructu miſceto,tepidūq; uti uomat,dato.ſtrangulis deīde totū,dōec ualde ſudet,cōtineto,cūq; uomere uolet, prōpte pēna ꝑ uocādo uomito.ſin aūt uomere nō poſſit,mulſi tepidi duo acetabula ſuppotato,ſicq; uomito.ſiq; biľ qd uel pituitæ uomat,poſt q̄tuor horas reficito,ꝑderit ei.Poſtq̄ uero morbus d̄creuit,ſic nutricato,cibaria pauca & pura dato. ſi uero

Curatio ſublauatioq;.

Hepatitis unde.

Medela quæ.

Doloris remedium.

Præfocationis medela.

ſi uero panem expetat, calidum purumq; comedito, ſi pultem mazanue, non tritam multumue ſubactam atriptonue porrigito prius decoctam & ſubactã, carnemq; catulinam uel columbinam uel pullaſtrinam decoctam elixamue. Piſces, muſtelam gattamue piſcem uulgo dictum galeonue, torpedinem narcenue, paſtinacam trygonaue, raias paruas battidaſue decoctas omnes, quotidie lauato, frigus caueto. quæ ſi ſeruentur, morbus hic qui difficilis & longus eſt, non redibit. Secũdo hoc iecoris morbo hepatitideue, dolores graues per eadem, ſimiliterue iecur premunt. ſed color qui in hoc peculiaris eſt, a priore differt. Morbus autem hic per æſtatem potiſſimum gignitur carnis bubulæ uoratione uinolentiaq;, quæ hoc tempore iecori infenſiſſima ſunt, maximeq; bilem iecori admouent. qui ſic afficit, continua ſerie grauiter dolet, quod nũquam dimittit, ſed ſemper magis premit. Luteã bilem quandoq; uomit, quod cum fecit, meliuſcule habere uidetur, ſi non uomat, bilis oculos petit, luteoſq; ualde facit, pedeſq; quandoq; turgent. quæ quãdoq; magis quãdoq; minus patitur. cum uero dies trãſierint, quibus hic morbus decernit, minus laborat, ſi nihil erret. quem ſicuti priorem nutricato curatoue. qui ſi præter modũ tempuſue potet coeatue quidue aliud nõ commodum faciat, ſtatim iecur tumet, dureſcit, ſalit, dolet. Qui ſiquid feſtinet, ſubito iecur corpuſq; totum laborat. Cum ſic habet, primiq; dies tranſierint, hunc foueto, deinde ſcamonio ſubter purgato. Si uenter combuſtus ſit, quibus priores, ſubluito. quod bene faciet, poſt lauationem, lactis aſinini decocti melle cõſperſo potis octo cotulis ſubterpurgato, deinde caprini lactis decocti tres quatuorue cotulas mulſi triente uel melle ſolo conſperſo mane propinato, lacq; equinum quo & aſininũ modo dato. qui morbus ſic curatus ſi exeat, ſatis eſt. ſi minus, de uena interiore cubiti dextri ſanguen mittito. Si uero tibi non uideatur lacte aſinino purgare, bubulo purgato, cuius crudi duas cotulas mulſi triente conſperſo quotidie decem dies propinato, deinde duodecim alios dies ſextante mulſi conſperſo dato, deinceps cotulas duas lactis ſolius donec pingueſcat, dato. ſi ne ſic quidẽ ſedetur, qua maxime iecur tumebit & extabit, ſurculis fuſiſue buxeis oleo feruenti tinctis urito, uel fungulis myceſiue lineis octo, & apponito donec tibi bene uideatur & uſiſſe. quod ſi nanciſcaris, ſanabis, deincepſq; melius deget. qui ſi non uratur, cœteriſq; non ſaneſcat, tabeſcens peribit. Cum uero tertius hic iecoris morbus hepatitiſue ſubit, cœtera languens patitur, quæ priores, color nigreſcit, nigricatue, chole felue iecoris pituitæ ſanguiniſq; completum & uti putamus rumpitur. quo facto ſtatim furit, ſuccẽſet, perplexe loquitur, uti canis latrat, ungues rubeſcunt, nihil cernit, capilli eriguntur, uehementer febrit. quæ prioribus, huic dato. plærique tamen undecimo die pereunt, pauci ſiquidem euadũt. Lienis uero morbus ſpleniticiſue ſolis calore gignitur, cum lien motu bilem trahit, quæ ſic afficit uehemẽter per morbi exordia febrit, quo procedente dimittit, præter lienem, qui ſemper calet, ſæpeq;

Maza. *Atriptos.* *Hepatitis ſecunda.* *Medela.* *Hepatitis tertia.* *Chole.* *Splenitis.*

uehementer uenter iliaq; dolitant. Cibaria uero per exordia suscipit quidē, sed non ualde demittit. Quo procedente color luteus fit, uehementer dolet, iugulum clauesue emaciantur, cibaria non uti per exordia suscipit, paucis complectur, lien eodem die & crescit & decrescit. Cum sic habet, hūc & ueratro & cocco cnidio subterpurgato, post uero purgationem uesperi lenticulæ cremoris acidioris tria acetabula sorbeto uel betæ pinguis acetabulum farina conspersa, postridie autem & tertio panis parum dato, lentemq; cum suilla carne contrita, uinum nigrum asperum meracius paulatim potato, diesq; hos quiescito, paulum tamen intus in umbra deambulato, deinceps uero panem cibariū porrigito. Carnem maiusculi catelli uel ouis uel capræ tritam salsamentumq; gaditanū uel saperdē salsaq; acria acida acerbaq; oīa porrigito. Coū uinū subacerbum nigerrimum potato, dulcia pinguia omentosa, lassar, allium, carnem porcinam recentem uel salitam, mugilem anguillam, nullumq; holus crudum decoctumue sine aceto dato, tamen radiculam & apium cum aceto porrigito, farinamq; uino conditam sorbeto, uinumq; meracius potato, si autem uelit, panem calidum uino tinctū comedito, pisces uero scorpiō, draconta, coccyga, cobion, callionymon decoctos frigidos dato, quotidieq; lienē extenuantia porrigito. Semē asphodeli uel uisci ixiuue folia uel cornu capræ uel semē uiticis uel rutā uel mētæ radicē qđ horū uelis tritū ieiuno cū uino aspoppinato. si uero possit, trigīta dies ligna secato, sūmisq; hūeris luctator. die deābulato tardius cubitū ito. mane surgito. dictaq; comedito. Si uero liē his meliusculę nō habeat, fūgulis mycesiue decē magnis lineis urito, qua maxīe tumeat & extet. si em̄ uti expedit uras, sanabis, nō tamē celeriter. morbus em̄ hic multa curatione eget, Nam difficilis & lōgus est, nisi cito curetur. Lienis hic secūdus morbus iisdem quibus prior, gignitur. Sicq; afficit, uenter perfluatur, lien turget, durescit, uehementerq; dolet, color nigricat, luridescit, putaminis granati ferriq; similis redditur, maleq; & aures & gingiuæ olent & a dentibus discedunt, tibiæ ulcerantur, qualia epynictides, membra emaciātur, nihil oletat. Cum sic habet, hunc medicamentis eduliis, poculis, laboribus iisdem quibus priorem, curato. cumq; non oletabit, sic subluito, Cremoris betæ quatuor cotulis, mellis dimidium cotulæ, nitri ægyptii tali ouis quantitate triti commisceto subluitoq;. si uero morbus his non sistatur, lienem uti prius urito. quem si rite uras, sanabis. Lienis uero tertius morbus per uer potissimum gignitur, cum lien sanguinis repletur, uentremq; petit, lienq; mammæ clauis iugulumue scapulæ humeri uehementer dolitant, color autem corporis plumbeus fit, pustulæ in tibiis suscitantur. Quæ magna ulcera fiunt, primo cruenta uiolaceaue & dura demittit, lien uti lapis durescit. Magis hic letalis est, quā priores, paucique euadunt. Cum sic habet quibus priorem, & hunc curato. medicamenta tamen supra ne dato sed infra, postridie coccum cnidium lactisq; equini decocti cum melle cotulas octo propinato, si minus, bubulum caprinūq; similiter alternatim.

Medela. *Medela.* *Saperde.* *Quæ lienem extenuent.* *Lienis secundus morbus.* *Curatio.* *Sublauatio quæ.* *Lienis tertius morbus.* *Medela.*

alternatim. Post autem purgationem uesperi quæ priori, post medicamentũ dato. siq; uideatur, de sinistri cubiti uena interiore sanguẽ mittito. Cœteros autem dies quotidie ieiuno quatuor lactis bubuli cotulas muriæ trientæ misto dato. deinde quibus priores, curato nutricatoq;, Coitumq; & uinolentiam caueto. Quem ut priores si tibi uideatur, urito qua lien maxime tumeat. quem si rite uras, sanabis. qui si hac curatione non sanescat, cum tempore tabescens peribit. Morbus enim hic ualde difficilis est. Quartus hic lienis morbus per uer potissimũ ꝓrũpit, Cũ liẽ pituitam ad sese trahit, magnusq; subito durusq; fit, deĩde residet, cũ tumet uehemẽter dolet, cũ residet nõ. Qui morbus cũ inueterauit, lãguescit, marcescitue tñ qñq; subito liẽ tumet, qñq; repẽte residet. Cũ sic habet, ꝑ morbi exordia cibaria nõ suscipit, citoq; emaciat, corpusq; ualde male temperatur. Qui morbus nisi cito curetur, uel sponte resideat, cum dimisit, post quinq; sexue menses reuenit, qui per hyemem potissimum dimittit, Quem si per exordia sumas, decem lineis ad lienem urito, & cito sanabis, si nõ uras, medicamẽtis, cibis, poculis, laboribus, quibus priores, curato, sic enim cito sanabis. Color huius exalbidus est, subluteus squalidusq;. Quintus lienis morbus per auctumnum atra bile potissimum fit, multo etiam olerũ usu potuq; aquæ. Qui cum capit, sic afficit, Lien ualde dolet, friget, feruet, non comedit, lien non ualde crescit sed durescit, & intestina petit uexatq;. Cum sic habet, medicamentis, cibis, poculis, laboribus, quibus priores, hunc curato. Qui si tibi se præbeat, sicuti priores urito. qui morbus cito curatus multis cito prodit. Morbus autem hic Arcuatus icterosue, cũ quatuor sint, per æstatem bilis motu præcipue corripit, quæ sub cute capiteq; sistitur, quare corpus statim decoloratur, luteũq; & granati putamini simile fit, sub capillosq; capitis uti squamulæ sunt, lutei oculi fiunt, friget, feruet, luteum mingit cum sedimento crasso subluteoq;, cũq; ieiunus est, cor & intestina uexant, cũq; quis loquitur petitq;, ægrefert, excandescit, nec patienter audit, luteum albumq; & olidum demittit. Cum sic habet, hic quarto & decimo die fere perit, quos si fugiat, sanescit. quem sic curato, Cum febris remisit, multa calida lauato, mulsum propinato, ptisanæ succum cum melle cum ea non decocto sorbeto, dum quatuordecim dies transeant, qui letalis ne sit morbus decernunt. post hæc quotidie bis lauato. primoq; paucis quæq; maxime petet, pascito, deĩde plura dato, plurimumq; de die uinum album propinato. siq; tibi uideatur tẽpore procedente luteus & non ualidus esse, post cibum (uti supra habet) uomito. qui si his sedetur, satis est. si non, ueratrũ potato. Post hanc purgationẽ uesperi pultem mazanue mollem teneramue panisue interiora comedito, pullumq; gallinaceum cum cæpa, coriãdro, sesamo, caseo, sale, decoctum, & uua passa alba, uinumq; album asperum peruetustum potato. uentriculumq; inferiorẽ subterpurgato. postridie ciceris albi cremoris cum melle duas cotulas propinato tres dies, deinde cum his aquã decoctã, fœniculi radices tenuiter cõcisas,

Lienis quartus morbus.

Curatio quæ.

Lienis quintus morbus.

Medela.

Icteros arcuatus ue morbus primus.

Medela quæ.

Maza.

Ciceris albi cremor.

Decoctam aquã considerato.

quantum tribus digitis capitur. quatuor aquæ ſextariis, donec dimidium re/ maneat, coquito, ciceris albi ſextarium ſimiliter coquito, deinde utrãq; cola/ tam miſceto ſubdiuatoq; uinumq; hac aqua diluito, ſi uelit, ſolam hanc aquã potato nec aliam. ſi uero hunc potum auerſetur, ſic hoc paratum dato, caricas albas ſextarii menſura, quatuor aquæ ſextariis coquito, deinde colato ſubdiua toq;, Quam ſolam uel cum uino ne plus cotulæ dimidium potato, ne uentrẽ citaret. quotidie & hæc optima ſunt propinare, cum uini albi ueteris cotula tritum cucumeris ſemen, apii, fœniculi, cuminum æthyopicum, adianton, co/ riandrum herbam, uuam paſſam albam. ſi hæc uel illa potet, iuuabitur, citoq; ſaneſcet. Secundus autem hic arcuatus morbus icteroſue per hyemem corri/ pit. temulentia uel frigore prius quidem friget, deinde feruet, nam corporis humiditas ſub cute cogitur cũ corpore, quod ſic habet, his patet, corpus eius liuidum & ſubdurum eſt, uenæq; quæ per corpus tenduntur, luteæ ſunt, maio reſq; & craſſiores q̃ prius. quædam etiam aliæ uenæ per corpus tendunt ſuba/ træ, quas ſiquis ſecet, ſanguis luteus defluet de luteis, de nigris niger, nec præ pruritu corporis ueſtium cõtactum patitur. qui cupit illuc & huc diſcurrere, ſed crurum debilitas non ſinit, ualde ſitit. Morbus autem hic minus letalis eſt q̃ prior, plus tamen durat, niſi primis diebus ſaneſcat cureturue. ſin autem hic morbus producatur octauuſque nonariuſue fiat, & in morbum conci/ dat, morbus & dolor magis premit, qui ſurgere ſtareque nequit, multi/ que hoc tempore ſubito pereunt. Cum ſic habet, ſi per morbi principia hunc adeas, cum iam ſeptem dies tranſierint, ueratro potionato, uentriculumq; in/ fra ſucco uti priorem, ſubterpurgato, medicamẽtaq; & cœtera alia dato. Præ terea quotidie bis terue quatuor cantharidas ſine capite haliſq; tritas dimidia uini albi cotula dilutas, melle puſillo cõſperſas ꝓpinato. ſi uero morbus pro/ cedat, balneis & fomentis curato. Quæ appetat, comedito, uinum album aſpe rum potato, cœteraq; quæ priori porrigito. Morbus autem hic longus & dif/ ficilis eſt, niſi per exordia rite curetur, Tertius autem morbus arcuatus pro/ pterea communis epidemioſue dicitur, quoniam omni tempore corripit. qui plenitate temulentiaq; præcipue gignitur. Cum uero friget corpus, oculiq; ſtatim ualde lutei fiũt, ſub capilloſq; & ungues morbus progreditur, friget, len teq; feruet, corpus debilitatur, caput dolet, luteum & craſſum mingit. Mor/ bus autem hic arcuatus icteroſue minus q̃ priores letalis eſt, citoq; curatus ſa/ neſcit. Cum ſic habet, cubiti uenam pertundito, ſanguenq; mittito, poſtea fo/ ueto & elaterium propinato, tertioq; die lacte aſinino ſubterpurgato, cœte/ raq; ſorbimenta, pocula, cibaria, quæ priori, dato, caput ſæpe purgato, tepida propinato, multa calida lauato, carnem tritam cum uino albo propinato, cœ/ teraq; quæ prioribus facito, & cito ſaneſcet. Quartus uero morbus arcuatus per hyemem pituita maxime fit. Color huius albus eſt, pectus pituita comple tur, cum album ſpuit, ſingultus obrepit, craſſum & album mingit cũ farinaceo ſedimento.

Caricarum decoctũ quale uideto.

Potio alia.

Secundus arcuatus.

Quales in hoc morbo uenæ.

Medela quæ.

Cantharidæ.

Tertius arcuatus Epidemio cur dicatur.

Morbi cauſa.

Curatio quæ.

Quartus regius morbus.

ſedimento. Morbus autem hic arcuatus icteroſue letalis non eſt, citoq́ʒ ſi cure/ tur, ſaneſcit. Cum ſic habet, cnidium granum huic propinato, poſt purgatio/ nem ptiſanæ ſucci melle conſperſo quatuor cotulas ſorbeto, ſuperiorem uen triculum uomitu ſicuti prius purgato, Sic enim facile pituita de pulmone & arteria deducitur, crebroq́ʒ gargariſſato, Quandoq́ʒ hic lente febrit, horretq́ʒ, quem ſicuti priores, medicamentis iiſdem, fomentis, balneis, ſorbimentis, po/ culis, cibiſq́ʒ curato. ſic enim præcipue ſanabis. Stupor typhoſue hic mor/ bus uocatur. qui per æſtatem cū canis aſtron ſurgit, corripit. quo bilis per to/ tum corpus agitatur, ſtatim grauiter febrit, æſtuatq́ʒ & præ grauedine, debili/ tatur, manus & crura nulli ſunt uſui, uenter perturbatur. Quæ demittit male olét, maxime torquetur. hæc patitur, ſiquis eum erigat, ſtare nequit, præ æſtu oculis nihil cernit, ſiquis eum interroget, audit, ſed præ labore nequit reſpon/ dere. cum uero periturus eſt, acute cernit, audacter loquitur, potum & cibū pe tit, quem ſiquis det, ſtatim niſi uomat, animo linquitur. Morbus autem hic ſe/ ptem uel quatuor & decem decernit diebus, Plæriq́ʒ & ad quartum & uigeſi/ mum tranſcurrunt. quos ſi fugit, ſaneſcit. quibus diebus ſit necne letalis mor/ bus declaratur. Cum ſic habet, hunc ſic curato, primis diebus ne lauato, ſed ui/ no & oleo in cubili linito, cibaria ne dato, ſed tenues ſorbitiones frigidas, ui/ num nigrum, aſperum, ſi conferat, potato, ſi non, album, aſperum, dilutius. Si uehementer præ æſtu ſitiat, multum potato & uomito. quæ bis terue dein/ ceps facito. cū æſtus habet, Lintea gelida aqua tincta qua maxime æſtuat uri/ turue, ponito, Si corpus horreat, quæ refrigerant, demito. cū ſic laborat, ma/ xime periclitatur, ne eo dolore repente animam emittat. quare ſumma celeri/ tate medicamenta doloris cauſa quæ laterum morbo correpto, dato. Cum ue ro reſipiſcat, ſtatim cibo, potu balneiſq́ʒ reficito. morbus enim hic difficilis eſt, pauciq́ʒ diffugiunt. Secundus autem ſtupor typhoſue malum eſt. quod omni tempore corripit corporis humiditate, cum humida cibaria multumq́ʒ potum carnes ſorbendo flaccidæ fiunt. malum enim hoc ex his maxime gigni tur. Tertiana quartanaue per exordia capit & incipit. Caput ualde laborat, quandoq́ʒ & corpus, qui cum dimiſit, ſputum uomit, crebroq́ʒ nauſeat & eru/ ctat, pupulæ oculorum dolent, uultus totumq́ʒ corpus & pedes quandoq́ʒ tu/ ment, pectus & ſcapulæ quandoq́ʒ dolitant, uenter perturbatur, uix torueq́ʒ ual de tuetur, multum & ſpumoſum ſpuit. quod quandoq́ʒ faucibus hæret & ex/ aſperat, præfocatq́ʒ eum, ſæpeq́ʒ fauces inflammantur. cum ſic hunc labor pre mit, quandoq́ʒ uehemens ſpiritus anguſtia uexat, ſæpeq́ʒ repēte præ labore ſpi ritum animamue agit emittitue ſeptem uel quatuordecim diebus, multi & in uiginti quatuor producunt, ſæpe repente morbus dimittit, ſanuſq́ʒ eſſe uide/ tur. quare donec uiginti quatuor dies tranſeant, obſeruato, cuſtoditoue. quos ſi fugiat, non fere perit. Cum ſic habet, farinam decoctam cum melle conſper ſo ſorbeto, uinum nigrum dilutum paulatim cum uoluerit, potato. Cibaria

Medela.

Typhos unde.

Medela.

Qui æſtus leniantur.

Typhos alter.

Medela.

priusq̃ hi dies transeant, ne porrigito, deinde polypos uino decoctos comedito, iusq; sorbeto, multasq; radiculas raphanidasue comedito, semenq; cardami tostum tenuiter tritum cribratum cum farina uino aspero decocta mane potato. Donec hi dies transeant ne lauato, sed uino cum oleo tepido in cubili linito, multumq; tractato, uinumq; nigrum cum quo pæoniæ decem baccæ decoctæ sint, propinato, naposq; siue rapas cum non salito caseo, papauere, lassare, sale, oleo & aceto coquito, hocq; ius propinato. Si uero medicamẽtum potare uelis, coccum cnidium propinato, postq; purgationem, tria farinæ pinguis acetabula sorbeto, uinum idem potato, Quicquidq; medicamẽtorum, sorbitionum, potuũq; dabis, siue singula, siue plura simul, profuerit. sicq; cito sanabis. morbus tamen hic difficilis est, paucíq; fugiũt. Tertius uero stupor typhosue tũc gignitur, cum bilis putrefacta per uenas & articulos sanguini miscetur, sistitq; quod potissimum in articulis fit, quandoq; & toto corpore, doloresq; graues præbet, multiq; hoc morbo claudi fiunt, cum bilis in articulis relicta durescit, dolorq; qui cessarat, tres quatuorue dies superuenit. Cũ sic habet, hunc sic curato, cum dolor corpus uexat, oleo linito, calefacientiaq; linimenta ponito, qui dolor cum cessauit, ueratrum cum totum corpus præfoueris dato, postridie uero serum capræ decoctum cum melle & sale, quod sic conficies, duo seri congia feruere facito, quorum altero mel, salem altero adiicito, calicemq; inde alter ne propinato, donec totum potauerit. post purgationem uesperi lentis cremorem, betæq; pinguis farina conspersa mensura acetabuli sorbeto. deinde pulli gallinacei uel columbæ uel turturis uel ouiculæ uel suis carnem pinguem comedito. ueratrum autem sexto quoq; die dato, siquaq; articuli tumeant, nec discedat, cucurbitulam admoueto, tricuspideq; acicula compunctis genibus sanguen trahito, si genua tumeãt, cœteros autem articulos ne pungito. dies autem intermedios cibum hunc porrigito, panem percoctum, pultem mazanue conditam psætenue carnemq; pullastrinam uolucrinamq; assam non salitam, si minus decoctam iure maceratam, caseoue sesamo, saleq; conditam, Piscibus uero carnosissimis assis sicuti carnes utitor uel decoctis cum origano, oleo subunctis. uinum autem album, si conferat, potato, si minus, nigrum. per dies uero mane & post cœnam deambulato, serum autem & lac, si tempus ferat, semper potato. si uero tibi uideatur, & lac asininũ decoctum dato. qui si sanescat, multum & frigus & æstus caueto, cibariaq; nõ multa sumito, ne morbus redeat. qui sic curatus sex mensibus sanatur, tot enim mensiũ spatio sit nec ne mortalis hic morbus decernit, & si cito curetur. difficilis enim est, & cũ multis simul moritur. Quartus uero stupor typhosue malum, est quod pomorum tempore gignitur, cum quis multifariam iis completur. multis tamen hic morbus factus est, cum libi, placentæ, sesamiq; multum cœteraq; mellita & dulciaria inexplebiliter comedissent, mel enim decoctum æstuosum est, uentriculoq; affigitur, postea cum digeritur, in uẽtriculo feruet, uenter statim

Potio quæ. *Typhos tertius.* *Medela.* *Potio quæ.* *Maza psæsta.* *Typhos quartus.* *Morbi huius causa.*

uenter ſtatim tollitur,& tumet,accenditur,diſrumpi uidetur,deinde uenter ſu
bito defluit,cūq; ſemel defluere cœpit,multos dies purgať.plurimi poſt hāc
purgationem ſaneſcunt.Cum ergo ſpōte purgatus ſedatur,lentis ſucci tria ſe/ *Medela.*
miſextaria cum ſale potato,poſt uero ſucci purgationem ueſperi lēticulæ cre
morem inſalitum,frigidum acetabuli menſura ſorbeto,uel laſſar cum pingui
beta farina conſperſa multum decoctum inſalitum acetabuli menſura dato, ui
num autem nigrum aſperū paulatim potato.deinceps eadem facito,cibariaq;
dato,panem percoctum,pultem mazanue pſæſten conditamue maxime.dein/ *Maza pſæſta.*
de primos dies farinam coctam ſparſo melle comedito , uinum autē acerbū,
nigrum potato.donec morbus ſiſtatur,hæc facito.Qui uero pomis hoc mor/
bo corripitur, perflatur,torquetur,dolet,cibaria non demittit , uenter turget,
dureſcit,friget,feruet.Cum ſpōte uenter mouetur, dies uiginti cum minimū
purgatur,quæ purgatio cum ſedatur,ſaneſcit. ſi non purgetur,ſucco hyppo/
pheos coccoue cnidio purgato,ſponte purgato hæc ueſperi dato . Poſtridie
uero ſi febrit,quieſcito,paulumq; uini eiuſdem cum aqua gelidiſſima propi/
nato,ſi non febrit,cibis non humidis ſed ualentioribus nutricato,cibariaq; re/
ſpectans deambulato. multis tamē hic morbus in aquam ſubtercutem hyderō
ue tranſiuit,Quare ſi tibi uideatur,quibus aquantem hyderiontaue,lauato, uel
thapſiam tritam cotula mulſi ſubactam,hacq; ſubluito.qui ſic curatus cito ſa
neſcit. Quintus uero typhos gignitur,cum humor corporis putreſcit,nimiſ/ *Typhos qũitus.*
ue ſicceſcit.quare qui hoc morbo laborat,perhumidus eſt,ſubluteus, tranſlu/
cidus,ueſicæq; lotii plenæ ſimilis uidetur,niſi quod non turget,ſed macilen/
tus eſt,ſiccus,& debilis , claueſq; præ cunctis in corpore potiſſimum emaciā/
tur & uultus,oculi autem ualde cauantur.morbo quidē hoc hæc patitur, cor/
pus nigricat,cauſa eſt,cum uenulas cutemq; bilis atra ſubit,ſuperq; his,cū ca/
lor ſuperuenit.Quo neceſſario uenulæ accenduntur ſicceſcūtq; adeo, ſanguē
per eas uti non fluat.Languens ergo hæc patitur,emaciatur,oculi non nictant
conuiuentue,muſcaſq; & uillos per ueſtem ſtrangulaq; captat,cibi grauať ma
gis quam ſanus,lucernæ extinctæ odore lætatur,crebro per ſomnum pollui/ *Pollutio deam-*
tur,& cum deambulat,ſemen genitale ſæpe progreditur exitue . Cum ſic ha/ *bulantis etiam.*
bet,ſuperiorem uentriculum ueratro nigro purgato, ſed inferiorē ſcamoniæ *Medela.*
ſucco,poſt uero purgationem quæ cœteris,dato,ſerum bouis lac uel capræ
ſuo tempore lac aſininum coctum uti ſubterpurget.qui ſic curatus biennio fe
re ſaneſcit.cibaria quæ uolet,porrigito.plurimum comedito . cibaria reſpe/
ctans deambulato.morbus hic maiorem annis uiginti capit . cum autē cepit,
per morbi principia niſi curetur,non deſerit , niſi uiginti anni tranſeant , ſed
hæret,poſtea nōnullis ſi curentur,exit.morbus em̄ hic perdifficilis eſt. Cōuol *Conuolulus*
uoli hileiue mala hæc uocantur . quæ his de cauſis potiſſimum fiunt, cū quis *hileoſue.*
hyeme calido & humido nutricatu utitur,cibariaq; reſpectans non deambu/
let ſed ſatur & plenus uſq; dormiat,ſubitoue per gelu longum iter facere co/

gatur,ſubterq́ oſſa frigeant.qui ſic afficit,corpus totum inflatur, color plumbeus ſubrepit,ſemperq́ adeo friget uti ſiquid calidum admoueatur,non ſentiat,corpuſq́ eius calida perlutum leuigatur ſquamulaſue remittit, ſcortum præſertim. quod ſi digito premas,cedit.quod tibi os demõſtrat.Cũq́ bibit, perfringitur debilitaturue,crura graueſcunt,ſi deambulet,labant tremuntue,ſi cliuum aſcendit, ualde anhelat,ulnæq́ uti onus ſuſpendi & pendere uidentur, per noctemq́ ualde ſitit.cibariaq́ quæ comedit,cruda demittit.Cum ſic habet,hũc foueto,cneorõq́ uel hyppopheos ſuccũ uel cnidiũ coccũ ꝓpinato, poſt uero purgationem.quæ prioribus dato.poſtridie uero lac aſininum decoctum ſale conſperſum duorum ſextariorum menſura quotidie bis propinato.panem ueſperi carnemq́ ouillam decoctam comedito.polypoſq́ nigro uino coctos cremoremq́ ſorbeto.deinde lentem ſic paratam dato, lentis cotulam decoctam terito,farinam,laſſar,ſalis,aceti,allii paulum,caſeum tritũ, puleiumq́ boni odoris cauſa ſupermittito,commiſceto,cum aqua bis terue ferueto,ne nimis craſſeſcat,curato. deinde refrigeratum, diffuſumq́ porrigito. Dies uero medios & ſexto quoq́ die uomito,crebroq́ ante hoc & medicamẽta foueto.tertio quoq́ die,ſi conferat,lauato,ſi non,linito,ſi poſſit,cibaria reſpectans deambulato,deinde ſambuci folia conuſſæq́ conyzæue ſemper tenellæ decocta comedito.ſic enim curatus melius deget morbuſq́ annuo ſpatio deſeret.plæriſq́ tamen iam ſanatis poſt duos annos reuenit, quare ſi redeat,eandem medicinam adhibeto,ſi uero poſt tertium annum redeat, nõ tumet ſed gracileſcit & emaciatur uultuſq́ primum magiſq́ q̃prius, exalbeſcit, quandoq́ his hyderos in uentriculo fit,quod ſi cadat,ne ſecato, periret enim, ſed iiſdem quibus aqua de liene laborãtem,curato.quod per exordia facito. ſi non,tam cito non ſanabis,morbus enim hic multa eget curatione, difficilis cum ſit. Conuoluolus autem hic ſecundus hileoſue per æſtatem maxime capit,paluſtribus locis,ſed potius aquæ potu,multi ſub ſole uerſantes morbum hunc capitiſq́ dolorem conceperunt.Quare quæ priores,patiũtur, præter colorem,qui corticis granati ſimilis his redditur,quandoq́ oculi morbi arcuati complentur icteruue.Cum ſic habet, quibus priorem & hunc curato, decoctumq́ ciceris albi cũ uino propinato,caputq́ tetragono purgato. minus q̃ prior hic lætalis eſt,conuoluoluſq́ arcuatus hileoſue icterodes dicitur. Tertius hic conuoluolus hileoſue quibus & priores afficit,per auctumnumq́ concipitur.malo autem in hoc hæc cadunt,os male olet, dentibus gingiuæ diſcedunt,ſanguis de naribus manat,quandoq́ & in cruribus ulcera prorũpũt, quorum quædam ſaneſcunt,quædam repullulant,colore nigro,cuteq́ tenui, qui & deambulare & laborare cupit.Cum ſic habet,quibus priores, hunc curato, hiſq́ ſubluito,cucumeris agreſtis folia quinq́ tenuiter terito, mellis dimidiũ acetabulum oleiq́ tantũdem commiſceto,ſalis manu plena decocti betæ quatuor cotulas,quæ ſubter dato, poſtea lactis aſinini decocti cotulis octo cum melle

Curatio. *Sambucus.* *Conyza.* *Malum hoc reuenit.* *Conuoluolus arcuatus hileoſue icterodes.* *Curatio.* *Tetragono purgat.* *Cõuoluolus cruẽtus hileoſue hæmatites.* *Medela.*

melle ſubterpurgato, per anni tempus idoneũ & lac bubulũ quadraginta dies potato, mane duo acetabula cotulaſue cũ tertia mulſi parte quotidie propinato. Morbus autẽ hic multa eget curatione, ſi non, non exit abitue ſed commoritur. conuoluulus autẽ hic cruentus uocatur, ſiue hileos hæmatites. Mala uero quæ craſſa dicuntur, potiſſimũ his fiunt, cũ pituita biliſq; in corpore miſcetur, uentriculũq; petit, qui tumet attolliturue, quæ una tanq̃ unda ſupra & infra currunt, quo friget feruetq;, caputq; dolet, qui dolor cum ad inteſtina peruenit, ſtrangulat fere, bilemq; acidã quando uomit, ſalſam quãdoq;, quam cũ uomuit, os amarũ remanet, latera coſtæue rubent. quoniã pituita cũ in uentriculo eſt, ſanguis calore coactus coſtas petit, rubefacit, calefacitque, ſcapulæ curuantur, corpus nuſquã, tanquã totũ ulceratũ ſit, tangi nõ ſinit præ dolore, caroq; præ dolore ſalit, teſtes cõtrahuntur, ueſica ſedeſq; calet, craſſumq; ſicuti laborantes morbo aquæ ſubter cutẽ hydropeſue, mingit, capilli capitis defluunt, pedes ſemper frigent, collũ, ſcapulæ, coſtæ maxime dolent, per cutem ſemper quid currere ei uidetur, morbuſq; nunc premit, nunc laxat, quo procedente continentius premit, cutis capitis dureſcit rubeſcitq;. Qui hæc patiendo ſex annos perficit, multus poſtea ſudor oliduſq; defluit, ſæpe per ſomnũ ſemen genitale ſubcruẽtũ ſubliuidũue proiicit. qđ malũ ſolis calore uel aquæ potu gignit̃. Cũ ſic habet, nũc cneoro uel cnidio cocco uel hyppopheo ſubterpurgato, deinde lactis aſinini decocti cotulas octo melle conſperſo propinato, poſtridie uero poſt hanc purgationẽ, quæ cœteris, porrigito. primos uero dies quæ morbo aquæ hyderoue correptus, comedito, ſi poſſit, deambulato, ſi non, quieſcito, ſi uero per febrem comedere non poſſit, lenticulam ſorbeto, uinumq; nigrum q̃aſperrimum potato. morbus autem hic per auctumnum pomorumq; tempus maxime corripit. qui ſi curetur, ſexto anno ſanatur, ſi non, ad decimum uſq; progreditur. cum multis etiam niſi curetur, moritur. Craſſum autem hoc malum ſecundum fit cum bilis in capite conſtitit, iecurq; petit, ſicq; afficit, iecur tumet, præcordiaq; hic tumor uexat, caput, tempora, aures, oculoſq; dolet, ſæpeq; acute nec uidet nec audit, horrorq; & febris ſupercapit, quæ p morbi exordia modo plus modo minus fiunt, morbuſq; quo plus inueteraſcit, tãto magis corpus laborat, pupillæq; oculoꝝ hebetant̃, quibus digitũ ſi admoueas, nõ ſentit, qm̃ nõ uidet, nihil enim digito admoto nictat, quo dignoſcas eũ nõ uidere, q ſiqd uideat, qſqlias pediculos ratus in ſtragulis captet, cũq; magis p̃cordia iecur uexat, deſipit, ſibiq; feræ mõſtraq; alia præ oculis diuerſare uident̃, homineſq; armatos pugnare, ſeq; inter eos, tanq̃ pugnas & prælia uideat, loquit̃, ꝑgredit̃, ſiqs uetet, minat̃, ſi ſurgat ſtetue, crura tollere neqt, ſed recidit, pedes eius ſemp frigẽt, cũ dormit p ſomnũ exilit, cum inſomnia formidoloſa uidet, terretur, quod hac re dignoſcimus eum inſomniis exilire terreriq;, nam cum reſipit, inſomnia quæque fecit, narrat, quæ ſic patitur, quandoque totum diem noctemque mutus iacet, multũq; anhelat,

Craſſa mala.

Morbi cauſa.

Medela.

Craſſum malũ ſecundũ quãtopere uexet aſpice.

cum autem non desipit, statim resipit, siquis se interroget, respondet, dictaq; omnia agnoscit, deinde paulopost eodẽ recidit. Morbus aũt hic tũc ꝑcipue prorũpit, cũ quis peregre ꝓficiscit̃, uel deserta loca peragrat, uel phasma imagunculãue aliquã uisam timuerit, qui & alias etiã fit. Cũ sic habet, dulci uino quinq; ueratri nigri obolos ꝓpinato, uel his lauato, nitrũ ægyptiũ ouiculæ tali q̃ꝫtitate tritũ, mellis optimi oleiq; dimidiũ acetabulũ cũ betæ decocto mẽsura quatuor cotularũ calefacito, subdiuato, tepidoq; subluito, uel si uis ꝓ betæ decocto lac asininũ decoctũ cõmisceto, hocq; siue febriat siue nõ, subluito. deĩde ptisanæ cremorẽ cũ melle sorbeto, melq; aquã, acetũq; cõmisceto, donecq; morbus decernat, potato. q quatuordecĩ diebus sit nec ne mortalis, decernit cũ lõgissime. multis tñ hic morbus cũ abisset, reuenit. q si redeat, periculũ est ne pereat. qui septem diebus sit nec ne mortalis, decernit. quos si fugiat, nõ fere perit, sed si curet̃, plæriq; sanescũt. q cũ cessauit, optime nutricato, placideq; ingerito q̃ uẽtriculus suscipiet, ne urat̃ arescatue neue fluctio uẽtris supueniat, caueto. nã utrunq; periculosum est, quotidie aũt lauato, post cibaria modice deãbulato, uestẽ leuẽ mollẽq; amicito, lac & serũ p anni tẽpus qnq; & quadraginta dies potato. q̃ si faciat, cito sanescit, morbus aũt hic difficilis est, multaq; curatione eget. Tertiũ uero crassũ malũ pituita putrefacta gignit̃, quod ructus indicat, nã radiculas olet. malũ aũt hoc de cruribus auspicatur, deinde uẽtriculũ petit & intestina, q̃ murmurãt uomitũq; acidæ putrefactæq; bilis agũt. q cũ uomuit, sese nõ habet, postea ad intestina defluit. quãdoq; repente tam grauis dolor caput uexat, uti præ grauedine non audiat nec uideat, multusq; & olidus sudor scaturiat, præcipue cũ dolet, morbiq; requiẽ facit, color eius arcuatus fit. morbus autem hic paulo minus q̃ꝫprior mortalis est. Cum sic habet, uentriculum inferiorem hyppopheo purgato superiorem ueratro, caput tetragono cum ueratro purgatus est, postridie lacte asinino decocto purgato. tertio uero quarto & quinto caprino cocto. dies autem uiginti bubulum crudum uel caprinum tertia mulsi parte commista sextariũ propinato, post autem purgationem infra medicamentorum quæ hydero detentis, porrigito, deinceps cũ lac potauerit, panẽ percoctũ comedito, pisces, scorpion, uel callionymõ uel coccyga uel frustulũ raiæ cũ cõdimẽtis decoctũ, carnes uero ouiculæ uel pulli gallinacei decoctas, uinũ autẽ si conferat, albũ potato, si minus nigrũ asperũ. deinde post cibũ deambulato. ne frigeto. si huic cibaria dicta non cõferant, ptisanã miliũue sorbeto. si triginta dies huic morbo difficili transeant. qui sit nec ne mortalis, decernunt, lãguẽs sanescit. Quintum uero crassum malũ fit, cum alba pituita longa febre in uentriculo consistit, de uultuq; auspicatur, qui tumet, deinde uentriculus corpusque sicuti laborarit, delassat̃, uẽtriculusq; ualde grauat̃ laboratq;, pedesq; turgẽt. si pluat, pulueris odorẽ non sustinet, si in pluuia stet, terræq; odorem sentiat, repente concidit. morbus autem hic etsi crebro cesset, diutius tamen durat, tardiusq; tollitur.

Phasma morbi huius causa.

Medela quæ.

Tertium crassum malum unde.

Medela.

Quintũ crassum malum unde.

tollitur.quem uti hyderon curato,fomentis,medicamentis,defatigationibus, cibisq́ .Morbus autem hic sex annos fere detinet,deinde cũ tempore rite curatus sanescit.qui si per exordia non curetur,difficilis redditur, multaq́ curatione eget. Coxẽdix autem ischiasue de his præcipue causis & aliis gignitur, præterea multis,si diutius quis sub sole uersetur & eat,coxendicesq́ calefiant, ischiaue,humorq́ horũ articulorum & aliorũ æstu siccescat cogaturq́. quod sic esse coniector,languens enim flectere mouereq́ hos articulos & alios præ dolore,qui inest,nequit.digiti compinguntur,lumbos,uertebras quæ secundum coxẽdices sunt,maxime dolet,coxẽdices,inguina,genua,grauis & æstuosus dolor uexat,siquis eum attolat motetue,præ dolore uehemẽter gemit clamatq́,quandoq́ neruorum distẽtio spasmosue frigus & febris superuenit. coxendix etiam bile,pituita,sanguineq́ gignitur,tanquamq́ omnibus his malis laboret,similiter dolitat,quandoq́ etiam friget,leniterq́ febrit. Quare sic eũ qui hunc morbum sole concepit, curato.Corpus eius fomentatione madefacito,cibaria,pocula,cœtera quæ dantur,tepida,liquida,humidaue,decoctaq́ dato.cibo uero paneue & pulte mazaue atripto non multũue subacta & molli utitor.uinum album aquosum potato,corpore quiescito,si surgere stareue possit,quotidie parum deambulato,non multaq́ lauato,cũq́ tibi bene habere uideatur,corporeq́ hudus esse,placide leniterue multum foueto,quod magis liquefaciet,humoremq́ in articulis coactum educet.deinde postridie Cnidium coccum propinato,si non iuuet,hoc subluito.cumini dimidium acetabulum,cucurbitam paruam solidam non concisam in mortario terito diligẽter cribratoq́,minæ quadrantem nitri rutuli ægyptii triti,hæc in ollam iacito,olei acetabulum,uini albi tantũdem,mellis dimidium supermittito , cũq́ betæ decocto,dum satis crassum erit,coquito,deinde linteo percolato, mellisq́ attici,si mel concoquere nolis,acetabulum commisceto,uel mellis optimi cuius uis,si atticum non habeas,cum trulla coxeris , si lauatio crassior sit q̃ꝫ oporteat,uinum idem crassitudinem respectãdo superfundito, hocq́ lauato. deinde si oporteat,tres usq́ dies purgato,si uero plures dies purgetur, tria bubuli capriniue lactis acetabula propinato,deinde betam pinguiter conditam sine sale comedito.multi tamen hoc morbo claudi fiunt.Si uero morbus hic bile gignatur,ueratrum scamoniæue succum uti per inferna purget, propinato.post purgationem,ptisanæ duo acetabula cum melle sorbeto. postero autem die tertioq́ cum foueris,lacte asinino decocto purgato.uesperi autẽ pinguis betæ cum farina decocta duo acetabula comedito,uinum autem album dilutum,aquosumue dulce & nunc & post medicamenti purgationem potato.Si uero pituita langueat,cnidio cocco uel hyppopheo cum foueris potionato.post uero purgationem,sorbimenta poculaq́ eadem lactisq́ potionẽ porrigito,dies uero post hoc uictu quãleuissimo utitor.Si his iuuet,sat est. si minus,fũgulis cãtharidisue ossea,carnea uero ferramẽtis multis lineis & altis

Curatio quæ.

Coxendicis dolor.

Medela.

Maza atriptos.

Lauatio quæ.

Biliosus morbus.

Pituitosus.

Sanguineus. perurito. si uero sanguine lãgueat, foueto, cucurbitulamq; admoueto, uenasq; poplitum aperito, si tibi uideatur, & cnidio grano potionato, uictuq; siccissimo utitor, uinum ne potato, sed si petat, q̃ minimum dilutissimumq; dato, parumq; deambulato, sed si possit, plurimũ. quod pituita laboranti confert etiã. si uero stare nequeat, quauis causa laboret, crebro per cubile uolutato, ne chartilago humore intus coeat. quod si cadat, necessario claudicabit. Si autem uelis sanguine laborantem subluere, sanguen pituitamq; de coxendice uti deducas, his lauato, salis triti quantum manu capitur, oleiq; cotulam in hordei decoctum mittito, hocq; tepido duarum cotularum mensura subluito. qué si sic cures, celerrime sanabis. Morbus tamen hic difficilis nimium & longus est. *Tetani tres.* Tetani tres. si uero super uulnere neruorum distentio tetanosue fiat, malæ mentumq; compinguntur, os nequit aperire, oculi lacrimant contrahunturq;, scapulæ compinguntur, manusq;, spinam, crura conflectere nequit. cum uero letalis est, cibum potumq; per nares reiectat. *Curatio.* Cum sic habet, hũc foueto, pinguiq; ad ignem perungito, calida superponito, deinde absinthium uel lauri folia uel hyoscyami semen tritum uino albo subigito, & in ollam nouam mittito, tantũdemq; olei cum uino superspargito, calefacito, multoq; & calido caput & corpus perungito, deinde carnem fascia *Embates.* embateue in superiora trahito, uestimentisq; mollibus purisq; conuoluito, & in cubile reclinato, donec ualde sudet, mulsum deinde tepidum, si bibere possit, per os, si minus per nares infundito, uinumq; album q̃ suauissimum & plurimum propinato. Quæ quotidie donec sanescat, facito. Morbus auté hic difficilis est, celeriq; curatione eget. *Opisthotonos.* Distentio autem neruorum in posteriora opisthotonosue similiter afficit fere, uti prior. qui fit, cum prægrandes nerui ceruicis angina uel uuæ morbo tõsilisue purulentis afficiuntur. de capite quandoq;, cum febris superuenit, dolor neruorum conuulsioue siue spasmos fit. quin & uulneribus euenit. Hic autem in posteriora trahit̃, distendit̃q;, præq; dolore scapulas & pectora gemendo dolet. qui adeo conuellit̃ distenditurq;, uti qui adsunt assistũtue uix eũ cótineant, quin de cubili saliat. qui per eũdem diem quandoq; melius quandoq; *Curatio.* peius habet. Cum sic habet, quæ superiori, & huic porrigito, facitoq; morbus autem hic cum longissime quadraginta dies durat. quos si fugiat, sanescit. *Tetanos tertius.* distẽtio autem hæc neruorum tetanosue hic tertius causis iisdem quibus priores gignitur, sed minus letalis est. plæriq; tamé in posteriora cadétes hũc morbum ceperunt. qui sic afficit, corpus totum conuellitur, primo quidem circunuagatur, deinde tempore procedente in cubile decumbit, cũq; labor spasmosq; remisit, surgit, paucosq; dies similiter deambulat, postea rursus in iisdem doloribus iacet. qui hæc patitur, crebro mutatur, siquid comedat non *Medela.* demittit nisi uix & combustum. quod si in pectora resiliat, præfocat. Quem si q̃bus priores cures, cito sanabis, ptisanæq; cremore tenui cũ melle subluito.

De comitiali

DE COMITIALI SACROVE MORBO SERMO TRIGESIMVS SEPTIMVS.

Quem Hyppocratis esse Galenus negat, uiri tamen non penitus ignari dicit esse. Nam Hyppocratis stilum sententiarumq; acumen non sapit, inquit.

m Orbus quidem sacer uocatus sic habet, diuinius sacratiusq; cœteris morbis nihil mihi habere uidetur, nam eãdem naturam unde gignitur quam cœteri morbi habet, naturã autem causamq; diuinam quadam imperitia & admiratione homines in hoc esse putarunt, ꝙ nihil commune nec simile quo dignoscatur, cum cœteris morbis habere uideatur, diuinumq; nescioquid in hoc seruari & inesse medendi quadam imperitia censuerunt, siquidem expiamentis excantationibusq; medentur & dissoluunt. Si uero diuinum malum hoc ideo putetur ꝙ in sese diuinum quid mirandumq; habet, certum est esse plurima mala quæ mira eorũ natura diuina putanda forent non minus, & non unum, quæ nemo diuina esse ducat, sicuti nunc demõstrabo. Diurnæ enim febres aphemeriniue tertianæ quartanæue mihi nihil minus diuinum habere uidentur, diuinoq; numine fieri q̃ hoc, siquidem homines iis correpti subito nulla patenti causa desipiunt furiuntq; multaq; non oportune peragunt, quin & multos dormientes lugere uidi, nonnullos clamare, quosdam strangulatos, de stragulis quosdam exire, desipiendoq; cursitare dum expergiscerentur, deinde sicuti prius resipiscere, quãuis palliduli debilesq; redderentur. quæ non semel sed sæpius uidimus, multaq; alia fieri, quæ narrare longum esset. Mihi quidem hi homines uidentur qui primi hoc malũ consecrauerunt fuisse sicuti nũc sunt Circulatores Magiue expiatores excantatoresq; & ostentatores arrogãtes, talesq; homines qui se sanctos religiososq; admodum fingunt, proptereaq; multa scire. qui cum nescirent qua ope hoc tolerent, siqui liberarẽtur diuinitus actum prædicabant, ne eorum inscitia pateret, sibiq; ipsis tuta uia medica quid tentabant, partim expiamentis excantationibusq;, balneorum ciborumq; multorum abstinentia, siquidem mandabant marinis his piscibus tanq̃ non commodis ut abstinerẽt, mullo, melanuro, mugili, anguilla, Carnibus uero capræ, cerui, porci, suis, Auibusq; his, pullastris, colũbis, turturibus, auritis otidisue, quæq; ualentiores esse putantur, Holeribus autem menta, cæpa, allio, nihil enim acre non ualenti cõducit. uestimentum præterea nigrum ne uestirent, nigrum enim quid mortuale esse dicebant, nec in caprino corio cubarent, nec gestarent pedem super alterum, manumue super alteram posuisse morbi huius medicinam impedire dicebant. quæ cũcta diuino quodã ꝑtextu ꝓponebãt, plus uti scisse uiderentur. deĩde causas alias addebãt, uti si sanarẽtur, maior eorũ auctoritas & dexteritas

Comitialis morbus.

Cur hoc malũ nõ magis diuinum quam alia putandum sit.

Quid cætera faciant.

Magi.

Quæ uetarent.

esset, si periret, tuto sese defenderet, cū dei causa essent, nō ipsi. medicamētū præterea nullū qđ comederet uel potaret, dabāt, nec balnea tāgere sinebant, tanq̃ noxium esse uideretur. Quare puto nullos eorum, qui libyæ mediterranea colunt, si hoc morbo corripiantur, posse ullo modo sanari, siquidem stragulis, uestimentis, calceisq; & caprinis carnibus utuntur, cum nihil horum nisi caprinum habeāt, pecoraq; alia nisi caprinum bubulumq;. Deus igitur auctor causaue non est, si hæc data uel non data morbum & augent & demūt, nec expiationes prosunt, sed medicamenta si uorent uel potētur prodesse uel obesse possunt, quæ diuinam potentiam hinc auferunt & obscurant. Quare mihi nec hi homines morbum hunc sacrum esse uidentur putare, qui his rebus tolli putauerunt. nam quod tales expiationes tollunt, nihil prohibet & aliis artificiis medicamentisq; tolli uel immitti. quare potius humanum esse hoc putandum est quam diuinum. siquis enim expiamentis, carminibus & excātationibus uel alia re malum hoc abigit, diuina nō dicitur hoc ope fecisse sed humana. quod homines hi propterea fingunt, plusq̃ cœteri uti scire putentur. sicq; homines decipiunt, castitatem integritatemq; præseferentes. Plurimus his sermo de deis est, mihi quidem non de pietate sicuti rentur sed impietate uerba facere uidentur, deosq; nullos putare. nam horum pietas impietas est non sancta, sicuti docebo. si enim se scire profitētur, Solem lunāq; obscurare, tempestates, tranquillitatem, pluuias, siccos æstus inducere, mare terrasq; perturbare, multaq; his similia, cunctaq; se scire prædicant. siue sacris, siue re quauis alia hoc asseuerent, mihi quidem uidētur nec deos putare, nec si sint, quicquam posse, nec prohibere posse quin summa scelera committantur. quare mihi graues in deos esse uidentur. Cum enim quis magica aliaue arte solem lunamq; obscurat, deducitq; tempestatem & serenitatem inducit, nunquam hoc diuinum putarem, sed humanum. Qui enim potest diuiua potentia mente humana superari seruaq; fieri? quæ fortasse non sic habent. sed cum homines uita egent, cūcta tentant & moliuntur, & ad plæraq; alia & ad hunc morbum singulosq; alios causam in deos referentes, nec semel sed sæpius hoc inculcant. si capras imitētur, belent mugiantue uel in dextram conuellantur, matrem deorum causam esse aiunt. si uero grauius contentiusq; clament, equo comparant, Neptumnumq; auctorem esse uolunt. sin autem quid oleti cōpareat, quod sæpe morbi ui plærisq; cadit, nullum tortuosum nomen ponitur. si uero tenuius crebriusq; gallinæ modo demittant, Apollo nomios auctor est. si spumā ore mittant, calcibusq; terram feriant Mars causam habet. siqua somnia, terrores, metus, cœteraq; talia per noctem in cubili patiantur, siue ex eo fugiant & exiliāt, Hecates insidias & heroum insultationes aiunt esse. quare piamentis carminibusq; utuntur, sicq; uti mihi uideor, diuinum numen impium non sanctumq; reddunt. nam hoc morbo correptos, sanguine cœterisq; piaculis conuoluunt uel nefarios aiūt esse uel ab hominibus potionatos uel nefariū scelus aliquod commisisse.

Libes cur nō sanarentur ab hoc morbo.

Quare non diuinum malum hoc sit.

Quales uenefici.

Quare hec finguntur.

Quibus deis hæc tribuant.

Apollo nomios pastoralisue.

commisisse. quos contra facere decuit sacrificare, precari, sacraq; ad tépla ducere, deos rogare. nunc autem nihil horum faciunt, sed expiant purgãtue, purgamentaq; & expiaméta partim terra condunt, partim in mare proiiciunt, partim in montes asportant, quo nemo tangat, nec eat, Quæ oportuit ad sacra tépla deferre, deoq; dare, si quidem deus auctor est & causa, deo quidem hominis corpus coinquinari non censeo, cum sit impurissimum ab castissimo purissimoq;. quin siquis coinquinetur, quidue committat, deos se purgare cupit, purumq; & castum reddere, non coinquinare. siquidem dei sunt, qui cuncta scelera nefasta perpurgãt & emundant, tutamenq; nostrũ sunt, deisq; nos terminos lucosq; sacros dedicamus, quos nemo non purus & castus intrat & ablutus, non scelere coinquinatus, quin siquod scelus commisimus habemusue, sic piamus. quæ piamenta sic mihi habere uidẽtur. Malum uero hoc nihil mihi diuinius sacratiusue habere uidetur quam cœtera mala, sed eandem & naturam & causam qua gignatur quam & cœtera mala. natura quidem & causa huius diuina est, sic & cœterorum, medicabileq; non minus est quam cœtera mala. nihil enim est, quod tempore medicamẽtisq; nõ tollatur, tametsi ualidius sit quam medicamenta, quæ porriguntur. Malum autem hoc sicuti cœtera generatim auspicatur & incipit, nam si de pituita, pituitosum erit hoc malum. si de bile, biliosum. si de tabe, tabificum. si de liene, lienosum. quid enim prohibet fœtũ eodem morbo generari quo parentes laborarunt? quoniã corporis partes omnes ad genituram conferunt. sani de sanis gignuntur, morbosi de morbosis. Præterea signum aliud argumentumue magnum habemus, morbum hunc non esse magis diuinum quã cœteri, pituitosis enim natura fit, non biliosis. qui si diuinior sanctiorue cœteris esset, omnes æquo modo corriperet, nec pituita bilisue discrimen faceret, sedenim huius morbi cerebrum causa est, quemadmodum & aliorum magnorum omniũ. quo uero modo quaq; de causa fiat, clarius dissertabo. Cerebrum quidem hominis bipartitum duplexue est quemadmodum & cœteris animalibus, quod membrana quædam tenuis per medium distenta diuidit, propterea non semper eadem capitis pars dolet, sed modo hæc modo illa, quandoq; & totum. Præterea uenæ plurimæ tenuissimæq; de toto corpore caput petunt, Duæ quidem crassæ magnæue. quarum una de iecore, de liene uenit altera. quæ de iecore, sic habet, pars eius inferiora petit, dexteramq; partem secundum lumbum renemq; dexterum coxæq; interiora, peruenitq; in pedem, Cauaq; uena dicitur. secunda uero superiora petit, per dexteras uenas partesq;, pulmonemq;, Cuius pars in cor scinditur, dextrũq; brachiũ, clauẽue, cœtera uero pars superiora petit, per iugulum, dexterasq; faucium partes, & colli, cutemq; ipsam uti compareat, secũdumq; aurem delitescit, quo loco scinditur, quodq; crassissimum maximum cauũq; maxime illius est, in cerebrum desinit. tenuissimum autem in dextram aurem, oculum, aurem. Venæ quæ ab iecore ueniunt, sic habent. Quæ autem uena de

Qui derideat hos piatores uide.

Qui deorum cultus.

Malum hoc medicabile est.

Pituitosos tantũ comitialis morbus uexat.

Cerebrum huius causa quale sit.

Duæ magnæ uenæ.

Vena iecoris.

Vena lienis.

liene uenit,ſiniſtra ſupra & infra preſtat,ſicuti quæ de iecore, ſed tenuior debiliorq; eſt,per quas uenas plurimum ſpiritus trahimus, quæ noſtri corporis ſpiracula ſunt,ſpiritumq; & aera ad ſeſe trahũt,ac in cœteras corporis partes tanq; per tubulos mittunt,per uenulaſq; refrigerant & emittunt, ſpiritus enim nuſquam conſiſtit,ſed huc & illuc perfluit,ſiqua enim conſiſtat uel intercipiatur,pars qua ſiſtitur,debilitatur.ſignum autem hoc eſt, ſicui ſedenti uel iacenti uenulæ comprimantur,ſpiritus uti non perfluat,confeſtim torpeſcit.De his quidem uenis ſic habet,morbus autem hic pituitoſis nó bilioſis fit.qui adhuc in matris locellis exiſtenti principium ſumit. Cerebrum enim priuſq; edatur, ſicuti cœtera membra,purgatur,floret, creſcit.quod ſi bene modiceq; purgetur,nec plus minuſue quam oporteat,defluat,caput ſaniſſimum hic habebit.ſi uero pluſquam oporteat,cerebrum deliquet,morboſum & tinnitus ſonituſue plenum , cum adoleuerit,caput habebit,ſoliſq; & algoris impatiés.Si uero de una aliqua parte defluat,utpote uel oculo uel aure uel uena aliqua confringatur,ſic afficitur,uti deliquatio fuerit.ſi uero non purgetur ſed in cerebrum relabatur,pituitoſus erit neceſſario.Quibus autem pueris puſtulæ ulceraue per caput,aures,corpuſue pullulant,ſaliuoſa,muccoſaue ſint,melius æſtate procedente degent,pituita enim hac emittitur & purgatur, quæ in matris locellis debuit.Qui ſic purgantur,morbo hoc non fere corripiũtur.qui uero puri,mũdi nitidiue ſunt,quibuſq; nullum ulcus,ſaliua muccuſue prodit,nec in matris locellis hæc purgatio facta fuit,periculum eſt,ne hi hoc morbo corripiantur, ſi uero defluxus hic cor petat,tremuli,ſpiritu anguſto,pectore nó ualido,quidam & giberoſi fiunt.cum enim frigida pituita cor pulmonéue petit, ſanguis refrigeratur,uenæq; hac ui refrigeratæ in cor pulmonéq; reſiliunt,corq; propterea ſalit,quare difficultas anguſtiaq; ſpiritus ſuſcitatur,ſpiritũ enim superuenientem & calidum non ſuſcipit,ſed per uenas ſpargit,dum pituita detinetur.quo palpitatio ſpirituſq; anguſtia pro copia ceſſat.nam ſi multũ defluat, tardius,ſi parum,citius.ſi quidem illi defluxus cerebri multi crebriue ſint, crebrius & hi corripiuntur.quæ patiuntur,ſi cor,pulmonemue petant. ſi uentré, uentrem citant.Si uero quis horum meatuum claudatur,uenaſq; quas dixi fluctio petat,muteſcunt,ſtrangulanturq;,oſq; ſpumeſcit,dentes cohærét, manus conuellũtur micantue,lumina uertuntur,nihil ſentiunt,quidam & oletát.quæ modo dextra modo ſiniſtra modo utraq; parte fiunt.quo autem modo horũ ſingula fiant,dicam.Sine uoce quidem eſt muteſcitue,cum ſpiritus uenas petens ſpirandi meatum claudit,quem nec in cerebrum nec in cauas uenas magnaſue nec etiam in uentriculos mittat,ſed ſpirationem intercipiat.nam cum quis ore naribusue ſpiritum ſuſcipit,primo cerebrum petit,deinde pars plurima uentriculum pulmonemq; & uenas pars aliqua,deinde per cœteras partes uenis diſpergitur,quantumq; uentriculum refrigerat & pulmonem, cœtera nihil.ſpiritus autem aerue qui in uenas concedit , cócedit & in uentriculos penetrat

Torpor cur.

Cerebrum in utero purgatur.

Tinnitus aurium unde.

Scabies et puſtulæ proſunt pueris.

Tremuli giberoſiq; unde.

Diuerſi huius morbi affectus.

netrat & in cerebrum, sicq; resipiscétiam sensumq; & agitationem mēbris præbet. quare cum uenæ pituita clausæ spiritum aeraue non suscipiunt, mutū nō sentientemq; hominem reddunt, manusq; uon ualidæ conuellūtur & micant. cum sanguis quiescat, nec uti consueuit, discurrat spargaturq;. Lumina autem oculiue uertuntur, cum uenulæ spiritu pulsante aereue clauduntur. os autē spumescit, cum pulmo spiritum non suscipit, sed spumescit, ac tanquam moriēs ferueſcit. stercus uero præ ui subducitur, cum languens præfocatur. quod fit, cum iecur & uentriculus præcordia petunt, uentriculiq; os stomachóue claudunt. quod fit, cum tantum spiritus quantum consueuit, os nō intrat. calcitrat autem, cum spiritus supra & infra per sanguinem prorumpens pituita nō permittitur exire, conuulsionem spasmonue doloréq; iniicit, propterea calcitrat. Quæ omnia patitur, cum pituita frigida sanguinem calidum petit, quem refrigerat sititq; cuius fluxus si multus & crassus sit, statim necat, sanguinem enim frigore superat cogitq;, sin autem multus non sit, statim quidem superat, spirationemq; claudit, deinde cum per uenas spargitur, sanguini qui multus & calidus est, miscetur, superaturq;, sic uenæ spiritum aeraue capiunt, resipiscuntq;. paruuli quidem infantes si hoc morbo corripiantur, plærūq; pereunt, si multa pituita superfluat & huda, tenues enim uenulæ paruæq; eam præ copia & crassitudine non capiunt, quare sanguis refrigeratus in unumq; coactus perimit, sed si pusilla paucaue sit, per utraq; uenas defluit, uel per alterā superest, signo relicto. nam os uel oculus distorquetur, uel ceruix manusue conuellitur micatue seu tremit qua parte uenula pituitæ plena superetur debiliteturq; & emacietur, quare necessario ea uenula debilitat, corpusq; ea parte. quod plærūq; longiore tempore prodest. non enim corripitur (si semel hoc signum reliquit) amplius propterea, cœteræq; uenæ necessario male habent, quadāq; tenus emaciantur, uti spiritum aeraue non suscipiāt, pituitaq; similiter amplius non defluit. siquidem ea membra uenis male habētibus imbecilliora esse par est. Si non adultis & non perfectis pusillum quid defluit, dextramq; petit sine signoq; supersunt, periculū est, ne coalescat, simulq; crescat, nisi medicina accommodata adhibeatur. Pueris quidem hæc uel simillima fiunt. sed adultos natuue grandiores non necat, cum superuenit, nec distorquet, nam eorum uenæ magnæ cauæq; sunt, sanguinisq; calidi plenæ, quem pituita superare refrigerare cogereq; non potest, sed superatur, sanguiniq; statim miscetur. sicq; uenæ spiritum aeraue suscipiunt, sensusq; & prudētia permanet, signaq; dicta minus propter robur fiunt. senes autem ideo si morbus hic capiat, necat uel stupidos læsosue reddit, quoniam eorum uenæ sunt uacuæ, paulumq; sanguinis tenuis & aquosi inest. si ergo multum fluat, tempusq; brumale tempestuosumue sit, perimit, nam spirare non potest, sanguinemq; si utrinq; fluat, cogit. si uero tantum altera, stupidum læsumue reddit, sanguis enim cū tenuis frigidus paucusq; sit, pituitam superare non potest, sed superatur cogiturq;, quare pars ea

Cur mutescant.

Cur oculi subuertantur.

Cur os spumescat.

Cur oletet.

Cur præfocetur.

Stomachus uentriculi.

Cur calcitrent.

Cur infantes hic morbus necat.

Cur adultos non tollit.

Cur senes perimit uel siderat.

Cur dexterã partem potius uexet hic morbus.

qua sanguis contabuit, debilitatur. Dexteram uero partem, quam sinistrã hic fluxus propterea consueuit petere, quoniam in ea uenæ maiores, capaciores, magis cauæ, pluresq; sunt q̃ in sinistra, quæ de iecore lieneq; ueniunt. Pueris uero maxime superfluit & liquescit. quibusq; caput sole uel igne calefiat, siue repente cerebrum horreat, tunc pituita excernitur, Calore enim & diffusione cerebri liquescit, consistentia uero & frigore excernitur, sicq; superfluit. quibusdam hæc quidem causa est, & fit, quibusdam uero, cum post aquiloné auster repente flat spiritumq; mu tat, cerebrumq; consistens repente debilitat, dissoluit, demittitq;, pituita uti redundet, sicq; defluxum facit. siquis etiam repéte metuat, superfluit. si quis clamante aliquo terreatur uel interim ploret, nec possit cito spiritum resumere, qualia pueris sæpius eueniunt. Quoduis igitur horum fiat, corpus repente horret, uocemq; languens amittit, muscitue, spiritum non trahit, spiritus quiescit, cerebrum consistit, sanguis sistitur, sicq; pituita excernitur superfluitq;. Pueris quidem causæ sunt hæ per exordia comitialis morbi epilepsiosue. senibus autem hyems infensissima est. Cum enim multo igne caput cerebrumq; calefecerint, deinde frigus petant, frigeãtq; siue de frigore teporem ignemue petant, eadem patiuntur, sicq; obnoxii huic morbo redduntur, quemadmodum dictum est. Periculum etiam magnum est, ne per uer eadem patiantur, si caput persoletur, per æstatem uero minime, nam tunc repentinæ mutationes non fiunt. Cum autem uicesimus annus transierit, morbus hic amplius non superuenit, nisi puericiæ coalumnus sit. quare paucos uel nullum corripit, nam uenæ sanguinis plenæ sunt, cerebrumq; consistit, morosumq; & acerbum est stryphnosue, pituita uti in uenas non superfluat. quod si faciat, sanguinem nõ superat, cum multus & calidus sit. si cui a puero coaluit, consuetudinem iam fecit, quo tunc præcipue corripitur, cum uenti mutantur, sed tunc potissimum, cum auster spirat. Cuius liberatio difficilis est, nã cerebrum humidius est, pituitaq; redundat, crebroq; destillat, pituitamq; adeo excreare nequit uti siccescat, sed madescit liquescitq;. Quod ex ouibus quis hoc morbo correptis, sed capellis præcipue, quæ sæpissime corripiuntur, cognoscat. quarum si caput aperias siccesq;, cerebrum humidum sudãs olidũq; deprehendas. quo liquido cognoscet, morbum hunc non Deum corpus uexare. sic & in homine habet. Cum uero morbus hic inueterauit, medicabilis amplius non est, nam cerebrum pituita consumitur & liquefit. quod autem lique factum est aqua fit, cerebrumq; foris circundat, crebriusq; hi & facilius corripiuntur, propterea uero morbus hic diuturnus est, quoniam tenue & multum est quod superfluit, sanguineq; statim superatur & calefit. qui uero iam huius morbi consuetudinem habent, cum aduentat, præsentiunt, cœtumq; hominũ fugiunt, domumq; se referunt, si prope sit, si minus, locum non frequétem petunt, quo pauci se cadentes uideant, statimq; se contegunt, morbi uerecundia, non (uti quidam putãt) numinis dæmoniiue metu. pueruli uero cũ cócidũt, primum

Quos magis petat, et cur.

Epilepsis.

Cur uer periculosum sit.

Qui cum labore tollatur.

Oues et capræ comitiales sunt.

Comitialis uetus non sanatur.

Quid casuri agant.

primum inassuetudine quo sors tulerit cadunt, deinde cum sæpius corripiuntur, morbum cum præsenserunt, confestim morbi timore sese ad matrem uel notum aliquem conferunt, pudorem enim pueri non dum cognoscunt. Mutationibus autem uentorum eos propterea dico corripi, præsertim austri deinde aquilonis, cœterorumq;. quod sic habet, qui uenti situ facultateq; ualidi cõtrariiq; ualde sunt, contrario etiam modo cœlum & omnia commouẽt. siquidem aquilo nubila discutit, cœlum spiritum aeraue serenat, limpidũq; & lucidum facit, similiterq; uenti omnes qui de mari cœterisq; aquis ueniunt, caliginem enim humidam omnium & hominum pellunt, propterea uentorũ omnium aquilo saluberrimus est, contra autem auster notusue facit, primum quidem spiritum aeraue strictum liquefacit & spargit, siquidem non statim uehementer spirat, sed primo leniter, quoniam non tam subito priorem spiritum aeraue compactum & densum superat, sed temporis spatio dissoluit. quod & per terras, mare, flumina, fontes, puteos facit, cunctaq; quæ gignũtur & in quibus quid humidi est, quod in omnibus plus minusue est. quæ omnia uenti huius flatum sentiunt, de limpidisq; turbulenta fiunt, de frigidis calida, de siccis, humida. quæq; dolia domi & in terra sunt, cum uino uel alio liquido liquoreue flatum austri sentiunt, speciesq; alias formasue sumunt, solemq; & lunam cœteraq; sidera hebetiora quam suapte natura sint, facit. cum hæc ergo tam magna ualidaq; tantopere superet & afficiat, quid mirum si eum corpora sentiant, mutenturq;. mutationibus ergo horum uentorum præsertim Austrinis cerebrum dissolui flaccescere madescereq; necesse est, uenasq; magis laxari & demitti, Septẽtrionalibus uero cerebri humorem consistere, morbosumq; & liquidum foras perlui. sic ergo horum uẽtorum mutationibus destillationes morbusq; hic fiunt pullulantq;. sicq; morbus hic nihil quã cœteri difficilior cognitu est & curatu, nec diuinior sacratiorue est, cum ex intrantibus exeuntibusq; constet, sciantq; homines solo cerebro nobis uoluptates, gaudia, risus, ludi fieri, doloresq;, molestiæ, curæ, luctus, quo maxime sapimus, scimus, cogitamus, uidemus, audimus, turpia, honesta, mala, bona, suauia, nõ suauia dignoscimus. quædam lege discernentes, quædam utilitate sentimus. quo uoluptates non uoluptates temporibus dignoscimus. quo hæc nobis placent, hæc non. quo furore agimur desipimusq;. timemus, metuimus, quædam per noctẽ & somnia, quædam per diem. nõ opportune erramus, curamusq; non curãda. quædam earum rerum quæ consistunt ignoratione, quædam desuetudine & imperitia. quæ omnia cerebro cum non ualet, patimur. sed cum suapte natura magis calescit, frigescit, humescit, siccescit, uel quid aliud præter naturã & cõsuetum patitur, præ humiditate quidem furore citamur & insanimus. cũ enim cerebrum suapte natura magis humescit, necessario agitatur, quod cum fit, uisus & auditus non quiescit, modoq; hoc modo illud sibi uidere & audire uidetur, linguaq; quæ singulis momentis uidet & audit, loquitur, quantumq; tem-

Quid uentorum mutatio possit.

Aquilo qualis et auster.

Mutatio uentorum quid possit.

Cerebrum causa omnium.

Cerebrum quando furiat.

Pituitosi biliosiq. furores quales.

poris cerebrum quiescit,tãtum quis resipiscit.cerebrum autem pituita bileq; corrumpitur,quæ utraq; sic dignoscas,qui pituita furiunt,quieti taciti q; sunt, nec tumultuantur,qui uero bile,clamant, maleagunt,semperq; quid importunum non probum & audax peragunt. si quidem continuo tenore furiunt,hæ sunt causæ.Si uero timent metuuntq; & terrentur,cerebri fit mutatione,quod bile calefactum motatur,quæ per uenas sanguinarias corporis cerebrum petit,metumq; eatenus iniicit,quatenus in uenas corpusq; redit,deinde quiescit. molestia cura & æstu quis afficitur,cum non opportune cerebrũ frigescit cõsistitue supra q̃ꝫ consueuit, Quod pituita facit. cum quis præterea obliuiscitur obliuiosusue fit,eadem causa est.qui uero noctu clamat & uociferatur,hoc fit,cum subito cerebrum calefit(quod biliosis non pituitosis euenit)cum sanguis multus per uenas dictas in cerebrum perfluit premitq;. cum autem quis formidolosum insomnium uidit,timet acsi uigilet,tuncq; uultus magis inflãmatur,oculiq; turgiduli rubent.cum uero quis timet,semper quid mali perpetrare cogitat,quod per somnum patitur,cum autem expergiscitur, resipiscit, sanguis per uenas prædictas dispergitur,cessat.Cerebrum in homine propter ea multum posse duco,quod nobis si ualet,nuntiat quæ per spiritum aeraue fiunt,prudentiam autem ei spiritus aerue præbet,oculi auté,aures,lingua, manus,pedes tanquam ministri cerebri cogitata perficiunt, tantum enim quodq; corpus sentit sapitq;,quantum aeris suscipit, prudentiæ siquidem cerebrum nuntiat,cum enim quis ad sese spiritum trahit,primo cerebrum petit,sicq; per reliquum corpus spiritus aerue spargitur,sed uigorem uimq; suam in cerebro relinquit, quicquidq; prudens, & mentem habet. nam si corpus priusquam cerebrum peteret,dignotionem in carnibus uenisq; relinqueret,cerebrũq; calidus non syncerus sed humiditate carnium sanguinisq; cõmistus peteret non defecatus.quare dico cerebrum prudentiæ nuntium & auctorem esse, præcordia uero quæ præ se mentem prudentiamue ferunt, casu quodam legeq; decora nomen hoc nanciscuntur,non natura.quam uim præcordia habeant, nescio uti sapere & cognoscere faciãt,nisi cum quis insperato gaudet,uel tristatur,saliunt,caloremq; præ tenuitate præbent, quodq; in corpore maxime tenduntur,sinusq; nullos habent,quibus bonum mel malum accedens suscipiant, sed ab utroq; horũ naturali imbecillitate perturbãtur. siquidé nihil priusq̃ꝫ cœtera,quæ in corpore sunt,sentiunt,quare frustra hoc nomen causamq; habent,tanq̃ꝫ cordi prætendantur,quemadmodum & quæ aures dicuntur nihil ad auditum conferunt, corde uero quidam nos sapere dicunt, quoniam hoc prius molestiam curamq; sentit,quod nõ ita habet,quare percellitur quidem uti & præcordia,quinetiam magis,quoniã de toto corpore uenæ eo tendũt, illicq; clauduntur,quare siquis labor molestiaue hominem petat,sentit, nã cũ corpus molestatur,necessario horrescit & contrahitur cõtenditurq;,quod etsi summopere quis lætetur,idé patitur,quoniã cor præcordiaq; hoc præcipue sentiunt,

Panoris causa.

Obliuio unde et uociferatio nocturna.

Spiritus aerue prudentiæ auctor.

Cerebrum prudẽtiam præbet præcordia non.

Cor cur non sedes prudentiæ.

Cordis præcordiorumq. proprietas.

ſentiunt. prudentiæ autem utraq; expertia ſunt, ſed Cerebrum horum omnium auctor eſt & cauſa, quemadmodum ergo cerebrum primum omnium quæ in corpore ſunt, prudentiam ſpiritumq; aeraue ſentit, ſic & ſiqua magna ſpiritus aeriſue mutatio per anni tempora fiat, cerebrum cum ſpiritu & aere mutatur. cerebrum autem propterea primum ſentit, quoniam mala grauiſſima letaliaq; contrahit, non peritiſq; maxime cognitu difficilia, decretorioq; non facili. morbus autem hic qui ſacer dicitur, cauſis iiſdem oritur, quibus & cœteri, hoc eſt rebus quæ accedunt & abeunt, quemadmodum eſt frigus, ſol, uentorum nunquam ceſſantium quieſcentiumue mutatio, quæ diuina ſacraue ſunt, nihilq; a cœteris differunt, quare malum hoc magis diuinum ſacrumue quam cœtera putandum non eſt, ſed humana cuncta diuina & ſacra eſſe cenſendum eſt, naturamq; & uim ſuam ſingula habent, nihilq; ambiguum eſt, quodq; medicina non tollat, plurima tamen medicinam non habent. quoniam cauſæ quibus gignuntur, latent, Nam eſt quod morbum nutrit, quod afficit, quod tollit, quæ Medicus noſcat oportet, temporiſq; cuiuſq; occaſioné dignoſcat, quod hoc ſi det, malum nutriet & augebit, hoc ſubducet & minuet. quãobrem & in hoc & in cœteris omnibus mala ne augeto, ſed cito retundito, porrigendoq; commutato quæ cuiq; maxime hoſtilia ſunt & contraria, non placitum & cóſuetum, quibus pullulat & creſcit. quod uero hoſtile eſt & contrarium, tabefacit & marceſacit, hebebatue ſiue retundit. quiſquis ergo mutationem hanc in hominibus cognoſcet, uictuſq; ratione poſſit, cum opus fuerit, hominem humefacere, ſiccare, calefacere, & frigefacere, hic & hunc morbũ curabit, ſine piaculis expiamentiſue & carminibus excãtationibuſue cœteriſq; huiusmodi circumforanis uaniſq; rebus, ſi tempora & conferentia dignoſcet.

Morbus ſacer unde.

Medicos quæ ſcire oporteat.

MORBORVM COMMVNIVM PASSIM VE VIGENTIVM ET EPIDEMIORVM HYPPOCRATIS LIBER SERMO VE PRIMVS ORDINE AVTEM TRIGESIMVS OCTAVVS

Vergiliæ.
Thasos.
Temporum uarietas.

P Er auctumnum autẽ æquinoctiumq; & sub uergilias in thaso pluuiæ multæ, lenes, iugesq; fuerũt, utpote spirante austro, hyems austrina fuit, septẽtrio parũ spirauit, pene tota sicca fuit, uerique similis. uer austrinũ & frigidũ fuit, parum pluit, æstas tota ferme nebulosa fuit, nihil pluit, etesiæ parum sparsimq; spirauerũt. cũ totũ hoc tp̃s ferme austrinũ siccũq; fuerit, pauci tñ ardẽti febre & æstuosa laborarunt, tametsi paulo ante uer septẽtrio cõtrarius spirauerit, tñ his oĩbus bñ stetit, sanguis de naribus paucis erupit, nec ꝓpterea peribãt, tubercula multis tñ scd̃m aures suscitabãt, parti altera parti utraq;, plurimi hoꝝ febre carebãt, nec iacebãt, qdã tñ paꝝ caluerũt, tñ oẽs euadebãt, nl'liq; suppurarũt, quẽadmodũ alia de cã extuberãtia, q̃dã eñ uana & fungida erãt, q̃dã magna & sparsa, nõ inflãmata, nõ dolẽtia. signo nullo relicto oĩbus euanescebãt. quæ fiebãt adulescẽtibus, iuuenibus, adultis, m'tisq; luctatoribus, & aliter exercitatis, paucis qdẽ fœminis. multos tussis sicca nihil educẽs uexabat, pauloq; post raucescebãt. qdã post aliqd̃ tp̃s. qbusdã testis alter uel uterq; cũ dolore ĩflãmabat̃, qdã febriebãt, qdã nõ. q̃ plæriq; laboriose trãsigebãt. cœtera uero q̃tũ ad medicũ sine labore morboq; degebãt. paulo qdẽ añ æstatẽ, & p æstatẽ qdã cũ lãguere cepissẽt, ĩ hyemẽ lõgiusq; cõsũpti deducebant̃, tabificiq; decũbebãt. si qdẽ cũ hoc añ qbusdã dubiũ eẽt, tũc cõfirmabat̃. q uero tũc p̃mũ lãguere cœpissẽt, natura his ĩ tabificũ defluxit, p'īmiq; hoꝝ q sic iacebãt, pibãt, siqs ãt modicũ tp̃s trãsegit haud scio, celerius eĩ pibãt q̃ hi cõsueuerit. cœtera uero lõgius ꝓducebãt, nã q febriebãt, facilius trãsigebãt, nec pibãt. de qbus scribet̃. solũ eĩ & maximũ maloꝝ, q̃ tũc fiebãt, tabes p'īmos necabat. mala uero hæc plærisq; fiebãt, febres horridæ, cõtinuæ, graueſue, nec pẽitus relaxãtes, sesqtertianus hemitritæosue talis modus erat. q alterã accessionẽ leuiorẽ, alterã grauiorẽ haberet, sed q̃ potius ĩ grauẽ tẽderet, semper nec p totũ sudabãt, plurimũ extrema frigebãt, q̃ uix calefierẽt, uẽtres lubrici erãt, pauca, biliosa, pura, uellicãtia, demittebãt, crebroq; ad stellã surgebãt, lotia uel tenuia, decolora, cruda, pauca erãt, crassaue, pusillũ nec bñ cõsistẽs sedimẽtũ hẽbãt, sed crudũ & nõ opportunũ, qdã parua q̃dã cõcocta paulatĩ crebro uix reglutinabãt & tussiẽdo emittebãt. qbus aũt uiolẽter ꝓrũpebãt, ne minimũ qdẽ cõcocta emittebãt, sed ppetuo cruda spuebãt, plærisq; uero hoꝝ ab exordio ĩ finẽ usq; fauces dolitabãt, cũ ĩflãmatiõe rubebãt, destillamẽta reumataue ꝑua, tenuia, acria defluebãt. q celeriter

Causos. *Tubercula secũdum aures.* *Quibus hæc fierent.* *Tabes cito perimebat.* *Hemitritæos.* *Lotia qualia.* *Reuma.*

celeriter emaciati liquefactiue maleq; affecti,nihil gustantes nec sitientes iacebant,plæriq; circa mortem delirabant.de tabificis quidem hæc. per æstatem uero & auctumnũ febres multæ,graues,continuæ,non uiolentæ, sed quæ diu molestarent,uiguerunt.cœtera uero difficilius non degebant. plurimi tamen aluo cita sine molestia transigebant,nihilq; fere lædebat, lotia uero plurimorum boni quidem coloris erant,puraq; & defecata sed tenuia, téporeq; post ea circa decretorium concocta,non ualde tussiebant,nec quæ extussirent,cum difficultate reglutinabantur,qui non impasti iacebant,sed quæ darentur,libẽter sumebant,qui cum tabescerent,tabificum tamen in modum omnino non afficiebantur,quidam in febribus horridulis parum supersudabant,quidã non stato circuitu per accessionem aggrauabantur, quædam penitus non deserebant,quidam per accessionem tertiano modo grauescebant, quibusdam cum breuissime uigesimo die,plærisq; quadragesimo,multis octogesimo decernebat,quosdam non stato circuitu & sine decretorio deserebant. plærosq; cum non diu febres deseruisset,redibant,post reditum eodẽ circuitu decernebant, multis autem sic producebantur,sub hyemem uti languerent,soli uero tabifici peribant ex his qui hoc statu scripti sunt, cœteris autem febribus non occidebant,sed facile & ferebant & transigebant.

Mala auctumnalia.

Tabes hæc qua

STATVS SECVNDVS SEGMENTVM QVE SECVNDVM

Paulo ante auctumnum in thaso tempestates præposteræ repentinæq; fuerunt cum multo septẽtrione & austro pluuiaq;,quæ usq; ad uergiliarum occasum & sub uergilias proruperũt. hyems uero septẽtrionalis fuit cum multa & magna pluuia,multæq; niues mistæq; serenitates fuerunt,quæq; frigorũ sunt, cuncta suo tempore uiguerunt.quin & post hibernum solis institium,cum fauonius incipit spirare,præposteræ magnæq; tempestates fuerunt, septentriones multi,niues,multæq; & iuges pluuiæ, cœlum procellosum nubilũq; fuit, Quæ ad æquinoctium usq; durauerunt. uer autem frigidũ,septẽtrionale, nubilum aquosumq; fuit.æstas æstuosa non ualde fuit,continenter etesiæ spirauerunt,statim uero circa arcturum cum septẽtrione multæ rursus aquæ.cũ hic annus ferme totus humidus,frigidus,septẽtrionalisq; fuerit, per hyemem tamen plurimi sane habuerunt & ualuerunt,paulo autem ante uer multi sane nõ degebãt.ꝑmũ lippitudines fluxæ,dolorificæ,hudæ, crudæ multis ĩceperũt, cũ sordiculis paruis duris, q̃q; uix euellerent,plurimis redibãt, sero ꝑ auctũnũ deserebãt.quin per æstatẽ & auctũnũ difficultas intestinorũ,uoluntas egerendi,leuitas intestinorum,fluxusq; uentris,cũ multis biliosis,tenuibus,crudis, lãcinantibusq; humoribus multos uexabãt,quosdã & aquosis,plurimos fluxus uẽtris dolorificus,biliosus,aquosus,ramẽtosus,purulẽtus molestabat,lotii strã

Status secundus.
Tharsis.

Solstitium hibernum.
Fauonius.

Ver quale æstasque.
Etesiæ.
Arcturus.

Ophthalmiæ.

Ventris fluores diuersi.

Stranguria. Vomitio. Sudor.

gulatio ſtranguriaue,non lumborum renumue uitio quoſdam uexabat.quibuſdam alia pro aliis eueniebant,uomitus bilioſi,pituitoſi,uentoſi, ciborum crudorum reiectatio,ſudores omnibus ubiq;,debilitas multa, plæriſq; hæc ſtantibus & non iacentibus nec febrientibus ueniebant,quibuſdam cõtra,de quibus ſcribetur,quibuſdam uero collecta humorum illa copia ſiue biliosa ſiue quæuis alia facile corrumpebatur ac in febrem putridam tabificamq; uertebatur, qui ſtatim febre corripiebantur.qui autem nondum febriebant, ſtando tranſigebant.quibuſdam uero ſupraſcripta omnia comparuerunt,cum labore tabidi decumbebant,cum autem auctumnus hyemſq; aduentaſſet, cõtinuæ febres uiguerunt,pauci uero horum ardenti febre uexabantur, ſed hæ potiſſimũ uagabantur diurnæ,nocturnæ,ſeſquitertianæ,hemitritæiue,tertianæ ueræ, quartanæ erraticæ,ſingulæ ſupraſcriptarum febrium plurimis euenerunt, ſed ardẽtes paucis, qui minus quam alii laborabant,nam ſanguis de naribus niſi paucis nec multus erupit, nec delirabant, cœtera cuncta bene ferebantur, decernebantq; ſtatoq; ordine,plæriſq; enim ſeptem & decẽ diebus uel deſerebant uel decernebant,nullumq; tunc in febre ardente uidi mortuum delirumue.tertianæ uero febres plures erant quam ardentes magiſq; laborioſæ,ſtato tamen ordine quartum poſt acceſſionem omnibus his ſeptimo circuitu penitus decernebãt,nulliq; reuenerũt.quartanæ uero plurimis per exordia quartanario modo cœperunt,quibuſdam autẽ nec paucis de febribus aliis & morbis ad quartanarios circuitus & abſceſſus res deuenit.longos quidem ac etiam longiores quã in his cõſueuit.diurnæ uero,nocturnæq; ac erraticæ multæ multos diuq; moleſtauerunt permanſeruntq; & his qui ſtarent,& qui iacerẽt, plurimoſq; horum febres ſub uergilias & in hyemem uſq; comitabantur,conuulſioneſq; ſpaſmiue multos uexabant,ſed magis pueros per exordia ac inſuper febriebant,ſuperq; febres conuulſiones ſpaſmiue fiebãt,longe quidem plæriſq; horum ſed innocue, niſi iis qui de aliis morbis male pernicioſeue haberent. cõtinuæ uero febres penitus nunquam deſerebant,ſed tertiano modo graueſcebãt, unãq; acceſſionem leuiorem alterã grauiorem adducebant,quæq; lenius cœpiſſent, omnium quæ tunc fiebant,uiolentiſſimæ longiſſimæq; erant,ſemperq; creſcẽdo & addendo cum maximis laboribus accedebãt,decretoriiſq; diebus aggrauabant,parumq; leuantes in peius redigebant,celeriterq; rurſus ex relaxatione uehementius redibant & aggrauabant,decretoriiſq; diebus plærũq; peius affiiciebant.parum autem omnes hi uel minimum & ſine ordine & errabunde frigebant,ſed in aliis febribus magis cœteri multum ſudabant,hi uero parum,nihilq; leuabantur,ſed contra lædebantur, partes autem extremæ multum frigebant,uixq; calefiebant,qui penitus non peruigilabant,nec rurſus ſomni marcore premebantur.qui omnes citam aluum & malam habebant,plæriq; peſſimam. lotia uero plærique horum uel tenuia, cruda,decolora micturiebant. poſtque tempus aliquod decretorie parum concocta uel craſſum quidem

Febres diuerſæ.

Quartana erratica planeteſue.

Quartana per exordia.

Spaſmos.

Tertianus modus.

Varietas mira.

Quæ aluus et lotia.

habentia.

habentia.turbulẽta uero nihilq; subsidẽtia nec matura uel pauca,mala,cruda, subsidentia,pessima hæc omnia.tussis uero febrem comitabatur,sed quam utilitatem uel læsionem ab hac nanciscerentur,non habeo,quod scribam. longa quidem horum plurima mala,molesta erant,ualdeq; inordinata, erratica, sine decretorioque & iis qui ualde male perniciosenq; haberent,& qui non.siquos autem paulum desererent,statim redibant.quibusdam autem & paucis octagesimo,cum breuissime decreuit.quibusdãq; horum reuenerunt, per hyemẽ adhuc uti plurimi languerẽt.multos sine decretorio deserebãt. similiter hæc ceciderunt,& iis qui supererant & q non.si uero multa mala iudicatio uariaq; morborum fiebat,cum aliquo maximo pessimoq; signo in finem usq; durante plurimi nihil gustabant,præsertim ii qui perniciosecœtera haberent,nec ualde non opportune in his febribus sitiebant.temporibus autem lõgis multisq; laboribus malaq; colliquatione superuenientibus his abscessus fiebant, uel maiores quam qui ferrentur,uel minores quam uti quicq̃ iuuarent. quare statim redibant,& in peius redigebant.hæc autem his fiebant, difficultas intestinorum,uoluntas egerendi,leuitas intestinorum,uentris fluxus, quibusdam aqua subter cutem.quæcũq; uero horum cum his & sine fierent,uel statim uiolenter tollebãt uel paruas pustulas quæ nihil iuuarent,excitabant,quæ nõ satis essent ad morborum insidias,quæ statim euanescerent,uel secundum aures marcide tumescebat,quod malum nihil leuaret præsignaretue.quibusdam morbi uis in articulos præsertimq; coxendices decumberet,paucis decretorie cessabant,statimq; rursus superati priorem statum habitumue repetebant, multiq; peribant,præsertim pueri lacte depulsi,maiores etiam his octo & decem annorum,quiq; ad pubertatem non dum peruenerant.quæ his fiebant, non sine iis quæ prius scripta sunt.priora uero multis sine his,solum uero,maximumq; & optimum signum de iis quæ fiebant, quodq; multos in maxime periculis iam existentes liberauit,hoc fuit,quibus res in lotii strangulationem uerteretur,superq; hoc abscessus fierent.qđ plurimis in his ætatibus accidit & aliis, qui in his morbis non iacebant,quibus subita magnaq; omnium mutatio fiebat,nam uentres prius lubrici statim pessime sistebantur, qui tamen libenter omnia gustabant,qui post hæc leniter febriebant,longaque & laboriosa lotii strangulatione uexabantur,qui multum,crassum,uarium, rubrum,muccosum. purulentum,cum labore micturiebant,Qui tamen omnes superearant,nec ullũ horum mortuum uidi.Quæcunq; non periculose suo tẽpore concocta exeũt, omnia undiq; num ne bonos decretorios abscessusq; habeant,cõsiderato. nam concoctus decretorii celeritatem portendit,certamq; salutem, cruda uero & concocta & in malos abscessus cõuersa uel malas iudicationes uel labores uel tpa uel mortes uel eorũdẽ reuersiones portẽdũt.qđcũq; uero hoꝝ est,de aliis cõsiderato,præq; cũctis q̃ prius facta sunt,dicito,præsentia cognoscito, futura ꝑdicito.hæc curato,duoq; hæc circa morbos exerceto,uti ꝓsis, uel nõ no

Tussis cum febre.

Varietas summa.

Ventris mala.

Qui potius perirent.

Stranguria.

Digesta crudaq; quid portendant.

Medici munus.

... medica ... ʃet.

... ones.

ceas, medica em̄ ars ex his tribus cōſtat, morbo, lāguēte, medico, Medicus miniſter artis eſt, Languentis aūt eſt, cū medico morbo reluctari. dolores capitis ceruiciſq; & grauedines cū dolore ſine febre cū eaq; ſpaſmos cōuulſioneſue portendunt, deliris celeres mortes, iis qui uirulēta uomuerint. ſed in febribus ardentibus cauſiſue cœteriſq; febribus ceruicis labor, temporum grauedo, caligatio oculorum, uel præcordiorum diſtentio cum dolore uel ſinē fit, de naribus ſanguis his erumpet, capitis totius grauedo, cordis uellicatio & æſtuatio quibus eſt, bilioſa pituitoſaq; ſuperuomunt. quod pueris plærūq; euenit, quibus potiſſimum conuulſiones ſpaſmiue fiunt, mulieribus autem & hæc & uuluarum labores, ſenibus autē & quibus iam calor uinceretur deficeretue, ſtupores uel furores uel oculorum priuationes.

STATVS TERTIVS.

Qualis tertius ſtatus in thaſo.

Pauloante arcturū & in arcturo multæ & magnæ aquæ in thaſo fuerunt cū ſeptētrione, circa autem æquinoctium uergiliaſq; uſq;, pluuiæ paucæ auſtrinæ, hyems uero ſeptētrionalis, ſiccitas, magni frigidiq; uēti, niueſq; fuerūt. circa autem æquinoctium tēpeſtates maximæ. uer ſeptētrionale, ſiccitas, pluuiæ paucæ, frigora. circa ſolis æſtiuum inſtitium paucæ aquæ, magna frigora canem uſq;. poſt canem arcturum uſq; calida æſtas, magni calores non per interualla ſed continui uehementeſq;, non pluit, ſpirauerunt eteſiæ. circa arcturum, pluuiæ auſtrinæ æquinoctium uſq;. Statu hoc per hyemē ſtupores cœperunt, multiſq; fiebant, quorum quidam celeriter peribant, quod malum ſatis uigebat, cœtera non languebant. paulo quidem ante uer febres ardētes cauſiue cœperunt, per æquinoctium æſtatemq; durauerunt, qui per ueris & æſtatis exordia ſtatim languere cœperant, plæriq; ſeruabantur, pauci peribant. cum autē auctumnus pluuiæq; cœpiſſent, letales erant, plurimiq; peribant. quæ febres ardentes ſic afficiebāt, Quibus rite, bene, & abunde ſanguis per nares prorupiſſet, propterea hi potiſſimum ſeruabantur, quiq; hoc ſtatu periſſet, nullum uidi, ſi bene ſanguis prorupiſſet. Philiſcus autē Epamenon Silenuſq; quia parū de naribus quarto quintoq; ſtillauit, perierunt. Languentium plurimi circa decretorium ſuperfrigebant ſuperſudabantq;, ſed ii potiſſimum, quibus per nares ſanguis non prorupiſſet. ſexto quidam arcuati icteriue fiebant, quibus profluit uel ueſicæ purgatio, uel cita aluus, uel copioſa ſanguinis proruptio, quale Heraclides, qui apud Ariſtocyden iacebat, paſſus eſt, cui & per nares ſanguis fluxit, uenterq; & ueſica perpurgauit, uigeſimoq; decreuit. ſed phanagoræ uerna quoniam nihil horum habuit, mortuus eſt. ſanguis plurimis erupit, præcipue tamen adoleſcentibus ualidaq; ætate uigentibus. plurimiq; horum perierūt, quibus ſanguis de naribus non fluxit. ſenioribus autem res ad arcuatos icteroſue uel citas aluos uel difficultates īteſtinorū dyſenteriaſue deuenit, ſicuti

Ver quale.

Canis arcturus.

Eteſiæ.

Cauſos.

Auctumnus ſemper malus.

Philiſcus Epamenon Silenus.

Icteros.

Heraclides. Ariſtacydes. Phanagoras.

nit,ficuti Bioni qui apud Silenũ iacebat, paſſim uero per æſtatẽ difficultates inteſtinorum uiguerunt.quibuſdam etiam languentium,quibus & ſanguẽ per nares fluxerat,res ad difficultates inteſtinorum deuenit, ſicuti Eratonis puero Mylloq; cum multus ſanguis prorupiſſet,res ad difficultatem inteſtinorũ cõ ſtitit,tamen ſuperfuerunt,multiſq; hic humor maxime uiguit. ſiquidẽ & quibuſdam circa decretorium ſanguis per nares non prorupit,ſed tubercula ſecũ dum aures ſuſcitauit,quæ euanuerunt,quæ cum euanuiſſent, ſecundũ ſiniſtrã ilium partem coxendicemq; poſtremum grauedo decubuit,cum poſt decretorium dolor factus eſſet,lotiaq; tenuia prodirent,ſanguinis parum erumpere cœpit,circiter autem quartum & uigeſimum & abſceſſus ad ſanguinis eruptionem acceſſerũt,quæ Antiphonti Critobuli filio ceſſarunt, perfecteq; circiter quadrageſimũ decreuit.multæ p̃terea fœminæ lãguebant,minus tñ quã uiri, minuſq; peribãt,ſed q̃ difficulter parerẽt, poſt ptũ ſuplãguebãt, q̃ potiſſimũ peribãt,ſicuti Telebuli filia,q̃ poſt ptũ ſextana mortua eſt.plæriſq; muliebria cũ febribus cõparuerũt,quod multis uirginibus tunc primũ euenit,quibuſdã & de naribus ſanguis fluxit,& muliebria ſupercomparuerunt,ſicuti Daitharſis filiæ uirgini tunc primum comparuerunt,deq; naribus large fluxit, nullamq; harum,quibus horum quid bene factum eſſet,mortuam uidi. quæ uero prægnantes languebant,omnes peribant,quas quidẽ uidi, lotia uero plurimis boni coloris erant,tenuia tamen & pauca,ſedimentaq; habebant, uentres autem plurimis lubrici erant cum tenuibus & multis bilioſis excremẽtis, plæriſq; uero cũ cœtera decreuiſſent,res ad inteſtinorũ difficultatem deuenit, ſicuti Xenophani Critiæq;. lotia aquoſa,multa,pura,tenuia poſt decretoriũ cum optimo ſedimento,cum cœtera optime decreuiſſent, quibus facta ſunt commemorabo.Bioni qui apud Silenum iacuit,Critiæ qui apud Xenophanen,puero filioue Eratonis,Mneſiſtrati coniugi,poſtea uero hos omnes difficultas inteſtinorum male habuit.num ne q; aquoſa minxerant,conſiderandum eſt? Circa uero arcturum multis undecimanis decreuit,quibus uero non rite reuenerunt, per hoc tempus ſoporati erant.pueri uero multi,qui minime ex omnibus peribant,per autem æquinoctium uergilias uſq; & ſub hyemem febres ardentes ſequebantur,quin & plurimi tunc delirabant,plurimiq; horũ peribant.per æſtatem uero paucis hæc euenerunt.cum autem febres ardentes incipiebant, ſtatim forent ne pernicioſæ demonſtrabant,Nam ſtatim per exordia grauiter febriebant,paulum ſuperfrigebant,cum moleſtia peruigilabant,ſitiebant,æſtuabant,paulum circa frontem clauemq; iugulumue,per totum corpus nemo ſudauit,multum delirabant,terrebantur, obloquebantur,poſtrema, manus, pedeſq; præcipue frigebant,diebus autẽ paribus cõtrario modo graueſcebant, quartanis enim plæriſq; maximi labores fiebant,ſudorq; plærũq; ſubfrigidus manabat,poſtrema non recaleſcebant amplius,ſed liueſcebant frigebãtq; nec ſitiebãt,lotia his nigra,pauca,tenuia micturiebãtur,uentres morabant,nulliq;

Bion. *Silenus.* *Eraton.* *myllus.* *Tubercula.* *Antiphon.* *Critobulus.* *Mulieres quæ paterentur.* *Telebulus.* *Virgines quæ paterentur.* *Daitharſis.* *Xenophanes.* *Critias.* *Bion.* *Critias.* *Xenophanes.* *Eraton.* *Arcturus.* *Aequinoctium.* *Sudorum uniuerſus.* *Poſtrema qualia in his.*

horum quibus hæc uenerunt,ſanguen abunde de naribus prorupit,ſed parum ſtillauit,nec reuenit,ſed cum ſudore ſextani peribant.deliris autem non omnia ſupraſcripta ceciderunt,ſed plærūq; undecimanis decreuit, quibuſdam & uigeſimanis. qui uero per exordia non deliraſſent,circiter tertium uel quartū diem ſed modice primo circa ſeptimum autem in grauiſſimum morbum cadebant multiq; morbi prorumpebant,præcipue autē ex his languētibus peribant adoleſcentuli,iuuenes,adulti, leues genis,corporis albi,mollibus & extētis capillis præditi,nigriſq; comis,nigris oculis,temere deſidioſeq; uiuentes, ſonoræ uocis & altæ,tenuis,aſperæ,blæſi,balbiue,iracundi, mulieres quoque multæ hac ſpecie præditæ peribant. ſtatu autem hoc quatuor his præcipue ſignis ſeruabantur,qui per nares multum ſanguinis emiſiſſent,qui per ueſicam multum lotium cum multo & optimo ſedimento,qui per uentrem turbulenta bilioſa opportune demiſiſſent,quiq; difficultate inteſtinorū laboraſſent.multis uero cecidit,uti non uno dictorum ſignorum decerneretur,ſed per omnia plæriq; diſcurrerent,qui quidem moleſtius habere uidebantur,ſed tamen omnes ſeruabātur,quibus hæc eueniſſent.mulieribus autē uirginibuſq; ſigna hæc omnia ſupraſcripta ceciderunt.quibus autem uel quid horum optime fieret, uel muliebria large ſuperueniſſent,per hæc ſeruabantur,decernebatq;,nullāq; earum quibus horum quid optime factum eſſet,mortuam uidi, Philonis uero filiæ de naribus large fluxit,ſed cū importunius ſeptimana cœnaſſet, mortua eſt.quibus per febres graues magis autem per ardentes lacrimæ non lubentes ſuperfluunt,ſanguinis eruptionem de naribus his expectato,ſi quidem & cœtera non pernicioſe habeant.qui uero male habeant,his non ſanguinis eruptionem ſed mortem portendit.tubercula uero quæ ſecundum aures cum dolore ſuſcitantur,quibus cum febris decretorie defecit, non diſcutiuntur nec ſuppurant,uentris defluxus bilioſi uel inteſtinorum difficultas uel craſſorum lotiorum ſedimentum his ſi fiat,diſcutit,uti Hermippo Clazomenio, quo autē ad decretoria quibus ſimilia uel diſſimilia dignoſcimus,uti duo fratres qui apd Theatrum Epigenis degebant,quibus cum eodem die & hora morbus cœpiſſet,maiori ſexto,minori ſeptimo decreuit,ſimul utriq; eadē hora reuenit, dies quinq; utriſq; dimiſit,ſimul utriſq; rediuit, ſimul utriſq; poſt reditum penitus decimoſeptimo decreuit.plurimis aūt quinto decreuit,ſeptimo dimiſit,poſt reditum tertio decreuit.quibus ſeptimo decreuit,tertio dimiſit, ſeptimo decreuit.quibus ſexto decreuit,ſexto dimiſit,tertio cœpit. quibus unum dimiſit,uno cœpit,& decreuit, Quemadmodum Euagōti Daipharſis filio.quibus ſexto decreuit,ſeptem deſeruit,quarto poſt reditum decreuit, quemadmodū Aglaidæ filiæ.plurimi languentium hoc ſtatu ſic languebant, nullumq; eorū qui ſuperfuerunt uidi quem reuerſiones rite factæ non uerſarint,omnes tamē ſeruabantur,quos quidem uidi,quibus hoc modo reuenit, nullum enim uidi hoc modo languentē cui nō reuenerit,plurimi uero qui in morbis his perirēt, ſextani

Qui hoc morbo perirent.

Quatuor hæc lāguētes ſeruabāt.

Philonis filia cur perierit.

Lacrimæ nō ſpōte defluētes quid portendant.

Tubercula poſt aures.

Decretoria uaria.

Theatrum Epigenis.

Euagon.

Daipharſis filius.

Aglaida filia.

ſextani peribant.quemadmodum Epamenion das, Silenus, Philiſcuſq; Anta/gorei filius.quibus uero tubercula ſecundum aures fiebant,uigeſimus decernebat,diſcutiebantur,nec ſuppurabant,ſed in ueſicam uertebantur.Cratiſtonacti uero qui apud Heraclium habitabat,Syciminiq; infectoris ancillæ ſuppurauit,perierũt.quibus ſeptimo decreuit,nono dimiſit,reuenit,poſt reditũ, quarto decreuit, uti Pantacli,qui apud Dionyſium habitabat,quibus ſeptimo decreuit,ſexto dimiſit,reuenit,ſeptimo poſt reditum decreuit, uti Phanocrito, qui apud Gnathonem infectorem iacebat.Sub hyemem uero circaq; solis hibernum inſtitium æquinoctium uſq; febres ardentes perdurabant, deliriaq;, plurimiq; perierunt,decretoria commutabantur,plurimiſq; ab exordio quinto decreuit,quarto dimiſit,reuenit,quinto poſt reditum,decreuit, penitus decimoquarto,ſicq; plæriſq; pueris natuq; grandioribus decreuit,quibuſdã autem undecimo decreuit,decimoquarto reuenit,uigeſimo perfecte decreuit.ſi qui uero circiter uigeſimum ſuperfrigebant, quadrageſimo his decernebat. plæriq; uero circa decretorium,quod per exordia fuerat, ſuperrigebant. quidam uero per exordia circa decretorium reditumq; & cum decretorio ſuperrigebant,pauci autem per uer ſuperrigebant.plurimi per æſtatem, plures etiã per autumnum,per hyemem uero multo plures, ſanguinis uero proruptiones ceſſauerunt.

Epameinondas. Silenus. Philiſcus. Antagorei filius. Tubercula. Cratiſtonax. Heracleius. Syciminus. Pantacles. Dionyſius. Phanocritus. Gnathon. Deliria.

TERTIVM SEGMENTVM DIVISIOVE

De morbis quidem hæc quos de communi omnium natura,de cuiuſq; peculiari,de morbo,de languente,de iis quæ porriguntur,de eo qui porrigit, dignoſcimus,docemurq;.languens enim ex his melius uel peius habet. de cœleſtium tota particulariq; tempeſtate ſtatuue,de quoq; loco,de cõſuetudine,de uictu,ſtudiis,ætate cuiuſq; ſermonibus,modis,moribuſue,ſilentio, cogitatione,taciturnitateue,ſomno,uigilia,qualibus inſomniis,quandoq; uellicatione, pruritu,lacrimis,acceſſionibus,oletis,lotiis,ſputo,uomitu,qui morbi aliis ſuccedunt,uel in alios tranſeunt per abſceſſus in pernitiem malum decretoriũue monſtrat & ſudor,frigiditas,rigor,tuſſis,ſternuti,ſingultus,ſpiritus, anhelatio, nauſea,eructatio,crepitus,inflationes ſilentes,ſtrepẽtes,ململ bilioſæ,ſanguinis eruptiones,mariſcæ,quæ de his & per hæc conſiderato. Quædam febres continuæ ſunt.quædam die tenent nocte deſerunt, quædam nocte habent die ceſſant,quædam ſeſquitertianæ hemitritiiue,quædam tertianæ,quædam quartanæ,quædam quintanæ,quædam ſeptimanæ,quædam nonariæ. morbi uero grauiſſimi,difficillimi,maximi,mortiferiq; ſunt in febre continua. Quartana autem omnium tutiſſima facillimaq; eſt,non enim ipſa per ſeſe talis eſt ſed ab aliis magnis morbis liberat.Cum ſeſquitertiana uero grauiſſima mala poſſunt

Morborum cognitio et obſeruatio uaria.

Febrium ſpecies quæ.

Quartana qualis.

Seſquitertiana hemitritæoſue.

Nocturna. *Diurna.* *Septimana.* *Nonaria.* *Tertiana.* *Quintana.*

fieri,quæ præ cœteris maxime letalis est.quin & tabes cœteraq; longiora mala homines in hac corripiunt, nocturna uero letalis ualde non est sed longa, diurna autem longior est,quibusdam & ad tabificum proserpit, septimana lõga est sed non mortifera,nonaria longior & non letalis est, tertiana uera cito decernit,nec est mortifera,quintana autẽ cœteris peior est, tabifica enim est, tabificisq; si superuenit,necat. Modi uero,status,accessiones & incremẽta harum singularum continuarum relaxantiumue hi sunt,Continua quibusdam incipiens florescit,maximeq; uiget,ac ad difficilius periculosiusue deducit,circa uero decretorium & cum decretorio minuitur.quibusdam uero leniter incipit,paulatimq; subfurenter singulis diebus superaddit & augetur. circa decretorium autem & cum decretorio satis lucet feruetue.quibusdam cum leniter incepit,superaddit & grauat,cũq; aliquantisper uiguerit, relaxat decretorium usq; & circa decretorium,quæ quidem in omni febre morboq; cadunt. quare cibaria his contemplatis cœterisq; necessariis opportunisue signis porrigito,de quibus quædam scripta sunt,quædam nunc scribentur.quæ considerato,probato,spectatoq; quod nam horum signorũ, præsens subitaneũue malum,uel mortem,uel salutem portendat.quæ demonstrabunt cui porrigendũ sit,uel non.quando,quantum,qualeue futurum sit,quod datur,quidue dandũ sit.mala uero quæ diebus paribus grauant,paribus etiam decernunt, primusq; dies decretorius paris circuitus est,quartus,sextus,octauus, decimus, quartus & decimus,uigesimus,quartus & uigesimus,trigesimus,quadragesimus, quartus & quadragesimus,sexagesimus,octogesimus,centesimus,ducentesimus, circuitus autẽ non paris primus est,tertius,quintus,septimus,nonus, undecimus, septimus,& decimus, primus & uigesimus, septimus & uigesimus, primus & trigesimus.quare cito si aliter quam scriptũ est,decernant,mala reditura perniciosaq; fore.mentem etiã adhibeto scitoq; decretoria quæ his temporibus fient,semper fere ad salutem uel ad melius tendere.quæ uero his temporibus non decernent,ad perniciẽ uel ad peius.præterea febres erraticæ, quartanæ, quintanæ,septimanæ nonariæq; quo circuitu decernant,obseruato.

Cõtinua qualis. *Continuæ febris uarietas.* *Decretoria paria,uel nõ paria.* *Decretoria bona uel contra quæ.*

PRIMVS LANGVENS.

Philiscus quã uarie agitatus.

Philiscus qui secundum mœnia habitabat,primo die quo decubuit, febris grauis eum corripuit,sudauit,laboriose noctem transegit,secundo cuncta grauarunt,uesperi post lauatiunculam meliuscule transegit,nocte quieuit, tertio mane meridiem usq; sine febre esse uisus est,serum autẽ diei uersus febris grauis cum sudore & siti aduentauit.lingua nigra superauit,minxit,noctem difficulter tulit,non dormiuit, penitus delirauit, quarto cuncta grauarunt, lotia nigra minxit,noctem quietiorem duxit,coloratius minxit. quinto circa meridiem de naribus parum purum stillauit. lotia uaria,quæ rotunda quædam

genitali

genitali ſemini ſimilia,ſparſa,fluitantia,non ſubſiſtentia habuerunt. cui glan/dula balanoue ſubterdata,parua quædam cum uento crepituue demiſit,noctē laborioſe tulit, parum dormiuit, delirando loquebatur,poſtrema frigida undiq; nec amplius recaluerunt,nigra minxit,parum quieuit,diem uerſus obmutuit,frigidum ſudauit,poſtrema liuida facta ſunt,circa meridiē ſextanus mortuus eſt,ſpiritus rarus & ſimilis reſpirāti ſemp ī finē uſq; huic fuit, lien rotūdo tumore ualde tumuit,ſudores uſq; frigidi fuerant. diebus paribus grauabatur. *Balanos.* *Philiſci mors.*

SECVNDVS LANGVENS

Silenum qui in platamone ſecundum eualcidæ domum habitabat,laſſitudine,potu nimio,nō opportuna exercitatione febris corripuit,de lumbis primo laborare cœpit,deinde caput ſuperciliaq; graueſcere, ceruix diſtendebatur, Primo die uenter pura,silioſa,ſuperſpumoſa multa demiſit,lotia nigra,ſedimentum nigrum habentia minxit,ſitibundus agitabatur,lingua ſuperaruit,nocte non dormiuit. Secundo die febris grauis eum uexauit,plurima tenuiora, ſuperſpumoſa demiſit,lotia nigra,noctem laborioſe tranſegit,parum delirauit. Tertio die cuncta grauarunt,præcordiorum oblōga diſtentio ad umbilicum, ſubmollis utrinq;,tenuia,ſubatra demiſit,lotia turbulēta,nigra,nocte nihil dormiuit,uerba multa,cantus,riſus,continere non potuit.Quarto per eadem trāſegit.Quinto bilioſa,pura,læuia,pinguia demiſit,lotia tenuia,perlucida, paulū cognouit.Sexto circa caput paulum ſudauit,poſtrema frigebant,liuebāt,multum ſeſe iactauit,uenter nihil demiſit,lotia ſubſtiterūt,grauiter febriuit.Septimo obmutuit,poſtrema amplius non recaluerunt,nihil minxit. Octauo frigidum per totum ſudauit,puſtulæ rubræ,rotūdæ,uaris ſimiles,cum ſudore pullularunt,quæ permanebant,nec diſcedebant,uenter puſillo concitamento tenuia,crudis ſimilia, oletula cū labore multa demiſit,cū dolore uellicātia minxit,poſtrema paulum recaluerunt,ſomni tenues,ſoporoſi, obmutuit, lotia tenuia,perlucida.Nono per eadem. Decimo pocula non ſuſcepit,ſoporatus,tenues ſomni,uenter ſimilia demiſit,multum ſimul ſubcraſſumq; minxit, cum ſedimento candido ſimilagineo,poſtrema rurſus refrixerunt. Vndecimo mortuus eſt.per exordia huic in finē uſq; ſpiritus rarus & magnus fuit,præcordiorum continua palpitatio,ætas anni circiter uiginti. *Silenus.* *Quāta uarietas uidito.* *Sileni mors.*

TERTIVS LANGVENS

Herophon grauiter febricitauit,uenter pauca cum uoluntate egerendi teneſmodeaue per exordia demiſit,poſtea uero tenuia, bilioſa,ſubcruda, ſomni non erant,lotia nigra,tenuia,Quinto mane ſurditas,cuncta grauarunt, lien tumuit,præcordia ſeſe diſtenderūt,uenter pauca nigra demiſit,deſipiuit. Sexto *Herophon.*

delirauit per noctem,sudor,frigiditas,deliratio permãsit.septimo circũfrixit, sitiuit, desipiuit nocte cognouit,quieuit. octauo febricitauit, lien deminutus est,omnia cognouit,secundum inguen doluit,primo qua lien tumuerat,deinde crus utrũq; uexauit,noctem facile tulit,lotia coloratiora cum paruo sedimento albo minxit.nono sudauit,decreuit,quinque dies dimisit.quinto reuenit,statimq; lien tumuit, febris grauis,surditas rursus,post reuersionem. tertio die lien & surditas minor fuit,crura dolitãs,nocte sudauit.septimo & decimo liberatus iudicatusue est,nec in reuersione desipiuit.

Herophon liberatus est.

QVARTVS LANGVENS

Philini coniunx puerpera.
Thasus.

Philini philobiue coniugem in thaso quæ filiam pepererat post naturalẽ purgationem cœtera leuiter degentem post partum quarto & decimo cũ rigore febris ignisue cœpit,per exordia & incipiens cor præcordiaq; dextra doluit,muliebrium labores purgatio cessauit,per apposita leuata est, capitis uero,ceruicis,lumborumq; labores permanserunt,somni non fuerunt, postrema frixerunt,sitiuit,uenter combusta pusillaq; demisit lotia per exordia, tenuia, decolorata.sexto per noctem multum desipiuit,rursusq; cognouit.septimo sitiuit,multa affatim biliosa demisit,octauo superriguit, grauiter febricitauit, cum labore multum conuulsa est,multum delirauit,cum glandulam balanonue supposuisset,ad sellam surrexit,multa cũ fluore bilioso demisit,somni non fuerunt.nono conuulsiones spasmiue. decimo paulum cognouit. undecimo quieuit,omnium meminerat,statim rursus delirauit,cum conuulsione parum uellicante & admonente multum simul crassum albũq; minxit,quale est quod in matellis,diu stetit,cum agitatur,quod non subsistebat, color & crassitudo qualis in iumentorum est lotiis, Quæ & ego uidi.circiter uero quartũ & decimum diem per totum corpus palpitatio palmosue,multa uerba, paulum cognouit,statim rursus desipiuit.circiter septimum & decimum obmutuit. uigesimo mortua est.

Balanos.

Mors huius.

QVINTVS LANGVENS

Epicrates.
Archegetes.
Puerpera.

Coniugem Epicratis,quæ apud Archegeten degebat,cũ partus instaret,frigus ingens cœpit,nec recaluit,uti dicebant. postridie eadem permanserunt. tertio filiam peperit,cœtera rite processerunt.secundo post partũ,febris grauis cœpit,cordis labor & muliebrium,quæ per apposita leuata est,capitis autem,ceruicis,lumborumq; labor remansit,somni non fuerunt,uenter pauca,tenuia,biliosa,pura demisit lotia tenuia,subatra,postquam ignis cœpit, ad noctem,sextana delirauit,sitiuit.septimo cuncta grauarunt,peruigil sitiuit, multa biliosa demisit,octauo superfrixit,plus quieuit,nono per eadem transegit.

Diuersitas obseruanda.

decimo crura

decimo crura laboriose doluit, cordis rursus dolor, capitis grauedo, sudauit, nó delirauit, magis quieuit, uéter substitit. undecimo coloratiora minxit quietum sedimentū habētia, leuius trāsegit. quarto & decimo superfrixit, grauiter febricitauit. quinto & decimo biliosa, flaua, subdēsa uomuit, sine febre remansit, per nocté grauiter febricitauit, lotia crassa cū albo sediméto minxit. sexto & decimo grauiter habuit, nocté difficulter tulit, nó qeuit, delirauit. octauo & decimo sitiuit, lingua superaruit, non dormiuit, multū delirauit, crura dolitauit. circiter uigesimū mane paulū supriguit, sopor inuasit, qete dormiuit, pauca, biliosa, nigra uomuit, per nocté surditas. circiter primū & uigesimū lateris sinistri grauedo per totū cū dolore, paulū supertussiuit, lotia subrubra, turbulēta, crassa, nó subsidétia minxit, Coetera leuiuscule nó sine igne. statim hæc per exordia, fauces superdolitauit, curculio uuaq; tumés rubuit, fluor acidus uellicās, salsusq; usq; manauit. circiter septimū & uigesimū sine igne cū sediméto minxit, latus doluit. circiter pmū & trigesimū ignis cepit, uéter biliosa demisit. qdragesimo pauca, biliosa uomuit. penitus sine igne decreuit octagesimo. *Lateris dolor.* *Non perit.*

SEXTVS LANGVENS

Cleonactiden Cleonactenue qui supra Heracleió habitauit, febris erratica cepit, per exordia caput latusq; sinistrū doluit, coetera laboriose habuit, sine ordine quādoq; febres augebātur, sudores modo sequebātur modo nó, plærūq; tamé sese ostentabāt, magisq; decretoriis diebus accessiones fiebāt. circiter quartū & uigesimū manuū postrema frixerūt, flaua, biliosa, subdensa, pauloq; post uiruléta uomuit, cūctis leuatus est. circiter trigesimū sanguis de nare utraq; prorumpere coepit, paulatim errabunde decretoriū usq; non impastus nec siticulosus nec peruigil omne tempus fuit, lotia tenuia non decolorata minxit. circiter quadragesimū subrubra cū multo sedimento leui, rubro leuatus est. post hæc uarie lotia habuerunt, nam modo sedimētū habuerāt modo nó. sexagesimo multū sedimentū albū, leue habentia minxit, omnia concesserunt, febris reliquit, lotia rursus tenuia quidem sed boni coloris. septuagesimo sine igne, qui decé dies dimisit. octogesimo superriguit, febris grauis coepit, multum sudauit, lotia sedimentum rubrum, leue habuerūt, perfecte decreuit. *Cleonctes.* *Non moritur.*

SEPTIMVS LANGVENS

Metonen ignís cepit, lūborū grauedo dolorifica. secūdo cū aquā multā potasset, uéter optime demisit. tertio capitis grauedo, tenuia, biliosa, subrubra demisit. quarto cūcta grauarūt, dextra nare sāguis paulatim bis defluxit, nocté difficulter tulit, tertio similia demisit, lotia subatra, quæ subatrū quid fluitans sparsum non subsistens habuerant, non sudauit. quinto dextra nare multum *Meton.*

purum abunde demisit,sudauit,decreuit,post decretorium peruigilauit,deli/rauit,lotia tenuia,subatra minxit , caput perluit , quieuit , cognouit , morbus huic non reuenit,sed crebro sanguis naribus erupit & post decretorium.

OCTAVVS LANGVENS

Erasenus. Bootus. Charadra.

Erasenum qui secundum Booti rupem Charadranue habitabat,post cœnã ignis cepit,noctem turbulenter transegit,primum diem quiete, noctem labo/riose.secundo cuncta grauarunt,per noctem delirauit.tertio laboriose habuit, multum delirauit.quarto difficillime noctem tulit,nihil dormiuit,somnia, cogitationes excitabant,deinde peiora,magna,periculosa,metus,terror, difficultas ferendi uexarunt.quinto mane leuatus est,cũcta cognouit,multo autẽ ante meridiem percitus est furore,contineri non poterat,postrema frigida,subliuida fuerant,lotia non concocta minxit,circa solis occasum mortuus est, febres huic usq; cum sudore,præcordia tumida cum dolore distenta fuerunt, lotia nigra,quædam rotunda,perfluitantia, non subsidẽtia habuerunt , uenter oletula demisit,sitis usq; non nimia conuulsione cum sudore circa mortem uexarunt.

Moritur hic.

NONVS LANGVENS

Critonis casum uideto.

Critoni cum ambularet in Thaso,pedis uehemens dolor cepit de pollice, die eodem horridus,æstuosus,parum subcalefactus in cubile decubuit,per noctem desipuit. secundo pes totus talusq; cum distentione rubuit, pustulis ni/gris tumuit,grauiter febricitauit,percitus est furore,uenter pura,biliosa,subdẽsa demisit,secundanus de principio mortuus est.

Secundo die hic moritur.

DECIMVS LANGVENS

Clazomenius Phrynichus.

Clazomenium qui secundum Phrynichidium puteũ habitabat,ignis cepit, per exordia caput,ceruicem,lũbos doluit,surditas statim,somni non fuerunt, febris grauis cepit,præcordia cum parua distentione tumuerunt,lingua sicca. quarto per noctem desipuit. quinto laboriose habuit,cuncta grauarunt,circi/ter undecimum paulum concesserunt,uenter per exordia quartum & decimũ usq; tenuia.multa coloris aquæ demisit,quo ad egestionem facile transegit, postea uenter substitit,lotia usq; tenuia coloris tamen boni , quæ dispersum perfluitans quid nec subsistens habuerunt.circa uero sextũ & decimũ crassiora paulo minxit,quæ paruã subsistentiã sedimẽtũue habuerunt , paulum leuatus est,magis cognouit.septimo autem & decimo tenuia rursus secundum utrasq; aures cum dolore tumuit,somni non fuerunt,delirauit,crura dolitauit.uigesi/mo febre caruit,decreuit,non sudauit,omnia cognouit. circa septimũ & uigesimum

ſimũ dolor uehemens dextri coxẽdicis ſtatim ſedatus eſt.tubercula uero quæ ſecundum aures erant,diſcuſſa non ſunt nec ſuppurarunt ſed dolebant. circiter primum & trigeſimum uentris fluctio multa & aquoſa cum inteſtinorum difficultate lotia craſſa minxit,tubercula aurium diſcuſſa ſunt. quadrageſimũ circiter dextrum oculum doluit,ſubſtitit.

VNDECIMVS LANGVENS

Dromiadi coniugem filiam enixam cunctis rite ſecutis ſecundanam rigor cepit & febris grauis primo die laborare cœpit circa pcordia æſtuoſa,horrida,faſtidio affecta,ſequentes dies ſomnum non cepit, ſpiritus rarus,magnus, ſubito reuulſus. ſecundo poſt rigorem uenter bene oletula demiſit lotia craſſa,alba,turbulenta,Qualia ſunt quæ diu in matellis ſteterunt cum agitãtur,nec ſubſiſtebant.tertio circa meridiem ſuperriguit grauis febris,lotia ſimilia, labor præcordiorum moleſtus,æſtuoſuſq; noctem difficulter tulit, non dormiuit,per totum frigidum ſudauit, ſtatim rurſus caluit.quarto dolor paulum leuatus eſt,capitis grauedo cum dolore remanſit,quo ſoporata eſt, naribus parum ſtillauit,lingua ſuperaruit,ſitiuit,lotia tenuia,oleacea,paulum dormiuit. quinto ſitiuit,æſtuauit,lotia ſimilia,de uentre nihil, circa meridiem multum deſipuit,ſtatimq; rurſus paulum reſipuit,ſurgens ſubſoporata eſt,paulum frixit,nocte quieuit,delirauit.ſexto mane ſuperriguit,celeriter recaluit, per totũ ſudauit,poſtrema frixerunt,deſipuit, ſpiritus magnus,rarus,paulopoſt conuulſiones ſpaſmiue de capite ceperunt,ſtatim eſt mortua.

Dromiadus. *Moritur hæc.*

DVODECIMVS LANGVENS

Quidam calefactus cœnauit,multum potauit,nocte cuncta uomuit, febris grauis,præcordiorum dextrorum labor,ſubmollis foris imflammatio, noctẽ difficulter tulit,lotia per exordia craſſa,rubra,non ſubſiſtentia, lingua ſuperauit,non multum ſitiuit.quarto febris grauis,labores omniũ. quinto leue multum oleaceum minxit,febris grauis,poſt meridiem plurimum delirauit, nocte nihil dormiuit.ſeptimo cuncta grauarunt,lotia ſimilia,uerba multa quæ continere non poterat,uenter irritamento quodam liquida,turbulenta cum lumbricis demiſit,noctem laborioſe tranſegit,mane riguit,febris grauis ſecuta eſt, calidum ſudauit,ſine febre uiſus eſt eſſe, non multum quieuit, poſt ſomnum frixit,ſpuit,poſt meridiem plurimum delirauit, paulopoſt nigra billioſa uomuit.nono frixit,multum delirauit, ſomnum nõ cepit.decimo crura doluit, omnia grauarunt,delirauit.undecimo mortuus eſt.

Quis hic fuerit non dixit. *Lumbrici.* *Moritur hic.*

TERTIVS DECIMVS LANGVENS

Acte.

Quandam fœminam quæ in acte habitabat,trimestrem foetum in utero gestantem ignis cœpit,statim de lumbis laborare cœpit.tertio caput,ceruix, clauis,manus dextra laborauit,lingua celeriter,non clare dissertauit,manus dextra conuulsione spasmoue relanguit,tremuitq; per omnia,delirauit, noctem difficile tulit,non quieuit,uenter pauca,biliosa,pura demisit.quarto lingua resoluta est,nihil clare protulit,cõuulsiones spasmiue eorũdem,labores omniũ permanserunt,secundum præcordia,cum dolore tumuit,non quieuit,per omnia delirauit,uenter demisit,lotia tenuia non boni coloris minxit. quinto febris grauis corripuit,præcordiorũq; labor per omnia delirauit,nocte sudauit, sine febre remansit.sexto cognouit omnia,leuata est , circa uero clauem sinistram partemue sinistram iuguli labor permansit,sitiuit,lotia tenuia minxit,non dormiuit.septimo tremuit,subsoporata est,paulum delirauit,dolores clauis & sinistri brachii permanserunt,cœtera leuata est,omnia cognouit, tres auté dies febris reliquit.undecimo reuenit,superriguit,ignis cepit. circiter uero quartũ & decimũ biliosa,flaua,subdésa uomuit,sudauit,sine febre remansit,decreuit.

Non moritur hæc.

QVARTVS ET DECIMVS LANGVENS

Meldine. Phanum Iunonis.

Melidinen Meldinenue quæ secundum Iunonis phanum habitabat, capitis,ceruicis,pectoris labor uehemens cepit , statimq; febris grauis corripuit, muliebria parua paucaue subapparuerunt,labores horum cunctorum continui.sexto soporata est,æstuauit,horruit,maxilla rubuit,paulum delirauit.septimo sudauit,febris reliquit,labores permanserunt , reuenit , somni parui , lotia quidem usq; boni coloris sed tenuia,uentris oletula tenuia, biliosa,multũ uellicantia,pauca,nigra,olida fuerunt,lotia cum sedimento leui , candido sudauit,undecimo perfecte decreuit.

Non perit.

Hippocratis

HIPPOCRATIS EPIDEMIORVM SECVNDVS

Arbones æſtiui Cranone uiguerunt, ſub æſtu ualde pluit, qui per totum corpus ſed in tergo magis fiebant, ſubterq; cutem ſanies, correpti caleſcebant, pruriebant, deinde puſtulæ ſicuti tactis igne ſurgebant, ſuperiorq; cutis pars ardere uidebatur, per æſtum non pluit, febres plæræq; ſine ſudore uiguerunt, ſiquid autem in his ſuperirroraſſet, per exordia potius ſudabant, quæ difficilius decernebant quam aliæ. Morbi uero natura modoue per æſtatem febres ardentes magis fiũt, quæ & per alia anni tempora fiunt, ſed magis per æſtatẽ ſuperſiccant, per auctumnum tamen præcipue fero modo debacchantur, cordiſq; dolor uiget, qui minus maleficus eſt, cum morbi huius talis natura ſit. tineæ uero lumbriciue ſiue uermes poſt meridiem ſicuti hic morbus cœteriq; magis uexant, non ſolum quia magnæ quodq; tunc omnia magis afficiunt, ſed quia tales ſuapte natura ſunt. Morbi grauiſſimi letaliſſimiq; per auctumnum ſunt, qui poſtmeridiano tempori quid omnino ſimile habet, quo morbi magis grauant, cum anni circuitum finemue habeat, quemadmodum poſtmeridianũ tempus morbi quo magis grauat quam reliqua diei parte. tempeſtateſq; ſingulæ & anni tempora modo eodẽ inter ſeſe habent, dum nequid in priore ſpecie nouetur, niſiq; per peram præpoſtereue. tempeſtas alia pro alia incipiat, ſicq; annus & eius tempora inter ſeſe habeant, nam quemadmodum ſtatis anni temporibus matura cuncta ſuoque tempore redduntur, ſic ſtatis annis eorumue temporibus tempeſtatibuſque morbi ſtati ſunt, facillimeque decernunt. contra uero non ſtatis, non ſtati, quique difficulter decernant, fiunt. cum uero quid horum in Perintho fit, ſpiritus uel non, pluuiæ uel non, frigus uel non, cũ deſunt, uel abundant, Ver tamen ſaniſſimum mortiferumq; minus fit. quare morborum exordia conſiderato ſtatim ne uigeant floreſcantue. quod relaxatione patebit, quam circuitus demonſtrabit circuitum decretorium, deinde in circuitu acceſſiones conſiderato, leniores ne ſint uel non, magnæ uel non, longæ uel nõ. continuarum uero cunctarum relaxantiumque & longarum ſputa cõſiderato uulnerum autem dolores furunculorũ & tuberculorũ inflammationes, quæq; alia poſtea ſuperapparent. communium fortaſſe rerum cœterorumque negotiorũ ratio conſideratioue habenda eſt. nam quæ repente uehemẽterq; prorũpunt, breuiora ſunt, quæ uero lentius, longiora, ſimiliſque obſeruatio ſit in circuitu. quod enim citius quam conſueuit uel lenius uehementiuſue prorumpit, mutationemq; aliam relaxationemq; dat, morbum iam concedere relaxareue præſefert, Nam quæ celerius diſſoluunt conſumuntue, celerius decernunt, quoniam celeres, continui, uehementeſq; dolores & labores uexant, quæ

Carbunculi. Cranon.

Cordis dolor. Tineæ, morbiq; quando magis uexant.

Tempeſtates anni multũ poſſunt.

Perinthus.

Quæ in his conſiderentur.

ſtatim in melius decernunt,ne nimis certa fidaue habento quæ cum decernere debent,non decernunt,quædam mortifera ſunt,quædã male difficulterq; decernunt.quæ ante tempus decernunt,ſi præmature,crudeue decernunt, reueniunt,ſi minus,non decernunt maleue decernunt,pernicioſaq; fiunt.quæ parua non ſunt,ſigna decretoria ſi non fiant, male decreuiſſe præſeferunt. contraria uero non ſolum malum,ſi recurrant,portendunt, ſed prioris antiquæue naturæ in cõtraria repentis ſignum eſt.quemadmodum enim bonorum ſignũ eſt,ſic & malorum.quare hæc ſic obſeruato,colores,concidentiæ caſuſue,uenæ,præcordiorum tumores,recurrentiæ,concurrentiæque, taliumq; multa, ſicuti mammæ ſi demittantur emacienturue abortus ſignum eſt. quod ueritati contrarium non eſt.nam tuſſim uetuſtam teſtes ſi tumeant,ſedãt, tuſſiſq; teſtium tumorem.quod nos admonet pectorum communicationis mammarũ, genituræ uocis,præterea fiũt abſceſſus uel per uires tenoremue uel per uenas, oſſa,neruos,pellem,uel per modos uerſationeſq; alias.optimi uero qui ſubter ſuſcitantur,ſub ipſoq; morbo ſicuti uarices ſuperni lumborũ grauedines. optimi tamen omnium ſunt qui ſubterfiunt, ſub uentremq; quam maxime quã lõgiſſimeq; a morbo , quiq; per defluxum fiũt,ſicuti de naribus ſanguen,de auribus pus,ſputum,lotium, ſiquaq; ſunt alia,quæ defluant.quibuſdã hi abſceſſus non fiunt,ſed dentes,oculi,nares,ſudor,quin & tubercula quæ ſub cutem ſuſcitantur prodeuntq;,ſicuti ſtrumæ uerucæ quæq; pus emittunt,ſicuti ulcus puſtulæq; aliæ uel ſinus, deſquamationes uel capillorum porrigo, uitiligines,cutis aſperitas,lepræue,taliaue quæ abſceſſus quidem ſunt,multum ſimul fluentes repentes nõ ſemirepentes,quæq; alia dicta ſunt,etſi nõ ſatis ſint, quæ morbum circuitumq; eius diſcutiant,ſicuti Temeni ſorori cecidit,Nam poſt morbum uehementem in digitum abſceſſit,quod non ſatis fuit, uti morbum diſcuteret,reuenit,mortua eſt.Per uenas autem abſceſſus fiunt,uel per uentrẽ, uel per neruos,uel cutem,uel oſſa,uel tergũ,uel per alios defluxus,per os, pudenda,nares,aures,ſicuti fœtum octimeſtrem geſtãti de uulua cecidit. quæ uero decretoriorũ ſunt,non ſtatim decernunt,ſed poſtridie uel tardius ſtatuũt, uti lumbos uel teſtes uel coxas petant,quandoq; teſtes per tuſſes tument, tuſſis autem abſceſſus,qui ſupra uentrem fiunt,non tam perfecte liberant,ſanguinis eruptiones per nares abunde ſi fiant,plærũq; liberant. ſicuti Heragoreo cecidit,quem uocem naturaliter aſperam raucamue habentem medici non cognouerunt.nam qui talem uocem habent,& linguam aſperam habent , quæq; raucitates & aſperitates in morbis fiunt,hoc habent.qui uero tardius loquuntur uel balbutiunt,his mollis & nõ aſpera lingua eſt.quæ natura ne fiat,an nutricatu conſiderandum eſt.qui caput oblongum ceruicemq; habẽt,latas eminẽteſq; uenas hi habẽt,nam latitudo craſſitudoq; de eodẽ proficiſcitur,ſed anguſtia,macies,breuitas,tenuitas ab his contrariis.quorũ uenæ latæ ſunt,& uentres & oſſa late patent, macilenti tenueſue tales ſunt.pingues uero his contraria habent.

Quæ reueniant.

Tuſſis ſedatio testiũ tumor et contra.

Qui abſceſſus boni.

Temeni ſoror quid paſſa ſit.

Prægnans quid.

Heragoreus.

Linguæ uociſq; diuerſitas.

Caput oblongũ et ceruix.

Macri.

Pingues.

ria habent. macilentorum præterea mediocritas consideretur, singulorumq; quæ præpropere crescunt, augentur, minuunturue, quæq; quatenusq; præaugeantur minuanturue, quæque in his quæ præaugentur præcrescuntue, quæ coalescant corroborenturque, uenæque ceruicis iugularesue, quæ communicent, despiciantur. pectinisque proruptiones, circa pubem si subitaneæ sunt, non lædunt, quæ uero paulum supra umbilicum suscitantur, dextra parte dolitant, molestæq; sunt & æstuosæ, uomitionesq; oletarias concitant. quemadmodum Pittaci puero cecidit. quæ uel percussione uel conuulsioue uel offensione uel saltatione uel alia re simili fiunt. quibus in pectine medioue pectinis subter cutem subtumet, colorq; non consistit, sicuti Pulychario cecidit. quodq; colore album est, totũ de iecore uenit. quo morbus iecoris creatur & regius. qui de iecore & pituita alba laborant, subalbi & aquati sunt. qui de liene, nigriores & ad aquam subtercutem morbumq; regium tendunt, malæq; pustulæ creantur, cutis dehiscit & labia, lentiginesq; albæ creantur, Qualis Antilochus & Aleuas erat. quæq; capitis pustulæ salso corporis humore suscitantur, cum pulmo calescit. causas ergo laboris cõsiderato, siue caput doleat, siue aures, siue latus. signum uero horum est, Quibusdam dentes, quibusdam inguina. si uero ulcera tuberculaue fiant, febres decernũt. quibus hæc nõ ueniunt, decretorium non fit. quibus intus remanent, certissimæ citissimæq; reuersiones fiunt. cruda liquidaq; uentris excrementa, Milium solidum decoctũ cum oleo sistit. sicuti Nautili puer Nautapædionue & unguẽtaria Myriochauneue. quædam fœmina cor dolitans cum non consisteret, uetustũq; nõ esset, pollinem farinæ cum granati succo miscens, semelq; die sumens satis fuit, nihilq; uomuit. quale Charionis uxori cõtigit. Mutationes prosunt, nisi in peius mutetur. quale post medicamenta uomunt, febris causa. desinentiæ puriores, sine decretorio marcorẽ portendunt. quale Dexippo & sarapidis euenit. quibus post uentrem lubricum tumuit, pruritus haud scio an procul abscessisse significet, certe in ilibus abscesserat, quod cum nigrũ factũ esset, necauit. Stumargi coniunx paucorũ dierum uentris fluore multa demisit & substitit. puellam quatuor mensium perdidit. cum sanasset, tumuit. moscho calculo ualde laboranti hordeolum in superiore palpebra factum est, quod ad aurem potius uergebat, deinde extra ulceratum est, quinto sextoq; de parte interiore pus erupit, quod inferiora dissoluit, secundum aurem & in ceruice qua fuerat tumor, extuberauit. coniugis Aristæi frater de uia lassus caluit, deinde tibiæ rubuerũt, postea febris continuauit, postridie sudauit, cunctaq; alia semper diebus paribus facta sunt, febris adhuc habebat, sublienosusq; erat, sanguis multus de nare sinistra paulatim prorupit, postridie decreuit, secundum aurem sinistram tumuit, postridie & secundum dextram pari modo, calorq; superuenit. hæc remollita sunt, nec ad pus peruenerunt, pusilla febre, testis sinister pauloante decretorium tumuit illi, qui apud Alcibiaden degebat. magnum uero lienem ha

Quæ in his obseruentur.

Pulycharius.

Quæ iecur affectu et lien creẽt.

Milium quid tollat.

Cordis doloris Medela.

Dexippus.

Sarapidæ.

Stumargus.

Moscus calculosus.

Hordeolum.

Aristæus.

Alcibiades.

Quid hæc semel lapsa sit. bebat, semperq; habuit, tuncq; uigesima febris decreuit deinde uario modo subcalefiebat, multumq; supuebat. cuidam fœmellæ dextra manus crusq; sinistrum tussea materia parum & non multi momenti percussum in modum sideratumue resolutum est, nihilq; aliud immutatum est, nec uultus, nec mens sensusue, quinimmo huic res in melius ualde procedere cœpit, circiter fere uigesimum diem muliebrium purgamentorum eruptio facta est, fortasseq; tunc primum, nam uirgo erat Apemantus Tectonisq; pater qui caput fregerat, Nicostratusq; non extussierant, lumbos enim dolitabant, petentiq; dixerunt, semper eos cibo uel potu repleri uehementerq; dolere. quoniam quis modo uidens dignoscat, terror cum est, ferendi facilitas, peritia, timiditas, quæ aqua celeriter calefit & frigescit, semper leuior est. cibaria poculaq; peritiā poscūt pari ne & æquo modo sumpta maneant, dicendum est. cum sanguen defluit, pallor subit. quæ liquefiunt celeriter siccescunt, calefiūt, frigefiuntue, salubria sunt. multaq; alia quis dicat. sexaginta dierum maris abortum periculosum nō esse. Heracleides cum difficultate intestinorum ualde laborasset, octauo die sublatus est. quædam cum lactaret, egerendi uoluntate uexabatur, deinde pustulæ per totum corpus pullularunt, quæ per æstatem cum amplius non lactaret, cessarunt, & ualde constitit. sutoris uxor cum enixa esset, perfecteq; liberata, membranacea tamen secundillæ portio uisa est intus remansisse, quarto die male demisit, quod lotii strangulatione laboraret. cum deinde statim concepisset, marem peperit, multosq; annos sic habuit. demum nec menses uenerūt, cum uero peperisset, aliquantisper lotii strangulatio cessauit. quædam priusq̄ concepisset, coxendicem dolitabat, qui postquam concepit, amplius non doluit, die autem uigesimo post enixum dolor reuenit, marem pepererat. quædam cum fœtum gestaret, tertio quartoue mense tibiæ dextræ parte inferiore secundumq; pollicem manus dextræ pustulæ pullularunt, ad quas polline thuris usi sumus. quid pepererit, nescio. cum eam sexto mense dimiserim, habitabat autem uti puto ad Archelaum in rupe. coniūx Antigenis quæ apud Nicomachum degebat, puerum carnosum membris discretis, crassum, rotundū, exossatum, digitorum quatuor peperit, deinde cū partu paululum puris, quale de furunculis prouenit, uomuit. puerpera quædam suspiriosa, difficulter gemellas peperit, cum non bene purgasset, tota tumuit, deinde uenter creuit, cœtera sese demiserunt. quædam rubra sextum mensem usq; demisit, postea per omne tempus admodum alba, menses autem fluoresue qui rubri puri defluebant, uenerea lædebant, longis intestinorum læuitatibus, cibi uehemens appetentia, quæ prius non fuerit, si fiat, signum optimum est, Sicuti Demeneto cecidit. Liceat hic fortasse ex arte coniectari. Tales enim turbulentiæ priorē statum mutant, fortasse etiam cibi appetentia læuitatem intestinorum discutit, Lyciæ fœmellæ ueratri potione subuentum est, Lien summopere tumuit, dolores humeri præsertim accesserūt, febrisq; uena lienis in brachio cū pulsaret aperta est,

Apemantus. *Tecton.* *Nicostratus.* *Aquæ cognitio.* *Heracleides.* *Quæ lac præbebat.* *Sutoris uxor.* *Diuersa in prægnantibus.* *Archelaus.* *Antigenes.* *Nicomachus.* *Partus gemellarum.* *Læuitas intestinorum.* *Demenetus.* *Lycia mulier.*

aperta eſt,quandoq; aperta non eſt,ſed cũ ſudore ſuaue ſponte diſcuſſit, quædam cum nihil ingeſſiſſet,lien dextra tumuit,ſpiritus interior duplicauit, qui tamen non ualde proferebatur,ſed poſtea ſedatus eſt,nihil tamen demiſit,nec minxit,priuſquam pareret,mortua eſt,circa fauces utrinq; tumuit, nec ſuppurauit,niſi ſiniſtra,lienis dolor ſine decretorio uexauit. Hieroni quinto & decimo decreuit. Cai ſorori iecur lienoſum in modum tumuit,ſecundana mortua eſt.Dion Bionue ſimul & permultum ſine ſedimento minxit,ſanguen de ſiniſtra nare fluxit.lien enim turgidus & durus erat,ſuperioraq; petebat, uertebaturq;.Pathemata autem & affectus Anginoſi tales erant,ceruicis uertebræ introrſum uergebant quibuſdam plus quibuſdam minus,ceruixq; extrinſecus patenter caua erat,qua ſi tangeretur,dolebat,quoniam ſub oſſe quod dentis dicitur,erat,quod non ſimiliter omnibus eſt acutum,quibuſdam enim rotundum eſt. præterea fauces non inflammabantur,tumores non inflammati ſub maxillis erant,nec cuiquam inguina tumuerunt,ſed naturaliter permanebant, linguam non facile mouebant,quæ maior illis propenſiorq; eſſe uidebatur, ſub qua uenæ patenter tumebant,qui non uel uix deuorabant,uel coacti per nares reddebant,naribuſq; loquebantur,qui non ualde ſublime multumue ſpirabãt. quibuſdam uenæ capitis,temporum colliq; tumebant,paucis recrudeſcebant & reueniebant,tempora his caleſcebant etſi cœtera non febrirent, ſtrangulatione non multi periclitabantur,niſi ſputum uel aliud deuorarent.quibus autẽ tumor rectus erat,nec in alteram partem uergebat, hi non ſiderabantur,mortuum uero ſiquem uiderim dicam.quos autem hactenus uidi ſuperſtites fuerunt.quidam ſtatim meliuſcule habebant,plurimi tamen ad quadrageſimum decurrebant,quibus autem hoc eueniebat,hi febre carebant.multi tamen diutius hoc producebant,tumoremq; aliquẽ habebant,quod & deuoratio & uox demonſtrabat.columellæ uuæue tabeſcentes conſidebant, quandamq; diminutionem præſeferebant,malumq; nullum pernicioſum habere uidebãtur.ſed qui tumorem in alteram partem uergentem habebant,hi qua uertebræ declinarent,ea diſſoluebantur & debilitabantur,quidã in altera parte diſtorquebantur.quæ præſertim in uultu,ore,curculionis ſæpto patebant. quin & maxillæ inferiores aliquatenus mutabantur,corpus uero totũ non ſiderabatur, ſed manus tantum tanq̃ ex alia cauſa.qui autem angina detinebantur, matura ſpuebant,parumq; laborabant,quibus autem in rectum tumor tendebat, hi facile ſpuebant.qui uero febriebant,multo magis laborabant,uixq; ſpirabant,delirabantq;,diſcolorabanturq;,uenæ turgebant, pedes omnium ualde frigebant, Qui ſi ſtatim non periſſent,ſtare non poterant.quos autem uidi,perierunt omnes.circa ſolis inſtitium æſtiuum Perinthum uenimus,deinde hyems auſtrina ſerenaq; ſecuta eſt.uer & æſtas ſine aqua fuit,uergiliarum occaſum uſq; uel parum Eteſiæ & ſparſim ſpirauerunt, guttatim pluit irrorauitue,multæ febres ardentes ſine uomitu per æſtatem uiguerunt,uentres lubrici,tenuia,aquoſa, nõ

Hieron.
Dion.
Bionue.
Qualis hæc Angina.
Columella uuaue.
Perinthus.
Eteſiæ.
Quæ febres uigerent.

biliofa,multa fpuma fuper interdum & fubter contecta fimilia illis, quæ fub diuo ftetiffent,demittebant.quæ hac fpecie formaue fuiffent excreméta,perniciofa penitus erant,multi foporabantur delirabantq;,experrecti cũcta nofcebant,fpirabant non multum fublime,lotia multi pauca,tenuia, non difcoloria mingebant,fanguis de naribus paucis prorumpebat,nec fecundum aures extuberabat,nifi iis, quos paulopoft fcribam,lienes non turgebant nec præcordia dextra nec dolentia nec multum diftenta,quid tamen portendebant,multa circiter quartum & decimum decernebant,pauca cum fudore,pauca cum rigore paucis admodum reuenit,per irrorationes uero quæ per æftatem fiebant fudor in febrientibus comparebat.quidam per exordia ftatim non maligni fudabant.quibufdam per hoc tempus cum fudore decreuit.corpus quorũdam in febribus æftiuis exafperatum eft,milio culicumue morfibus fimile, circiter feptimum,octauum & nonum diem,non cũ multo pruritu , quod ufq; ad decretorium durabat.mafculo nulli has puftulas ueniffe uidi,mulierq; nulla, cui ueniffent,mortua eft,fed male grauiterue audiebant,foporabãturq;.quod ante non admodum fuerat.Quibus autem hæc futura erant,non ufq; durabant,per æftatem foporabantur dormiebantq; ufq; ad uergiliarum occafum,deinde potius peruigilabant,fed tamen hoc ftatu non omnino peribant. uentrem iis quæ fumuntur guftanturue fiftere non erat.quare præter rationé quis putaffet medicando conferre,quin & plæriq; hæc expetebant,loco frigido iacere frigufq; non bonum inde trahere,fed hoc magis ex additamento calefacit, quanuis naturam lædere non uideatur.Quibus autem & qualia figna plura, pauciora,maiora,minoraue fierent,potiffimum hæc eueniebant, hiatus, ofcitatioue, tuffis,fternutatio,caligatio,ructatio,fufflatio,quæ cuncta perituris fiebãt.quibus in febre molefta & æftuofa,horrida,uultus rubefceret,laboriofe his oculi dolebant,caput grauabat,ftupefcebant, muliebriaque fi fupercomparuiffent. quin & iis quibus tunc primum tam uirginibus quam matronis, quibus non diu,non fuo tempore,non uti decuit,comparuiffent, poftea perpallefcebant. Magnum autem eft in omnibus qua de caufa,quo tépore,ualde ne biliofis potiffimum in febribus penitufq; quibus per crura purgatur, medelarum modos fciamus,quæ,qualia fiant.non enim omnes æquo modo afficiũtur,fed alii aliter male uel bene difponuntur & iacent.contra alii,quidq; aliud fumptum citius uel tardius præparat,ficuti eft ficcare,fcindere,decoquere, cœteraq; fimilia.Plurima quidem prætermitto,quæ fingulis quibufq; morbis cadant, conueniant,quadrentue,quo morbi tépore,qua ætate, qua fpecie,quo uictu, quo anni tempore,qualis,quomodo deductus fit,cœteraq; talia. Zoilo qui fecundum murũ habitabat matura iam ex tuffi febris grauis acceffit, uultus rubuit, uenter fubftitit,nihilq; nifi ui demittebat,latus finiftrũ doluit,quaq; latus dolebat,auris ualde doluit,caputq; non adeo,fuppurulentum ufq; fpuit,languebat,fed cœtera decreuerunt, tuberculum auris multum puris emifit, circiter octauum

Puftulæ milio, uel culicum morfibus fimiles.

Quæ perituris fierent.

Quæ obferuãda.

Zoilus quid tulerit.

octauum uel nonum.noni uero diei principium doloris auris finis fuit,nescio quo pacto sine rigore decreuit,caput ualde sudauit,quod ne calor sequeretur impediuit,latus sinistrũ doluit,supernaq; parte scapulæ,quin & antea per exordia multum, purum,floridumq; spuit.circiterq; septimum & octauum laboriose habuit,uenter substitit.circiter nonum & decimum dolor relanguit, tumor inerat,pusilli sudores accesserunt,qui non decernerent,quod cum ex aliis tum ex oleto patuit,nam auris dolor cum cœpit,uenter motus est. nono uero pus ex aure prorupit.quarto & decimo morbus hic sine rigore decreuit. die eodem multum spuit.& concoctius,de aure pus erupit,sudor serpentiaq; capitis ulcera proruperunt quæ die circiter tertio euanuerunt.Quæ signo non relicto euanescunt,male decreuisse præseferunt.quale Polemarchi ancillæ pustula rubra erysipelasue super inguina tumentia. Febres malũ, præterq̃; diurnæ ephemeræue,super febres inguina si tumeant, peius,si per exordia in grauibus non uigeant,spirituśq; non molestet,præcordiorum mollis tumor, distentio nusquam uergens,sed supra rotundum quid uel in dextris,ueluti pila suppuratrix uel quid aliud longius,& in maius porrigens uel aliud diffusum subrepens aliud uel distentio hinc & hinc umbilicum usq; superiore omni habitu,si resumit,& in rotundum desinit.si quidem spiritus indiscrete uexat,calor extenuat, si uero hoc fugiat,ad suppurationem tendit.Crebri spiritus,magni sunt si prodeant,si minus,parui & rari.qui partim portendunt,partim cogunt,duplex intus præclusio fit,sicuti qui spirant in calido frigidum. quod medicamentum continui hiatus est.longa magnaue spiratio quandoq; difficilis est,laterũ dolorifica distentio,præcordiorumq; lienis tumores.sanguinis de naribus proruptiones si post decretorium intus remaneant,mala redeunt.primum igitur lienis tumores nisi in articulos decumbant finiantue,sanguis prorumpet,præcordiorum distentio,dextra parte nisi per oletum & lotium prodeat, reuertitur. nam hæc est utrorumq; interceptio,suppuraturumq; putandum est. quæ iam facta sunt,datura in cubile putato.si uero iam uenerint,qualia quãtaq; sint, cõsiderato,neue simul agitato.quædam etiã discutito,si penitus noxia sint, uel futura,uel recẽs ueniẽtia. Quartanæ sãguinis proruptiones male difficulterq; decernunt,quæ unum interponunt,cum decretorio,septimo superrigent. Scopo cuidã male nutricato, raucedine, biliosa destillatione, faucium inflammatione uenter substitit,continenter febricitauit,lingua floruit aruitue, peruigilauit,pectinis plana distentio dextra parum infra declinans crebro spirabat, præcordia dolebat,sese spirãs uertebat,sine tussi crassum spuebat,Peplos octauo data de præcordiis dolorem quidem exegit,nihil tamen leuatus est,postri die duæ glandulæ subter datæ non comparuerunt,crassum,turbulentum cum leui planoq; sedimento minxit,in turbulentia uenter mollior erat, lien declinans tumuit,mulsum acetum potauit.decimo sanguinis paulum aquosi nõ ualde morbosi sinistra nare defluxit,lotium minxit,sedimentum habens,& sub eo

Quæ male decernant.

Erysipelas.

Cum inguinibus febris mala est.

Quæ obseruanda sint.

Scopus quid tulerit,uideto.

quid subalbum, tenue, matellæ cohærens, semini genitali nec simile nec dissimile, quod breui defluxit. postridie decreuit, febre caruit, subglutinosum demisit. undecimo biliosum quid defluxit, lotii purgatio multa & copia & sedimento, priusquam uinum potaret, quid spumosæ bili simile paulatim demisit. duodecimo tanquam pauca inessent, glutinosa & turbulenta oletula demisit, decretorie næ hoc reputandum est, quoniam & Antigenis puero contigit in Perintho. circa linguas tumentia, conuertentia, demissa, sidentiaue, calculi quandoque, quæque articulosis podagricisue contingunt circa articulos imbecillitates eorum causa est, nam Ossium natura talis est, uti & durescāt & contendantur. quod Hippostrati coniugi contigit, quæ annua quartana uexabatur, deque uertice frigescere incipiebat, quod per totum corpus aperte discurrebat, sudor deinde secutus est, qui die eodem decreuit, post hæc muliebria multa & copia & tempore, tunc enim instabant, defluxerunt. non consistere uisus est abscessus. cum uenæ saliunt pulsantue, formam dilatato, præsertim si ex descensu fiat ascensus. quamobrem colligationes quæ fiunt cū uenæ pertunduntur, si modicæ sunt, emittūt, si strictæ ualidæque, cohibent. sicuti reor & sanguineum & subbiliosum quod appetentiam facit. fortasse his & in atrā bilem desinit. frigus quidem mulieribus de lumbis auspicatur & per tergum caput petit, quin & uiris similiter, quæque extra corpus sunt, sicuti brachia, coxæ, corium rarum pilus animalium demonstrat. quibus nihil stato tēpore fit, non perfecta gignuntur, si labores & cœtera suis mensibus & circuitu fiunt, bene habet. nam septuaginta mouetur, ter tāto perficitur. dextera femella sinistra mas sese motitat quod per humiditatem abeuntium cum hiat, fit, uictus siccitas, citius motum parat, qui fœtus citius mouetur, deinde per sua membra discretus tardius augetur. labores circiter tertium diem supra quinquaginta uel sextum supra centum fiunt. menstrui secundo & quarto. quæ ad septimestrem oportet scire uel post muliebria numerādi sunt nouem menses uel post conceptū. qui septuaginta & ducenti dies sunt mēsium græca computatione uel siquid super his uel maribus uel fœmellis superadditur. hæc uel eadē uel cōtraria facit, cibis poculisque humeri mammæque turgent, capitisque uertigines & intemperantiæ fiunt. quæ turgimenta dum ossa solidescunt, crescunt. mēstruorum circuitus præ istis grauedines octimestribus laboribus similes ferunt, Primiparis uero lac cibus si mutetur, octimestre perficitur. magnorum ualidorumque uulnerum tumor si non comparet, malum est, si mollis sit & flaccidus, bonum est, si supra tendat serpatue, non bonum. menstrua si fiant tendentibus ad decimestre, malum est, octimestrique simile. tumores uulnerum si non ualde lancinant, nec furient, subito si euanescant, quibusdam conuulsiones distentionesue neruorum in posteriora cum labore, quibusdam in anteriora uel furores uel dolores laterum graues fiunt uel difficultas intestinorum rubra. tumores præter rationem leuantes, deterrimum est. quod Andronici puero cecidit. pustula rubra Erysipelas

Antigenes.
Perinthus.
Podagrici.
Calculosi.
Ossium natura.
Vinculorum forma.
Principium horroris.
Motus fœtus.
Fœtus numerus.
Cibus potusque quid faciant.
Primiparas quid uexet.
Andronicus.

bra Erysipelasue si non eodem tendit, quid bonum portendit, si per exordia secundum aurem uel pubem tumuit. cuidam cum tertio factū esset, nono suppurauit, qui septimanus conualuit. perniciosiora sunt quæ subito euanescunt. *Erysipelas.*

SEGMENTVM QVARTVM

DE VENIS

Quæ iecoris uena Hepatitisue dicitur, de lumbis usq; ad magnam uertebrā subter uertebrisq; deditur, quæ sublimis per iecur præcordiaq; cor petit clauesq; recta, quæ partim inde collum partim scapulas petit. quæ subter deflexa secundum uertebras costasq; declinat, sinistra quidem una secundum claues iugulumue, dextra autem altera certum locum petit. una autem paulo subter deflexa, quo illa defecit, costis sese dedit, donec cor ipsum pertingat, deflexaq; inde sinistra subterq; declinans in uertebras descēdit, donec eo perueniat, unde tolli cœperat, seseq; costis omnibus dedit utrinq;, portiunculasq; scissas, una cum sit, singulis præbet. de corde quidem in quendam locum per sinistra potius tendens sub arteriam transit, donec absumatur, & eat eo unde iecinoraria hepatitisue tolli cœpit, prius tamen quam ad hæc perueniat, secundū duas extremas costas scinditur, quarum una hinc, altera inde secūdum uertebras tendens consumitur. Quædam uero recta de corde tendens in clauem super arteriam & ab ea sicuti quæ secundum lumbos sub arteriam in iecur prorumpit, partim in eius portas & fibram, partim in aliam eius partē, quæ deinceps paulo subter præcordia prorumpit, quæ præcordia iecori cohærent. quæq; non est facile separare. Duæ uero de claui, quarum altera hinc, altera inde sub pectus transiens pectinem petit. quo uero hinc nondum noui. præcordia uero subter secundum uertebram, quæ sub costas est, sita sunt. qua uero renes de arteria sunt, hac circunueuit. arteriæ uero de magno neruo tenente nascuntur, quæ utrinq; robur sumunt. hac ferme de corde recurrens iecinoria hepatitisue uena definit deficitue. duæ præterea magnæ uenæ per præcordia transeūt, de hepatide profectæ iecinorariaue sublimes quæ superna eorum perrectant, quarum una hac altera uero illac pertransit, multifariāq; diuisæ per præcordia feruntur circueūtq; ea. quæ uero superna eorū perrectāt, magis patēt. Duo præterea toni tenoresue de cerebro superne sub os magnæ uertebræ secūdū os superioris uētriculi stomachonue tendūt, ab utraq; arteriæ parte descēdēs uterq; similis uni eodē deuenit, postea qua uertebræ præcordiaq; hærēt desinit. quidāq; ab hac cōmunicatione diuisi iecur lienēq; petere uidētur, tenor alter tonosue de utraq; uertebrarū parte oblique secūdū spinā p̄tēdit, costisq; sicuti uenæ dedit. sic hi per præcordia lactes sæptū trāsuersum mesenterionue petere uidentur qua deficit. deinde qua præcordia cohærēt crebri per me-

Hepatitis uena. *Pylæ lobosq; iecoris.* *Præcordia. Phrenesue.* *Duæ aliæ uenæ.* *Duo toni neruine.* *Tonos alter.* *Neruorū discursus.*

Sacrum os podexue. *Leguminum comestio quid faciat uideto.*

dium tendentes illinc sub arteriam decurrunt.quod uero remanet secundum uertebras ,sicuti renæ dedunt se, donec prætergredientes in sacrum os deficiant.Qui uiri mulieresq; cognati legumina comedebāt in aheno, de cruribus multi languebant,quod admodum durauit,qui si neruum deuorassent, & genua dolitabant.quod & iracundos & discolores & tristes faciebat & pauidos, corpusq; fere totū afficiebat.Quod Stumargi ancilla hidumæa passa est, quæ cum filiam peperisset,pudendorum os sese conuertit,uti purgamenta non exirent,quæ coxendicem & crura dolore affecerunt, quem tali uena pertusa leuauit,corpus tamen totum tumuit tremuitq;.quare causam causæque principium quærito.

QVINTVM SEGMENTVM DE NATVRAE HOMINIS COGNITIONE PER ASPECTVM PHYSIOLOGIAVE

Physionomia. *Varix testium quid possit.* *Morbo bilis atræ obnoxii.* *Puerperæ spasmos.* *Capitis os dolitans fractumue.* *Sanguinis fluoris medela.* *Vocis reparatio.*

Qui burri pyrrhiue siue rubri sunt,naso acuto,paruis oculis,mali sunt. Naribus uero simis,magnis oculis,optimi.Qui hudos oculos habent,gratiosi sunt. Qui calui sunt,naribusq; acutis,uocis exilis sunt.quam uarix alterum testem petens tollit,quam aliter tollere non est. Magni calui,blæsi, uocis exilis, optimi sunt.morbos autem habēt.blæsus,caluus,uocis exilis,pilosus ualde, bilis atræ. qui uoce absona sunt,manibus non ualidis sunt.quod si tollatur,necessario purulenti fiunt.Dolorem locorum inferiorum,surditas ualida tollit.sanguisque multus de naribus si defluat uel furor insaniaue puerperæ neruorum distentio spasmosue si superueniat, foueto,cœratumque multum tepidum in uesicam mittito subluitoq;.Capitis os si doleat fractumue sit, lac uinumque pari modo propinato,si uulnus sit,uenas interiores,nisi febriat,pertundito,si desipiat, caput perluito , nisi præcordia tumeant. Si caput doleat, pectus petit, postea præcordia,deinde coxendicem.nam omnia non possunt simul dolere. Ventositatē malaciamue pertusio uenæ tollit . Sanguinis fluorē medicaméto superungendoq; cōpescito,si multū sua spōte defluat,ieiunato , uel lactis quatuor,aquæ duas portiones,simul propinato,steriles suffito potionatoque.Qui subito uocem amittunt,nisi febriāt,sanguinis missione curato.Pituitæ fluctiones de mammis oculi trahūt,deinde nares & pulmo.Qui sicce tussiunt, nó tollitur nisi uehemēter coxēdices uel crura uel testes doleāt.si laborās aqua subter cutē tussiat,si quidē animo linquatur,subito calidis oībus utitor,si minus, cibis uinoq; cōpleto,uenasq; interiores pertundito.magnā morbi cōtentionē

coxendicum

coxendicum dolor tollit,distorsiones oculorum cæcutatio, testium tumoré marhmarum turgitas.cum febrit,si die non pari uultus emacietur, sequés dies febrem tollit,crura laborantis aqua subter cutem si turgeant,tussiat,aures dolitent, Lacte utitor. febris die pari si deserat,necessario reuenit.Cũ uena brachii salit,furorem insaniamue celeremq; animi motum portendit,si minus, stuporem.Si uulnus sanguẽ emittet,ne lauato,sed caput calida pfundito. Si cor dolitet,calidum panem cum uino meraco dato.uomitus solutio,calidam aquam propinato uomitoq;,quæ putrescunt,resumito,uenam pertundito,& sanabis. Manus digitorumq; conuulsionem spasmonue pertusa uena si sine febre sit,caputq; non doleat,curato,si minus,calida perfundito.Medela oculorum, spodii partem duodecimam croci, quintam nuclei, unam cerussæ,unam myrrhæ aqua frigida perfundito, caput linito,cum pulte decocta allia dato. Caluorũ uarices nõ magnæ furiosum quid portẽdũt. Vitiliginis & Lepræ medela est, calx aqua extincta ne ulceret, locellorum secundillarũue purgatio. si superẽt, naribus ueratrum,uti sternutet admoueto, naresq; & os sternutamentis linito.

Quæ febris necessario recurset.
Quando uulnus non lauandum.
Cordis doloris sedatio.
Vomitio qui paretur.
Diuersæ medelæ.
Varices.

COGNITIO PER ASPECTVM ALTERA PHYSIOGNOMICOS VE DEVTEROS

Si caput magnum est,oculi parui,blæsiq; sint, celeris iræ sunt iracundiue, longæ uitæ,macrobiiue,multos dentes habent,balbi,celeris linguæ, bile atra facile citantur melancholiciue sunt. qui non nictant oculis facile,celeriterue irascuntur.oculi nigri magni,crassæ nares & simæ,optimi sunt hominis.oculi pulchri, magni,caput magnũ,ceruix gracilis,pectus angustum,commodi hominis sunt.caput pusillum,non caluescit,nec balbi,nisi flauos oculos & capillos habeant glaucosue.Si uox in cõuulsione soluatur, magno malo liberat die non pari puerperam febrientem,dolitantemq; calida perfundito, ptisanamq; crassam calidam ter die porrigito.Pueruli nutriuntur ædunturue mense septimo uel nono uel decimo,uoxq; sistitur,uisq; roburue sequitur, manus ualidæ fiunt.uoce soluta omnia soluuntur.similis est enim natura uoci, dieq; non pari soluitur.Si manuum uenæ saliunt, uultusque ualidus est, præcordia dura, morbus longus erit. qui sine conuulsione spasmoue sanguinisue de naribus multo fluore coxendicumue dolore non soluetur. Ceruicis, gutturisue dolore caput calida perfundito, nisi frigus sit, si minus, farinam calidissimam porrigito, meracumque uinum propinato. Turbulentia uentris, fabam decoctam, superiora si satis ualeant, porrigito, uel cum faba cuminum comedito. cessatio uero morbi nisi die pari fiet, principium pari.

Diuersa per aspectum cognitio.
Caput magnum quale.
Puerorũ natura.
Morbi natura.

die,mense,& anno.quem sic sistito. Nitrum Aegyptium,coriandrum, cuminum tritum pingui subigito perungitoq; necessario. Qui moriuntur, die non pari,mense,& anno moriuntur.quare mortem doloresue graues prædicere bene habet, quemadmodum siquis ualida lumina non habeat, mors procul non erit.si nō pari anno fiat,necesse est ex utrisq; nō pares fieri.si pari anno & die, necesse est die nō pari moriatur.tertius enim numerus ualidissimus est. Cynanchen Anginamue lippitudinemq; ophthalmianue pertusa uena curato, percusso uulneratoue intestino,spiritus per inferna uulnusq; exit, pectus euacuatur.quare lac uinumq; pari modo propinato. Quorū pectora satis ualent,qui balbi,furiosi caluiq; sunt,quiq; tortuosi, blesiq; nascuntur,prudentes nō sunt, uel calculosi furibundiq; fiunt,nisi mali alterius finis & solutio sit. plurimam naturæ uim habét papilla dextera,dexter oculus,quæq; in dextris subtersunt, Mares enim suapte natura magis in dexteris hærét.Mulieribus uti menses contineant,maximam cucurbitulam mammis admoueto,trimestris fœtus omnia præsefert.lac enim prægnans habet.quod si multum defluat, necessario fœtus in utero languet, mammæ si duriusculæ sunt, fœtus ualentior est, crassa uena in utraq; mamma habetur,quæ maximam prudentiæ partem præsefert. Lotii strangulationem stranguriamue sanguis uena missus tollit,si loca superiora redundant,caputq; ulcerét,uomitio purgat. Morbus aquæ subtercutem hydropsue qui uentris fluore tussiq; auspicatur, uomitione quoq; discutitur, si cancellus suboritur,os amarescit,quare nisi lingua debilis impeditusue sit elaterion bis terue propinato,superq; combustum æs cum spongia ligato molestiæ æstusue,horroris,hiatus remedium est,uinum pari modo cū aqua uel lac propinare. Cum auris circundolitat,cucurbitulam admoueto, cumq; quæuis superiora dolitant,cum coxendices,genua,cum spiritus angustia subrepit,cucurbitula hæc omnia discutit.Cum dolor intestina uolutabit, uinum meracū propinato,donec soporetur. Si crura doleant, febris & difficultas intestinorū sine dolore discutit. Si præcordia distendantur,manu pressato subluitoq;, cū aqua fuerit emissa,lactis octo acetabula propinato, si non potet sed uomat. polentam acrem porrigito,tuberculum secundum ungues paronychianue nigra galla trita cum melle discutit. Mulier uti fœtum in utero contineat,polypum prunis assatum comedendum porrigito,deinde nitrum ægyptium,coriādrum,cuminum terito, pastillosque conficito,pudendisq; admoueto, caput si crapula doleat,uinum meracum propinato,sin alia causa,panem calidū uino meraco tinctum comedito.Siquis non bile pituitaue sed defatigatione uel alias calescat febriatue,caput multa calida,donec pedes sudent, perfundito, deinde farinam calidam comedito,meracumq; uinum superpotato, pannisq; conuolutus cum cura quiescito uel narcissi duo uel tria capita supercœnato. cum quis furere uel insanire incipit,signum hoc præcedit, sanguis in mammis colligitur.

Mors quota.

Medela anginæ Lippitudinisq, et percussi intestini.

Variat narrationem.

Mas dextris hæret.

Causa langoris fœtus.

Stranguria qui tollatur et hydrops.

Diuersæ medelæ.

Capitis dolor qui discutiatur.

Signum furoris.

Tertius

TERTIVS EPIDEMIORVM HIPPOCRATIS

P Vthioni qui ſecundum Telluris ſacellum habitabat, manus tremere cœperunt. primo die grauiter febriuit, delirauit. ſecundo cuncta grauarunt. tertio per eadem tranſegit. quarto uenter pauca, biliosa, pura demiſit. quinto cuncta grauauerũt, parũ dormiuit, uenter moratus eſt. ſexto uaria, ſubrubra ſpuit. ſeptimo diſſolutum eſt os. octauo cuncta grauarunt, tremores permanſerunt, lotia per exordia octauum uſq; tenuia, diſcoloria, quid nebuloſum in his fluitabat. decimo ſudauit, ſubmatura ſpuit, decreuit, circaq; decretorium, lotia ſubalba. dies uero circiter quadraginta poſt decretorium circa ſedem ſuppurauit, cum lotii ſtrangulatione euaſit. Hermocrates qui ſecundum nouum murũ habitabat, febre graui correptus eſt, Caput, lumbos per exordia dolitauit, præcordia molliter diſtenta erant, lingua per exordia ſubuſta eſt, ſurditas confeſtim inuaſit, ſomni non erant, nec ualde ſitiebat. lotia craſſa, rubra, quæ etſi in matellis manerent, non ſubſidebant, uenter combuſta demiſit. quinto tenuia minxit, quæ ſuperfluitans quid nec ſubſidens haberent, noctem uerſus delirauit. ſexto morbus regius acceſſit, cuncta grauarunt, non cognouit. ſeptimo male habuit, lotia tenuia, ſimilia ſecundis diebus. circiter undecimum cuncta uiſus eſt leuari, ſoporatus eſt, craſſiora minxit, ſubrubra, ſubtenuia, quæ non ſubſiderent, ſenſim cognouit. quartodecimo febre caruit, non ſudauit, quieuit, omnia cognouit, lotia ſimilia. circiter ſeptimum & decimum ſubreuenit, caluit, grauiter deinceps febricitauit, lotia tenuia minxit, delirauit. uigeſimo rurſus decreuit, febre caruit, non ſudauit, non paſtus omne tempus cognouit, loqui non poterat, lingua ſuperaruerat, non ſitiebat, ſoporatus eſt. circiter quartum & uigeſimũ ſupercaluit, uenter multa tenuia demiſit, deinceps grauiter febriuit, lingua coaruit. ſeptimo & uigeſimo mortuus eſt. ſurditas huic uſque durauit, lotia uel craſſa, rubra, nõ ſubſidentia uel alba uel diſcoloria, quæ ſuperfluitans quid haberent, comedere guſtareue nõ poterat. Qui in Dealdis Dealciſue horto habitabat, capite grauatus diu dextrũ tempus doluit, quare febre correptus iacuit. ſecundo paulũ ſanguinis puri de ſiniſtra nare fluxit, non e temporis dextri regione, uenter oletula bene demiſit, lotia tenuia, uaria, ſuperfluitãs habẽtia paulatim ſimile, genitaliq; ſemini ſimilia parum ſubſidentia. tertio grauiter febricitauit, nigra, tenuia, ſupra ſpumoſa cum ſedimento ſubliuido oletauit, ſubgrauatus eſt, & ſoporatus, uix ad ſellam ſurgebat, lotia ſedimentum liuidum & ſubglutinoſum habebant. quarto pauca biliosa, flaua, paulopoſt uirulenta uiolaceaue uomuit, de ſiniſtra nare parum & purum fluxit, ſimilia & oletauit &

Puthion. Pythionue. Non moritur.

Hermocrates perit.

Varie uexatur, tandem moritur.

Dealces.

Diuerſitatem huius obſeruato.

minxit,caput iugulumq; sudauit,lien tumuit,coxa ea parte doluit, præcordiorum dextra submollis distentio,nocte non quieuit, paulum delirauit. quinto plura nigra superne spumosa subter liuida oletauit,nocte somnum non cepit, delirauit. sexto nigra,pinguia, glutinosa, olida oletauit, dormiuit,magis cognouit. septimo lingua superaruit,sitiuit,non quieuit,delirauit,lotia tenuia nō bene colorata. octauo nigra,pauca,cōpacta oletauit,dormiuit,cognouit, parum sitiuit. nono superriguit,grauiter febricitauit,sudauit,perfrixit, delirauit, dexter oculus obliquatus est,lingua superaruit,sitiuit, puigilauit. decimo per eadem transegit. undecimo cognouit omnia,febre caruit, dormiuit, sudauit, lotia tenuia circa decretorium minxit,duos dies febre caruit. quarto & decimo statim reuenit,nocte non dormiuit,non cognouit,penitus delirauit. quinto & decimo lotium turbulentum, quale est quod diu in matellis mansit cum agitatur,grauiter febriuit,penitus delirauit,non quieuit, genua tibiasq; superdoluit,uenter glandula subterdata nigra oletula demisit. sexto & decimo lotia tenuia,quæ nubilum superfluitans habuerunt,minxit,desipuit. septimo & decimo mane postrema refrixerunt,pannis cōuolutus grauiter febriuit, per totum sudauit,leuatus est,magis cognouit,febre non caruit,sitiuit,pauca, biliosa,flaua uomuit,uenter oletula demisit paulopost nigra paulum tenuia, lotia tenuia discoloria. octauo & decimo soporatus non cognouit. nono ac decimo per eadem transegit. lotia tenuia minxit. uigesimo dormiuit, omnia cognouit,sudauit,febre caruit,non sitiuit,lotia tenuia minxit. primo & uigesimo paulum delirauit,subsitiuit,præcordiorum & circa umbilicum labor,continua palpitatio. quarto & uigesimo sedimentum in lotio fuit, omnia cognouit. septimo & uigesimo dextrum coxendicem doluit, lotia tenuia quæ sedimentum habuerunt. circiter nonum & uigesimum dexter oculus doluit, lotia tenuia. quadragesimo pituitosa,alba,subdensa demisit,multum per totum sudauit,perfecte decreuit. Philistes in Thaso diu caput doluit,quādoq; soporatus decubuit,continenter ex his febricitauit,labor creuit,nocte primum supercaluit,primo die primum biliosa, flaua uomuit,deinde uirulenta uiolaceaue plurima uenter oletula demisit,noctem difficulter tulit. secundo surditas, grauiter febriuit,præcordia dextra sese distenderunt, quod ad interiora deflexit, lotia tenuia,translucida,pusillum semini genitali simile superfluitans habentia,circa meridiem furenter insaniuit. tertio difficulter habuit. quarto cuncta creuerunt. quinto mane mortuus est. Chærion qui apud Demænetum delianue iacuit,potu febre correptus est,statim caput grauiter doluit, non quieuit, uenter tenuia,biliosa demisit. tertio grauiter febricitauit,caput labrumq; inferius potissimū tremuit,paulopost riguit,spasmi conuulsionesue uexarunt, cuncta creuerunt,delirauit,noctem difficulter transegit. quarto paulū quiete dormiuit,delirauit. quinto superlaboriose cuncta grauarunt,delirauit,noctē difficulter tulit,non quieuit. sexto per eadem, septimo superriguit,grauiter febricitauit,

Conualuit tamē quanuis multum uexaretur.

Mortuus non est hic.

Philistes cito perit.

Chærion non perit.

Demænetus, deliasue.

tauit, per totum sudauit, decreuit, uenter huic usque biliosa, pura, pauca demisit, lotia tenuia, boni coloris, nubilum superfluitans habentia. circiter octauum coloratiora, pusillum sedimentum album habentia minxit, cognouit, febre caruit. nono rediuit. circiter quartum & decimum grauiter febricitauit, sudauit. sexto & decimo biliosa, flaua, subdensa uomuit. septimo & decimo superriguit, sudauit, febre caruit, decreuit, lotia post reuersionem decretoriumq; coloratiora, sedimentum habentia minxit, nec in subreuersione delirauit. octauo & decimo caluit, paulum supersitiuit, lotia tenuia, nubilũ perfluitans habentia minxit, parum delirauit. circiter uero nonum & decimum febre caruit, collum doluit, sedimentũ lotia habuerunt. uigesimo perfecte decreuit. Euryanactis filiam uirginem febris ignisue cepit, nõ usq; sitiuit, cibaria gustamentaue non suscepit, uenter non demisit, lotia tenuia, pauca, non bene colorata minxit. cum uero febris cepit, circa sedem laborauit. sexto febre caruit, non sudauit, decreuit, circa sedem quod erat paulum suppurauit, cum decretorio prorupit. post autem decretorium septimo riguit, parũ supercaluit, sudauit. post decretorium autem octauo non multum riguit, postea uero postrema semper frixerunt. circiter uero decimum post sudorem delirauit, statim cognouit, quæ passam eam esse dicebant, quoniam uuæ racemulum comedisset. cum uero secundus & uigesimus transiisset, multum rursus delirauit, cõmotus uenter pauca, biliosa, pura, tenuia, uellicantia demisit, crebro ad sellam surrexit. septimo autem ex quo ultimo loco delirauit, mortua est. quæ ex quo morbus incepit, fauces doluit, quæ semper rubuerunt, uua reuulsa tumensue multa tenuia, acria paulatim demittebat, matura tussiebat, nihil emittebat, nihil hoc tempore gustauit, nec appetebat, nec sitiebat, nec quicquam alicuius momẽti bibit, taciturna nihil loquebatur, tristis de sese desperabat, quid enim tabificum insitum erat. Quædam fœmina quæ secundum Aristionis Bionisue domũ degebat cynanchice anginaue correpta primo lingua laborare cœpit, non clare loquebatur, lingua rubra superaruit, primo die post horrorem calor subsecutus est. tertio riguit, grauiter febricitauit, tumor gutturis ruber in pectus utrinq; descendebat, postrema frigescebant, liuescebantq; magnopere, & crebro spirabat, potus per nares fundebatur, deuorare non poterat, excrementa & lotia substiterunt. quarto cuncta grauarunt. quinto anginosa Cynanchiceue mortua est. Quidam adulescens qui in falsorum foro degebat, laborum lassitudine cursusq; non consueti febricitauit, primo die uẽter perturbatus multa tenuia, biliosa demisit, lotia tenuia, subatra minxit, somnum non cepit, sitiuit. secundo cuncta grauarunt, excrementa plura magis importuna uenter demisit, somnum non cepit. mens turbulenta fuit, parum supersudauit. tertium difficulter tulit, sitiuit, æstuauit, sese multum agitauit, languit, postrema liuescebant frigebantq;, præcordiorum utrinq; mollis distentio. quarto somnum nõ cepit, in peius declinauit. septimo mortuus est, Aetas circiter anni uiginti.

Conflictatus hic uarie non perit.

Euryanax.

Virguncula hæc perit.

Aristion.
Bionue.
Cynanchice
Anginosaue.

Cynãchice perit.
Adulescẽs perit.
Forum falsorum.

Tisamenus. Conuoluulus. Hileosue dolor. Quædam fœmina quæ apud Tisamenum degebat, conuoluulis doloribus uehementer petita multum uomuit, potum nullum continebat, præcordia, uentriculus inferior continenter torquebantur, non sitiebat, supercaluit, postrema usque frigescebant, æstuauit, peruigilauit, lotia pauca, tenuia, pauca, cruda, tenuia uenter demisit, nihil iuuare potuit, male mortua est. *Pantimedes. Mulier abortu perit.* Quædam fœmella quæ apud Pantimedé degebat, primo die abortus febricitauit, lingua superaruit, sitiuit, æstuauit, peruigilauit, uenter perturbatus multa tenuia, cruda demisit. secundo superriguit, grauiter febricitauit, uenter multa demisit, somnum non cepit. tertio magis laborauit. quarto delirauit. septimo mortua est, uenter usque lubricus multa, cruda, tenuia demisit, lotia pauca, tenuia minxit, febris ardens causosue fuit. Hiceteui uxorem ex abortu circiter quinquemestri febris ignisue cepit, per exordia modo soporabatur modo peruigilauit, lumbos doluit, caput grauescebat. secundo uenter pauca, tenuia, pura primũ demisit. tertio plura & peiora, nocte nõ qeuit. quarto delirauit, timor animi lãgor accessit, dexter oculus obliquatus est, circa caput pauco & frigido sudauit, postrema frixerunt. quinto grauata multũ delirauit, statim cognouit, non sitiuit, peruigilauit, uẽter multa nõ opportuna semper demisit, lotia pauca, tenuia, subatra minxit, extrema frigebant subliuebantque. sexto per eadem trãsegit. septimo *Mortua est delira.* delirans mortua est. Mulierem quæ in falsorum foro habitauit, tunc primum *Primipara perit.* laboriose marem enixam febris ignisue cepit, statim per exordia sitiuit, æstuauit, cor doluit, lingua superaruit, uenter, tenuia, pauca demisit, somnum nõ cepit. secundo paulum superriguit, grauiter febricitauit, circa caput paulum frigido sudauit. tertio laboriose habuit, uenter multa, tenuia, cruda demisit. quarto superriguit, cuncta grauarunt, peruigilauit. quinto super laboriose habuit. sexto per eadem transcurrit, uenter multa demisit. septimo superriguit, grauiter febriuit, multum sitiuit, sese plurimum agitauit, circa uesperam per totum frigido sudauit, frixit, postrema frixerunt, nec amplius recaluerunt, noctem uersus refrixit, postrema non recaluerũt, somnum non cepit, paulũ delirauit, sta- *Post uarios labores perit.* tim cognouit. octauo circa meridiem recaluit, sitiuit, soporata æstuauit, pauca biliosa, subflaua uomuit, noctem difficulter tulit, non quieuit. multũ simul non sentiens minxit. nono cuncta relaxarunt, soporata serum diei uersus pauca biliosa, amara uomuit. decimo riguit, febris grauauit, nihil quieuit, mane plurimum sedimentum non habens minxit, postrema recaluerunt. undecimo biliosa, uirulenta, uiolaceaue uomuit, non multo post superriguit, postrema refrixerunt, noctem uersus frigido sudauit, riguit, multa uomuit, noctem laboriose transmisit. duodecimo multa nigra, olida uomuit, multum singultauit, laboriose sitiuit. tertio & decimo multa nigra, olida uomuit, riguit, circa meridiẽ mutuit. quarto & decimo sanguis per nares prorupit, mortua est, uenter huic usque lubricus fuit, horruit, circiter annorum septem & decem ætas.

Tempestas

TEMPESTAS ET ANNVS PESTILENS

Pluuius austrinus sine aura usq; annus hic fuit, cum æstus siccitatesue prius cum austris uiguissent, circa arcturum multū pluit, tenebricosus & nubilus autumnus fuit, magna uis aquarū, hyems austrina, huda, lenis. post uero solis institium proxime æquinoctium præposteræ tempestates fuerunt, circaq; iam æquinoctium septentriones niuosi non diu spirauerunt. uer rursus hudum non perflatum multum pluit, canē usq; æstas serena, calida, æstuosa fuit, uenti spirare per æstatem consueti hoc est etesiæ, sparsim, raro & non iugiter spirauerunt. circa uero Arcturum rursus cum septētrionibus multum pluit. Cum autē annus ferme totus austrinus, hudus lenisq; fuerit per hyemem tamen sano modo degebant, præter quædam tabifica mala, de quibus scribetur. Paulo autem ante uer cum frigoribus pustulæ rubræ hoc est erysipelata multis fiebant, quibusdam aliqua de causa, quibusdam non malignæ plurimos tamen necabant. multi de faucibus laborabant, uox lædebatur, febres ardentes causiue cum delirio uigebant, ora pustulabantur, pudendis tubercula fiebāt, lippitudines causi febresue ardētes, carbunculi uigebant, uentres mouebātur, perturbabāturue, cibum auersabantur. quidam multum, quidam parum sitiebant, lotia turbulenta, multa, mala mingebant. plurimi soporabantur, contra rursus peruigilabant. multæ intemperiæ, malæ, difficilesq; iudicationes sequebantur. plurimi aqua subter cutem laborabāt. Tabeq; mala hæc sunt, quæ tunc passim uigebāt, quibus plurimi & perirent & euaderent, quæ sic singulis eueniebant. Multis quidē parua de causa & quibusuis etiam minimis uulneribus per totum corpus præsertim iis qui annos sexaginta nati forent, pustulæ rubræ hoc est erysipelata proserpebant, si paulum quid neglexissent, circa caput præsertim plurimis & in medicina existentibus magnæ inflammationes fiebant, pustulaq; rubra erysipelasue quanprimumq; undiq; succendebatur. plurimis uero horum abscessus ad suppuramenta concidebant, carniumq;, neruorum & ossium magni casus fiebant, quod uero deflueret, puri simile non erat, sed putredo quædā alia, quodq; defluebat multum & uarium erat. quibus autem horū quid circa caput fieret, capilli totius capitis piliq; menti defluebant, ossaq; denudabantur & cadebant, multumq; fluoris defluebat, quæ cum febre & sine fiebant, quæ magis formidolosa erant quam periculosa. quibus enim ad suppuramenta uel quid tale res cecidisset, maturescebant, plurimiq; horum seruabantur. quibus autem uel inflammatio uel pustula rubra seu erysipelas uenisset, talemq; nullam abscessionem fecisset, plurimi horum peribant. similiter et si partem aliam corporis petiissent, multis enim cubitus & totum brachium defluebat, quibusdam uero hæc anteriora uel posteriora laterum lædebant, quibusdam autem tota

Descriptionē hāc anni obseruato,

Qui morbi uigerent.

Qui hæc incesserent.

Similia hæc sunt morbo gallico qui nunc uiget.

coxa uel quæ circa tibiam sunt uel pes totus denudabatur, Difficillima uero omnium erant, cum circa pubem & pudenda hæc fierent. quæ circa uulnera ulceraue fiebant, hæc sunt. multis autem cũ febre & ante & post fiebant, siqua tamen horum abscessum fecissent, ob hanc suppurationem uel boni lotii mini̅stionem uentrisue motum opportunum liberabantur. si uero nihil horum fieret, signoq; nullo relicto euanuissent, mortifera fiebant. plurimis tamen uerno tempore, æstiuo & autumnali pustula rubra seu erysipelas uenit, & durauit. plurimum autem mouebat, cum circa fauces, tubercula linguæ, inflammationes secundumq; dentes abscessus creabãtur, uoxq; multis læsa & dissoluta hoc demonstrabat. Primum quidem tabificis incipientibus quin & in ardentibus febribus delirantibusq; hæc fiebant. quæ uerno tempore uel ante cum frigora transiissent, fiebant, plurimiq; tunc morbis grauibus mortiferisq; corripiebantur. Modus autem statusue febrium ardentium tunc uigentium talis erat. Per exordia soporabantur, æstuabant, horrebant, grauiter febriebant, non multũ sitiebant nec delirabant, paulumq; sanguinis de naribus stillabat, febrium accessiones diebus paribus plurimis fiebant. circa autem accessiones obliuio, de lassatioq; subrepebat, non loquebantur, semper autem his postrema manuum præsertim & pedum frigebant, potissimũq; in ipsis accessionibus, deinde tarde nec bene recalescebant, cognoscebant, loquebantur. hos autem uel continuus sopor non somnolentus uel peruigilium laboriosum detinuit. plurimisq; horum uenter lubricus multa cruda tenuia demittebat, lotia multa tenuia, decretorium nullum, nec bonum signum decretorium habentia. Cum hi sic haberent, comparuit, sanguis enim non bene prorupit, nec alia consueta decretoriaq; abscessio facta est. plæriq; uti sors dabat, erratice peribãt, multi circa decretoria, plurimi, cum diu locuti non fuissent, multi cum multo sudore. quæ quidem iis eueniebant, qui perniciose haberent. similia & delirantibus fiebãt, qui non ualde sitiebant, nec furenter delirabant, sicuti in cœteris, sed quadam alia socordi, tarda, malaq; depositione male grauiterue peribant. Præterea & febres aliæ uiguerũt, de quibus scribetur. multis ora spumosa ulcerataq; fluentaq; ulcerosa, circa pudenda multa ulcera fiebant, tubercula intus & extra circa inguina, lippitudines hudæ, diuturnæ, longæue, dolorificæ, stolones pustulæue supernascentes in palpebris intus & extra fiebant, quæ multis speciem aciemue oculorum perdebant, quas ficos uocitant. præterea plurima alia ulcera nascebantur, per æstatem in pudendis carbũculi multi cœteraq; quas putredines sepsiasue nominitant, tubercula magna, plærisq; serpentia ulcera magna. Quo autem ad uentris uitia, plurimis multa noxiaq; cadebant, primũ quidem multis uoluntas egerendi laboriosa tenesmosue, præsertim pueris ante pubertatem, plurimiq; peribant, multi læuitate intestinorum uexabantur, quidam difficultate intestinorum, nec hi nimis laborabãt, multi biliosa, pinguia, huda, aquosa, tenuia oletabant. malumq; hoc huc deueniebat. nam cum febre quam

Erysipelas.
Tubercula phymatane faucium.
Causi febrisue ardentis modus.
Qui haberẽt hi.
Mala uaria.
Fici palpebrarum.
Ventris mala.

quam sine tormina laboriosa pessimæq; conuolutiones multos uexabant.cum multa inessent detinerenturq;,quæ etsi exirent,labores,doloresue tamen non tollebant soluebantue.hisq; quæ porrigebantur,difficulter auscultabant,purgationes enim multos lædebant.plurimi uero horum qui sic haberent, cito peribant.multi malum protrahebant.& uti in summa dicatur, cũcti & qui longius malum producerent & qui graui & acuto morbo laborarent, uentris uitio peribant,omnes enim uenter tollebat, omnesq; præscripti cibum auersabantur.quibus tunc occurri,sic hi degebant,siue hac causa siue alia male haberent,quidam horum sitiebant,quidam non.qui uero febre uel alias laboraret, horum nemo libenter cibum sumebat,sed potu solum uti uelles,eos nutricare erat,plus tamen multo mingebant quã potauerant,lotiaq; ualde mala erãt, nam crassitudinem,maturitatem purgationesq; bonas non habebant. nam in plurimis si per uesicam optime purgarent,optimum erat,sed plurimis horum tabescentiam,uentris turbationem, labores malaq; decretoria portendebant & tempora. deliri febre ardenti laborantes maxime soporabantur, quin & in cœteris magnis morbis quicquid cũ febre fieret, uel penitus grauiter plæriq; soporabantur uel parum leuiterq; dormiebant.plurimæq; species aliæ febriũ passim uigebant,tertianæ,quartanæ,diurnæ,nocturnæ,continuæ,longæ, erraticæ,æstuosæ, non consistentes. Cuncti uero hi plurimo motu uexabantur, plurimis enim uentres turbulenti lubriciue fuerant,horrebant, sudabant non decretorio modo,lotia,qualia scripta sunt,fuerunt.longa uero plurimis horũ fuerunt mala,nam abscessiones,quæ in his fiebant, quemadmodum in cœteris,non decernebant,sed cunctis omnia male decernebant,uel nõ decernebãt, uel longe & tarde decernebant.paucis enim horum circiter octogesimum decreuerunt.plurimis autem temere casuue cessarunt.pauci uero horum præ sudore stando siue non iacendo peribant.multis autem & in cœteris morbis tumores molesti fiebant,præsertim tabificis,nam tabes maximũ difficillimũq; malum & quod plures necaret fuit. Multis enim per hyemem cœpit. plurimi quidem decumbebant,quidã stando tolerabant.paulo ante uer multi qui decubuerãt, peribant.tussis uero nullis defuit.sed per æstatem aliquatenus remisit.sub auctumnum autem omnes decubuerunt,plurimiq; perierũt, multi etiã diutius morbum traxerunt.plurimis etiam subito morbus cœpit.qui etiam ex his aperte male uexabat,crebro siquidem horrebant,continenter grauiterq; febriebant,sudores multi,frigidi,non opportuni usq; perdurabant, multũ prætere a frigescebant,uixq; recalescebant.uentres autem uarie molestabant, nam modo subsistebãt,modo contra subito mouebantur.pulmonisq; uitio laborãtium omnium remissio per inferna fiebat,lotiiq; non opportuni copia, male contabescebant,multum usq; tussiebant,multaq; matura, liquida non ualde laboriose spuebant.quare etsi aliquatenus laborassent,statim tamen rursus omnibus uitiorum pulmonis lenior purgatio fiebat,quæ fauces non multũ uelli-

Ventris malum hos omnes necabat.

Quæ febres uigerent.

Tabes maximum malum.

Ver fere omnes hos tollebat.

Capitis fluctio quæ.
Cibi auersatio.
Quæ tabis species hos uexaret.
Pueri pituitosi uentris fluore tenebantur.
Parion.
Paruisue.
Tandē moritur.
Puerpera quæ passa sit.

caret,nec quicquam salsum uexabat,multa tamen glutinosa,alba,liquida,spumosa caput demittebat.maximum uero malum & his & cœteris erat, cibi fastidium,uti scriptum est.potum enim cum cibo non libenter sumebant, quin immo nihil sitiebant,corporis grauedo soporifera uexabat.plurimisq; horum tumor fiebat,qui ad aquam subter cutem tenderet. circa mortem uero horrebant delirabantq;.Tabifica uero species erat,leuis, subalbida,pituitosa, subrubra,cæsia.multi pituita alba laborabant,pectoris angustia, mulieres atra bile, subcruenta.febres ardentes,deliria, difficultas intestinorum quosdam tangebant & uexabant.nouos uero puerosue pituitosos uoluntas egerendi, longæq; uentris fluctiones,qui uellicantia,acria,pinguiaq; demittebant.qui autem bile amara uexarentur,his & omnibus suprascriptis,uer difficillimum fuit,plurimosq; necauit.mitior æstas fuit,paucique peribant.per auctumnum autē & sub uergilias contra plurimi quartani peribant.Parionem in Thaso,qui supra Dianium habitauit,febris grauis cepit,per exordia continua,feruens,siticulosa uexauit,modo soporabatur modo peruigilabat,uenter turbulentus erat, lotia tenuia,alba.sexto oleaceū minxit,delirauit.septimo cuncta grauarūt,nihil quieuit,quin & lotia similia mensq; fuerunt,uenter biliosa pinguiaq; demisit. octauo de naribus paulum stillauit,pauca uirulēta uiolaceaue uomuit,paulū quieuit.nono per eadem transegit.decimo cuncta remiserunt.undecimo sudauit, non per totum,circūfrixit quidem,sed cito recaluit.duodecimo grauiter febriuit,multa,biliosa,tenuia demisit,lotia fluitans habuerunt.septimo & decimo laborauit, somnum non cepit ,febris durauit.uigesimo per totum sudauit,peruigilauit,non comedit,biliosa demisit , soporatus est.quarto & uigesimo reuenit,febre caruit,uenter non constitit.quarto & trigesimo recaluit.quadragesimo febre caruit,uenter non multum constitit,non comedit,paulū rursus ac usq; errabunde febricitauit.nam modo febre caruit,modo non. si quid enim intermitteret leuaretq;,rursus reueniebat.cibariolis nanq; malis ostreisq; prius usus fuerat & multis, somni mali circa reuersiones,delirauit, lotia crassa turbulenta & mala tunc minxit,uenter consistentia mox dissoluta demisit,continuæ febriculæ uexarunt,multa tenuia demisit.centesimo ac uigesimo mortuus est.Venter huic a primo die continenter lubricus hudusue fuit,liquida hu daue biliosa multa demisit,uel si consisteret morareturue,feruentia, non concocta demittebat,lotia mala usq; minxit,quandoq; soporabatur quandoq; cū laboribus peruigilabat,non comedebat,cōtinua febris ardēs perurebat. Quandam fœminam in Thaso quæ secundum frigidam aquam habitabat,cum fœmellam peperisset,post partumq; non purgaretur,tertiariam tertioue die grauis febris horridaq; corripuit,diu tamen ante partum febre laborauerat. Quæ cum in cubili cibum auersata iaceret,post rigorem continenter grauiterq; febricitauit & horruit.octauo autem secutisq; diebus multum delirauit,statimq; rursus cognouit , uenter perturbatus,multa,tenuia,biliosa, aquosaq; demisit.

undecimo

undecimo cognouit,ſoporabatur tamen,multa tenuia nigra minxit,peruigilauit,uigeſimo paulũ circũfrixit,ſed ſtatim recaluit,delirauit,peruigilauit, uenter inferior ſimiliter permanſit,lotia multa aquoſa minxit. ſeptimo & uigeſimo febre caruit,uenter conſtitit.poſt uero paulum dexter coxendix ualde doluit,mox febricitauit,lotia aquoſa minxit.quadrageſimo coxendicis dolor leuatus eſt,ſed tuſſis continua,multa,huda remanſit,uenter ſubſiſtit, non comedit,lotia eadẽ minxit,febris uero penitus non deſeruit, ſed errabunde uexauit modo grauans modo non.ſexageſimo tuſſis nullo ſigno relicto deſeruit,ſputũ enim non maturuit,nec uti ſolet,abſceſſit, ſed maxilla dextera conuellebatur, ſoporabatur,mox delirauit,ſed ſtatim cognouit reſipuitue.quo autẽ ad guſtamina obliuioſe habuit, maxilla autẽ ad ſeſe rediuit,uenter birioſa pauca demiſit,grauius & horruit & febricitauit, dieſq; ſecutos mutuit, mox cognouit, & locuta eſt.octogeſimo mortua eſt,lotia tenuia nigra & aquoſa hæc uſq; minxit, ſopor & æſtus ſequebatur,non paſcebatur,triſtabatur,peruigilabat,iraſcebatur,difficulter ferebat,mens atra bile agitabatur.Puthionẽ in Thaſo qui ſupra Herculis Phanũ habitabat,labore,laſſitudineq; uictuq; negligẽti horror rigorue febris grauis corripuit,lingua ſuperaruit, multa bile plurimum ſitiuit, ſomnũ non cepit,lotia ſubatra,ſuperfluitans nec ſubſiſtens habentia minxit.ſecundo circa meridiẽ poſtrema manuũ præſertim capitiſq; frixerunt,nõ loquebatur,querebaturq;,diu parũ ſpirauit,mox recaluit,ſitiuit,nocte quieuit, paulum circa caput ſudauit.tertio die quieuit,uerſus autem ſolis occaſum paulũ frixit,æſtuauit,turbatur,noctem laborioſe trãſmiſit,nihil dormiuit,uenter pauca,conſiſtentia demiſit,quarto mane quieuit , circa meridiem cuncta grauarunt,frixit,non loquebatur,querebaturue,tempus poſt in peius recaluit, lotia nigra ſuperfluitans habentia minxit,nocte quiete dormiuit . quinto leuari uiſus eſt,tamen grauedo quædam laborioſa in uentre erat,ſiticuloſus noctem laborioſe tranſegit.ſexto mane quieuit,ſerum uero diei uerſus magis laborauit, grauatus eſt,uenter tarde lauatiuncula belle demiſit , nocte quieuit . ſeptimo diem æſtuoſus tranſmiſit,oleoſum minxit,noctem multa turba duxit, delirauit,nihil dormiuit.octauo mane quieuit paulum,ſtatim frixit, mutuit , parum ſpirauit , tarde caluit , delirauit , per diem paulum leuatus eſt , pauca biſioſa pura demiſit . nono ſoporatus æſtuoſus iacuit , cum excitabatur , non ualde ſitiebat,circa uero ſolis occaſum difficulter tulit,delirauit,noctem malam habuit.decimo mane mutuit,multum frixit,multum grauiterq; febriuit, multũ ſudauit,mortuus eſt.diebus paribus hic laborabat.Quidã delirus phreniticoſue primo die cũ in cubile decubuiſſet,multa tenuia,uirulenta uiolaceaue ſiue iodea uomuit,cũ horrore febricitauit,multũ continenter per totũ ſudauit,caput ceruixq; grauiter doluit,lotia tenuia,parua ſuperfluitantia, ſparſa habẽtia quæ nõ ſubſiſtebant,minxit,uenter multa ſimul exoletauit, delirauit, nihil dormiuit.ſecundo mane mutuit,grauiter febriuit, ſudauit , non dimiſit,

Mira uexatio huius puerperæ, quæ tandẽ perit.

Puthion. Herculis phanum.

Moritur tandem hic.

Phreniticos moritur.

Phalaclos cito moritur.
Larissa.

totum corpus tremuit,nocte conuulsiones spasmiue molestarunt. tertio cuncta grauarunt.quarto mortuus est.Phalaclus in Larissa dexteram coxam subito doluit,quæ porrigerentur fierentue nihil proficiebant,primo die grauiter febriuit arsitq;,labores consecuti sunt.secundo coxæ dolor paulum cessauit, febris uero perseuerauit,subdifficulter tulit,non quieuit,postrema confrixerũt, multum non bonum minxit.tertio coxæ quidẽ dolor cessauit,mens uero percussa est,multumq; perturbata & agitata. quarto circa meridiem mortuus est celeriter.

Pericles abdera.
Cur potum non retineret,quia sublienosus.
Conualuit hic.

Periclem in Abderis morbus grauis continuus cum labore multa siti æstuationeq; cepit, potum non continuit,sublienosus enim capiteq; grauatus erat.primo die sanguis de sinistra nare prorupit,multũ super febriuit,multum turbidũ,albũ minxit,quod in matellis iacens non subsedit.secundo cũcta grauarunt,lotia quidẽ crassa fuerant,sed quæ magis subsiderẽt,quæq; circa æstuationẽ erant,leuata sunt,quieuit.tertio febris mollita est, lotiorũ copia matura multã subsistentiã habentia,nocte quieuit.quarto circa meridiẽ multo calido per totũ sudauit,febre caruit,decreuit celeriter,nõ reuenit.

Virgo abderitana.
Sacra uia.
Virgo hæc euasit.

Virginẽ in Abderis quæ in sacra uia habitauit,febris ardens cepit,sitiuit,peruigilauit, muliebria tunc primũ ei descenderũt.sexto multũ æstuauit,rubuit,horruit, nõ quieuit.septimo per eadẽ trãsegit,lotia tenuia quidẽ sed boni coloris minxit, quæ circa uentrẽ sunt,non molestarunt.octauo surduit,grauiter febriuit,peruigilauit,æstuauit,horruit,cognouit,lotia similia minxit. nono diesque secutos per eadem transmisit.sic & surditas permansit.quarto & decimo quæ mentis sunt turbulenta fuerunt,febris concessit.septimo & decimo per nares multum fluxit,surditas cõcessit,& secutos dies æstuatio & deliratio leuior inerat. uigesimo pedes doluit,surditas delirationq; dimisit,per nares parũ prorupit,sudauit, febre caruit.quarto & uigesimo febris reuenit,surditas,pedũ dolor, & deliratio permansit.septimo & uigesimo multũ sudauit,febre caruit,surditas defecit,pedũ dolor permansit,cœtera uero perfecte decreuerunt.

Anaxagoras Abderitanus.
Thraciæ portæ.

Anaxagoram in Abderis qui secundũ Thracias portas habitauit,febris grauis cepit,dextri lateris dolor,tussis sicca,primos enim dies non spuit,sitiuit,peruigilauit, lotia boni coloris,multa, tenuia minxit.sexto delirauit,calefaciẽtia uero nihil profuerunt.septimo laborauit,febris enim perseuerauit,labores autem non concesserunt,tussis uexauit,difficulter spirauit.octauo cubitũ incidi siue brachii uenã, multũ defluxit,prout oportuit,labores quidẽ concesserunt,sed tussis sicca cõsecuta est.undecimo febris concessit,paulum circa caput sudauit,tussis adhuc pertendit,quæq; pulmonis sunt,humidiora fuerant.septimo ac decimo pauca matura spuere cœpit,leuatus est,tamen sitiuit,purgationesq; pulmonis bonæ non erant. uigesimo sudauit , sine febre remansit, post decretorium uero leuatus est. septimo & decimo febris reuenit,tussiuit, multa matura spuit, lotio sedimentum album inerat,non sitiuit,dormiuit.quarto & trigesimo per totum sudauit,febre caruit,cuncta decreuerunt.

Herobuthus abderitanus.

Heroputhus in Abderis stans caput

caput doluit,non multo post tempore decubuit.Qui secundum superius conciliabulum habitauit,grauiter & ardenter febricitauit,multa biliosa per exordia uomuit,sitiuit,multum difficulter malum tulit,lotia tenuia, nigra, superfluitans modo habentia modo non,minxit,noctem laboriose tulit, febris uarie grauabat,sed plærūq; sine ordine.circa uero quartum & decimum surduit, febris perseuerauit,lotia per eadem.uigesimo diesq; secutos multum delirauit.quadragesimo per nares multum sanguinis prorupit, magisque cognouit,minus surduit, febris concessit. secutos uero dies crebro sed paulatim sanguis prorupit. circiter uero sexagesimum sanguinis proruptio cessauit, sed coxendix dexter ualde doluit, febrisque continuauit. post uero non multo labores omnium inferiorum uexauerunt, nam cecidit uel febrem maiorem esse surditatemq; uel hæc subremittere & leuare,sed inferiorum circa coxendices maiores labores esse.circiter autem octogesimum omnia quidem concesserunt,sed nihil dimisit,lotia quidem boni coloris, multumq; sedimentum habentia descenderunt,minus delirauit. circiter autem centesimū multa biliosa demisit & diu,mox intestinorum difficultas uexauit cum labore,cœterorum uero desidia,penitus autē febris & surditas cessauit, perfecteq; centesimo febris ardens decreuit.Nicodemum in Abderis uenerea re potuq; febris corripuit,per exordia autem æstuauit, cordoluit,sitiuit, lingua superauit,lotia tenuia,nigra minxit.secundo febris grauauit,horruit,æstuauit, nihil quieuit,flaua biliosa uomuit,lotia similia minxit,noctem per quietem duxit, somnum cepit.tertio cuncta subrelaxarunt, desidia cessatioue fuit, circa uero solis occasum rursus subdifficulter tulit,noctem laboriose transmisit. quarto riguit,multum febriuit,cuncta laborarunt, lotia tenuia superfluitans habentia minxit,noctem rursus per quietem duxit.quinto cuncta quidē inerant,sed desidia cessatioue fuit.sexto labores eorūdem omnium superfluitans habētia minxit,multum delirauit. septimo desidia cessatioue fuit. octauo cœtera cuncta multum concesserunt.decimo autē secutosq; dies labores quidē omniū inerāt sed minus,huic autē accessiones laboresq; diebus paribus usq; potius fiebāt.uigesimo crassum albū minxit,quod iacēs nō subsistebat,multum sudauit, uisus est sine febre esse,mox autē uersus serū diei rursus caluit,eadē laborauit, horruit,sitiuit, paulū delirauit.quarto & uigesimo lotiū albū multū minxit cum multo sedimento,multo calido per totū sudauit,sine febre remāsit, decreuit. Mulier quædā morosa in Thaso tristitiæ cū causa stādo languit,peruigilauit, cibū fastidiuit,sitiuit,æstuauit.quæ secundū Pyladæ domū in campo habitauit,primo die per exordia nocte timuit,multū loquebatur, tristabatur, tenuiter leuiterue febribat,mane multū cōuellebat̃,qđ cū cessaret,delirabat,turpia dicebat,cōtinēter ualde laborabat.scđo p eadē transegit, grauius febricitauit. tertio cōuulsiones spasmiue qdē cessarūt,sed soporabat̃ moxq; cōtra puigilabat,psiliebat,cōtineri nō poterat,mltū delirabat,grauiter febribat,nocte hac

Nicodemus abderitanus.

Mulier thasia quæ tulerit ui deto.

multo calido per totũ ſudauit, febre caruit, dormiuit, omnia cognouit, decreuit. circiter uero tertium diem lotia nigra tenuia ſuperfluitãs multum rotũdũ non ſubſiſtens habentia minxit. circa uero decretorium muliebria purgamenta multa deſcenderunt. Virginem in Lariſſa febris ardens grauis corripuit, peruigilauit, ſitiuit, lingua caliginoſa aruit, lotia quidem boni coloris ſed tenuia aquoſaque minxit. ſecundo laborioſe habuit, non dormiuit. tertio uenter multa aquoſa ſecutoſque dies facile demiſit, tulitq;. quarto tenue parum minxit, quod ſuperfluitans habuit nec ſubſedit, nocte delirauit. ſexto de naribus abunde fluxit, horruit, multo calido per totum ſudauit, ſine febre remanſit, decreuit, cum febris iam decreuiſſet, tunc primum muliebria deſcenderunt, cum uirgo eſſet, ſemper æſtuauit, horruit, uultus rubuit, oculorum dolor, capitis grauedo uexauit, huic nõ reuenit, ſed decreuit, paribus diebus laborabat. Apollonius in Abderis morbum ſtans diu tulit, nam robuſtus erat, dolorq; conſuetus. iecoris conſecutus eſt, multumque durauit, quin tunc arcuatus factus eſt, morbo regio correptus, coloreq; ſubalbido tumuit, cum autem non opportune carnem bubulam deuoraſſet meraciuſque potaſſet, paulum caluit, tuncq; primum in cubile decubuit, lacteque multo crudo decoctoque caprino & ouillo maloque uictu uſus fuiſſet, nam horum omnium læſiones acceſſerunt, febris enim grauauit, uenterq; cum ingeſta fuiſſent multa, nihil alicuius momenti demiſit, lotia tenuia paucaque minxit, non dormiut, male tumebat, multum ſitiebat, ſoporabatur, præcordia dextra cum dolore tumuerunt, poſtrema omnia ſubfrigebant, paulum delirauit, cuncta dicta obliuiſcebatur, proſiliebat. circiciter uero quartum & decimum ex quo horruit, caluit & decubuit, furenter inſaniuit, clamauit, turbabatur, multa loquebatur, mox cõtra quieſcebat, ſoporabaturque. poſtea uenter multa, bilioſa, pura, cruda demiſit, lotia nigra, pauca, tenuia minxit, multum difficulter tulit, uarieque oletauit, nam uel nigra, pauca, uirulenta uiolaceaue ſiue iodea demittebat, uel pinguia, cruda, lancinantia. poſtea uero & lactea uiſus eſt demittere. circiter uero quartum & uigeſimum lenimentis meliuſcule habuit, cœtera quidem in iiſdem permanſerunt, paulum uero cognouit. nam ex quo cubuerat, nihil meminerat, mox rurſus delirauit, cuncta in peius tendebant. circa uero trigeſimũ grauiter febricitauit, multa tenuia demiſit, poſtrema frixerunt, mutuit. quarto & trigeſimo mortuus eſt. quod uiderim. huic uenter lubricus ſemper fuit, lotia tenuia, nigra, modo ſoporabatur, modo peruigilabat, poſtrema ſemper frixerunt, delirauit, ſemperque in finem uſque mente captus fuit. Puerperæ quæ cum difficultate gemellas in Cyzico pepererat, nec ualde poſt partum purgauerat, febris horrida grauiſq; ſuperuenit, capitis ceruiciſq; cum dolore grauedo, per exordia peruigilauit, tacita, difficilis & moroſa, nihil obtemperabat, lotia tenuia diſcoloria minxit. uenter errabunde demiſit, nam lubricus modo erat modo morabatur. ſexto per noctem multũ delirauit, nihil quieuit. circiter autem undecimum

Virgo Lariſſea.

Apollonius abderitanus.

Cur hic adeo laborauit.

Phreniticus moritur.

Puerpera cyzena gemellas peperit, et mortua eſt.

undecimum furenter insaniuit,moxq; rursus cognouit, lotia tenuia,nigra mox oleosa minxit,uenter autem multa tenuia turbidaq; demisit.quarto & decimo multum conuulsa est,postrema frixerunt,nihil amplius cognouit,non minxit. sexto & decimo mutuit.septimo & decimo mente capta phrenetisue mortua est.Dealcis uxoré in Thaso quæ in Leio campoue plano habitabat, tristitia horrida grauisq; febris cepit.quæ statim per exordia pannis cóuoluta est, semperq; tacita iacuit,pulices uillosq; in stragulis captabat, cauabat, uellicabat,male aspereue loquebatur,lachrimabat,mox ridebat,non quieuit, uenter irritatus nihil demisit,paulum admonita potauit,lotia tenuia pauca non spőte minxit,febris ad manum lenis erat,postrema frigebant.nono plurimum delirauit,mox resipuit, tacuit.quarto & decimo diu raro sed magnopere spirauit,mox parum.septimo & decimo uenter irritatus turbulenta demisit,deinde pocula non demisit,nihil consedit,quieuit sensitq;,cutis arida distenta est.uigesimo multum locuta est,mox tacuit,parum spirauit.primo & uigesimo mortua est.Semper hæc raro,sed magnopere spirauit,nihil sensit,semper conuoluta stragulis iacuit,plurimum uel loquebatur uel tacebat,capta mente phrenitisue finiuit.Quidam adulescens in Meliboea potu multaq; uenere diu calefactus cubuit,horruit,æstuauit,peruigilauit,non sitiuit.primo die multa cũ multo fluore uẽter demisit,diesq; secutos aquosa multa,lotia tenuia,pauca, discoloria minxit,magnum parum aliquantisper spirauit,præcordia utraq; molliter oblongeq; distendebantur,cor continenter palpitauit,lotiũ oleosum minxit,quiete,composite taciteq; delirauit,cutis aruit,& sese distendit,multa, tenuia,uel biliosa,pinguia demisit. quarto & decimo cuncta perculerunt grauaruntque, multum delirauit. uigesimo furenter insaniuit, sese multum agitauit, nihil minxit, pauca pocula continuit. quarto & uigesimo mente uacillans phrenitisue mortuus est. Mihi quidem uidetur, si æstas uti debuit, fuerit, prodesse. nam hyems superueniens morbos æstiuos discutit, hibernos æstas superueniens transmutat. quare cum æstas a sese non discedit,proba est,sed hæc stata non fuit.nam modo subito calida & austrina fuit, modo laboriosa,non perflata, sed tamen in alium statum tempestatis mutata profuit.Quare magnam artis parté esse puto,quæ scripta sunt,rite scire & obseruare,siquis enim ea bene noscat,beneq; utatur,nunquam ualde, mihi uidetur, potest in arte decipi.Summa itaq; diligentia discere,cognoscere,obseruareq; oportet quemq; anni temporis statum tempestatemq;, morbum quoq;,quid bonũ,quid commune in quaq; tempestate sit,quid mali, quid periculosum, quid commune uel in tempestate uel in morbo sit.nam & longus morbus est, qui & letalis esse potest,& grauis acutusue qui & longus & letalis esse potest, quare seriem ordinemue decretoriorum ex his & in his obseruato. nam ex his abunde facileq; prædices quid futurum uideatur.nam qui hæc bene nouit,facile sciet quos,quando,quoue modo nutricet.

Dealcis uxor. Thasia. Tristicia moritur.

Adulescens Meliboea.

Phrenitis mortuus est.

Quæ et in anni temporibus et in morbis obseruantur.

HIPPOCRATIS EPIDEMIORVM QVARTVS

Subobscura hæc sunt sed obseruanda.
Lacydes.
Phanadicus.

POst Aequinoctium Vergiliasq; humores non digesti mucosiq; si caput petunt, secundum aures descendunt, quemadmodum illi qui apud Lacyden habitauit. Phanadicoq; in pedum digitos cuidam tibiam secto uulneratoue in pectus descenderunt, quæ denigrata est. Quidam magnum ulcus in tibiæ posteriora contraxit, quod ubi purgatum est, lateris pectorisq; sinistra pars doluit, febricitauitque quo mortuus est. malum biliosum funario cumulate cecidit, cui deposito urentia admota sunt, circa meridiem æquinoctiumue sanguinē demisit. Seni magnopere abscessit, non tamen ante quatuor & decem dies. Cōpuncto stigmatico ue, qui apud Antiphilum degebat, cōbusto septimo decreuit. Stupido biliosο uel tertio die post decretorium sanguinem ita spuit, uti superesset, postea reuenit. primum quidem circa uergiliarum occasum, sicuti par est, decreuit. post autem uergiliarum occasum biliosus in furorē usq; factus est, circiter nonum sine sudore decreuit, superfuit. Calchidonius de portis circa æquinoctiū per forum deportatus de fractura secūdum dexteram mammā dolitatus sæpe subuiride spuit, uenter gratiose demisit. cum autem septimo sudare cœpisset, sine dolore ad octauum usq; fere habuit. quarto & decimo decreuit. circa uero quadragesimum secundum utrasq; aures tumuit, nec ab re purulentus fore uidebatur, non fuit. Pectus Aristodemo Philidis filio casu combustū est, qualiter abscesserit, nescio, partem superiorem hic prius doluerat, post æquinoctium Auctumni reuenit, quod usq; ad solis institium hibernum durauit. Post solis institium æstiuum coniunx Acheloi, quæ cum sanguinea esset, & uomitioni obnoxia, sextana postquam abortum fecisset, quod mensium nescio, maremq; alterum post uiginti dies, sicuti dixerat, proiecit, si uerum fuit, nescio. quartum & decimum cum horrore sudoreq; decreuit. Circa solis institium hibernum septentriones fuerunt, plurimi morbo regio corripiebantur, quidam cum horrore, quidam sine, lingua perustulabatur, tertio uirescebant, sexto septimoq; nonnulli, qui diutius morbum protrahebant, quarto & decimo uentres remorati medicinis pro rata febris portione non subauscultabāt, quibusdam lienes durescebant, præcordia dextra distendebantur, quæ si manu tractarētur, submurmurabant, sanguinis fluctione uexabantur, lotia purgationem decretoriumq; præseferebant, sed magis inferna, quæ aliquantisper morabantur. quibus uero sic non esset, lien turgebat, sanguis nare sinistra defluebat. Sol autem

Antiphilus.
Calchidonius.
Aristodemus Philidis filius.
Achelous.
Morbus regius.
Diuersi morborum affectus.
Solis mutatio.

autem ad hyberna hyberno modo cum septẽtrionibus conuersus est, paulo uero post austrina quinq; & decem dies fuerunt, post hæc autem niues quatuor & decem dies uiguerunt. per hæc uero huius anni tempora transiuerũt, Multi regio morbo ualde corripiebantur, qui cum non syncere purgarentur, eodem redibant. Post autem niues austrina superuenerunt, paulumq; pluit, destillationesq; cum febre & sine proruperunt, cuidam uero & dentes uexauit, cum medius dextra parte prædoleret, superciliumq; & oculum petiuit, plurimi raucescebant, fauces multis perflammabatur, Tonsillæ spongiæue dictæ fauces occupabant, secundum aures maxillasq; tubercula mollia cum febre suscitabantur. Cum autem inciperent febrire, supra & in utraq; parte horum plurima fiebant, tonsillæq; spongiæue quibusdam per auctumnum hyememq; durabant, quin & furfuracea uitia multis fiebant, plurimæq; mulieres uel abortum faciebant uel difficulter pariebant. Cum uirgini cuidam sexto decreuisset, sexto reuenit, nam omnia ei per sextum decernebant. temporibusq; his sextana octonaq; decernebant. Circa uergiliarum occasum Mæandrii Cæci coniunx subito uiride subitoq; purulentum spuit, circa sextum & iecoris fermentatio, paucaq; infra demisit, supra carnopurulenta pauca, lata, alba spuit, cibum auersata circiter uigesimum mortua est. Thestoris conuiciniorũ uemula urentibus, multa biliosa demisit, præcordia sese distenderunt. sexto retentione uenter multa tenuia simul demisit, statimq; sudauit, decreuit, uenter substitit, cum deinde riguisset, hora eadem febricitauit. Thersandri coniunx pituita alba non ualde laborans cum lactaret, grauiter febricitauit, lingua cœteraq; huic tunc aruerunt, quæ crebro tuberculis grandini similibus exasperabatur, uermiculiq; per os exibant. circiter autem uigesimum non perfecte decreuit. Circa uergiliarum occasum puer Metrophanti caput ab altero puero testa percussus fuit, quod cum spreuisset, duodecimanus febricitauit, quoniam cum uulnus emundaret quæ circa fuerant, distrinxerat, statimq; labia frixerunt arueruntq;, cutis undiq; circum uulnus sese extenuauit, quæ cum non tarde perusta fuisset, pus non defluxit, nec leuatus est, sed secundum aurem mentiq; dextra parte (nam ea uulnus fuit) suppurare uidebatur, quæ non suppurarũt, sed dexter humerus subito suppurauit. Circiterq; quartum & uigesimum mortuus est. Post uergiliarum occasum quidam cum aurem doleret, circiter uigesimum postea mutuit, dexteriora non ualidus sine febre sudauit, dextera auris, dexter oculus non ualde constiterunt, portiunculam ex inferioribus attraxit, sinistra capta sunt, uehementer oculus doluit, ceruix obduruit, tertiam horam post dolorem mortuus est. Post uergiliarum occasum seruus Attici quartana correptus cæcutiens cubuit, cæcitate uera hora eadem alter correptus euasit, nam in coxendices cruraq; dolor transiuit & cessauit, quotus nescio. Multi hora eadem & tempore horruerunt, uomuerunt, post decretorium, cibum auersabantur, bile uexabantur, lienes magni, duri dolitabant, sanguinis fluore uexabantur. quibusdam uero per

Tonsillæ spongiæue.

Virginis morbus.

Mæandrius.

Thestor.

Thersander.

Metrophantus.

Atticus.

eandem horam tempusue post uergiliarum occasum lienosis sanguis biliosus naribus defluxit coniugi Nicostrati in Cranone malo correptæ. quarto & decimo festinauit, subito collum cœteraq; languerunt, cibus ad decimũ usq; detentus fuit & inclusus, crebro parumq; spirabat, distemperabatur, digitis tacta dolitabat, collum, os, nasus, oculus, dextra sese contraxerunt, lotiorum subsistẽtia quædam alba heruo similis, quædam alba ramentosa, quædam subuiridis, quædam lutea, cuidam pingue quid supernatabat, cuidam coactum non ualde sparsum tanquam nubilum, cuidam quid tale subsistebat, siquidem lotium multum sedimentum habens modo mingebat, modo parum latius sparsum, modo turbulentum, modo quod superfluitans simile nubeculæ nigræ haberet, quod crassitudinem quandam habere uidebatur, cum non haberet, languidum & molle aliud lotiũ erat, fluitans tenue aliud habuit, simile equino aliud fuit, tenebricosa quædam & obscura aliud habuit. primus quidem productus quidam adulescens lotium purum tenue minxit. omnium egestio tenuis, multa, non biliosa fuit, lingua ualde aspera perferuide febricitauit, peruigilauit hic, uenter turgescebat, non probum in modum delirauit, reor octauo, nã surrexit, pugnauit, sermone ualde turpi usus est, cum talis non esset, lotia multa, tenuia ex retentione demisit, somnum continuauit, sudauit, qui sudor uisus est decretorius esse, cum non fuisset, circiter enim decimum postea furenter delirauit, subitoq;. undecimanus mortuus est. hac de causa puto, quoniam meracũ priusquam deliraret, potauerat. pauci anni huic circiter uiginti fuerant. Coniunx Eumenis bilem atram auctumno uomuit, quod odor declarauit, cum horrore febricitauit, cordoluit, pauca biliosa uomuit, cumq; his uermiculũ, per omne tempus tenuia demisit. Languentes ante uergiliarum occasum & paulum circa sanguinis fluctiones febres breuiores subreuersoriæ uexabant. nam statim reueniebant. qui non pasti, percocti, æstuosi, cordolitati, ferini, horridi, biliosi per iudicationes iacebant. Quidam adulescens hospes tertio, quarto, quinto, sanguinis multum per nares demisit, sexto composite stetit, septimo delirauit, soporatus est, uenter substitit, tertia reuersio defecit, uenter substitit, lotium nescio si circa decretorium fuit quale debuit. Circa uergiliarum occasum austri spirarunt, parum pluit. tunc adulescens muccosa, biliosa, matura, glutinosa, crebra demisit, continenter febricitauit, lingua aruit, sexto decreuit, septimo resumpsit, dieq; eodẽ cum tremore dimisit, sexto sinistræ auris crassa glutinosaq; defluctio uexauit. Pueruló Phagedænoso dentes priores superiores & inferiores conciderũt, superiusq; os in palatum subsedit, nasusq; medio loco suppressus est, septimusq; dens a priore numerando superiora plana & lata habuit, quatuorq; radices, quarum duæ ferme connexæ fuerant inter sese recuruatæq; intrinsecus uersus dentes uicinos ad tertium usq; dentem omnes ferme, quæ plurimum suppurarunt, per naresq; crassa fluenta proruperunt, temporaq; deinde dolitabãt. quintus præterea qui medio loco broccus erat,

Nicostratus.

Lotiorum uarietas.

Iuuenis hic quæ tulerit uideto.

Eumenis uxor.

Iuuenis alter.

Puer phagedænosus quid tulerit uideto.

erat, consumebatur. paruus primus secundum duos consumebatur, septimo radix unca, crassa & acuta remansit. Puerulo Athenæodi dextra parte superior sinistra inferior dens dolitauit, cum dens non doleret, dextera auris suppurauit. Post uergilias serenitates subnubilosæ fuerũt, quintanæ, sextanæ, septimanæq; crisies iudicationesue fiebant, prærerea reuersiones longiores febres erraticæ uigebant. languentes cibum auersati, biliosi, difficultate intestinorum uexati febriculosi cubabant. Circa uergiliarum occasum uehementem austri spirauerunt, sanguinis fluctiones, febres tertianis similes sed leniores peruagabantur. Qui in sustrina degebat, sanguinem abunde naribus demisit, modice egessit, septimanus cum rigore iudicatus est. Puer qui secundum postremam cauponulam habitabat, quartanus multum sanguinis demisit, statimq; delirauit, uenter substitit, præcordia dura dolitarunt, sextanus glandula balanoue mala uiridia demisit, septimo mane sese multum iactitauit, clamauit. pulsus uenarum secundum umbilicum in grauissimis febribus creberrimi maximiq; fuerunt. semperq; ferme in omni graui morbo languentes ad uesperum grauabantur. Quare ad principia, ad matutina, ad accessiones, ad continuationem, ad annũ anniue tempus, ad tempestates mens adhibẽda est. Post uergiliarum occasum austri spirauerunt, mala quinto decernebant, postea unum intermittendo resumebãt, cutis squamoso, pustulosoue modo exasperabat. Quod Acãthio Lapato cecidit. Circa uergiliarum occasum, cutis subscabioso, aspero prurienti, nõ sublachrimoso purulentoue modo uexabatur. quin & per hoc anni tẽpus malæ pustulæ Leichenodeaue mala uiguerunt, quæ turgebant. sicuti Puthodori coniugi Caciponuloq; cecidit. quæ cum febre incipiebant. quale Puthodori coniugi ferme contigit. quæ & de coxendice laborauit. Circa uergiliarum occasum languentes horrebant, sanguen naribus defluebat. Sutor quidam septimanus iudicatus est, deinde unum intermisit rursusq; resumpsit, quarto rursus iudicatus est. quidam eorum qui apud Leocuden degebant, septimo iudicatus est. quarto alius, moschus nono cui multum sinistra nare, dextra parum defluxit. quarto & decimo sicuti debuit, decreuit, statim deinde per exordia cibariorum lapsu grauatus est. quarto & decimo cœtera superuenerunt, secundũ aurem dextram quid paulum extuberauit, cum dolore nihil cõcedente, quod intus durum erat, extra molle paulum, quod nono & decimo nocte discessit. multum biliosis purulentisq; omnis purgatio in crura decubuit. quemadmodum illi cui magna cucurbitula admota fuit, contigit, siquidem coxendicis dolor in crus descendit, leuatusq; est. Quidam qui in ceramico equo decidit, cui cucurbitula statim non admota fuit, cum sanguis intus coiuisset, combustusue esset, malũ uigesimo rebellauit, sanguis feculentus prorupit, pustulæq; deuorantes cœperunt. Mulier Tenedia quartana sicuti dixerat, marem trigesimum eiecit perdiditue, uenter liquida tenuia demisit, lingua coaruit, quarto decreuit, post uergiliarum occasum, quinto lienosa defluxerunt decreuerũtq;.

Puer alter.

Quæ paterentur hi aspicito.

Quæ consideranda.

Leichenodea. Puthudorus.

Sutor glaucius nomine.

Leocudes. Moschus.

Tuberculum auris.

Piliosi purulentiq; quid paterentur.

Ceramicus qui decidit ex equo quid tulerit.

Cuidam uero ſeptimo lotium quale heruorum lauamentum exiuit, deinde pu
Megaris filius et Antigenis. rum,quædam reuerſio comparuit,quinto dimiſit. quod Megaris filio ualde
lienoſo contigit,ſanguis tamen nõ defluxit. Lotium ſimile & album filius An
tigenis minxit & craſſum. Per ſolis hybernum inſticium ſidus aſtronue nõ par
Terramotus. uum comparuit,quinto uero poſt ſextoq́ꝫ terra tremuit. Quidã in Perintho ſu
Prægnans quæ tulerit. ſpirioſus remanſit.Coniunx Antigenis quæ neſciebat eſſet ne prægnans,quæ-
dam rubra demittebat,uenter modo magnus modo paruus uidebatur, quod
euenisse reor,cum tuſſiret, uel celeriter iret, cum menſis octauus aduenisset,
prius febre correpta ſudauit.Coniunx fratris Apemanthi ſicuti dixerat,ſepti-
mana ſexaginta dierum femellam perdidit,circiter uero nonũ perturbata eſt,
poſt autem decretorium dextra parte dolitauit,tanquam ex commotione re-
uerſioneue.quæ celeriter perdidit. Defluxu albo femellam alia perdidit pepe
ritue,ſicuti debuit. Alia rubro. Languentes,horridi,æſtuoſi,non paſti,ſubreuer
ſorii,bilioſi, ſanguinis fluore uexati,ſublienoſi,cum dolore in ſiniſtris plurimi
Apemanthus. cubabant.Sed Apemanthi coniugi dexter oculus diſtortus eſt,dexteraq́ꝫ ilium
pars dolitauit.Tertio quintoq́ꝫ Ariſtophontis filia febricitauit,ſicca uſque ia
cuit,uenter huic lubricus fuit,male decreuit,ſupra triginta hæc ceſſarunt.Pu-
Puſtulæ liuidæ et candidæ. ſtulæ quidem ſubliuidæ laboribus non magnis ſeptimo ſuperapparuerunt.
Cuidam ſeruulæ quæ poſt Heroum habitabat,factus eſt rigor,puſtulæq́ꝫ can
didæ magnæ,non bonæ depoſitorum ſoporatorumq́ꝫ non concidentiumq́ꝫ
bileq́ꝫ non cedente uenterq́ꝫ etſi modo lubricus modo durus fuerit, tamen hi
Zoilus. non conciderunt.Pulſus Zoili fabri tremuli tardiq́ꝫ fuerant, minctio uenterq́ꝫ
modice diſcolor,pectinis diſtentio recta utrinq́ꝫ unbilicum uſq́ꝫ cũ graui do
lore febreq́ꝫ,qui cibum auerſatus ſiticuloſuſq́ꝫ cubauit. Filia ædilis quæ apud
Tecomæus. Tecomæum degebat,cũ prægnans eſſet,ſine ſigno per bimeſtris exordia pi-
tuitoſus modo uomitus modo bilioſus cũ difficultate prorupit,peperit,per-
fecte purgata eſt.ſimiliter uomitio trigeſimum uſq́ꝫ ſecuta eſt, poſtea uenter
motus eſt,uomitus ceſſauit,leuitas inteſtinorum ſubſecuta eſt, muliebria non
Duo fratres. Cecrops. deſcenderunt.Duæ aliæ hyeme mariſcas habuerunt. Duo fratres Cecropis fa
miliares per exordia nigra, ſubfeculenta,nucibus ſimilia demiſerunt.multa ue
nere lutei erant.qui compacto uinum ſumpſit tulitue,ſtatim febricitauit, ter-
tiano,quartano,quintano,ſeptimano & octono ſanguis prorupit,decreuit,ué-
ter lubricus remanſit.qui de metallis præcordia dextra diſtenta habuit,lienem
magnum,uentrem diſtentum,ſubdurum, uentoſum,decoloratus remanſit, ſi-
Temeneus. niſtrum genu res petiuit,ſubreuenit,penitus decreuit.Temeneus quid ſpiritus
uentoſumue habuit,uti luteus inde fieret,qui color & in manus quãdoq́ꝫ trãſi
Diuerſitatẽ hanc aſpicito. ret.Maritus puerperæ lechuſue qui apud Præfectũ annonæ Sitodoconue de
gebat,quiq́ꝫ arcuatus erat iſterodeſue, quemq́ꝫ ſeptimanum petiui, mortuus
eſt octauo,qui nec minxit,nec egeſſit,præcordiaq́ꝫ magna & dura habuit,ma-
gnopereq́ꝫ & crebro ſpirabat,qui moriens ne frontem quidem præ labore ſu-
dore

dore madefecit. Coniunx huius septimo femellam septimestré perdidit, quarto autem comparuit, quam per exordia pedum dolor uexauit. cũ uero febris cessaret, spiritus solutus non est sed intus remansit, diu brachia & manus doluit, crebro & diu reuenit, lotiũq; ante decretoriũ cohibuit. Sorori quæ apud Temenum degebat, cum rigore decreuit. cum uero luteus color cessauit, statim humeri manusq; dolitarunt, quo cessante caput oculiq; doluerunt, palpebræ tumuerũt lachrimarũtq;, cœtera nõ noui. primo circiter septimum decreuit. Menandri uinitor similiter laborauit, nisi qđ uẽter per exordia tenuia demisit, postea substitit, minxitq; & decreuit, septimo non riguit frixitue. num nequod uenter antea commotus est. Potamonis filius cuius uenter septimo non demisit ante decretorium duos dies non riguit, propterea nec lotium retentũ est. Dens Hegesistrati cui secundum oculum & ultimum dentem suppurauit, statimq; oculus curatus est, per naresq; crassum pus defluxit, de gingiuisq; caruncula paruæ rotundæ deciderunt. secundum tertiũ huic suppurasse uisum est, postea conuersum est, subito enim oculi & maxilla tumuerunt. Quibus in oculos abscessus fiunt, quibusq; in febribus ardentibus maxillæ rubẽt, sanguis de naribus defluit, quibusq; secundum aures extuberat, magis forsan in articulos decumbet. non enim clare noui, quidam cum tremore rigebant frigebantue, præcordia distendebantur, muliebria quibusdam decimo & septimo superapparuerunt, quod penitus decreuit. si perseuerasset, tertio decernebat. cuidam quinto. cuidam septimo decreuit. Hegestratio duo postremi dentes sese corroserunt, postremus autem superior in gingiua duos tumores habuit, secũdum foramen unum alterum alibi, qua duo hi tumores erant, latæ radices duabus similes erant, quæ in alteram partem concurrebant, dimidiata una & rotunda fuit. Mulieri cui quarto sextoq; sanguen prorupit, septimo cum rubore maximo decreuit. Mulieri ualde capite grauatæ circiter uigesimum decreuit, uigesimo febre ardenti correpta est, præcordia uexauerunt, sanguen non multũ prorupit, tenuia demisit, circiter octauum in dextrum oculum abscessus prorupit. Cuidam uiro hæc eadem ceciderunt, nisi quod septimo decreuit liene sinistra tumente. Huic octogesimo tardiusq; oculi uitia proruperunt, fortasse quod post iudicationem & quod multa. Menei sorori cum uentosa esset, præcordia diu distenta comparuerunt, prægnans necne fuerit, nescio. primo uenter substitit, uomuitq;, deinde non adeo uomitione laborauit, multa enim glutinosa biliosaq; uenter demisit, præcordia non cohibuerunt, dextræ pollex undecimo sese inflammauit, multumq; & altius defluxit, post hoc meliuscule habuit, nam & depositio & febris minor fuit. Cuidamq; melius spiranti quod supra uomitum malum uomuit, quæ sexto & decimo emaciata est, spiritus creber & febris accessit, mortua est. quoniam ante abscessum febricitauit, post abscessum septimo perdita est. fuit & hæc modi perrubri. Puer qui Apemanthi sororis filius erat, præcordia magna habuit, lienem turgidum spiritu uen-

Menander.

Potamon.

Hegesistratus
Paulopost hegesistratius habebis.

Hegesistratius.

Mulierum diuersi morbi.

Menei soror.

Puer.
Apemanthus.

tositateue, glutinosa, subfeculenta demisit. cum de opere lassus esset, uigesimus abscessus pedes petiuit, decreuit. num ne laboriosis & defatigatis potius abscessus articulos quam oculos petit? Praecordia distenta erant, quin & tussicula quaedam sicca ualida molestabat, postq; decretorium intus relicta reuersionem minabantur, quaeq; in morbis ipsis excernebātur matura digestaue fuerant, sicuti sputum, lotium, oletum, quaedam tamen intemperiae & alia talia inerant. Apemantho cui dolores molesti sedem uexabant, partemq; dexteram ilium secundumq; oculum parum subter tumuit & ante dolorem dexterae partis ilium lotium cruentum prorupit. tertio cessauit, tectonq; faberue quidam partem alteram eadem uia dolitauit, cruentumq; minxit, cessauitq;. tertio nā multum fouebatur, lotiumq; utrorūq; sedimentum habuit. Apemanthus alter non sensit, nisi in sinistra, nicostratoq; quid ultimo dextra accessit, subter magis quam quibus in sinistris oblongum quidem ante ilia umbilicū usq; utrisq; tendebat. Quaedam anus quae secundum Sosideum degebat, tibias pedesq; tumoribus albis, duris, squamosis dolitauit. cum pituita alba redundaret, minus tamen inferiora coxarum tumebant, quod in plaerisq; difficilem exitum nanciscebatur quin & lumbis hoc contingebat, quanuis uenter mollis esset, praecordiaq; mollia, sed hi non ualde spiritu uentoue molestabantur. si uero medela adhiberetur, plurima sedebantur. si species aciesue oculorum foris coerula glaucaue redderetur, medela discutiebat. quae oculorum uitia paulo leniora erant. postea coxendices & crura dolitare uidebantur uuluaeq; siquid odorū boniue odoris cum farina boniq; odoris oleo apponebatur, statim sedebat. spatium autem oculorum abscessuum ferme annuū erat, praesertim si lentigine corriperentur, uel si cui papulae pustulaeue non penitus contabuissent, quae plaerūq; tractatu & scanficatione fiunt. Puer in Hippolochi uico praecordia utraq; dum habuit, subterq; quid aeri simile uel aqua subter cuté laborāti splēdescebat. qua cum quaedam tenuia descendissent, mollescebant aliquatenus, quod magis dextra fiebat, qua planum quid rotundum & extuberans erat. nam huic abortu umbilicus nigrescebat, profundumq; ulcus habuerat, quod nō firmam admodum cicarricem obduxerat, pudendaque summa parte denudata erant. non ortu nec gentilitate sed postquam creuit, plurimum hic uomuit, febricitauit, cibum auersabatur, conualuit sed circiter septimum ex quo decubuerat. prius enim nō laborauit, cum multum aquam potasset, fortasseq; alias modum excesserat, delirauit, sese multum iactauit, conuulsioneq; aliquātisper uexatus est, quae cum cessasset, latenter extinctus est. sed paulo ante hoc multū minxit, spiritus cum fremitu discurrit, superiora nihil concesserunt, cum autē abiisset, statim & illa & coetera ualde relaxarunt, totumq; corpus ueluti scutica pcussum rubuit. quin & ubi maximus tumor erat, illis uehemens calor erat. Cuidam in Abderis per inferna proruperunt. Cuidam febre carenti superiora secundum aures tumuerunt, tumorq; ille tactus purulento similis erat. Cuidam uernulae

Quid dubitet uideto.

Apemanthus.

Lotium cruentū.

Tecton.

Apemanthus alter.

Sosideus.

Hippolochus.

Puer hic moritur.

Abdera.

uernulæ ſpiritus anguſtia laboranti cum ualde angeretur, ſanguen per menſtrua prorupit, ſpiritus anguſtia ceſſauit, febricitauit, ſiniſtra mamma ſuperne & auris per exordia ſuppurauit. Seruulæ Olympiodori ſanguen dextra nare profluxit, circiterque uigeſimum decreuit, qualiter febricitantibus. quales per æſtatem, egeſtiones uagabantur. qualiter Hipponaſtis ancilla Hyleque Ariſtidis. octauo medelarum in purgationibus ſigna inferna qualia facile ferentibus facta ſunt, niſi præter rationem compacta eſſent & læſa, ſpumoſaque uel ſubcruenta eſſent, ſed ouo ſimilia, qualia Heraclidæ, qui plurimum purgatus eſt, facileque tulit. Quædam in Bulgarei uico cum purgata eſſet, ſuper lienem febricitare cœpit, quæ cum haberet dextra præcordia paulum diſtenta ſed non tumida (nam hi perrubri fiunt) cum ualde rubra eſſet, uentremque lubricum haberet, oculi abſceſſum præſtolabar. ſeptimo huic ſalſa lancinanſque lachrima de oculis deſcendit, perque nares, fauces, ſiniſtramque aurem quid demiſit. quinto & decimo cum rigore ſudauit, non decreuit, ſed ante rigorem ualde lutea facta eſt, uultuſque concidit, quaq; lien latuſque dolitabat, auris dolere cœpit. Pueris autem uentres lubrici ſiccæque tuſſes fiebant, quandoque poſt tuſſes humeri ſuppurabant. Cuidam infectori caput, ceruix, ſeptimo manus, nono crus obtorpuit, tuſſis ceſſauit. Quædam maxillæ rubore affecta ſeptimo menſe fœtus in uentre ſiniſtra contractus eſt. Lucino grammatico in Cranone febre billioſa lienis uitio capitis grauedo acceſſit, lien ſanguine obduruit, labris utriſque intus ulcuſcula rotunda contracta ſunt, deinde quid ſanguinis nare qua lien affectus erat, prorupit. Seruulæ quam recens emptam uidi, dextra non nimis magno dolore obduruerunt, uenter magnus diſtentuſque fuerat, non tamen aqua ſubter cutem laboranti ſimilis, cœtera mollia, non ualde difficulter ſpirabat, color tamen bonus non erat, menſtrua ſeptem annis non deſcenderant, difficultate inteſtinorum non magna uoluntate egerendi uexabatur, dextra dolitabant, propterea lente febricitabat, non ante ſeptem dies uenter motus eſt, ſuccinoque ſimilia, glutinoſa, multaque demiſit, paucis diebus conualuit, muliebria deſcenderunt, uenter laxior factus eſt, color bonus pinguedoque rediuit.

Minois uxor quæ malis ſeſe prementibus intermortua eſt, cum ſecaretur, quod cum in pulmonem deſcendiſſet, celeriter ſignauit quot diebus ſuperfutura eſſet, quidque aliud intus remanſit. Quæ febricitantibus dantur uel apponuntur, ſi tertio die dolor diſcutiatur, craſſa per nares fluunt, ſi uero dolor febriſue non diſcutiatur, tenuia & æque febriculoſa. Sicuti tenue quid Hegeſippo manauit, cui ad noctem datum & appoſitum fuerat. craſſum uero, ſicuti illi, qui in Corintho languebat, Celeuriſque caſtrato. Maturæ morborum abſceſſiones ſi decernant, bonum eſt, ſi febriculoſa portendant, nec febricitent, ſi latu difficilia facile

Vernula ſuſpirioſa. *Olympiodorus.* *Hyle ancilla Ariſtidis.* *Heraclides.* *Bulgarius uicus.* *Lachrima ſalſa.* *Puerorum uitia.* *Quid infector tulerit.* *Lucinus grammaticus.* *Cranon.* *Seruula recens empta.* *Minos.* *Hegeſippus.* *Corinthus.* *Celeuris caſtratus Eunuchuſue.* *Quædam obſeruatio.*

Charon. *Leambius.* ferant, ficuti quæ in fede Charoni ceciderunt. Leambio uero cum eius inteftinum ulceratum uideretur, in difficultate inteftinorum potionato, cum febre careret, humerus dolitauit, fedefq; finiftra parte ulcus contraxit. *Dolor ilium lactis potione.* Quidam uentofitate uexatus ilia doluit, quod lactis multum haufiffet, meraciufq; potaffet, cumq; fuperdormiuiffet, naufea calorq; fubito acceffit, deinde fic accenfo pro cibariis hordeacea farina decocta data eft, uenter fubftitit, tamen purulentum quid demifit, cum uero fedes fuper inflammata effet, fine febre doloreq; remanfit, fatis hoc dico. *Senis morbus.* Senex qui in lapideis ueftibulis degebat, lumbos doluit, cruraq; utraq;, modo alterum. quod in coxas, genua tibiafq; quandoq; defcendit. quod cum inueteraffet, fæpe recurfabat. lumbi, inguina, tibiæ, pedefq; fæpe tumebant, durus uenter erat, pectenq; totus diftentus plærunque cum dolore reperiebatur, uefica dura dolitanfq;, cum dolore multa pullulabant, calores oculis, auribus, naribus demonftrabãtur, decretoria, cœteraq; fiebant, quibus cognofcimus uti languens habeat, num ne debilis fit, num ne fudet, quod tactu dignofcitur, num oleat, libenter ne guftet. quædam alia funt, *Quæ obferuentur.* quæ gnarum & peritum reddunt, Pili, color, pellis, uenæ, nerui, mufculi, carnes, offa, medulla, cerebrum, quæq; de fanguine proficifcuntur, uifcera feu inteftina, uentriculus, fel, cœteriq; humores, articuli. præterea cum quis fecundum aurem dolet, fubreuerfionem eorundem portendit, Tonfillæ glandulæue non amplius tactæ, cum os putrefactum & inquinatum pus non emittit, cũque fubito quis febricitat, pulfus, tremores, conuulfiones, fingultus, fpiritus, exitus, Quibus dignofcimus purulentis lumina confractaq; magna ulcera unde fiunt concifa uulnerataue profunda ne fint, fpecies aciefue oculorũ utroq; modo contrahuntur. *Amphilochus.* Quidam uir fortis de Amphilochi uico quarto delirauit, uenter fublutea demifit, fomni non fani, corpore candido hic erat. Quidã per exordia tremebant, digitifq; & lingua differentes, cœteraq; labiis agentes lingua celeres & audaces erant, quorum uultus maxime rubebat, nam temulenti & ebriofi erãt. qui cum optime uomuiffent, deambulabant. *Mefadeus.* Qui fecundum Mefadeum degebat, tenuia multa non biliofa fed aquofa demifit, præcordia fubmollia fed tumida erant, foporatus eft, circa quartum & decimum cum ad decretorium tenderet, fine tremore riguit frixitue, diffolutus eft, delaffatus, cõcifus, ficuti qui pereunt abeuntue, foporatus proferebatur de fomno per fomnumue non delirauit, circa quartum & decimum nihil contra decretorium decreuit. similiter per exordia quidam alter glutinofa demifit, craffum deinde decretorium, peruigilauit, poftea fubglutinofa, fubbiliofa, deinde matura, glutinofa, nõ tenuia demifit. quæ poftq̃ cõfiftere cœperũt, celeriter decreuit, fed præcordia diftenta & inflãmata cõparuerũt circa fextũ, deinde circa feptimũ quieuit, circa nonũ decreuit, candidus uterq; nõ ruber erat. quorũ excrementa cũ effent aquofa, fub diuo pofita fuperne leuigata, tenuia, fubter

subter uero glasto simillima cum sedimento erant. Quibus dextra submollis distentio est, deliri phreniticiue fiunt, nisi cessante febre discutiatur. Quibus uenter submollis est, quidq; durum & dolitans in eius aliqua parte, tetrum est, nec discuti consueuit, fortasseq; suppurabit. Quibus uenter dextra tumet, plurimumq; procedit, mollescitq;, prementiq; maxime cedit, submurmuratq;, nõ ualde tetrũ est. qualis illi qui de Amphilochi uico uenerat, cecidit, illiq; Modosadei, qui somnulenti erant, per somnumq; efferebantur. Tempestates statusq; temporum anni coeliue obseruentur, quibus maiora minoraue mala causabuntur pro temporum & locorum qualitate modo in morborum incrementis & accessionibus modo ad decretorium tendentium, dieq; eodem maneq; & ad uesperum, tertio quartoue circuitu, circuitusq; decretoria uomitionesq;, quales, facilesq; uel contra, præterea qui abscessus subreuersiones ne uel contra portendant, temporum uenæ saliant ne uel conciderint, colorum mutationes ante decretoria, & in his de rubro in luteum, cum non decernit, peræstuationes, cutis distentiones cum decretorio & sine, concidentia oculi, corporis asperitas, duricia sicca. Qui sponte lachrimant, malum non est. qui non sponte, contra. Quibus glutinosa dẽtibus hærent, malum est. continenter subluare bonum non est. qui tibiam ulceratam habuit, attico usus est, magnæ & rubræ pustulæ propter tussim ei pullularunt. quæ postea uenit, nam antea non tussiuit. quod cuidam prius in aeno ceciderat. Qui capitis uulnere horrent, tetrum est. qui purulenti post egerendi uoluntatem tinesmoue fiunt, malum dolorq; pedum de uia lassitudoq; in perturbationibus. sicuti Cliniæ cecidit, qui cibũ auersatus tabescebat, modo purulentum quid modo cruentum modo purulẽtum & tumidum demittendo. Coniunx Hispei quæ aqua subter cutem tres annos laborauerat, cum uer inciperet, tussiebat, plusq; puris spuebat, per hyemẽ in aquam relabebatur, quæ purgata melius habuit. Quædam serua iisdem mortua est. Tussientium qui manibus laborant, melius trãsigũt. sicuti puer qui palmites sarmentaue tractabat & colligabat, puerq; Amyntei, qui cum utriq; dextram solam debilitatam dissolutamue haberent, cessauit, sed cum tussis rediisset, & malum rediuit. qui autem uel equitassent uel pedibus iter fecissent, lumbos coxasque dolitabant, siccæque tusses plærunque hos uexabant, si minus, uiolentæ quidem. Coniunx Myris non morboso modo languebat, nam febre carere uidebatur, quæ cæcutiens stupidaue cum esset, deinde corpus totum tremuit contabuitque, cibum auersabatur, sitiebat, perfrigebat. Lusciosi uero plurimum mingebant, deinde parum quid, tussiebant autem & insuper febricitabant, secundumque aures extuberabat. quæ circiter septimum uel octauum dehiscebant. Puer Myris febricitauit, deque aure circiter octauum purulentum fluxit. quod non clare noui. Quibusdam uero dentium superiorum tertius maxime corrodebatur, præ cunctisque hic corrosus reperiebatur dolitabatque quibusdam & circum suppurabat. quibus autem in

Quæ oletula ui deto.
Quæ bona uel contra.
Quæ obseruãda.
Quæ lachrimæ bonæ.
Quæ tetra uel contra.
Hispeus.
Serua moritur.
Qui tussiunt manus agitent.
Amynteus.
Myris.
Lusciosi nictolo pesue.
Dens tertius corrosus.

aures tubercula uehementer declinarent, magis hi quam illi tussiebant. Quibus autem cum febre suppuraret, septimoq; cessaret, cum grauarentur, præcordia lenito morbo non mollescebant. quædam enim parua, ramentosa, peruoluta, subglutinosa, non optima & demittebantur & remanebant, lotium cruentum erat. Quidã spumosa spuebat. Cynicus ad quem me duxit, qui septimo grauatus est, circiter uero quartum & decimũ decreuit. qui hordeacea sumpta quædam mala demisit, cumq; fauces puras haberet, pauca, lata, matura spuit, naribusq; sanguinis parum stillauit, caput grauatum est, manusq; & crura resoluta delassataue sunt, sublauatione uenter solutus profuit, pedes semper caluerunt, dormiuit, nihil secundum aures extuberauit, quia matura spuit. Demarati coniunx & in horroribus calidos pedes habuit, quæ siue ad purulentũ siue non, res eius iret, periisset, sicuti senex qui recessit, habuit. nã una cũ sua uxore lãguit, quare funale quid latens habuit, cum uermem sub crassum emisisset & modicum cibum, cessauit, quieuit, & conualuit. senex hic cutem totius corporis modice distentam & mollem habuit, postrema frixerunt, per exordia labia manusq; tremebant, uocem composite mittebat, hiabat, non difficulter spirabat, diebus nescio quot ante uiginti mortuus est. Quibus præcordia tactu calida fuerant, uenterq; sine crepitu demittebat, hi bene habuerunt. sicuti habuit qui in Abderis languebat, qui de colo laborauit. quod est primum dierum iudicialium, uti priore & bona & mala signa fiant, diesq; quibus grauati diuturnant, quibusq; desinentes tardant, quibusq; cum meliuscule habent, credendum nó est, quæq; per sese grauant, sicuti sputa pulmonicorum, nam cum biliosa sunt, malum cessaturum portendunt, cum flaua ualde, parum duraturũ. qualia per exordia sunt, talia si per finem comparent. quæ non puto ualde maturescere sed decernere. quale spuit qui apud præceptoré degebat, qualeq; alias quandoq; uidi. Nicippus in febre somnia ueneris patiebatur, nec in peius declinare uidebatur, crebroq; hoc passus est, nihilq; læsit, quod cessaturum prædictum est, cum febris decerneret. quod factũ est. Critias in febre quibus scimus somniis uexabatur, cum decretorio & ipse liberatus est. Cum ficosus esset Alcippus curari uetabatur, curatus furenter insaniuit, cum grauis febris superuenisset, cessauit. Cum grauis febris uexat languentes, sitiunt, sed magis cũ ardens, quos medici uel per sese ipsi multa frigida potionant quandoq; uomitionem uti prouocent. quod quandoq; profuit, si biliosa uomant, quod nerui sese cótrahant, hoc indicat, nam si manus nerui superiores recidantur, manus ab inferioribus neruis tracta ad inferiora uerget, si contra, contrario modo trahitur. cum languentes tussi sicca laborant, testes si tumeant, discutitur, testibusq; tumentibus si tussis superueniat, testium tumor cessat. quibus uena sanguis mittitur, quiq; inflammantur, tussire consueuerunt, quiq; tumentibus inguinibus superfebricitant, tussiunt. Cecropis duo fratres qui per exordia nigra, feculéta, ramentosa, spumosa abunde demiserunt, biliosi erant.

Lotium cruentũ.
Cynicus.
Demaratus.
Senex cũ uxore.
Quæ meliora portendant.
Nicippus febricitans noctu polluebatur.
Critias etiam.
Alcippus ficosus.
Sitis quando uexat.
Temere hæc hic infarciri uidẽtur.

Hippocratis

HIPPOCRATIS EPIDEMIORVM QVINTVS

Oniunx Holitoris in Helide cõtinua febre correpta, potionata nihil adiuta est. nam uentrẽ sub umbilico durum tumidum dolitansq; ualde habuit, quod manibus oleo tinctis pertractatũ remollitum est. deinde sanguinis plurimũ per inferna demisit, conualuit & uixit. Timocrates in Helide cum multum potasset, atra bile percitus furenter insaniuit. potionatus purgatus est, multumq; atræ bilis & pituitæ hac purgatione demisit per diem, per serũ uero diei purgatio cessauit, plurimumq; hac purgatione laborauit, sed cum farinam potasset, dormiuit totã noctem ad solis ortum usq;, somnoq; hoc iis qui aderant nihil spirare sed mortuus esse uidebatur, nullius enim uerba nec opera sentiebat, corpore tamen uellicatus & punctus experrectus est, & uixit. Scomphus in Oeniadis morbo laterum correptus septimanus mortuus est mente captus. nam eo die medicamentum per inferna bibit. quam prius cognouit, purgatus non multum mente captus est. Phœnici duobusq; fratribus in Oeniadis maxilla altera, labium, oculusq; tumuit, qua maxilla tumuerat, nihil intro spectãti cõparuit, nec foras suppurauit, sed tumens putredine sicca putruit, mortuusq; est. Passus est eadem alter, qui septimanus mortuus est, cũq; medicamentum potasset, nihil profuit. Phœnici uero marcidum circũcisum est, uulnusq; multũ priusquam periret, purgatum est, mortuus autem est, cũ diu uixisset. Eurydamus in Oeniadis pulmonis uitio decimanus delirare cœpit, curatus cognouit, purgatiusq; spuit, morbus melius processit, plurimum dormiuit, lumina colorem arcuatum contraxerunt, circiter uigesimũ mortuus est. Quidam uir in Oeniadis morbo detinebatur, qui cum impastus erat, magno uentris dolore uexabatur, cum uero quid comedisset, aliquantisper delectabatur, dolorq; sedabatur, post cibũ uero non multo eodem relabebatur, corpusque tabescebat, nihilq; cibaria nutricabant, cibusq; deuoratus malus combustusq; demittebatur, cum autem recens comedisset, cumque comederet, totum hoc tempus murmur uentris dolorq; eum non uexabat. qui cum multa medicamenta supra & infra potasset, nihil iuuabatur, cum uero manus utriusq; uenis sanguis missus esset, demũ adiutus est, morboq; liberatus. Eupolemus in Oeniadis coxendicem dextrum & inguen proximaque loca ualde doluit, sanguen huic multum crassum nigrumque de talo missum est, deinde medicamentum elaterium potauit, quod plurimum purgauit, meliusculeque aliquatenus habuit, dolores uero non cessarunt, sed suppuratio coxendicem, uertebrã locaque circa inguen qua doluerat, occupauit, ac in maius procedebat, pusque ossa potius q̃ carnem alte pe

Timocrates.

Scomphus.

Phœnix.

Oeniadæ.

Sanguis manibus missus profuit.

Eupolemus mortuus est.

tebat, diuq; sic habens latuit, donec ualde debilitatus est, deinde ignis admotus est multis lineis magnis ac inter sese proximis, purisq; multum & crassi defluxit, paucisq; post hæc diebus præ ulcerũ magnitudine multitudineq; corporisq; debilitate mortuus est. Hic uidebatur si una lata incisione incisus fuisset, pusq; per eam demissum esset, et si alteram incisioné admouere opus fuisset, eam latam admouendam. quæ si suo tempore facta fuissent, conualuisset.

Cur hic perit.

Lycon.

Lycon in Oeniadis alia eadem passus est, dolores uero crura non ualde petebant, nec purulentus factus est, multo tempore sanus euasit, medicamenta potauit, cucurbitulas admouit, sanguis uena missus est. quæ cum faceret, melius habere uidebatur. Quidam uir Athenis totius corporis pruritu sed frontis & testium præsertim uexabatur, cutisq; per totum corpus crassa erat, uti lepra uideretur, nec cutem præ crassitudine usquam præhendisses, nemo hunc iuuare potuit, Melum ad aquas calidaue balnea profectus est, quæ pruritum quidem cutisq; crassitudinem sustulerunt, sed cum aquam potasset, mortuus est. Quendam uirum Athenis bilis corripuit, uomuit, per inferna demisit, ualdeq; doluit, uomitus & demissio sisti non poterat, uox defecit, per lectum moueri nõ poterat, oculi hebetes cauiq; erant, conuellebatur, singultiebat, magis demittebat quam uomebat. Qui ueratrum cum lenticulæ iure potauit, lenticulæq; ius aliud superpotauit, quatenus potuit, deinde uomere coactus est. qđ utrũq; sistit. sed perfrixit, calidaq; inferiora umbilicum usq; fotus adeo est, uti & superiora calefierent, reuiuisceretq; postridie tenuẽ farinam aqua decoctam potauit. Coniugi Gorgiæ in Larissa menstrua quatuor annos fere præter ualde parum non descenderant, uuluæq; utraq; parte continebantur, quæ pulsum molestiam grauedinemq; præbebant, mulier autem ipsa concepit, nonoq; post mense femellam uiuam peperit, ulcus in sinistro coxendice habentem, puerperiaq; purgamenta consecuta sunt, multumq; sanguinis defluxit, posteroq; die tertio quartoq; sanguinis coacti frustula demisit, febrisq; cœpit, quæ dies decem durauit, postea sanguis ruber ualde descẽdit, uultus, coxa altera, tibiæ, pedes ualde tumuerunt, cibaria non admittebat sed ualde sitiebat, frigidissimaq; aqua conferebat, uinum autem minime, uenter autem post primum puerũ remollitus est, penitus tamen non concidit, sed durus erat, nec dolebat. quadragesimo autem die post primum superfœtatio quædam caro decidit, tunc uenter tumoresq; omnes conciderunt, fluorq; albus & sanguinolentus descendit, conualuitq;. Mulier quædam in Pheris capitis dolore diu laborauit, nemoq; etiam cum caput purgasset, eam iuuare potuit, melius uero habebat, cum menses facile defluebant, cũq; caput doleret, si odorata uuluæ apponerentur, iuuabatur, paulumq; purgabatur. cum autem concepisset, capitis dolore leuata est. Mulier prægnans in Larissa decimo mense ante partum quatuor & decẽ dies sed tres potissimum multum sanguinis demisit, quarto & decimo puer mortuus decidit, qui dextrum brachium lateri annexum habuit. tertioq; die noctu hora

Athenæ.

Melos insula aquas calidaue balnea habuit.

Athenæ.

Veratrum huic datur.

Gorgias.

Larissa.

Partus cum ulcere in coxendice, nono mense editus.

Mulier capitis dolore uexata.

Larissa.

Pheræ.

Mulier Larissea decimo mense abortit.

hora eadem qua partus ſecundilla purgamentaq; alba, deinde tres dies & noctes multa modice deſcenderunt. poſt hoc autem febricitauit duos dies & noctes, totumq; uentrem, coxendices, pectinemq; maxime doluit. Hippoſthenes in Lariſſa pulmonis uitio detineri medicis uidebatur, cum non eſſet, quod euenit cũ luctaretur duro loco ſupinus & ſuper ſe aduerſarius ceciderat, ſtatimq; gelida lauerat, cœnauerat, grauari uiſus eſt, poſtridie uero febris tuſſiſq; ſicca corripuit, crebro denſeq; ſpirabat. quintanus cruentum non multum ſpuit, delirare cœpit. cum uero tuſſiret, tunc maxime pectus tergumq; dolebat. Sextanus cum ſternuiſſet, ſanguinis de naribus circiter quatuor heminas defluxit. per ueſperum autem non loquebatur, nec uerba cuiuſquam operaq; ſentiebat. undecimanus mortuus eſt. quinq; uero dies modo prudens modo non fuit, ſineque febre, nihil ſpuit, nec riguit, quoniam non ſpuit. Scamander in Lariſſa coxendicem luxauit, diuque os non repoſitum manſit, qui magna inciſione uſque ad os inciſus eſt, deinde uſtus. poſt hoc autem duodecimo die magna conuulſio cepit, qua crus uſq; ad latera contrahebatur, quæ & in alteram partem frequenter tranſiliebat. Crus autem modo contrahebatur, modo diſtendebatur, cœteraq; membra commouebantur, maxillæq; cohæſerant. qui conuulſus octauo poſt conuulſionem mortuus eſt. calidis autem utriculis heruorumq; ſacculis totum corpus fouebatur curabaturq;. uenter autem ſubductus parum inueterati oletuli demiſit, medicamentumq; abunde potauit, ſuperpotauitq;, nihil tamen demiſit, catapotium iuuit, ſomnus paruus uenit. cum uero rurſus abunde ualidum medicamentum potaſſet, ueſpertinus occidente ſole mortuus eſt. plurimum tamen tempus morbum hunc ferre poſſe uidebatur, niſi medicamẽti uis acceſſiſſet. Hippocomus Palamedis in Lariſſa natus undecim annos in fronte ſupra dextrum oculum equo percuſſus eſt, os ſanum eſſe non uidebatur, paulum ſanguinis defluxit, quod uſq; ad duplum ſecatum eſt, ſicq; habens os curabatur, quod & ante ſtatim concepit, ſecundũ autem uigeſimo tumuit, febris & rigor cepit, die magis tumebat, dolebatq;, de rigoreq; incipiens febricitabat, oculi, frons totuſq; uultus tumeſcebãt, quæ capitis dextra magis patiebantur, tumorq; hic & in ſiniſtra perueniebat, nihil tamen læſit. demum continua febris eũ habuit, minus tamẽ hæc uſq; ad octauum. uſtus autem uixit, catapotioq; purgatus eſt, tumorq; circũlinitus eſt uulnus ulcuſue, uſtioq; mali nullius cauſa fuit. Theophorbi puer in Lariſſa ueſica læſa exaſperataue quid glutinoſum cũ dolore minxit, & ante & poſt minctionem dolitabat, præputiumq; terebat. qui cum medicamentum acre, quod lotium cieret, potaſſet, ueſicam non petiuit, ſed purulentum quid bilemq; multam uomuit, per infernaq; eadem demiſit, uentremq; dolitauit, & intus ardebat, corpuſq; reliquũ perfrixit, totuſq; reſolutus eſt, nihilq; capere uoluit, medicamenti magna uis huius uentriculum ualde lancinauit. poſtq; potionẽ tertianus mortuus eſt. Cõiunx Antimachi in Lariſſa partũ circiter quinquaginta

Hippoſthenes. Lariſſa.

Cum luctãdo hic cecidiſſet, mortuus eſt.

Scamander coxẽdicem luxauit.

Hippocomus Palamedis filius calce equi fronte percuſſus.

Theophorbus.

Antimachus.

dierum quem gestabat, deiecit, & tempus aliud non comedit, septéq; dies locellos corq; dolitauit, febricitauitq;. nihil hoc tempore demisit, propterea datum est elaterium per catapotia deuorandum ualidius quam debuit. quo paucam bilem combustam præ febre & inedia, quodq; nullo potu fuerat usa, frustillatim uiolenter uomuit, postea nihil cepit, seseq; demisit. quæ cum debilitata uideretur, propinata est aqua, quam uomere noluit, post hoc autem uentriculum inferiorem uehementer doluit, nam præ medicamento lancinatus erat. statim enim post oletum quid cruentũ ramentosumq; demisit, semperq; & impotentia & æstuatio crescebat, purgamentiq; decem iam fere heminas demiserat, uenterq; multa aqua perfusus (nihil enim aliud capere poterat) substitit. circa mediam noctem mortua est. quæ tamen uictura fuisse uidebatur, si aquam quam potasset, statim priusquam descendisset, uomuisset. Coniunx Honesidemi in Larissa uentriculum & intestinum lancinata præ bile per se mota multum bilem & sanguinem per superna & inferna demisit febricitauitq;. cui debilitate non ualidum elaterium aquosum nõ multum propinatum est, quo plurimum uomuit, per infernaq; demisit, uespera reuenit, postridie febris erat, debilis autem uenter lancinatus eadem demisit. tertio serum diei uersus mortua est, cũ ualidissima febris supercepisset. Quæ uisa est omnino peritura fuisse, minime uero, cum aquam gelidam potasset, donec uomitus habuit. postquã uero superior uentriculus aqua purgatus perfrixit, succumque gelidum potauit, sic postea subluta est. Cum Eudemus in Larissa diu mariscis ualde laborasset, exanguisq; esset, bilis mota est, sed mitius cũ corpore egit, uentriculusq; inferior motus biliosa demisit, mariscæ concesserunt, medicamentum per inferna potauit, optime purgatus est, succum postea cum potasset, magis motus est, præcordiaque doluit, cum uentriculus ob mariscas non belle haberet, curationisque & uomitionis egeret, manus huic admota est. deinde cum cancellus supercepisset, febris etiam corripuit, nec ante dimisit quã necasset. quæ cum cessaret, rigor subrepebat, febris uenit, bilis & flatus demittebatur, quæ partim prodibat, partim intus remanebat, uentriculusq; dolebat, mariscæ uero cum purgationes incipiebant, foras prodibant, tempore autem alio flatus per eas prodibat, per singultumq; incipiebat sternutumue. Quidam uir in Larissa cominus hasta posteriora uulneratus est, Cuius summum aciesue subter umbilicum penetrauit, quo loco liuidus tumor cõparuit, qui post uulnus aliquantum porrexit. postea magnus dolor inuasit, uenter super tumuit, cui postridie medicamentum per inferna datum est, quo paulum quid subcruentum demisit, mortuusq; est. huius intestina sana nõ esse uenterq; sanguinis plenus uidebatur. Apellæus Larissæus circiter triginta annos uel paulo minus natus morbo tenebatur, qui noctes magis in somno quam dies uexabat, quo duos circiter annos ante mortem laborauit. hic bilem rufam uomebat, experrectusq; atram quandoq;, qui magna capitis purgatione cum medicamentum bis potasset,

Honesidemus.

Eudemus ficosus.

Mariscarum uexatio.

Percussus hasta moritur.

Apellæus Larissæus quo morbo laborarit uideto.

tasset,diu purgatus est.quod sex mẽses tulit,nam multi cibi corporisq; perbiliosi erat, cumq; luctatus fuisset,plurimũ riguit,febrisq; superuenit, morbusq; noctem uersus.Postero autem die & altero sibi uisus est sanus esse , nocte uero quæ secuta est,morbus,cum optime cœnasset,primo somno supercœpit, qui noctem & diem ad prandium usq; tenuit,qui mortuus est ante quam resipisceret,primum quidem dextera,uultus conuellebatur,corpusq; reliquum,deinde sinistra,cũq; cessare uideretur,soporabatur,stertebatq;,morbusq; rursus corripiebat.Eumelius Larissæus maxillas,manus, crura cõpactas rigidasq; habuit. quas nec distendere nec flectere poterat,nisi alter contenderet conflecteretq;, nec maxillas aperire nisi alter aperiret,nihilq; dolebat,nec quicquam nisi pultem sumebat,mulsumq; potabat.uigesimus autem sedens supinus decidit, caputq; ualde lapidi percussit,caligauitq;,pauloq; post sanus surrexit , cunctaq; discussa sunt,præterquam cum somno excitabatur,paulum quid articuli colligabantur.duodecim iam uel tredecim anni erant,circiter tres uel quatuor mẽses laborauit.Quædam Virgo in Larissa cum sanguinis non multum uomuisset,purulenta facta est,cum febris superuenisset,non prius liberata est quã tertio mense periisset,sed ante mortem adeo surda facta est,uti nihil audiret,nisi quis ualde clamaret.sanguinis autem ante uomitionem debilitata est. Dyseridis serua in Larissa cũ esset iuuenis & uenere uteretur,dolitabat,alias non,nũq̃ concepit,cum uero sexaginta annorum esset,meridie dolore uehementi correpta est,cum ante meridiem multum porrorum comedisset.cum uero dolor uehementissimus omnium qui prius fuissent,eam cepisset,surrexit, manuq; tetigit,durum quid in uuluæ ore sensit,postea cum iam animo defecisset, mulier altera manu demissa lapillum expressit,fusi uerticilli uertebræue similem instarue,durum asperumq;,statimq; & tunc & postea conualuit.Maliensem malianue quẽdam carruca onusta calcauit costasq; fregit,postea sub costas subter lienem suppurauit,ustus decẽ menses uixit,postea cute recisa foramen in aqualiculo & omento comparuit,quod in alteram partem & ad renes & ossa pene trabat,quæ putrescebant.quod autem huius corpus perbiliosum esset , latuerat,qđq; in huius corpore multa putredo sicca & in aqualiculo cœterisq; carnibus inesset.quæ statim oportuit,si quis potuisset,sicco medicamento discutere,donec quid roboris hic uir habuit.nihil enim humidis quæ penicillis linamentisue iniicerentur,concedebant,quin potius putrescebant, per linamenta uero superante humido frigus & febris capiebat,magisq; putrescebat,qđq; putridum,subatrum olidumq; priusquam medentium manus adhiberẽtur,defluebat.quale quotidie densum non large prodibat.quare cognitum est morbi huius naturam altius quam subter cutem penetrare. tametsi bene omnia haberet,tamen sanari seruariue non posse uidebatur,etiam si uentris defluxus superuenisset. Capitis uulnere media æstate sexto & decimo die mortuus est Autonomus in homilo lapide enim manu misso secundũ suturas uertice me-

Eumelus Larissaeus.

Virgo Larissaea.

Dyseridis serua calculo laborauit.

Malias carruca calcatus.

Autonomus capitis uulnere moritur.

dio percussus erat, quod me præteriit decepitue, cum secare terebrareue statim oportuisset, nam suturæ me deceperunt, quæ teli læsionem & ictum continebant & in sese habebant, quod postea patuit. primum quidem iugulū clauemue deinde latus ualde doluit, conuulsioq; spasmosue manum utrāq; petiuit. quinto & decimo die secatus terebratusue fuit, puris parum defluxit, cerebri membrana non læsa comparuit. Serua quædam circiter annos duodecim nata capitis uulnere media æstate quarto & decimo die mortua est in Homilo, Quidam enim ualuis os & suturas fregerat, quod sectum nō quatenus oportuit, pus concepit, octauo rigor & febris supercepit, nono rursus secatur, puris parum cum sanguine comparuit, cerebri membrana pura fuit, somnus supercepit, febris non dimisit, conuulsio spasmosue manum sinistram suscepit, cum dextra uulnus esset. Cyrenius purulentus cum esset, uentriculum inferiorem triginta diebus serius quam oportuit sectus ustusue est, in Homilo tamen meliusculе habuit, pus enim in uentriculo desiccatum est, sed cum tempore calidissimo poma cœteraq; cibaria non conferentia comedisset, febris uentrisq; defluxus supercœpit, mortuusq; est. Hecason in Homilo sicuti & alter serius ustus est, tamen uentriculus ferme totus desiccatus est, sed intestinorum difficultas subtercepit, quam cum fugisset, cuncta deuorabat, donec totus tumuit, pus per inferna demisit, defluxuq; mortuus est. Hecason in Homilo non purgatione malaq; purgatione coxendicem grauiter doluit, quo discusso dolore febris supercœpit, quæ diu eum in cubili tenuit, qui non bibebat, nec sitiebat, debilisq; cum esset, horreretq;, morbus tamen probe sicuti oportuit sublatus est, corpusq; iis quæ porrigebantur, optime proficiebat, demum per inferna malum prorupit, totumq; cum multa bile demisit, mente cōcidit, mortuusq; est, tamen uidebatur malum fugisse. Quidam in Salamine cum in anchoram impegisset, uentrem sauciauit, multumq; doluit, medicinamq; bibit, quā nec supra nec infra demisit. Mulier quæ se iugulauerat, strangulabatur, cui multo post deuorandum elaterium datum est, quod per uulnus prodiuit. Adulescēs qui de Eubœa uenerat, per inferna multam bilem purgatus cū aliquatenus cessasset, febris superuenit, deinde cum uideretur per superna purgandus, non ualidam radicem elaterion potauit, post quā potionē quartanus nihil purgatus mortuus est. sed somnus habuit, sitis sedari nō poterat. Serua quæ catapotio per supna parū emisit, præfocabaturq;, multa per inferna demisit, nocte mortua est, nam barbara erat. Quidam uir euboeus cum Elaterium potasset, tres dies purgatus mortuus est, manum enim purulentam cubitum usque habuit. Puer Symmachi nocte dormiens præfocabatur, cum febriret, medicamentum potauit, nec tenuit, nec purgatus est. sexto die mortuus est. Qui apud Dromum degebat, cum nocte sanguinem uomuisset, postridie sanguinem multum uomens præfocatus mortuus est, sed in lienem subterq; multum sanguinis demisit. Puerulus sue uentrem & iecur percussus quarto mortuus est, crebro spirans,

Pedisequa similiter

Cyrenius purulentus.

Hecason.

Salaminius ancora uulneratus.

Mulier per se ingulata.

Adulescens moritur.

Serua barbara perit.

Vir hic etiam perit.

Dromus hospes cuiusdam.

Puer sue uulneratus perit.

rans,febricitans nihilq; cognoscens. Hermophili filius dies undecim laborauit,febricitauit,cibaria non demisit,primum delirauit,nocte cessauit,sequenti mutus stertens iacuit,lumina distorsit,febricitauit,penna demissa bilem atram uomuit,sublutusq; multum demisit. Seruæ Aristonis pes sua spōte medio loco intus ex obliquo suppurauit,marcida ossa defluebant, sensimq; in fistulam demigrabat,uentris fluctio superuenit, mortuaq; est. Mulier sana, crassa post catapotion conceptionis causa sumptum uentrem & intestina doluit, torquebaturq;,tumuit,spiritus substitit,lassitudo cum dolore uexabat, nō multumq; sanguinis uomuit,sæpiusq; cōmortua est,uti periisse uideretur,& neq; cum ab aqua gelida uomuisset,cessauit,neque dolore spirituque procedente. quare circiter triginta urnulæ per corpus fusæ sunt, quod solum uisum est profuisse, deinde bilem multam per inferna demisit, cum uero doleret, nihil egere poterat, & uixit. Antander post catapotium cœtera sanus erat sed uesicam dolebat, quam statim multum purgauit, meridie uero dolor uehemens uentrem inuasit, postridie strangulatio, lassitudo, periactatio male eum habuit,uomuit,nihil egessit,nocte male habuit, non dormiuit, postridie multum egessit,postremo sanguinem,mortuus est.Puero Athenadæ Phagedæna laboranti,dens inferior sinister superior dexter dolitauit,cū uero dolor hic cessasset,dextera auris suppurauit.Sutor cum in sustrina calceum sueret,sese subula supra genu coxam uersus perforauit,digitumq; circiter uulnus adegit,sanguinis nihil defluxit,statimq; uulnus clausum est,coxaq; tota,inguē iliaq; tumuerunt,tertio die hic mortuus est.Quidam secundum inguina sagitta percussus maxime præter opinionem seruatus est,quem nos uidimus, nam ferrum eductum non est,quia nimis alte descenderat,nec sanguis momenti alicuius prorupit,nec inflammauit,nec claudicauit,nos autem sex annos postq̄ uulneratus fuerat,ferrum eduximus,eumq; liberauimus.quod censebatur hoc tempus inter neruos latuisse,nullamq; uenā arteriamue læsisse. Percussus acuto telo sagittaue posteriora parum infra subterue collum quod nullius momenti esse uidebatur,nam alte non descenderat,post uero non multum cuspis educta fuit,statimq; in posteriora tanquā opisthotonici contractus est,maxillæ cohæserunt,siquidq; liquidum deuorare conaretur,per nares prodibat,cœteraq; statim male habitus tertio die mortuus est. Quidā iuuenis cū per asperam uiam cucurrisset,calcis inferiora maxime doluit,qui nihil luxauerat, quo humor conflueret,locus tamen totus ad talum usq; & plantā nigricauit quarto die,quod nusquā prorupit,sed uigesimo post eum cursum sustulit. Quidā cum oculi supercilio percussus fuisset cuspisq; satis alte penetrasset spiritusq; aerue subintrasset, supercilio tamen reciso cuncta sublata sunt,nihil mali cōparuit,nam oculus non læsus remansit,celeriterq; conualuit,cū sanguinis multū profluxisset. Hecale uirgo Nerii filia uiginti circiter annos nata lata aperta ue manu femella quadam amica ludente uerticem percussa fuit,tunc quidem

Hermophilus.

Ariston.

Mulier cupiens concipere.

Antander.

Athenadæ puer Phagedenosus.

Sutor subula læsus perit.

Sagitta percussus præter spem euasit.

Contra alter.

Calce subatrato cursu hic perit.

Supercilio percussus sine oculi læsione sanatur.

Hecale uirgo manu aperta uerticē percussa perit.

oculi caligarunt, exanimataque est, cumque domũ delata est, statim febricitauit, caput doluit, uultus rubuit, septimana cũ esset, pus fetidũ subrubrũ circũ dextrã aurẽ plus cyato defluxit, melius habere uisa est, leuata est, febre rursus correpta est, & deposita, nihilque loquebatur, uultus dextra contraxit se, uix spirabat, conuulsione tota tremebat, lingua hæsit, oculi riguerũt, nono mortua est. Puer Cleomeni hyemis principio cibi fastidio affectus sine febre tabescebat, cibaria pituitamque uomebat, duos menses hæc inedia secuta est. *Coquus gibberosus.* Coquo cuidã insania phrenitideue spina gibberauit, cui nulla medicamenti potio nisi uini nigri, panis cibus, balneisque abstinuisse, leniterque fricari & foueri profuit. *Cur hæc mortua sit uideto.* Cuidam fœmellæ circiter uigesimũ ætatis annum agenti cum medicamentũ partus abigendi causa potaret, labor dolorue uomitusque multæ bilis luteæ uiridisque accessit, postquam potauit, conuulsio spasmosue lacessiuit, linguam exasperauerat, quartanam adiui, lingua macra nigraque iam erat, oculorum album rubescebat, peruigilabat non dormiebatue. quarto noctem uersus mortua est. *Quæ ex alto ceciderat nõ perit.* Puella quædam cum ex alto decidisset, uocem amisit, sese multum ictabat, noctem uersus multum sanguinis uomuit, crebroque sinistra parte nareue qua ceciderat, defluxit, mulsum uix deuorauit, crebro sicuti morientes singultibat, stertebat, spirabatque, circa uultum uenæ distentæ erant, supina cubabat, pedes calescebant, leniter febricitabat, non loquebatur, septimana uocem prorupit, minus caluit, superstes fuit. *Pythoclis Medela.* Pythocles languentibus aquam lacque multa aqua dilutum dabat, Perniones mulcebat uellebatque pedes igni & aqua maxime calefaciendo, siquid mali uel lenticula in oculis esset, holera decocta pomaque dulcia dabat apponebatque, dolores lumborum, coxendicum, crurum ex laboribus marina aqua calidoque aceto fouebat, spõgiaque his tincta calefaciebat, succidaque lana circũuoluebat, ligabatque. *Infector cur moritur.* Cuidã infectori sine dolore collum, inguina pedesque tumuerunt, tres menses ante febris lenta tussibundaque uexauerat, quarto uenter colliquatus est, calores superuenerunt, lingua aruit, sitiuit, uix egerebat, mortuus est. *Caput lapide percussus moritur.* Quidam caput lapide percussus de quodam Macedone decidit, tertio mutuit, æstuauit, febris lenta uenit, pulsus non multus in temporibus erat, nihil audiebat, neque sapiebat, nec quiescebat, quarto motus est, siue sese agitauit, sudoris irroratio circa frontem sub naresque mentum usque processit, mortuus est. *Aeniates sua hasta se perimit.* Quidam Aeniates suo pilo sinistrum latus sese percussit, uulnus non dolebat, tertio uentris dolor uehemens aduentauit, non egessit, sublato noctem uersus oletulum descendit, labor dolorue non reliquit, sed in testes decubuit, quarto pubem uentremque dolor occupauit, uiuens stare quietus non poterat, biliosa cumulate uomuit, oculi tales erant, quales sunt eorum qui intermoriuntur animoue linquuntur, post quintum uero finiuit, caliditas quædã tenuis inerat. *Quidam iecore percusso statim perit.* Cuidam hastili percusso iecur statim color cadauerum sese sparsit, oculi intro cessarunt, molestia, difficultas ferendi, æstuatio consecuta est, mortuus est eodem die, quo percussus est, priusquam forũ solueretur. Cõiugi

Polemarchi

Polemarchi hieme Angina correptæ guttur tumuit,multum febricitauit,sanguis missus est,strangulatio cessauit,febris durauit.quinto sinistrum genu tumuit,doluit,secundum cor uisum est ei quid collectum esse,spirabatque sicuti urinatores,pectusque subsonabat,sicuti iis qui uentre loqui dicuntur, tale quid euenit.septimo uel nono noctem uersus uenter prorupit, multa liquida mala demisit,sicuti putatum est,quo muta finiuit, mortuaue est. Ventriculos inferiores in morbis subpurgato,cum maturam & subsidentem materiam uideris,signum erit,si non æstuabunt,capitis grauedine non uexabuntur, cum lenissimi calores uel cum post accessiones cessarint,superiores autem in ipsis accessionibus,tunc enim & sua sponte subleuantur,cum æstuant, capite grauantur molestanturque. Quidam cum cecidisset,cubitum læsit, qui suppurauit, quo iam maturo sanies glutinosa descendebat. sicuti Leonisco Demarchoq; Agleutelis filio cecidit.pus autem nullum simili de causa nonnullis quemadmodum Aeschyli puero cecidit. purulentis autem plærisque horror & febris superuenit.Parmenisci puero surdescenti contulit non lauare,sola lana purgare,oleum uel nepoton infundere,deambulare,mane surgere,uinum album potare. Haspasii coniugi magno dentium dolore maxillæ tumuerunt, Castorio & pipere perluta dolore leuabatur iuuabaturue.Callimedontis puero contulit ad magnum tuberculum dolorificum non maturum, quod in collo habuit,brachii una sanguinis missio apostasisue,lini semen uino albo uel mulso ualde coctum oleo asperso superligare uel fœnigræci uel hordei uel tritici farina. Melisandro tota gingiua tumescente ualde dolenteque sanguinis de brachio missio,perque exordia alumen ægyptium discussit. Laboranti aqua subter cutem sese exercere,laborare opus est,sudare,panem calidum oleo tinctum comedere,oleumque ipsum potare, non multum lauare, caput fouere, uinum album,tenue leneue potare,somnusque auxiliatur.Bianti pugili suapte natura multiuoro euenit uti biliosa mala pateretur carnium deuoratione porculorum præsertim non percoctarum,magnique uini temulentia,liborum bellariorum mellitarumque rerum nimio usu,cucumeris peponis, lactis, farinarumque recentium.nam æstate mala biliosa febresq; intermittentes uigent. Timochari destillationes hyeme præsertim nares petebant, cui cum re uenerea usus esset,cuncta desiccata sunt,sed lassitudo,caliditas,capitis grauedo, sudor de capite multus superuenit,nam & sanus sudori obnoxius erat, tertianus. conualuit. Post Canem febres sudoriferæ uiguerunt, qui sudor non penitus refrigerabat,sed post sudorem rursus statim calefiebant,febresq; ueniebāt, quæ longæ,lenes,sine decretorio erant,& nō ualde siticulosæ.paucis septimo uel nono cessabant.undecimani quatuor & decimani septem & decimani uigesimique decernebantur iudicabanturue.Polycrati febris superuenit & quæ sudoris sunt,qualia scripta sunt,madicamento subterpurgatus est, & quæ febris sunt,mitiora fuerunt,pusilli sudores rursus in temporibus & circa collum

Polemarchus. Angina correpta uxor eius perit.

Cur hæc de aphorismis hic ponantur,non uideo.

Cubiti læsio. Leoniscus. Demarchus. Agleuteles. Aeschylus. Parmeniscus.

Haspasius. Castoriū piperq; dentium dolori confert. Callimedon. Colli furunculi panine medela. Melisander. Hydropis medela.

Bias pugil.

Pepon.

Timochares.

Canis sidus.

Polycrates.

OO

post meridiem, deinde per totum scaturiebant, & rursus supercalefactus est, quod circiter duos & decem uel quatuor & decem durauit, parũ egessit. post purgationem sorbitione usus est. circiter quintum & decimum dolor uentris, lienis, ilium sinistra parte uexauit, calidorum appositiones minus quam frigidorum profuerunt, deinde leni sublauatione dolor cessauit. Magnæ nauis rectori dextræ manus indicem & os subter anchora confregit, inflammatio, putrefactio & febris superuenit, modice subterpurgatus est, calores & dolores leniores fuerunt, digiti quid decidit, post septem proba sanies exiuit, post hæc dixit se non posse cuncta lingua enunciare, prædictum est neruorum in posteriora distentionem opisthotononue aduentare, quo maxillæ cohæserũt, & collum obriguit. tertianus uero totus in posteriora cum sudore conuellebatur, sextanus post prædictionem mortuus est. Harpali Telephanesque libertæ filius pollicem subter luxauit, dolor & inflammatio consecuta est, quo reposito dolor cessauit, agrum petiuit, cum rediisset, lumbos doluit, lauit, noctẽ uersus neruorum in posteriora distentio opisthotonosue aduentauit, maxillæ cohæserunt, sputũ spumosum uix per dentes exibat, Tertianus mortuus est. Thrinon Danonis filius tali neruum percussus quod uulnus cum medicamentum purgasset, euenit, uti neruorum in posteriora distentione opisthotonoue periret. quippe in omnibus suppuramentis oculorumque laboribus hoc eueniebat. labores noctem uersus, tusses hyeme, maxime uero tẽporibus austrinis multa, crassa, alba qui excreassent, his febres superfiebant, quintanæque cessabant, Tusses uero circa quadraginta. quale Hegesiptoli Eutychides crurũ biliosis defluctionibus neruorum distentionem tetanodemue sensit, quæ cum egestione cessauit, multam bilem rubramque ualde tres dies noctesque uomuit, debilis æstuosusque remansit, nihilque cibi potusque continebat, sed lotium & oletum deinde uomitione mollis fex per inferna prorupit. Androthales non loquebatur, delirabat, quibus discussis quid superfuit & reuenit. lingua totũ hoc tempus aruit, quam nisi perlueret loqui non poterat, quæ plærunque amara erat. quandoq; cor dolebat, quem sanguinis missio per uenam dissoluebat. potus aquæ uel mulsum huic contulit, ueratrum nigrum bibit, parumq; bilis demisit, per hyemem demum, decubuit, delirauit, linguæ uitia eadem reuenerunt, parum caluit, lingua blæsa discolorque erat, pulmonis uitio & destillatione correptus est, stragula deiiciebat, seseque deduci mandabat, nihil clare loquebatur, noctem uersus finiuit. Mirus Nicanoris affectus fuit, qui tibicinam sonantem fugiebat, timebatque in conuiuio nocte tantum, uti dicebat, nihil uero de die, diuque hoc passus est. Democles cum hoc cæcutire rabireq; uidebatur, secundum præcipitia, pontes, fossas parum altas non transiisset, sed per eas perrectabat. quod & ipse multum tempus tulit. Phœnix uero hoc patiebatur, dextro oculo fulgetræ sibi præmicare uidebantur, statimq; dextrum tempus deinde totum caput, collum, uertebram qua caput connectitur, ualde dolitabat,

Digito fracto hic perit.

Harpalus. Telephane liberta. Pollicis luxatione hic perit.

Thrinon Danonis filius moritur opisthoteno. Opisthotonos.

Tetanos.

Androthales.

Nicanor quã mire afficiebatur.

Democles quæ uitaret.

Phœnix quid pateretur.

dolitabat, distendebaturque. secundum dentes gingiuæ duro modo tumebant, os aperire non poterat, dolores hos, uomitio si adesset, discutiebat uel lenibat, quin & sanguinis missio profuit, ueratrique potio cuncta discussit, aperuitque non minimum & Abrotonon. Parmeniscus autem modo mori cupiebat, modo contra uiuere. Cononis seruula capitis dolore per exordia delirabat, clamabat, plorabat, raro quiescebat, circiter quadragesimum finiuit. decem uero dies morti proximos non loquebatur, conuellebatur. Quidam adulescens cum multum & meracum potasset, supinus in quodam umbraculo scenaue dormiuit, cuius in os serpens albus penetrauit, quod cum sensisset, loquique non posset, dentes compressit, serpentisque partem deuorauit, statimque summo dolore correptus manus uti strangulatus proferebat tendebatue, seseque iactitabat, conuulsusque mortuus est. Timocharis seruus biliosis melancholicisue malis uti uisum est, circa dies eosdem similiter mortuus est. Puer Nicolai circa solis hibernum institium potu horruit, noctem uersus febricitauit. postridie biliosa, pura, pauca uomuit. tertio corpore toto sudauit. pleno adhuc foro desiuit. Soror Diopithis tertianæ & dimidiæ seu hemitritæi accessione cor totum diem dolitauit. Quod & aliæ mulieres sed sub Vergiliarum occasum tulerunt. Talia uiris rarius euenerunt. Coniunx Epicharmi difficultate intestinorum dysenteriaue ualde laborabat, cruentaque & mucosa demittebat ante partum, post uero confestim sanata est. Polemarchi coniunx in articulorum doloribus arthreticisue coxendicem ualde dolitauit, quoniam menses non defluebant, non loquebatur, non audiebat. quod totam noctem meridiem usque durauit. postea uero & audiuit & resipuit, manuque demonstrauit coxendicem dolere. Epimarchus circa Vergiliarum occasum humerum grauiter doluit, brachium obtorpuit. crebræ uomitiones aquæ potu fiebant. Puero Euphranoris pustulæ culicum morsibus similes subito creuerũt, parumque durauerunt. nam postridie febricitauit. Post Fauonium uero usque ad Aequinoctium auctũnale siccitates multæ singultusque uiguerũt. Sub Canem uero strangulantes æstus plurimi calidique, sudoriferæ febres, tubercula plurimis secundum aures fiebant. Tychon in oppugnatione circa Daton Catapelta pectus percussus fuit, paulopost risus tumultuosus circa eum fuit, nam mihi uidebatur medicus cum teli lignum extraxisset, quid pili hastæue in septo transuerso diaphragmateue reliquisse, cum hoc ipsi non uideretur, uesperi lauit, subterque potionauit, primam noctem difficulter tulit, cum dies illuxisset, medico cœterisque melius habere uidebatur, prædictũ est celeriter periturum, cum conuulsio spasmosue uenisset, sequentem ergo noctem difficulter & cum uigilia transegit, plærunque in uentrem iacuit, tertio die conuulsione correptus meridie finiuit. Billo tergum uulnerato spiritus multus cum crepitu per uulnus exibat, sanguis prorupit, quo sedato conualuit sed difficulter. Philes puero quid simile contigit, frontem hasta nuda psilomateue percussus

Parmeniscus. *Conon.* *Serpentem dormiens hic deuorauit.* *Timochares.* *Nicolaus.* *Diopithes.* *Epicharmus.* *Polemarchus.* *Arthretici.* *Epimarchus.* *Euphranor.* *Fauonius qualis hic.* *Canis sidus.* *Daton.* *Catapelta non Catapulta hasta est.* *Tychõ moritur.* *Billus.* *Phile.*

Phanias. Euergetes. *Aristippus.* *Neapolis saucius.* *Maxilla cũ dentibus huic decidit.* *Carcinoma pectoris cur hanc necauit.* *Simus et uxor.* *Cynanchiche anginosaue cur moritur.* *Olynthus.*

nono febricitauit,os liuorem contraxit,mortuus eſt.Phaniæ Euergetæq; puero liuefactis oſſibus & febre correptis,cutis ab oſſe diſceſſit,pus non comparuit.Ariſtippus ſuperiorem uentriculum magna ui ſagitta uulneratus,dolor uehemens & inflammatio ſtatim uenit,nihil egeſſit,æſtuauit.cũ biliosa ſatis multa uomuiſſet,meliuſcule uiſus eſt habere,ſed paulopoſt dolores graues reuenerunt,uentriculuſque prout in uuluulis uexabatur,calebat,ſitiebat.ſeptimo finiuit. Neapolis ſimiliter ſaucius hæc tulit,cum uenter acri lauatione ſublutus eſſet,prorupit,demiſitque color luteus,ſubater,tenuis ſuffuſus eſt.qui cum lumina ſicca,pura,ſoporata,caua,non nictantia haberet, cor tamen uellicabatur. Puero Metrodori dentium dolore maxilla putruit,modice gingiua ſuppurauit,maxillares & maxilla deciderunt. Mulieri cuidam in Abderis uomica carcinomaue in pectore facta eſt,per papillam ſanies ſubcruenta defluxit, qua ſuppreſſa mortua eſt. Plurimi deſtillatione dimidii capitis laborabant, per nares quid liquidum defluebat,leniter febricitabant,quinto circunfrigebant. Simi coniugi per partum concuſſæ pectus lateraque doluerunt, purulenta demiſit & excreauit,tabes uenit,ſex dies febricitauit,defluctio rurſus uexauit,ceſſauit,febris rediuit,ſeptimo mortua eſt. Mulier quæ angina laborabat,manum cruſque doluit,dextra leniter febricitabat, tertio ſtrangulatio uexauit,ceſſauit,ſeptimo conuulſa eſt,non loquebatur,dentes conterebat, os cohæſit,maxillæ rubuerunt,quintana uel ſextana mortua eſt.ſignum ſubliuidum circa manum comparuit.Palato affecto alia ſtertebat,lingua arebat, pulmonis uitio correpta mente conſtans mortua eſt . Quidam aqua ſubter cutem laborans in Olyntho ſubito mutuit,diem & noctẽ mente uacillans mortuus eſt.

Hippocratis

HIPPOCRATIS EPIDEMIORVM SEXTVS

q Vibus ex corruptione circa uuluam uel tumoribus in capitis grauedinem uertitur,uertexqꝫ ualde dolet,cœteraqꝫ uuluarum uitia creantur,his octo uel decem mensibus in coxendicem decumbunt. Qui capite acuto sunt siquidem ualida ceruice sint cœtera ualidi & ossibus sunt. Qui capite dolorifico fluxisqꝫ auribus sunt,his palatum cauũ est, dentes permutati,brocchi,rari. Quibus os de palato decidit abiuitue,his nasus deprimitur. Quibus utrinqꝫ dentes sunt,his inter sese colliduntur,quibus una tantum parte,his resimuntur retorquenturqꝫ. Puerorũ splẽdor,nitor,comitialisqꝫ cum pubertate durat.quibus & aliæ plurimæ mutationes fiunt. Qui graui lumborum dolore uexantur, hi cum cibi potusqꝫ complentur,pituitam uomunt,cũ uero dolores crescunt & perseuerant,uirulenta, deinde meliuscule habent,soluuntur autẽ & liberantur,cum cibis euacuantur. Qui subcruentũ mingunt,his harenulæ rufæ subsistunt,coxæ parte ea torpẽt. Quibus otiũ nec impleri cõfert sed exercitatio, iuuenes ueratro purgato, poplitẽ secato,lotiũ mouentibus purgato,emaciato,mollefacito. Menses humidis tardant,cũ uero celeriter non decurrũt,tumescũt. Dolores uetusti,frigidi, noui, calidi,sanguinolenti plurimi fuerũt in Cranone. Coxẽdicũ frigidi horrores, rigoresqꝫ ualidi in accessione nõ leniuntur sed post. Lotiorũ retẽtiones ante rigorẽ si ab optimis ueniant,uẽter si demittat,somnusqꝫ adsit,pari modo & febris & labores eunt. Qui rigẽt,his abscessus fere non fiunt crurũ emaciationes in morbis & post sicuti uiatoribus fiunt,nã æque labores & lassitudines in articulos eunt. Tubercula quæ foras extuberãt,obarida,acuta,plana, pariter tumẽtia,maturescẽtia,nõ circũquaqꝫ dura,simul coacta,nõ diuisa meliora sunt,cõtraria uero mala,quæqꝫ his ualde cõtraria sũt,pessima. Cũ Auctumnus ferino modo procedit,cordis dolores,horrores,bilẽ atrã per exordia in omni morbo credito fieri,cũctaqꝫ obseruato,magnasqꝫ accessiones,quale est,post meridiem aggrauari,Postremoqꝫ anni morbiqꝫ tempore tineas lumbricosue pueris tussiculã cũ uentris perturbatione cõtinua febris adducẽs significat, post decretoriũ uigesimo uel oĩno bimestri. Tumores ĩ articulos uẽturos subterqꝫ umbilicũ supna si descendãt tumescãtqꝫ articuli inferiores,bonũ est. si uero superiores,morbũ non æque discutit,nisi suppuret. Humeri uero si suppurant in magnis malis,ancos reddit. Quin & inferior debacchatio morbũ soluet, nisi rotundũ & altũ sit ulcusculũ, quæ perniciosa sunt pueris præsertim,sanguisqꝫ si prorũpat,morbũ soluet,sed hoc adultioribus magis fit. Lachrima spõte manans in grauibus morbis & male habentibus bonũ est,non spõte uero, contra.

Principia huius sexti cõsiderato.

Plinius hinc plurima sumpsit.

Quæ agenda.

Menses fœminarum.

Dolorum differentia.

Cranon.

Horror cum uexat.

Lotium cum retinetur.

Quibus abscessus non fiant.

Tubercula quæ bona quæ non.

Qualia auctumnus ferus porrigat.

Signa obseruanda.

Tumor articulorum.

Anci cur.

Sanguinis prorũptio quibus fiat.

Lachrima sponte manans,uel cõtra.

Oculorũ signa. Quibus supercilia supertendũtur, malũ est, quodq; denigret desiccetq;, peius, si tanquam spuma superarescat. malum etiam signum est, cum oculi corrugantur intro, cum uix uertuntur, cũ intus agitantur, cum intro cesserunt, cœteraq; quæ cadunt. *Febriũ differentiæ.* Species febrium, Quædã quidẽ febres manum lancinant mordentue, quædam lenes sunt, quædam non lancinant quidem sed repullulant, quædam graues quidem sunt, manu tamen minus sentiuntur, quædam subito coardescunt, quædam penitus lentæ, quædam tactu siccæ, quædã hudæ, quædam salsæ, quædã bullant, *Febris quæ bullas suscitat.* Quæ uisu graues sunt, quædam pallorem, quædã ruborem, quædam uirorem luteumue colorem, cœteraq; talia secũ adducunt. *Languentium signa bona uel mala.* Corporis contabescentiæ duriciæq; articulorum malũ est. languensq; ipse delassatus resolutusue & obliuiosus malũ est. pfractionesq; articulorũ malæ sunt. luminis oculiue species uisusue pertinax audacia mentis excussorium est. demissio, periactatio, perfractio, delassatioue malum est. *Quid in his agẽdum medico.* Quædam dilatato quædam angustato stringitoue, quosdam humores desiccato, quosdã cõtra, quosdam deiicito, quosdã contra. hac quidem, hac uero non corporis alueũ uasue, cutem, carnes cœteraq; talia crassefacito, emaciato, lenito, asperato, durefacito, mollefacito, excitato, torpefacito, cedentia subducito statimq; reuellito, non cedentia laxato, humoremq; alium, non eum qui uenit, moueto, uenientẽ uel cum eo misceto uel emittito uel similem facito. quemadmodum siquid dolorem sedet non similem, qua repit, emittito. superna turgentia per inferna deiicito, & contra. quale est, capitis purgatio. cum non descendit, grauedoq; non cedit, uena incisa subducit discutitq;. *Tumores quid portendant.* Suppurationes abscessusue siue tumores, sicuti inguinum, cœterorumq; locorum redundantiam significãt, præsertim in intestinis uisceribusq;. qui pessimi sunt & tetri, *Spiritus uarietas.* spiritus pusilli crebri, magni rari, parui rari, crebri magni, foris magni, intus parui, intus magni foris parui. hic quidem tendit & moratur, hic uero cogit, extrudit & festinat. duplex intus superinclusio superimmissioue. quemadmodũ est hoc. quidam calidum, quidam frigidum spirant, quandoq; utrũq;. *Spiritus facilis anhelatione quid faciat.* quod medicamentũ est diutius & assidue hiantium cibumq; auersantium parumq; & uix spirantium, coxendicumq; & laterum dolorem sedat. præcordiorum distentiones, sanguinis de naribus fluctiones, lienis & aurium, horum regione tumorẽ discutit. quæq; plurima in oculis fiunt, num ne omnia considerato. *Quid agat hic meditus.* quare superna ad inferna deducito, qualia sunt, quæ secundum maxillas, oculos & aures creantur suscitanturue, quæq; infra sunt, supra trahito. qualia sunt, quæ in coxendice & iecore fiunt. superneq; descendentia qualia sunt, quæ testes uaricesq; petunt. Quare hæc omnia, unde, quo, & cur spectato, *Venarum et cæterorum signa.* temporum uenæ cum non considũt quiescuntue, luteus color, cum perspicuus non est, spiritus intus ne remanserit, tussis sicca & ferina num ne sit. Quæ si fiant, defluxum proruptionemq; in articulos expectato. qua plærunq; uentriculi distentio fuerit, plæriq; horum suapte natura rubri uel albi sunt, sanguis de naribus his non prorupit uel parũ,

siquidq;

siquidque huius fluoris intus relinquit, statim sitis orisque siccitas sese offert & in suauitas cibariorũ auersatio. per huncque modũ febres non graues obrepũt, sed quæ reueniant. nam quæ post decretorium intus remanent, reuersionis causa sunt. primo quidem lien tumet, nisi articulos petãt uel sanguis prorumpat uel præcordia dextra parte distendantur uel cũ lotio prodeant. hoc enim est, utrorumque intus remansio, horum reuersiones iure timentur, horum abscessionem, si non fiat, fore putandum est, factamque declinato, non factã expectato. si quẽadmodum debet & quo debet, res eant, quæ non multum uehementes sunt, retundendo sustinendæ, quædam auertendæ, si penitus non conferant, præsertim morantes & futuræ, nisi recens cœperint. Quartanæ sanguinis eruptiones difficulter decernunt, qui unum interponunt, cum decretorio altero superfrigent. de quinque ad septem qui tertio repullulant, his nox quæ accessionẽ præcessit, difficilior est, sequens uero plærunque facilior. Tusses siccæ parum uexantes post febrem circũferuentem secundum rationem non siticulosæ, linguæque perfrictæ non ferino modo sed spiritu, clarum est unde hoc causetur. cũ enim loquuntur hiantque, tunc maxime tussiunt, cum uero non, minime. quod potissimum in laboriosis febribus fit. quare temere nihil agito, nihil hac prænuntiatione cõtraria despicito, sed quæ porrigere opus est, porrigito, sedatoque. Cuidam posteriora capitis dolitanti uena recta frontis incisa profuit. Præcordiorum, intestinorum inflammationum, iecinoris, lienis lancinationes & contraria qualibet causa quatenus poteris, reuellito, nisi quo expedit, repant, tunc enim iis uiam aperito quo repunt. Latæ pustulæ non ualde pruriunt. quales hyeme Simon habuit, qui cum ad ignem ungeretur uel calida lauaretur, resurgebant. Vomitiones expedire non puto, nisi quis febriat. Quæ maturescere oportet, compescito, cõtraria uero quæque siccare oportet, his uiam facito, ut prodeãt, uti oculorum fluores. si uero conferre uideatur, in fauces uel alio quo conferat deducito, cœteraque talia facito, meatus aperito, sicuti nares & alia, quorũ egeant & cuius & quando & quantum oportet, sicuti sudores & alia omnia. si uultus optimus est, in magnis morbis optimum signum est, contra in paruis. Coniunx cuiusdam magni qui post Heroum habitabat, cum morbus regius superuenisset, eadem permansit. Qui apud sororem Temenei degebat, colore & corpore nigro euasit. Hoc in Perintho uenit, uti languens semini genitali simile mingeret, quod bonum decretoriumque fuit. Pectinum tumores taliaque minctiones discutiunt. Quidam cum neque cũ magno crepitu nec oleto multo sed glutinoso uentrem exonerasset, tumorem præcordiorum discussit, quæ nõ ualde tumebant. Quidam cum difficulter spiraret, pectenque tumeret, septimanus brassicam comedit, tumorem discussit, facileque spirauit. De sanguine autem sanioso qui in purulentis peruigilibusque talis est, sit ne bonus malusue, quis non uidet? Quibus lien turget, manus his, genua, pedesque calent, turgentque, sed nasus, auresque frigent. num ne quia sanguis horum tenuis est? an quia natura hi

Quæ intus remanent quid faciant.

Quartanæ Tertianæque.

Tussis sicca.

Capitis doloris Medela.

Simon.

Vomitus quando conferat.

Temeneus. Perinthus. Lotiũ semini genitali simile. Minctio quid tollat.

Saniosus sanguis in quibus sit.

Lienosorũ signa.

Quid medico agendum erga languentes.

Plura his i aphorismis.

Caluicia causa.

Maza.
Panis.

Mulier lienosa.

Damnagoras et Arcesilaus quid in uenere passi sint.

Magnum frigus quid faciat.

Pueris quid eueniat.

Horror unde incipit.

talem habent? serosus enim sanguis purulentorũ est. Qui purulenti futuri sunt, his uẽter perturbatur, lien durescit, non supra sed infra, rotundus est, latus, crassus. sed in iis quibus de capite destillat, tenuis, longus, & minor est. Petitio distributioq; medici circa languentem talis esto, Quæ dicit qualia sint, obseruato, quoq; modo accipiendum, qui sermones & allocutiones ad languentem & ad præsentes astantesq; habendi sint, prospicito. siquid extra compareat ut pote loco calidiore, cur potius in dextris. quod nigri propter hoc, & extra uenæ si tumeant, cum decretorio consident. siquid uehementius agitetur, citius remollescet, tardiusq; crescet. siquid obduruit, plus temporis durabit. quod hic locus in animalibus biliosior, sanguinolentior calidiorq; est, uel cutis raritas uentriculi densitas uel cutis connexio uel carnis incrementum uel uentriculi torpedo uel cœterorum confusio uel uasculorum impuritas & impurgatio uel cerebri consumptio propter quod & caluicia uel instrumentorum contritio uel subtractio cursu, quiete, lucta, multa celerique deambulatione compa rata? Quibus pulticula mazaue decocta panis uero non multus in usu est, his plurima purgatio subductioq; fit, signum, eandem diei horam obseruato, celeriter enim labores demittit uel liberat, similiter etiam totus cõcidit. quod cũ euenit, suillas carnes assatas porrigito. si expleatur, signum subitaneũ hoc est, corpus enim statim conualescet reflorebitque. Cum sudor in exercitationibus multus tanquam riuulis manat, cumq; post eum concidit, optimum signũ est. Mulier quam primum in Cranone curaui, lienosa naturaliter erat, febre ardenti correpta tota rubuit, satis bene spirabat, decimo sudor in superiora quin & aliquatenus in inferiora scaturiebat, quarto & decimo minus. Qui capitis destillatione superfebriunt, his (uti reor) reueniet, nisi expurulẽt, quicqd enim ex purulat, reuersioni obuium non est. nam hoc est maturatio, iudicatio & abscessio simul. Quibusdam in re uenerea uenter subflatur tumescitq;, sicuti Damnagoræ cecidit. Quibusdam autẽ in hoc crepitus fit. sed Arcesilao in hoc cum flatu crepituq; tumuit. quod simul etiam in causa est suspiriosis, nã hi rei huic obnoxii sunt. Magnum frigus uenas frangit, tussesq; ciet. quemadmodũ & nix geluq; & glacies conuertit angitq; adeo uti tonsillæ, præfocationes, collectionesq; duræ creẽtur. Cum lotio autem disrumpi laxariq; puerulis potius cadit, num ne quia calidiores sunt? Quod uer calidiora refectioraq; schemata corpora modosq; deducit. Qui sarmenta connectabat, ostendit, nam cum uehemẽter doleret, summum paxilli supra se fixi iacens præhendit, seseq; distendit, sicq; meliuscule habuit. Quendam montana lignatione secundum pontẽ uidi crura percussum sese iactitantem, tibiamq; alteram quæ nõ erat extenuata sed coxæ ualde, lotium semenq; genitale non continebat, conualuit tamen. Qui suapte natura suspiriosi sunt laterũ debilitate siquid in malis destillationibus excernant uel non, malum est. Horrores, frigora, rigoresue fœminis prius de lumbis auspicantur, per tergumq; & scapulas caput petunt. quin & uiri prius posterioribus

rioribus quã prioribus,& exterioribus quã interioribus horremus. ficuti cubi/tis,brachiis,coxis.hac enim parte cutis rarior eſt.qđ pili præſeferũt.sin autem alia cauſa horreãt,ſicuti uulnerũ,ab ipſis uaſculis auſpicat̃. Caput aũt princi/piũ cauſæ huius eſt.qđ plurimis uerbis & rationibus parũ cognitis egeret,con gerẽdo docẽdoq; ſint necne hæc ſimilia diſſimiliaue inter ſeſe uti hac diſſimi litudine una ſimilitudo crearet̃,ſic eñ uia inueniret̃,ſic & recte habentiũ ꝓba/tio,nullaq; hoꝝ reprobatio haberet̃. Sanguinis de naribus ꝓruptio ſi fiat uel ſubatrobilioſis uel flauobilioſis uel ſubluteis pauca demittẽtibus ſicco medi/camẽto admoto craſſefacito,cœteris uero craſſamẽtis minus utitor. ſicco aũt ad alba,ſicuti eſt cicis cicinũue oleũ.Pueri cũ uenerẽ auſpicãtur uel cũ hircũ olent,tũc primũ ſanguis de naribus prorũpere incipit, sicut q in primordiis crepitẽt,ſicuti Arceſilaus.Quidã cũ hoc facturi ſunt,corrigãtur,quidã uentre ſubflãtur tumentue,ſicuti Damnagoras.mutationes cauẽdæ ſunt & obſeruan/dæ. Cibus modicus laſſitudinẽ leuat.Potio ſitim. Cutẽ oĩs extenuatio laxat, deinde circũtendit̃.Cõtra nutricatio.corporis emaciati cõcidẽtiſue notæ ſi/gnaue ſunt rugæ,cutis diſtẽtio bene nutricati,nã diſtentũ & rugoſum cõtraria ſunt.ſignũ utriuſq; ſubbilioſũ, ſubrutulũ,mãmæq; ſic & tumẽt & ſidũt, quod nemo putaret,niſi carnoſo corpore fieri.Plenitas nimia patet,cũ uenæ trãſlu/cent.Prodicus Herodicuſue multis deambulationibus,lucta,fomẽto,febrien/tes necabat,nihil eñ inimicius eſt febriẽti quã deãbulatio,lucta,curſus, labor, fricatio.nã lãgor inde,uenarũ rubor,pallor,luteus color,laterũ dolor uentris, iliũ,Tũc eñ oportet os cõſeruare ſine ſiti,tacere,uentũ & frigus uitare cũ po/tu.Capitis dolor inde uenit,auriũ,laterũ ſignũ cũ dentiũ gingiuæ turgẽt ,tu/ment inguina,ulcera & tubercula fiũt.quæ febres decernunt & finiũt . Quibus hæc nõ ueniũt,malũ his nõ decernit.quibus intus remanẽt, certa his eſt reuer/ſio citaq;.Sputa rotũda mẽtis excuſſoria ſũt.Qui ficoſi ſunt lateꝝ morbo pul monis phagedænis uaris puſtuliſq; cœteris obnoxii nõ ſunt,nec fortaſſe cutis aſperitati lepræue.quæ niſi opportune curent̃,crebri nõ tarde his corripiun/tur,cœteraq; ꝑnicioſa ſubrepũt,& q̃cũq; aliæ ſubſiſtẽtiæ & cõparitiones bo/næ nõ ſunt,uti ſunt fiſtulæ,cœteriq; abſceſſus, de q̃bus cũ ſunt,tutos præſtãt, et ſi præueniãt,cohibẽt & eripiũt.ſed neq; loca q̃ hæc ſuſcipiunt & patiũtur, labore,dolore,uel alia quauis moleſtia & grauedine liberãtur & immunes ſũt, ſed ob eũ defluxũ cõicant,nõ tamẽ inde ſanguis manat,ſed humor illi cogna tus q̃dã in his ſanguen ſtato tẽpore demittũt.in cœteris uero ſicuti in his par nõ eſt.nã cruẽta defluctio prohibet.quæ ſtatis & temporibus & horis fit . ſed quadoq; laterũ morbus,bilis,ſecundũ aures tubercula ſubrepũt,quæ ſi cũ de/cretorio fiant,nec ſuppurent,malũ reuenit modo quo cõſueuit , & hæc retu/meſcunt & permanent circuitu & modo quo febres,uel ſtatim tollunt.Quibus uero ſpes eſt in articulos deuenturum , lotium craſſum album mingunt . uti puero Amphigenis. Quartanæ uero laborioſæ & graues eſt cum hæc diſcu/

Sanguis de naribus quibus manet , et Pueris quando incipit.

Arceſilaus.
Damnageras.

Prodicus Herodicuſue.

Ficoſi a quibus tuti.

Amphigenes.

tiant ab abscessuq; liberent.& si super hoc sanguis de naribus abũde manet,penitus.Quidam articularius cum dextra ilium parte & intestino non ualde laboraret,medela adhibita peius habuit.Hagasios cũ esset puella,crebri & multi spiritus fuit. cũ uero fœmina & mater facta est,cũ de partu diu laborasset, magnum pondus sustulit,statimq; sibi uisa est quid in pectore crepitasse, postridie uero spiritus angustia comparuit,coxendicemq; dextrũ doluit, quo cũ laborabat,& suspirium uexabat,quo sedato & hoc sedabatur.per exordia hæc spumosa floridaque spuebat,statarie uero tenue, biliosum, uomitioni simile, tuncq; maxime laborabat,manuq; dolorem demonstrabat,qui porcina,bubula ouillaq; carne & allio sedabatur.Purulentis autem uoce & iracundia opus est.Quidam cui caput uulneratum fuerat,cuiq; combustum alumen appositũ primo fuerat,loco alio suppurauit,fortasse quoniam os abscessurũ erat, quod sexagesimo in auris superiora abscessit,nam uertex erat uulneratus,capitis ossa cani similia hic habuit,maius quid inter ea prominebat, quædam de neruis per spinam sub uentrem usq; extuberabant.Quæ languentibus grata sint, peragito,Cibaria pocula munda puraq; conficito porrigitoq;,quæ uiderit, tractauerit,lenia sint & placeant,dum non ualde lædant, uel bene resumpta & retractata si sint,sicuti frigus & refrigeratio cum opus sit. Præterea cum languentem adis, hæc obseruato, qui sermones & locutiones eius sint, quæ forma situs gestusue iacendi, quæ uestimenta, stragulaue, languenti num commoda, qui tonsus, comptus cura, qui ungues, odor, redolétiaue quæ sit, obseruato. decocta ne aqua utatur, perflata ne,plusue quam sit opus refrigerata,quomodo hanc sumat,nũ quæ in uase remanet tecta sit, nũ purgentur uti debet,nũ morbũ facile & patienter ferãt.Quæ in aheno uenerint,uideto, mares fœminæq; sæpe,legumina qui comedebant,cruribus debilitabantur,quiq; heruo seu piso uescerentur,genua dolerent.Quin & cũ aperte uigilat langués, perspicito,num foris caleat,intus frigeat,cũ uero dormit,contra. Si calor ille naturalis est,refrigerato,loco perflato somnũ capito,gelidũ propinato.si uero naturaliter frigeat,foueto.Si cum morbo laborat,status firmusq; sit ne somnus,cũ aũt stat nõ dormitue,soporatus ne sit.Cibi præterea nõ ualidæ materiæ frigidi sunt,ualidæ uero,calidi.Deinde quæ aquæ nullo artificio cóficiũtur,q̃ cœlo suo tpe cũ tonitru descéderũt defecatæ optimæ sũt,Quæ cũ grãdine ꝓcellaq; malæ.potus aquæ uigiliaq; cibi appetétiã facit. Cũ quis natura calidus calidoq; anni tpe loco perflato frigidoue cubat,cũ calido emaciatur.Sanitaté exercitatio facit. desidia labores & mala.Cibis nõ repleri appetétiã facit.Sitim uigiliæ somnus tollit.sõni uigilia. Calidi ualde maximã uocé hñt,Frigidi cõtra puã & exilé,frigidus eĩ aer plurimus é.Duoꝝ uero magnoꝝ magna sunt & q̃ inde gignũtur.q calido uétriculo sũt,frigida carne hi & macileti sunt,tumétesq; uenas habét,iracundiq; sunt. Siccitate & æstu per terras uigente uolucrum genus glisc it. Si dexterum testem exertum hircus habeat, marem

Hagasios puella.
Quæ hæc passa sit,uideto.
Purulenti.
Capitis uulnus.
Membra cani similia hic habuit.
Quæ medicus erga lãguẽtes agat obseruetq;.
Quæ legumina in aheno fecerũt.
Languentis obseruatio.
Qualitas ciborũ et aquarum.
Quæ emacient, et contra.
Sanitatem quæ.
Vocis differentia unde.
Magni magna creant.
Qui macilenti et quales
Volucrum procreatio.
Hircorum sobolis signa.

marem generat,si sinistrum fœminam.Oculi pro ut uiuidi & ualidi fuerint,sic & membrum & color in melius peiusq; deditur.par nãq; est & æquum, sicuti nutrimenta sunt,sic et exteriora sequi.Si nares calidum spirant,cum prius frigidum spirarent,contra uitalia est.Labores exercitationesq; cibos præcedant, quoniam ad sanitatem facit.Morborum naturæ sunt medici.Natura sibi exitus aditusq; non ex sententia reperit uti est nictare.Lingua subministrat cœteraq; similiter.Natura per se nõ docta quæ opus est,facit,uti sunt lachrimæ,narium humor,sternutamenta,sordes aurium,oris excreatio sputi,spiritus ingressus exitusq;,hiatio oscitatioue,tussis,singultatio, cœteraq; similiter, minctio, oletatio,natura huius & alius nutrimenti spirationisq; fœminisq; quæ iis opus est per aliasq; corporis partes sudores,pruritus,membrorum distentiones, cũ oscitatione,cœteraq; talia,quæ in hominis anima mortem usq; gignuntur. si uero febriat,cũ morbo & anima corpus nutrit.Morbi coadulti in senecta maturitate,solutione,raritate deserunt.Medela morbis aduersatur,Frigus opitulatur & necat.Quæ calore proficiscuntur,ea uehementia iracundiaue cor pulmonemq; uellicant,ad sese q; trahunt,caloremq; & humiditatem in caput reuocant.Quies animi corpus relaxat & cor. Cibus articulis carniq; labor est. Somnus uisceribus.Peruagatio,animi cura hominibus.Sanguis ad uulnera cõcurrit.cui opitulaberis,si uacua compleas.Si auris doleat, lana circa digitum conuoluta calidum oleum demittito,postea uellus in manus palmam uolamue coniicito,superq; aurem ponito,dumque quid illi uideatur exisse, teneto, deinde in ignem proiicito.Lingua lotium portendit. Linguæ luteæ biliosæ sunt.biliosum de pingui proficiscitur.Rubræ de sanguine. Nigræ de bile nigra. Siccæ quadã ustione fuliginea uuluæq; potione.Cãdidæ pituita.Lotiũ corpori concolor potioniq; par,humorisq; interioris constillatio,lingua propinatis concolor est, Quoniam hac succos saporesue dignoscimus.Si carnes gustu salsæ uideantur,plenitatis superfluæ signum est.Si mammarum papillæ rubrumq; luteum sit,morbosum uas est.Sordes in hominũ auribus dulces mortiferæ sunt,Amaræ uero non.Terram locumue mutare confert in longis morbis,Cibaria maxime imbecilla parum nutriunt.Destillationum longarum uenas secundum aures aperire remedium est.Coitus morborũ qui de pituita proueniunt leuamen est.Calidum uentriculum cibaria poculaq; ualida perturbãt & permouent,mouentq; & atrã bilem,& ad mariscas similiaq; deducunt.Morbos crescentes commistio refrigerat.quæ sunt in uentriculo perfrigeratio dure facit.Si uis citius eum,qui ueratrum potauit,purgare,Statim lauato uel cibũ porrigito.Sanguis per somnum interiora petit.Frigus rigorue & horror magis de superiore uentriculo auspicatur.Calor autẽ ignisue de inferiore. Si pulmo siccescit,conuulsionem adducit,si humescit,æstum. Si nasus hudum per æstum demittit,somnusq; longus emaciant.Cibus frigidissimus est cucurbita, milium,lens. Siquis uulneribus non bene purgatis defatigetur, repullulant.

Oculi cũcta suggerunt.

Quanta naturæ uis.

Diuersa hæc obseruato.

Dolor auris qui leuetur.

Linguæ notæ uariæ.

Plenitatis signũ.

Sordes auris quid portendat.

Cibaria qualia.

Destillationis remedium.

Quid ualida cibaria possint.

Veratri purgatio.

Sanguis per somnum introfugit.

Pulmo qui afficiatur.

Cibus frigidus qui.

Cucumis agrestis abortit.

Si prægnans cucumim agreſtem elaterionue ſumat, partum abiicit, Si prægnans non eſt, purgatur. Puerique ſiquid calidum tempore calido comeditur, interiora refrigerat, exteriora uexat. Teporem non calido tempore ſole, igni, ueſte captato. contra calido hæc uitato. Cibaria quædam cito ſuperātur, quædam contra. carnes enim de uentriculo cumulate deducūt. quod ſenſu patet, Cum enim quid non laborioſum quodue facilem anhelitū præbeat, intus eſt, ſanguinis copia uenulæ calidiores ſunt, febreſque ardentes ſi ſuſcitentur, ualidæ multum non ſunt, citoque decernunt. Pingues flaua bile uexantur, Sanguinei nigra. Mentis, memoriæ, uirium, odoris, famis, cœterorumque inſtrumentorū exercitatio concitamentum eſt. Labores, cibaria, pocula, ſomnus, uenus mediocria ſunto. Qui frigidus eſt, tempore anni frigido regione locoque calidior erit. Dolorum cauſa proximum uentriculum purgato, Sanguinis autē uentriculū aperito. Quos uires non defecerunt, ſecatio, uſtio, tepor, ſternutamēta leuant. Per flationum uero cauſa uentoſitatumue Ptiſanæ ſudus uel pulticula detur. Maleficum autem eſt allium, lac feruefactum, uinum, acetum, ſal. Quidā laſſus de uia multum grauedine debilitateque ſpuit, nam tuſſiebat, febris grauis manum lancinabat, ſecundano capitis grauedo uenit, lingua peruſta ſiccataue eſt, naſus ungue ſcarificatus ſanguinem non demiſit parte ſiniſtra, lien magnus & durus dolitauit. Quartana laborantes magno nullo alio morbo corripiuntur. ſi uero prius laborarent, quartana ſuperueniente liberantur. Quibus morbi bile creantur, hi bilioſi ſunt. caliditas enim acuminis & uehementiæ ſignū eſt. Moleſtiæ exitu delirantibus laterum morbus ceſſat, quibuſdam & febris, quibuſdam non, ſed una ſudāt. quibuſdam cum moleſtia ſit, quibuſdam cutis areſcit circūtenditurque ſalſaque fit. Torpedines nulla de re ſæpe fiunt, uti cuidam de coxendice laborāti. Dolor aurium uehemēs plærūque tertianus necat. Quibus cutis arida duraque ſine ſudore circūtenditur, hi non fere pereunt. quibus cum ſudore & tenditur & laxatur, moriuntur. Qui reuerſionibus obnoxii ſunt, his locorum mutationes, ſalubriaque petere proſunt. ſed priuſquam morbi grauent, uti Chærioni cecidit, concitata repullulantiaue mala faucium exaſperatio terminat. quibus ſanum quid intus remanet, per inferna cauſa ſubducta uel purgādo uel cohibēdo uel deiiciēdo uel ſecando uel foras urēdo uel colligādo his confert. quibus contra, non. Quibus multus ſanguis & crebro de naribus fluit, ſi malo colore & non puri ſint purgatiue, parū prodeſt. Quibus rubra ſunt corpora, non ſimiliter, ſed quibus capita facile ferunt, prodeſt. quibus uero non, minime. Quibus nares ſuapte natura humidæ ſunt, ſemenque genitale liquidū & multū morboſo modo, hi ſani ſunt. quibus uero cōtra, magis morboſi ſunt. Sputa rotunda mentis excuſſorium eſt. uti quidam in Plinthio, cui de nare ſiniſtra ſanguis prorupit, quintanuſque ſolutus eſt. Lotium ſedimentum multū habens mentis uacillatione liberat. quale Dexippi fuerat. poſt porriginem non plus anno quartanarius. Quibuſdā æſtus mala fiunt, quintanis ſanguis prorumpit,

Cibariorum diuerſitas.

Pingues ſanguinolentoſque quid uexet.

Quid poſſit exercitatio.

Modus in omnibus prodeſt.

Diuerſa obſeruatio.

Quartana a quibus immunes præſtet tutoſue.

Qui bilioſi.

Deliratio quibus proſit.

Dolor auriū magnus tertio die plærunque tollit.

Locorum mutatio quos iuuet.

Sanguis de naribus fluens quibus proſit.

Quales ſint qui nares humidas habent.

Spuere rotunde quid portendat.

Plinthion locus ubi lateres ducuntur.

Lotium ſedimentoſum.

Dexippus.

pit,quandoq; longius tardiusue. Secundum gingiuas naresq; suppurationes simul fiunt,quibus dentium dolore de supercilio tenuia defluunt.piper si ponatur,postridie crassiora defluent,tametsi cœtera non compescat.nam Hegesippo cum hinc medicamentum somniferum datum fuisset,non compescuit, sed quid uehementius prouocauit. Naturam ossium de capite deinde neruorum,uenarum,carnium cœterorumq; humorum obseruato,superioris inferiorisq; uentriculi,mētis,modorum,quæq; toto anno temporeue anni aliquo fiunt,siquid citius tardiusue præpostereue fiat consueto,sicuti pustulæ papulæue & talia,siquidq; eorum quæ quotidie fiunt,citius tardiusue fiat, similiter corpus biliosum,sanguineum,bili atræ obnoxiū melancholiconue, quodq; nó satis uirium ualitudinisue habeat.sicuti Lycino euenit,cui lien postremo tumuit doluitq; quatuor quinq;ue dies. Circa solis hibernum institium quinto ac decimo uel uigesimo die tusses cœperunt.crebra septentrionis,austri, niualiumq; temporum mutatione quædam ex his breuiora quædam longiora fuerunt. post hæc multa pulmonis uitia, quæ cum euanuissent, statim ante Aequinoctium reuenerūt,multosq; plærunq; quadragesimos ab initio sustulerunt.quibusdam autem ualde breuia fuerunt optimeq; decreuerunt. Nonnullis uero fauces inflammabantur. Quibusdam anginæ fiebant. Comitialia siderationesue quibusdam. Lusciosi nonnulli reddebantur.puerisq; hæc magis fiebant. Pulmonis uitia parum durabant. Lusciosi tussientes nulli fiebāt,sed faucium exasperationes pro tussi.quæ parum durabant. Lusciosi uero magis,sed anginæ comitialesq; uel duræ siccæq; erant,uel paruæ rariusq; matura excreabant.quidam autem ualde matura excreabant. Qui uero plurimum uoce laborassent,uel horruissent,hoc illis in anginas uertebatur. Qui uero manibus laborassent,manus his solum siderabantur. Qui autem multum equitassent uel plurimum iter fecissent,uel quid aliud cruribus sese defatigassent, his in lumbos cruraq; ualidæ non temperatæq; siderationes decumbebant, & in coxas surasq; lassitudo laborq; subrepebat. Durissimæ autem uiolentissimæq; erant quæ ad has siderationes deducebant. Quæ omnia in reuersionibus fiebant. per exordia uero non fere. Plurimis autem horum tusses medio loco relaxabant,tamen penitus non deserebant, sed in reuersione comparebant. Quibus uero,cum loquerentur,tussis prorumpebat,plurimi horum non febriebant,quidam uero parum & breui,quin & pulmonis uitia nullum horum uexabant,neque siderationes nec quicquam aliud portendebatur, sed uoce sola decernebatur. Lusciosica uero considebant,uti quæ de causa alia fiebant. quæ pueris maxime fiebant, nigrum enim oculorum uariabatur. qui uero pupillas paruas haberent,plærunq; totum album his nigrescebat. potiusque iis qui magnos oculos haberent quam qui paruos hoc fiebat, quique capillos rectos & nigros haberēt. Mulieres uero tussi non similiter laborabant,quin & paucæ febriebāt,pulmonisq; uitio molestabātur paucæ,siquæ uero,uetulæ

Piper dentes iuuat.
Hegesippus.
Natura ossiū,neruorum,uenarum, carnis et cœterorum qui cognoscatur.
Lycinus.
Tussis quando niget.
Siderati, Lusciosi, Anginosiq;.
Vocis labor et cœterorum quid ferat.
Tussis uarietas.
Lusciosi pueri qui fierent.
Mulieres aliter uexabantur.

erant,cunctæq; supererant.quod causabar quoniam non tam sæpe prodirent sicuti uiri,quodq; non eo modo quo uiri,morbis laborãt. Liberæ uero duæ angina laborarunt sed leniter, seruæ autem uehementissime celeriterq; perdebantur quibus hoc euenisset,sed plurimis uiris euenit, quorum aliqui euadebant,quidam peribant.sed uti in summa dicamus,Qui solum deuorare nõ poterant,leniter uexabantur facileq; ferebant & euadebant.qui uero super his nõ clare difficulterq; loquebantur,molestius diutiusq; laborabant.Quibus autem uenæ temporum ceruicisq; turgerent,pessimum erat,quiq; multum spirarent, nam hi & supercalefiebant, sicutiq; scripsimus,morbos nanciscebãtur, quæq; prius scripta sunt,sine his quæ postea quæq; postea sine prioribus non eueniebant.Celerrime uero peribant,cum febriculoso rigore superrigebant.quos sic pressos neq; crebra ad sellã surrectio nec aluus soluta nec uenæ percussio nec quæcunq; tentaui,momenti alicuius iuuit,nam & uenam sub lingua aperui, quosdam & supra potionaui.Quæ quidem per æstatem tentaui,multaq; præterea quæ proruperant, Primum quidem per æstus siccitatesq; lippitudines dolorificæ uagabantur passim,sanguinis fluctio,uenarum distentiones, defectionis animi forma,tractatio modusue alius morborum, linamenti motatio, appositio,superpositio,superligatio.Plurima hinc uitia in inguina decumbebant,quoniam iecur & eius uena male habebat.malum signũ & de arteria male habita & affecta proficiscebatur.quale Posidoniæ cecidit. Quibus sanguis prorumperet,frons non sudabat cum finirent,sed qualia concidentes patiebãtur. Quiq; spiritu molestabantur,quiq; sudore peribant,malum & uentres facilem turbulentiam ferentes.Posidoniæ quod euenit,malaq; ferina, quæ subitam maciem illi adduxerunt,circũtentioq; ante finem umbilicusq; ualde prosiliuit.superq; dentes gingiuarum tumor.quod multa de singulis dici possent, nemo dubitat.quæ hæc possent,& quæ non.quemadmodũ sunt hæc diffundi,superdissolui, pelli,asperari,durari,maturari,cũq; opus est, in cubile detrudi. Non audentes nolentesue mutatione cum opus est mutato, torpentes semimortuosq; suscitato. Quæ serius agũt uti citius agãt urgeto.Citius aquosos incidito,tabescentes confestim urito. Caput ferrito terebratoue. Hæc aquaticorum sunt. Pectinem ne tangito,nec interna,nec quæ secundum cor sunt.nã hoc simile multis genibus est,sicuti Xenarcho cecidit. sed pro uacuatione ualde foueto. Per exordia uulnus curato.signum iræ taliumq;.

Angina uexatio. *Lippitudo.* *Posidonia.* *Posidonia.* *Diuersa præcepta.* *Xenarchus.*

Præterea uox locutioue si est qualis iratis esse solet,considerato,si talis est, suaptenatura etiam non irato lumina etiam oculiue si suaptenatura perturbati sint,quales iratis esse consueuerunt,cœteraq; eadem ratione cũ morbis obseruato.quemadmodum si species morbi est, quæ tabem creare consueuit, si qui patitur,suapte natura huc declinet,cœteraq; sic cõsiderato.Tusses laboriosæ læsta pertingũt,articulosq;,quin & in febribus laboriosis tusses siccæ fiũt, quæ cum febre si intus remanent , artus & articulos debilitant , spiritus cum

Signa diuersa captanda. *Vocis oculorũq; signa.* *Tabes.* *Tussis sicca.*

cum in tabificis & non parientibus non comparet, malū est, cœterisq; quæ ab eodem statu proficiscuntur. Tabificis Auctumnus malus est, Ver etiam malū, Cum fici folia cornicis pedis instar esse cœperūt, Plurimi per uer ægrotarunt in Perintho, sontica causa fuit Tussis hiberna quæ passim uiguit, diuturnaque mala nonnullis, nam in dubio existentibus confirmarunt. Quibusdam uero mala longa non fiebant, sicuti qui de renibus laborassent. sicuti ille uir, ad quem Cyniscus me duxit. Dolores etiam in lateribus pectore cœterisq; corporis partibus fuerunt. Quærendum etiam est, cum melius habent, si per anni tempora aliqua horasq; melius uel peius habeant. sic enim minimū errabunt falléturq; medici. Longis intestinorum difficultatibus cibi fastidium malum est, præsertim si & superfebricitent. Circa loca humida ulcera tetra sunt. lūbos doléti ad latus & tubercula putrida, quæ sæps dicuntur decurrit. Dolores renum sanatos non uidi supra quinquaginta annos natis. Quæ cum dormiunt, grauantur. Quibusq; postrema frigent, mensq; perturbatur, cœteraq; quæ circa somnum fiunt, obseruato. quibusq; his contraria ueniunt. Quibus prægnātibus nihil stato tempore fit, quæ pariunt uitalia non sunt. si uero suis mensibus fiant, cōtra. labores autem & horum opiniones suo circuitu fiunt, Qui septimo mouetur, triplicato perficitur. quiq; post muliebria partim dextra partim sinistra hians humiditas per abeūtia uictus sicci siccitatisue, citius & mouetur & perficitur. qui uero citius discernitur, citius etiam mouetur, tardius tamé crescit. Primo labores per non paria fiunt, tertio, quinto, septimo, nono mense. secundo per paria, quarto, sexto, octauo, decimo. quæ depicta tabella considerato. Per hæc autem uiuitur uictusue creatur, cibariorum potuumq; plenitate uel uacuitate horumq; mutatione prout habent, de qualibus in qualia. per odores iucundos molestosq; complentes placitos & contra, mutationeq; pro cuiusq; qualitate prorumpentis intrantis & exeuntis spiritus sit corpusue. per auditus placitos, meliores molestosue, per linguæ qualitatem prouocationemq;, per spiritum calidum frigidumue, crassum tenuemue, siccum humidumue, complentem diminuentemue, maiorem minoremue, mutationemq; horū prout quisq; habet, per ualida prorumpentiaq; corpora, per intus ualida, foris non ité, per uerba silentiumq;, siqua dicit, magna, multa, uera, ficta ne sint. siqua uult, dicit. per prodeuntia ueluti sudor & talia quo cœpit & cessauit prospicito. quantumque diuulsit, per sapores coloresque quibus fiunt uel caliditate uel salsugine uel dulcedine uel gracilitate uel crassitudine uel æqualiter uel inæqualiter corpus, tempus, mutationes, quales de qualibus, qualiter habent, quis erubuit, uideto, quis rubor, ubi & unde cœpit. lachrimas non continuit quis. lubenti uel inuito defluxerint multæ, paucæ, calidæ, frigidæ ne fuerint sciscitator. crassum crassitudoue gustatio sputum sponte ne prodierit, an tussiendo reuulsum sit, uomitus, solis calor, frigus madefactio, siccitas mutatio per æqualia, de qualibus in qualia habent. labores desidiæ, somni, uigiliæ, per

Quæ tēpora his aduersentur.

Perinthus languentes multos habuit.

Cyniscus.

somnum insomnia, cubationes in qualibus & sub qualibus, mentis prudentia per seipsa ne cõstet sine instrumentis, negotiisq; tristetur læteturue, confidat, speret, desperetue. Sicuti puella Atriensis Hippothoi, quæ mẽtis ipsius consistentis per sese gnara erat, omniũq; quæ in morbo facta essent, cecidissent meminerat. Præterea ætatem ab ætate, tempus a tempore multum differre scito, siquidq; prius uel posterius fiat uel factum sit q̃ oporteret, prætermissumue, hyeme an æstate, senili puerilíue ætate, cum dentes cadunt, capilliq; nascunt, partus maior minor ne sit quam consueuit, capillorum pilorumq; incrementum, grassitudo, ualentia, minutio, cognatio, quid congenitum sit, quod per sese constet, quanto maius uel minus sit quam debeat, tempus anni quo serius quid uel citius factum prætermissumue sit, tempus, hora, qua quid factum sit, madida pluuiosaue, an contra sicca siticulosaue, calida frigidaue, uentosa uel non, quibus uentis perflata, temporis anni prima parte, media, postremaue. penitus præterita uel non. morbi tempus & hora. quæ superuenerunt, qualia fuerint, circuitus qui maiores minores longioresue. quæ accessiones remissionesue, morbiq; alterius accessio relaxatioque, uigor maior minorue. cum cessauit, quãdo, quomodo, quo anni tempore, qua hora, qua ætate. morborum passim uagantium qui modi, cum uomitu an sine incipiant. languentes sitiant uel nõ, si sitiant, potent ne an abstineant. parũ ne breuiq; purgentur. cum febriunt, exalbescant rubescantue. quorum labia considerato. qualis modus, tempora, corpus, opus negotiumue. dolorisq; ad obseruationem deuenito. qualis sit uisus, auditus, nasus, tactus, lingua, uox, cogitatio, siqua cilia superciliaue tumeant, perspicito, cum cœtera gracilia & emaciata sint, subreuersiones, postrema uero subrubra ne dura uel glutinosa ualde resurgentia distẽtaq; in his, quẽadmodum Polymedi Pharsalo cecidit. tumores prorumpentes uel liuores uel in lippitudinibus uel ulceribus. nam alia sunt, quæ de tuberculis & purulentis deferuntur. quod signum circumdomitum circuncisumue esse, tormenta doloresq; circa umbilicum. quandoq; hæc porri alliiq; nimio usu fiunt. quibus postea pustula rubra Erysipelasue fit. quibusdam in collo ceruiceue & circa hæc & in uultu nigricantia quædam prorumpebant. quibus uero hæc pustulæq; in ceruice fiebant, malum erat. quibusq; bilis atra commouebatur. quemadmodum Adamanto, qui melancholicus erat, euenit, Nam nimio porculacæ cæparũq; usu nigricantia uomuit. Febres autem in quibus labia forte ulcerãtur, uti sunt Tertianæ quæ remittunt & refrigerant, quædam subito calefaciunt. quod manu sentitur, sensimq; dissoluuntur & cessant. quare, quomodo habeant articuli spectandum est, suppurationem ne minentur. quod his quibus degimus, uenire consueuit uictu cibisue, tegumentis uestimentisue, laboribus, somno, coitu, mente, curaue mentis. quo pacto per morbos & in morbis habeant, considerato. qua forma, situ, quo pacto uersentur, cœperunt, uenerunt, cessarunt. quibus debilis formidolosus uel cõtra per morbũ langués fuerit. nutrimẽta q̃, facile uel contra

Hippothous.

Quæ obseruantur.

Polymedes. Pharsalus.

Erysipelas.

Adamantus.

Tertiana febris.

Quanta obseruatio medicorũ debeat esse aspicito.

uel cõtra morbos ferat. q̃ cura, uictusq; ratio, quatenus dignosci põt, spectato. nam calamitates malaq; multa hinc ueniunt. medicis enim optimis similitudines dissimilitudinesq; hæ, dubitationes, errores, ambiguitatesq; dederũt. quare contraria secundaq; considerato. quæ causa hoc uel illud duxerit. quod etsi difficile est, tamen illi qui uias aditusq; uideat, facile est, cogitando ratiocinãdoue dispicere, sicuti est, si langués capite acuto sit uel simus, si subsiccus sit, biliosus est, nõ facileq; uomit, si niger fuscusue nigra bile atraue mouetur agitaturue. num adulescens, num negligenter temereq; uictitarit. simul hæc inter sese componendo comparandoue dispicere ratiocinarique difficile non est. Quemadmodum illum, cui pusilla fistula prorupit, tussicula stare quiescereq; non sinebat. et illum cui iecoris fibra replicata fuerat, cum agitaui concussiq;, labor statim cessauit. Satyrus in Thaso qui cognomento Vulpes tortuosa dicebatur, cum annorum quinq; & uiginti esset, per somnum & quandoq; diurno tempore semen genitale non sentiens emittebat, cum uero trigesimum ageret, tabifico morbo correptus mortuus est. Custos palestræ in Abderis qui Robur dicebatur, diu cum fortiore multo luctatus, in caput decidit, cum surrexisset, multam aquam gelidam potauit, postea nocte illa nihil dormiuit, difficultas ferendi commotatioq; uexauit, postrema frixerunt, postridie domum rediuit, subter glandula data nihil demisit, parum minxit, prius nihil minxerat, noctem uersus lauit. nihilominus peruigilia, difficultasq; ferendi permansit, delirauit. tertiano postremorum refrictio rediuit, recalefactus sudauit. cum uero mulsum potasset tertianus mortuus est. Melancholici & Comitiales fieri consueuerunt, comitialesq; melancholici, quorum alterutrum potius fit, prout quam partem uitium petat. nam si corpus, comitiales fiunt, si mentem melancholici. Phæthusa Pythei coniunx in Abderis per iuuentam fœcunda fuerat, cum autem uir eius exularet, menses diu non descenderunt, postea labores ruboresq; articulos petiuerunt. deinde corpus eius uirile factum est pilosumq;, barbamq; emisit, uoxq; sonora facta est, Cũq; nos multa fecerimus, uti muliebria prouocaremus, non profuit, sed cum sic diu non uixisset, mortua est. Quod etiam Namyæ Gorgippi coniugi in Thaso contigit. Medicis quidem omnibus, inter quos & ego casu fueram, spes unica esse uidebatur, si muliebria naturalirer descenderent. quæ cum multa fecissemus, non uenerunt, sed non tarde finiuit.

Satyrus pollutione mortuus est.

Custos palestræ.

Melancholici Comitialesq; cõmunicant.

Phætusa. Pytheus. Mensium defectu moritur.

Namya Gorgippus.

HIPPOCRATIS EPIDEMIORVM SEPTIMVS

Canis sidus qualis.

POst Canem sudoriferæ febres uiguerunt, quæ post sudorē penitus non refrigerabantur, sed rursus calescebant, longæq; leniter erant, maleq; decernebant, siticulosæ nō multum erant, paucisq; septem nouemue diebus cessarunt, quibusdā undecimo uel quarto & decimo uel septimo & decimo uel secundo & uigesimo. Polycrati febris uenit, quæ q; sudoris scripta sunt, medicamento per inferna multum purgauit, lenis deinde febris adeo fuit, uti nisi in temporibus pateret, sudores pusilli uersus serum diei circa caput, collum, pectus, deinde statim per totum uentriculum manarunt, subitoq; rursus calefactus est, circiterq; duodecimum quartumq; & decimum febris durauit, parum egessit, deinde post purgationem sorbitione usus est. circiter uero diem quintum & decimum dolores uentris, lienis, iliumq; sinistra uexauerunt, calidorum quam frigidorum appositio minus profuit. cum lauatioue molli usus esset, dolor cessauit. Cleocydei autem ad dolorem & febrem similiter habentem hoc idem contulit. circiter uero sextum & decimum calores uisi sunt esse leniores, puræq; bilis egestiones, mens audentior, spiritus modicus, quandoq; multum attrahebat, deinde totum remittebat spirabatue simul, tanquam animo linqueretur uel tanquam cum quis per æstum iter fecisset, sub umbra uti respiraret refrigeraretur q;, consideret. septimo autem & decimo cum super sellam staret uesperi perfrixit, diuq; mutus & sine sensu ullo fuit, paulumq; mulsi uix sumpsit, colliq; uenas contendit, tanquam faucibus desiccatis, penitusq; debilitatus, nam uix resipuit, leniter caluit. deinde secundo & uigesimo morbus cessauit. Pythodoro autem eodem tempore febris cōtinua facta est, octauo sudauit, rursusq; calefactus est. decimo rursus sudauit. duodecimo succum sumpsit. quartumq; & decimum usq; diem febris nisi in temporibus comparuit, non multum sitiebat, sanusq; sibi esse uidebatur, quotidie sudabat. quinto & decimo iusculum pulli cum sorpsisset, bilem uomuit, uentriculusq; inferior motus est, febris grauauit, rursusq; cessauit, plurimumq; sudauit. deinde totus refrixit, præter tempora, pulsus nō defecit, paulum temporis laborasse uidebatur, uti uix calefieret. quarto & uigesimo cum multos dies non multum gustasset, post prandium magna febris inuasit, uesperi cum somno delirauit, continua iam febris & uehemens habebat, modoq; unam modo duas noctes peruigilarat, deinde somnus tā altus uenit, uti uix excitari posset, cum dormiret delirabat, cum excitaretur uix resipiebat, non sitiebat, modice spirabat, qn̄q; patiebatur quod Polycrates, lingua discolor non erat. post

Polycrates.

Cleocydes.

Pythodorus.

septimum

ſeptimum uero diem reuerſionis ſucci porrigebantur, poſt quartum & decimum cibaria, per primos ſeptem dies nauſeauit & uomuit, quandoq; cum potu ſubbilioſum ſine moleſtia & æſtuatione uomebat, donec uentriculus inferior ſolutus eſt, poſtquam reuenit, nihil niſi circa frontem uti ſignum ſudauit. lingua uero poſt ſomnum niſi perlueretur, præ ſiccitate ſubbalbutiebat, quæ labellumq; inferius dentiumq; gingiuæ ſciſſa & ulcerata erant, parum egerebat. circa uero quintum & decimum poſt reuerſionem crebrius & glutinoſius egeſſit, quod malicorii decoctum ſedauit, lotia qualia diuturna, ſub ultimum uero tempus cum potaret ſubito pectus doluit, quod manus pectori data demonſtrauit, quod cum ouum & cuminum ſorpſiſſet ceſſauit, lingua uero parum & rarum proferebat. quinquageſimo poſt primum pectus lumbiq; paululum ſudauerunt, corpuſq; totum præter tempora non diu circunfrixit. primo & quinquageſimo ceſſauit, nec amplius cepit. Puer Eratolai per æquinoctiũ Auctumni difficultate inteſtinorum correptus eſt, cum febre multa bilioſa, tenuia, modice ſubcruenta demiſit, uenter autem ualde dolebat. cum ſerũ lacq; decoctum potaſſet, dolores leniti ſunt, ſubcruentaq; illa ſublata, ſed bilioſa remanſerunt, crebro tamen ad ſellam ſurgebat, ſed minore labore demittebat. languenti uero multiſq; febricula carere uidebatur, nam per omne tẽpus poſt primos quinq; uel ſex dies adeo latuit, uti niſi in temporibus pateret, quæ pulſabant. linguaq; præ ſiccitate ſubbalbutiebat, modiceq; ſitiebat, puigilabatq;, ſorbitionibus & uinis iam utebatur. cum uero iam circiter ad quartum & decimum diem perueniſſet, tubercula ſecundum utrãq; aurem dura crudaq; comparuerunt, ſed remollita ſunt, parumq; dolitabant, ſed bilioſa excrementa uſq; durauerunt. quæ doloreſq; aliquatenus repreſſa ſunt, cum farinam & herbam ſorpſiſſet, ſed liquida multa ſæpeq; demittebat, cibumque ualde auerſabatur, quem coactus uix ſumebat. calor uero, lingua, ſitis, quemadmodum dictũ fuit, permanſerunt, ſudores nulli, ſed obliuio talis uti quæ nunc petiuit, paulopoſt repeteret priorum oblitus, ſi ſuper ſellam ſediſſet, ſui oblitus diu illic manſitabat, niſi quis monuiſſet, quod ipſe cognoſcebat, nec cauere poterat, ſpirabat uti ſanus. ſupra uero triginta dies uſq; ad quadraginta uentris dolor ualde creuit, ſupinuſq; iacebat, ſeſeq; nihil uertere nec agitare poterat, quod præ graui dolore eſſe putabatur, modoq; alio curandum eſſe. multum autem & tenue diſcretumq; demittebat, coloreſq; uinoſi, quæ ſumebat ſubcruẽta faciebat, quãdoq; robur tenorq; corporis ſoluebatur, ſummaq; tabes debilitaſq; inerat. nec cum quis ſubleuaret, ſurgere ſtareue amplius poterat. ſiquis præterea tunc medium umbilicum uentremue manu tangeret, tam magna palpitatio pulſuſue ineſſe ſentiebatur, quantus nec curſu nec timore circa cor ſuſcitatur. cum uero duos dies nouem Atticas lances decocti lactis aſinini potaſſet, bilioſus factus eſt, magnopereq; purgatus, doloreſq; ceſſauerunt, cibariorumq; uoluntas reuenit. poſt hæc uero bubuli lactis circiter quatuor lances Atticas, primo ſextam

Sciſſa lingua labiaq;.

Eratolaus.

Difficultas inteſtinorum qualis.

Tubercula aurium.

Obliuio huius quæ.

Lac aſininum.

aquæ partem uiniq; nigri aſperi parum miſcens diebus ſingulis duos cyatos ſumebat, ſemelq; comedebat, ueſperi panis ſubcinericii parum piſciculumq; ſaxatilem ſimplicem uel capræ carũculam ouiſue. lactis autem potio ſine aqua dies quadraginta durauit. poſt autem decẽ primos dies puſilla uini nigri portio miſcebatur. poſt autem ſeptuageſimum a primo poſt balneum noctẽ uerſus puſillus ſudor comparuit potu modico uſus erat, ſed poſt cibum maiore

Cteſicrates. & aſperiore præ uoluptate. Cteſicrati farina magis contulit, q̃ caprinum ſerum, dolore per totum uentrem curſitante laboribuſq;, multaq; & ſubcruenta

Hadrianus. demittebat. circa quintum & uigeſimum pedes tumuerunt. Hadrianioq; eadẽ

Cæneus. contulerunt. Cænei autem puero lac aſininum decoctum profuit. Cydis autẽ

Cydes. puero circa hibernum ſolis inſtitium rigor febriſq; uenit, dextræ auris capitiſq; dolor, qui capitis dolor ab infantia uſq; eum comitatus eſt, deſtillatioq; ſuperuenit, fiſtulaq; non boni odoris. cum hæc haberet, plærunq; tamen non dolitabat, ſed tunc dolor capitis omniumq; uenit. ſecundano autem tertianoue cum ſurrexiſſet, bilis uomitio glutinoſa ſubluteaq; ſicuti luteum oui facta eſt. quarto quintoq; per noctem ſubdelirauit, dolorque capitis & auris uehe-

Mercurialis. menſq; febris uexauit. ſexto mercuriali demiſit, calor ceſſaſſe uiſus eſt & dolor. ſeptimo ſicuti ſanus habuit, pulſus tamen tempora non deſeruit, nihil ſudauit. octauo ſuccum ſorpſit noctem uerſus betæ, nocte cum ſine dolore ullo eſſet, dormiuit. nonoq; ſolis occaſum uerſus læte habuit, nocte uero capitis & auris dolor grauis uexauit. per quod tempus euenit, uti pus auris emitteret, ſtatimq; ab exordio cum ualde laboraret. totamq; nonam noctem ſequentemq; diem & noctem fere neminem cognouit, ſemperq; fere gemuit. die uero ſequente reſipuit, dolorq; ceſſauit, calorq; lenior fuit. cũ autem undecimo mercurialem ſorpſiſſet, pituitoſa, mucoſa & olida demiſit. duodecimo autem tertiodecimoq; mediocriter habuit. quarto autem & decimo de mane meridiẽ uſq; totum corpus multum ſudauit, cum ſomno ſoporeq;, quem excitare negotium erat, ſerum autem diei uerſus penitus experrectus eſt, corpuſq; modice refrixit, ſed tẽpo℞ pulſus perdurauit. quinto aũt & decimo noctẽ uerſus dolor eorũdẽ delirationq; reuenit, puſq; defluxit. octauo aũt & decimo nonoq; &

Clamabat hic languens. decimo uigeſimoq; furenter habuit, clamabat, ſeſe attollere tẽtabat, ſed cũ caput ſuſtinere non poſſet, manibus ſuſtentabat, ſemperq; noui quid captabat & uani. primo autem & uigeſimo ſudor puſillus circa latus dextrum, pectus, caputq; comparuit, ſecundo & uigeſimo plurimus ſudor de uultu ſcaturiuit. per hoc autem tempus niſi conaretur uoce linguaue, quæ uellet non explicabat, ſed non perfecta loquebatur, os, genæ, mentum diſſolutum & fluxum erat, labia ſemper in motu erant, tanquã ſemper uellet quid dicere, multum crebroq; oculos agitabat, conſpectus colorq; & dexter oculus uti dictum eſt, ſubcruentus erat, palpebraq; ſuperior tumuerat, maxillæq; finis rubebat, uenæq; uultus omnes patebant, compactæ adeo erant, nec amplius oculis nictabat conniue-

batue,

batue,ſed intentis & immotis ſpectabat,ſuperiorem & inferiorem palpebram diducebat,tanquam quid incidiſſet,cũq; quid potaſſet,cum ſonitu in pectus uentriculumq; deſcendebat,probe leniterq; ſpirabat,lingua qualis pulmonico rum lutalba ſemper fuit,caput dolebat,caput collumq; niſi ſimul mouere nõ poterat,parſq; de ceruice per ſpinam recta flexilis non erat ſed rigida, tamen ſupinus uti (dictum eſt) non ſemper cubabat.pus uero ſerinum iam album mul tum defluebat,quod ſpongia deſiccare & emundare uix erat,maleq; olebat,ſu premo tempore pedes ſi tangerentur, non ſentiebat. Sorori Harpalidi par/ tum quarti uel quinti menſis geſtanti pedes aquoſo modo tumuerunt & oculi circũquaq;,totumq; corpus ſuperne coloratũ erat, uti pituitoſis, tuſſis ſicca, ſpiritus anguſtia recta,ſuſpirium tale erat,uti fere præ ſpiritu exire nitente cũ ſtaret, ſtrangularetur, quare ſedens cubare cogebatur,quæ res ita uexabat,uti cum quis dormiẽs ſtrangulari uidetur,cum ſic cubaret,ſine febre fere erat,fœ/ tuſq; uti mortuus diu ſeſe nihil dimouit.qui poſtea ſubſecutus eſt, ſuſpiriũq; duos poſtea menſes durauit.cum uero fabis mellitis melliſq; deuoratione uſa fuiſſet,cuminumq; æthiopicum cum uino potaſſet,meliuſcule habuit, poſtea uero tuſſiendo multa natura pituitoſa & alba ſpuit,ſpiritus moleſtia ceſſauit, femellamq; peperit. Coniugi Polycratis per æſtatẽ circa ſidus Caniculæ fe bris uenit,mane minus ſpirabat,poſt meridiem uero paulo magis & crebrius. per exordia tuſſiuit & ſpuit purulentis ſimilia,ſed intus circa arteriam & fau/ ces ſibilabat ſimile quid ſiccæ fiſtulæ,uultus bene coloratus erat, malæ pro/ be rubebant,poſt paulo uox rauca facta eſt,corpuſq; contabuit, lumbiq; doli/ tarunt,perq; tempus ultimum uenter magis lubricus fuit. ſeptuageſimo febris ualde extra refrigerauit,& in temporibus quies fuit,crebrius ſpiſſiuſue ſpira/ uit.poſt autem hanc ceſſationem & quietẽ crebrius adeo ſpirabat, uti neceſſe fuerit, dum uixit, ſedens cubaret,plurimumq; arteria gutturue ſonabat,conſpe ctus & uiſus oculorum prudens eſſe non uidebatur,ſudor malus ad extremum uſq; tempus ſcaturiuit,pluſq; poſt primum q̃; dies quinq; ſic refrigerata pu/ rulentum ſpuendo tranſegit.Cuidam quæ ſupra Portas Pylaſue habitabat, cũ iam uetula eſſet,febricula facta eſt,quæ cũ iam ceſſaſſet,ceruicis dolor in ſpi/ nam & lumbos protendens uexabat,hiſq; ualide non admodum utebatur, ma/ xillæq; & dentes adeo cohæſerant,uti ſpicillum uix iniiceretur, perplexeq; & blæſe loquebatur,cum diſſolutum nõ mobile debilitatumq; corpus eſſet,pru/ dens tamen erat.fomentis tepidoq; mulſo uſa eſt,tertio die fere relaxauit,poſt hæc uero ſuccis iuſculiſq; conualuit.quod per Auctumni finem cecidit. Qui/ dam unctor Aliptesue qui apud Harpalen degebat, cum manibus cruribuſq; per Auctumnum debilitatus eſſet,medicamentum ſupra & infra temere pota/ uit,qua purgatione febris aduenit, quodq; loquelam & uocem impediret in arteriam gutturue defluxit,loquendoq; ſpiritus anguſtia uexabatur, cũq; quid deuoraret, præfocabatur,cœteraq; patiebatur quæ qui Angina ſtrãgulabũda

Harpalus.

Polycrates.

Arteria magna guttur eſt.

Vetula languens euaſit.

Aliptes.

Angina ſtrangulabunda.

laborant,tumor tamen aberat,febris perseuerabat,tussis,excreatio multæ pituitæ uexabat,procedēte uero tempore pectus mammaq; sinistra dolitauit, cum autem surgeret uel motaretur, multa spiritus difficultas subrepebat, caput fronsq; sudabat,cum uero dolor molliretur,fauces pectusq; melius habebant, per exordia quidem faba mellita calida usus est,cum autem febris magis uexaret,aceto mulso calido mellisq; multa deuoratione utebatur. quatuor autem & decem dies cum transiissent,omnia cessarunt,manibusq; & cruribus nō multo post ualidior euasit. Chartadæ febris ardens causosue factus est,multā bilem uomuit demisitq;,non dormiebat,lien rotundo modo tumuit, cum mane surrexisset,uenter crepitare cœpit,cum super sellam staret,sanguinis multū recentis & uiui congii fere mēsura demisit sine dolore,cum uero paulum sese continuisset,tertio frustula compacta demisit,cor ualde uexabatur, corpore fere toto sudabat,causa febris, Quo autem ad animum,prudēs primum esse uidebatur,die uero procedente plurimum æstuauit,molestiaq; affectus est, crebrius paulo spirabat,deinde confidentius prudentiusue loquebatur q̃ tempus posceret suscipiebatq;,deliquium autem quoddam animi superuenire uidebatur,Cum uero quidam succos aquamq; hordeaceam propinasset,non cessauit, spiritusq; uesperi creuit,multumq; sese modo dextra modo sinistra motabat, nullumq; tempus immotus stare poterat, pedes frigebant, caput temporaq; contra calescebant,membraq; postrema pectenq; multum sudabant, cumq; quid potasset potusq; descendisset,tanquam malū pectus uenterq; crepitabat, dicebatq; uelle sibi quid superuenire,cumq; protentis oculis non multum sese continuisset,finiuit. Coniugi Hermoptolemi hiberno tempore febris cum capitis dolore facta est,cumq; potasset,tanquam difficulter deuorās surrexit, dixitq; se cor sanasse curasseue, Lingua per exordia liuescebat, causa uidebatur esse horror,post balnea noctem & diem peruigilauit,post autem dies primos interrogata non solum de capite sed corpore toto se laborare dicebat, modo multum modo parum sitiebat.quinto sexto nonum usq; semper ferme delirauit,secumq; non perfecte loquebatur,quandoq; manum in terram & puluerem demittebat,siquid in puluillo quod refrigeraret inesset,capiti pectoriq; dabat,quandoq; stragula proiiciebat,subcruentumq; quid lachrimaq; dextro oculo inerat, lotium uero quod in pueris malum est semper, per exordia uero subrutula demisit,postea multum aquosa sicq; colorata minus. undecimo calere uisa est,minusq; sitire,nisi quis daret non petebat. post uero primū tempus de die probe dormiebat,de nocte nihil,magisq; nocte laborabat. nono uenter motus est aquosaq; demisit.similiter & decimo.deinceps ad sellam crebro surrexit,eademq; demisit sed minus leniusue.primis autem diebus irascebatur pueriliterq; lugebat, clamabat,timebat,cum sopore suscitaretur, timide circunspiciebat.quarto autem & decimo eam subito exilentem continēterq; clamantem, tanquam grauiter percussa dolore metuq; uexata, continere non erat,

Faba mellita hūc innuit.

Chartades causes.

Hermoptolemus.

Languentis huius uarietatem spectato.

non erat,uti quis necesse esset,eam ꝓhenderet,paulumq; cõtineret,deinde cõtra soporata quiescebat,nihilq; uidebat,quandoq; nec audiebat.postea modũ mutauit,nam modo quiescebat,modo tumultuabatur, Sicq; totum ferme diẽ transegit.sequenti uero nocte cruentum quid muccosum cenosumq; deinde admodum uiride postremo nigrum demisit. quinto autem & decimo ualde sese proiactabat,terebatur,lenius tamen minusue clamabat, consecutumq; est uti efferaretur,irasceretur,ploraretq;,nisi quis statim quæ uellet præbuisset. post autem paucos dies omnes & omnia cognouit, audiuitq; subcruentumq; illud oculi substitit euanuitue,furorq; & uociferatio illa importuna in soporem conuersa est prædictaq; motatio,uarieq; & non æqualiter audiebat.siqua ualde submisse paucula q; quis dixisset,statim intelligebat,clarius autem & altius in quibusdam loqui oportebat.pedes uero semper & corpus calescebant ultimos usq; dies.sexto autem & decimo minus.septimo & decimo mediocrius q̃ cœteris diebus,habuit.noctem autem uersus horruit,febricitauit,sitiuitq; ualde, cœteraq; similiter sunt consecuta, manus uero tremebant, caput quatiebat,male spectabat,ualde sitiebat,cum potasset statim repetebat rapiebatq;,seseq; proluebat,ingurgitabatue,reuelliq; non poterat,lingua ualde sicca & rubra erat,totumq; os & labra ulcerata erant,manusq; utrasq; ad os admouebat,scarificabatq;, quamuisq; tremeret,siquis quid mandendum sorbendumue porrigeret,furenter auideq; deuorabat sorbebatq;, speciesq; & uisus oculorum malus erat.Diebus uero tribus quatuorue ante finem quãdoq; adeo horrebat, uti corpus constringere stragulisq; conuoluere perspirareq; cogeretur,neruorumq; distentiones tetaniue crura corriperẽt,frigusq; pedes,& sicuti prius sitiebat,mens uacillabat,& ad sellam uane uel parum cum labore demittens crebro surgebat. tandem uero tertio & uigesimo lumen oculusue mane magnus comparuit,circunspectatioq; breuis.per diem quieuit, quandoq; non clausis oculis soporabatur, sed ad uesperam tanquam quid uideret uelletue, dexter oculus ab extremo angulo nasum uersus agitabatur, cognoscebat, si quid peteretur, respondebat. postea tanquam multa uerba fecisset, etacuit. *Quanta uarietas uideto.*

Puero Amphiphradis æstate sinistri lateris dolor tussisq; uenit, multa aquosa subbiliosa demisit,calor febrisue cessasse uidebatur. circa uero septimũ tussis reuenit, color subalbidus subluteusq; eum circunfudit. circiter undecimum subuiride spuit, spiritus morbo procedente crebrior densiorue semper prodibat, suspirium asthmaue sonabat in pectore,gutture,magnaue arteria, sorbitionibus utebatur, prudens per omne tempus fuit, quandoq; sudabat.circiter autem octauum & uigesimum finiuit. *Amphiphrades.*

Caupo quidam pulmonicus cum esset, uenter statim demisit, circiter quartum multum sudauit,febricula cessasse uidebatur, tussicula uero nihil fere.quinto, sexto, septimoq; febris concessit. octauo sudauit, luteum excreauit. decimo satis non sæpe demisit. circiter undecimum meliuscule habuit.quarto & decimo conualuit. Post Vergiliarũ *Caupo.*

Hermoptolemus. occaſum febris Hermoptolemo ſuperuenit,tuſſis non multum uexauit,lingua pulmonica fuit. nono ſudauit,totus uti uidebatur,perfrixit, ſuccum porrexerunt,circa meridiem caluit. undecimo ſudauit,uenter bilioſa demiſit,tuſſicula ſuperuenit. quarto & decimo luteum excreauit,ſingultauit. quinto & decimo cum tempus omne uacillaſſet,finiuit. Quidam alius palato ſingultoſus,lingua ſicca,pulmonica,prudens finiuit. *Poſidonius.* Poſidoniuſq; cum adhuc æſtas uigeret, pectus,præcordia,latera diu ſine febre dolitauit,multis uero prius annis purulentus fuerat. per hiemem uero cum horruiſſet,dolor ſuperuenit,mitis tenuisue febricula corripuit, purulenta excreauit, tuſſis in faucibus ſonuit,ſingultiuit,prudés quartanus finiuit. *Bales.* Puer Balis cũ de mulo cecidiſſet per cuncta errãs nono & decimo lingua mala comparuit & ſubrubra, male loquebatur, oculi ſemper mouebantur,quemadmodum eorũ qui nutant níctantue, diſcoloratiq; erant, corporis color non arcuatus multum ſed ſubluteus ſubliuiduſq; erat, uox mala, non clara, lingua pulmonica,mens uacillabat, ſpiritus pulſusue uenarum ad manum malus non creber nec magnus erat, pedes uti lapis frigebãt, circa nonum anginoſus finiuit. *Anginoſus perit.* Quidam qui apud Metronem diuerterat,manum dexteram cruſq; doluit, febricula, tuſſicula, ſtrangulatioq; ſuperuenit, *Metron.* tertio conceſſit,ſeptimo conuulſio uenit,non loquebatur, ſingultabat,dentes cohæſerunt,malæ plurimum rubuerunt. quinto uel ſexto finiuit. ſignum ſub liuidum in manu remanſit. *Bion hydropicus.* Bion diuturno aquæ ſubter cutem morbo uexatus dies plurimos cibum auerſatus eſt, ſtrangulationeq; ueſicæ ſtranguriaue cum laboraret, ſuper genu ſiniſtrum tuberculum creuit, ſuppurauit, finiuit. *Cteſiphon.* Cteſiphon multa febre ardente cauſoue morbo aquæ ſubtercutem correptus eſt, cum & prius & de hoc & de liene laboraſſet, coxendix, aqualiculus, ſcortum, crura ualde completa ſunt tumueruntq;, tuſſis præfocationes in fine uenerũt, quæ nocte magis uexabant,ſicuti pulmonicis lienoſiſq; de pulmone uenit.tribus autem quatuorue diebus ante finem horror friguſue & febris aduentauit, concurſio uexatioue quædam uti ignis agreſtis in femine dextro parte interiore media uena quæ de inguine deſcendit,ſubliuida rubraq; ſuborta eſt, cordis dolor nocte uenit,uocem amiſit loquelamue,paulopoſt ſtrangulatio cum ſingultu uexauit,finiuit. Quidamq; hydropicus in Olyntho ſubito uocem amiſit,diem & noctem mente uacillauit,finiuit. *Prodromus.* Prodromi puer per æſtatem febre ardente correptus,ſubbalbus,lingua ſubaruit,non clare loquebatur, multa demiſit,ſuperſtes fuit. *Leophorcides.* Leophorcidæ febris grauis uenit,poſt Solſtitium hibernum præcordia uentremq; doluit,multa bilioſa liquida demiſit, per diem ſoporabatur,lingua pulmonica,tuſſis non inerat.duodecimo nigra pauca uiridiaq; demiſit.quarto & decimo febricula ceſſaſſe uidebatur. poſtea uero ſorbitionibus cum uſus eſſet,ſexto & decimo ſalſum os ſiccumq; factum eſt ualde,per ſerum autem diei horror febriſq; uenit,ſudauit,febricula ceſſauit,circa meridiem uno & uigeſimo frixit ſudauitq;,febricula ceſſauit,calor tamen puſillus

sillus inerat, noctem uersus sudauit, & secundo & uigesimo sudauit, calor cessauit, prioribus uero diebus omnibus non sudauit, uenter autem & in posteriore uisa reuersione lubricus fuit. Theoclis cognata quæ supra eum habitabat, sub Vergilias febre graui correpta est, sexto cessasse uisa est, tanquam sedata lauit. septimo mane maxilla ualde rubuit, utra fuerit non memini, multum uesperi febricitauit, deliquium animi uocisq; carentia subrepsit, non multo post sudauit, septimo cessauit. Theodori coniunx hyeme cum ualde febriret, sanguinis proruptio magna superuenit, cum febris cessasset, circa nonum nõ multo post dexteri lateris ceu de uuluis grauedo puenit, tũcq; & secutos dies pmũ pectus latusq; dextrum uehementer doluit. quartanæ suffitæ fotæq; dolores cessauerunt, crebrius densiusq; spirabat, uix guttur arteriaue respirans uti fistula subsonabat, supina cum cubaret, difficulter motabatur, noctem uersus grauius febricitabat, parum delirauit. quinto mane uisa est lenior esse, deinde parũ de fronte primum sudauit, postea corpus totum pedesq; sudor diutius perfudit. post hæc sibi uisa est ignem febremue concessisse, corpus enim ad manum arteriis frigidius erat, quæ uero in temporibus erant, magis saliebant, crebrius densiusq; spirabat, sæpe ac sæpius delirabat, cunctaq; in peius tendebant, lingua usq; ualde candidauit, tussis non inerat præterquam tertianæ quartanæue pauculum tempus, non sitiebat, nam spuebat. circa quintum uero præcordia dextra ualde tumuerunt, postea subsiderunt. tertio post balneum pauculum oletũ demisit, quinto rursus parum, liquidum, uenter lubricus permansit, lotia acerba serosaq; minxit, lumina oculiue graues erãt, nam sicuti defatigata laborãsq; spectabat, difficulterq; uertebat circunferebatue, quinto nocte difficilius habuit, delirauit. sexto rursus eadẽ hora temporeue pleno foro sudor multus de fronte incipiens per corpus totũ aliquantisper diffusus est, prudens menteue constans sua composuit, meridie ualde delirauit, similiter perfrixit, corpus penitus grauius habuit, tibia de cubili uesperi defluxit, puero multũ præter rationem minata est, deinde siluit seseq; quieti dedit, circa uero primũ somnũ sitiuit & insaniuit, reseditq;, & iis qui aderant conuitiata est, rursusq; conticuit, & quieuit noctemq; reliquam uisa est soporata transegisse, tamẽ oculos nõ clausit, Per diem uero plurimum nutu respõdebat, corpus motabat, probe cognoscebat, sudor rursus eadẽ hora temporeue scaturiuit, similiter oculi demissi potius ad inferiorem palpebram decumbebant, soporati rigidiq; comparebant, albũ lutescebat, corpusq; totũ nigrũ mortuoq; simile erat, manu uero plærũq; parietẽ stragulaq; uellicabat, cũq; potasset, magnope descẽdẽdo sonitabat strepebatue, pq; nares qñq; pdibat, torue spectabat, turpia loqbat, deinde uultum cõtegebat, post uero sudorẽ manus tactu gelatæ erãt, sudor frigidus cõsecutus est, corpus manus tactu gelidũ erat, psiliebat, uociferabat, furebat, multum spirabat anhelabatue, manus tremebant, cum autem ad mortem tẽderet, cõuulsoria facta est, septimana finiuit, sexto nocte parum glutinosum semini

Theocles.

Theodorus,

Pereuntis huius uarietatem spectato.

Antiphanes.

Asthma.

Thessalion.

Polemarchus. Mulier angina laborant.

Aristippus. Sagittatus.

Neapolis.

Macedo percussit quendam lapide caput.

Geniates.

genitali simile minxit,quod surculo trahebatur,noctes omnes insomnes duxit, post sextũ lotiũ subcruentũ minxit. Puero Antiphanis hyeme latus dextrum doluit,tussis febrisq; corripuit,tamen etiã febriés comedit,deambulauit, disrumpi uidebatur,rhegmatodesue esse.nono abiuit,febris nõ reliquit,tussis plurimũ uexauit,crassa,spumosa spuit,latus doluit. circa uero quartũ & decimũ uigesimũq; febris cessasse uidebatur,sed rursus subcorripuit,tamen lenis & tenuis erat,calor breue quid parumue reliquit,tussis aũt modo deserebat modo cumulate crescebat cũ magno strãgulatu,cũ uero deserebat, & excreatio deinde multa sequebatur.post hos aũt dies cũ tussis strangulabũda ,purulenta,spumantia feruentiaq; in uas excreabat,subsonoraq; quæ remanebant in faucibus, sibilabant,spiritus difficultas asthmaue nũquã cessauit,crebrius spissiusq; spirabat,facile beneq; raro spirabat.supra uero quadraginta prope puto sexaginta sinister oculus cũ tumore sine dolore cæcatus est,post autẽ non multum & dexter pupillæq; ualde cãdidæ siccæq; euaserunt.post aũt hanc cæcitatẽ supra septem dies paulo cum singultu plurimaq; deliratione finiuit. Thessalioniq; similia de similibus, tempore eodẽ, purulenta,spumantia feruentiaq;,tussis & singultus euenerũt. Cõiugi Polemarchi anginosæ hyeme guttur tumuit, multũq; febricitauit,uena secta,faucium strãgulatus cessauit,febris secuta est. circa quintũ sinistrũ genu tumuit doluitq;,circaq; cor quid cogi sibi dixit uideri,sicutiq; urinatores spirabat,pectusq; intus sibilabat,sicuti iis q in uẽtre loqui dicuntur. hæc hactenus euenerunt,circiter aũt octauum uel nonũ noctẽ uersus multa,liquida,calida,olida uenter demisit,uocẽ amisit,finiuit. Aristippus magna ui periculoseq; superiorem uentriculũ sagitta percussus fuit,dolor grauis uentriculi & inflãmatio statim aduentauit,per inferna nihil emisit,cum æstuaret,semibiliosa cumulate uomuit,meliuscule habere uisus est. post autẽ paulũ dolores graues recursarũt,uentriculus uti cõuoluulis inflãmatus est,calor sitisq; uexabat.septẽ diebus finiuit. Neapolis uero similiter pcussus hæc passus est,cũ acri lauatione subluisset, uẽter prorupit,color luteus,tenuis, fuscusq; sese sparsit,lumina soporata intro recedentia nihil mouebantur. Percusso cuidam iecur pilo cominus color cadauereus statim diffusus est, lumina cauata intro cesserunt, molestia, difficultas ferendi malum accesserunt, quo percussus fuerat die,cũ forũ solueretur,mortuus est. Quidã caput supra sinistrũ tẽpus lapide de quodã Macedone pcussus,quãuis nõ alte penetrasset, tamẽ percussus caligauit cecidítq;.tertianus uocẽ amisit,molestia, febris non admodum uehemens accessit,tempora sicuti caloris tenuis paruiue pulsabant, nihil audiebat,cognoscebat,seseq; agitabat.quintanus finiuit, quiq; frontem, quique narem in guttur usque uulneratus fuerat. Geniates in Delo percussus sinistrum latus retro pilo uulnus quidem sine labore erat, tertiano tamen uentris dolor paruus accessit, nihil demisit, cum noctem uersus subluisset, oletauit,labor dimisit,sedis intestinum ad scortũ testesq; usq; prosiluit. quartano

tano & ad pubē uentremq; totū uehemens labor accessit, stare loco non poterat, multa biliosa cumulateq; uomuit, lutei oculi erāt, qualesq; intermorientiū sunt, nisi quia parū caloris inerat. post quintū finiuit. Audelo tergū percusso spiritus multus cū timore per uulnus exibat, sanguis prorupit, medicamento quod sanguinē sistit colligato, cōualuit. Puero Philiæ male fortunato cecidit, cū in fronte sagitta incussa esset, febris aduenit. mox os liuorē cōtraxit, finiuit. Phaniæq; & Euergi puero liuefactis ossibus febrientibusq; cutis ab osse discessit, pus subapparuit. quibus terebratis ex osse sanies tenuis serosa, sublutea, pallida, olida, letalis emanauit, super his euenit uti uomerent conuellerenturq;, nonnulli in fine plorarent, quidam debilitarentur, siq; in dextris uulnus esset, sinistra, si in sinistris, dextra afficerentur. Theodori puero nonario postquam sole usus fuerat, febris superuenit. Decimano cuidā sagitta momenti nullius os læsū fuerat, cū febre liuorē os cōtraxit, cutis ab osse discessit, multū plorauit. secundo autē & uigesimo uentriculus tumuit, præsertim præcordia uersus. tertio & uigesimo finiuit. Quibus uero diffracta fuissent ossa, septimanis febris superueniebat, sin autē calidius anni tēpus fuisset, citius, si ualde fracta essent, statim. Puerulus Harmodi similiter osse fracto coxæ non qua uulnus erat dolor prorupit, collumq; dolitabat, plorabat. Posidocreonq; tertio cum conuulsio uenisset, calor nō dimisit, octonus & decimanus finiuit. Puer Isagoræ capitis parte posteriore percussus fuit, osse fracto & attracto quintano superfuit, nam os a cute nō discesserat. Magnæ nauis rectori manus dextre digiti indicis os ancora confregit, inflammatio, putredo, febrisq; superuenit. quinto subterpurgatus est, calor dolorq; parum cessauit, digiti quid decidit. post septimū aūt sanies probe defluxit, post hæc lingua se nō posse cūcta disserere dicebat. prædictio data est siue prædictū est, si neruoꝝ in posteriora cōtractio seu Opisthotonos eū corripiet, nō uiuet. maxillæ cohæserunt, deinde ceruix obriguit. tertianus cōuulsus ē totus, cū sudoreq; ī posteriora cōtractus. sextanus post prædictionē mortuus est. Telephanes Harpali de liberta filius pollicē subterpūxit, q̄ sese statim inflāmauit, ualdeq; doluit, Qui cū dolor remisisset, agrū petiuit, lauit, lūbos doluit, maxillæ noctē uersus cohæserūt, neruorū in posteriora cōtractio seu opisthotonos aduētauit, sputū spumosū uix ꝑ dentes ꝓdibat. tertianus mortuus est. Rhinon Damolis filius tibiā & neruū secūdū talū uulnerauit. quo iā purgato medicamētoq; lancinato huic euenit opisthotono mori. Dinoni sub Arcturū & ꝑus de febre æstiua uētrisq; defluctiōe de uia delassato laterisq; sinistri dolore debilitato tussis ex destillatione quæ prius non erat, accessit. tunc uero multum uexabat, peruigilabat, quiq; difficulter febrem statim ab exordio tulit. tertianusque cum concidisset, luteum spuit, arteria gutturue singultosum in modum subsonabat. circa quintū modice crebro spirabat, tibiæ, pedes, extrema ualde frigebant, de stragulisq; demittebat, per exordia biliosa nec multa nec pauca ualde demisit. septi

Audelus.

Phanias
Euergus.

Theodorus.

Ossa fracta quid facerent.

Harmodus.
Posidocreon.

Isagoras.
Nauis rector.

Opisthotonos hos necat.
Telephanes.
Harpalus.

Rhinon.
Damoles.
Dinon.

manus,octonus nonariusq; meliuscule habere uisus est,quidamq; somni uene/runt,crudiora spuit.decimo ac usq; ad tertiũ & decimum ualde alba & pura spuit,præcordia molliora fuerũt,sinistra tamẽ parte distenta,meliusq; & faci/lius spirabat,subterq; data glãdula bolanoue modice demisit.luteũ rursus tertio & decimo spuit.quarto & decimo magis . quinto autẽ & decimo uiridia, marubioue similia uẽter olida,biliosa,liquida crebro demisit,præcordia sini/stra tumuerũt.sexto & decimo magis,multo spiritus cũ singultu iam aduenta uit,sudor circa frontẽ,fauces pectusq; raro comparuit,deinde frons,postrema modice usq; frixerũt,temporũ uenæ saliebant, sopor diẽ & noctẽ per ultima tempora detinuit,lotiũ per exordia crudũ lixiuioq; simile minxit. circa deci/mum uero tertiũq; & decimũ tenuia nõ decolorata.post tertiũ aũt & decimũ

Cleochus. qualia per exordia. Cleocho lateris dolor febrisq; uenit, postea febris cessa/uit,corpus totũ sudauit,multa per lotiũ uagabãtur,postea cõturbatum est.

Olympiade. Coniugẽ Olympiadæ partũ octimestrẽ gestãtẽ cũ cecidisset,febris grauis ce/pit,lingua febris ardẽtis causodesue sicca,aspera,lutea erat,oculi lutei,corpus cadauereũ.quintana fœtum facile perdidit,sineq; labore emisit, soporq; eam post meridiẽ cepit,quæ cũ excitaretur,nõ sentiebat,sternutamento subauscul/tauit,succi poculum suscepit,post hoc subtussiuit,uox soluta non est,nec ipsa quicquã retulit,conualuitue,lumina demisit,sublime spirabat.quin & per na/res reuellebatur,corporis color pessimus erat,sudor per crura pedesq; cũ pro/

Nicolaus. Heunetidi uxor. pe mortẽ esset,scaturiebat,nocte finiuit. Coniugi Nicolai Heunetidi de fe/bre ardẽte secundũ utrãq; aurẽ tubercula pullularũt.post paulo cũ iam febris cessasse uideretur,sicuti reor,circiter quartũ & decimũ alterũ signo nullo reli/cto substitit euanuitue,color cadauereus reuenit,lingua aspera,densa,subalbi/da siticulosaq; erat.per omne tempus multa liquida olida demisit, corpus an/

Andreas. Hemitritaeos, te finẽ præ egestionis copia cõtabuit.circiter uigesimũ finiuit. Andreã ante Vergilias horror,febris,uomitusq; corripuit,per exordia sesquitertianus hemi/tritæusue esse uidebatur.tertianus uero cũ esset,loquẽdo rursus horruit, febris grauis uomitusq; bilis puræ superuenit,delirauit,noctẽ uersus meliuscule ha/buit.quinto rursus difficulter tulit.sexto per mercurialẽ probe demisit.septi/mo deincepsq; peius habuit,cũ iam febris cõtinẽtius uexaret,nihilq; sudaret, per exordia sitiuit,os ualde subaruit,nullũ poculũ libẽs suscepit,cum os nihil suaue esset,plærunq; lingua sicca,aspera nõ nitida,male loquebat̃,luteus subal/bidusq; color uenit,peruigilabat,æstuabat,perfractus resolutusq; cubabat,lin/gua præ siccitate nisi perlueretur,sublæsa erat,succũ solum sumebat. nonario

Tubercula aurium. decimanoue tubercula utriusq; auris nullo signo relicto euanuerũt,lotia p om/ne tp̃s nõ discoloria sed sine sedimẽto minxit,quarto & decimano circa supe/riora sudor modicus cõparuit,calor circa septimũ & decimũ relãguit,postea uenter siccus sine glandulis balanisue demittebat nihil balneisue . circa ue/ro quintum & uigesimum pustulæ per totum corpus prurientes, calidæ,

tanquam

tanquam igne perusta cute pullularunt, alæ uero lateraq; dolitabant, quæ pustulæ per crura nullo relicto signo euanuerunt. balneum unguentumq; oleo & aceto confectum profuit. mense uero secundo uel fortasse tertio quandoq; & ante dolor in renes decubuit constititq;. Aristocrati circa hibernum solis instititium labor, horror, calor uenit, postea uero q̃ hæc cœperant, tertiano lateris dolor lumborum tumorq; de ala dextra incipiens per totum dextrum latus spargebatur, durus, liuidus, ruber, sicuti ustulatus. quapropter æstuabat, male & difficulter habebat, lingua subalbida erat, ualde sitiebat, lotia non prodibant, crura frigebant, pauca, liquida, subalbida, spumosa per mercurialem demittebat, noctem uersus spiritus subleuatus est creuitue, circa frontem parum sudauit, partes infernæ frigebant, collum tumebat, æstuabat, prudés finiuit. Mnesianacti per Auctumnũ lippitudo uenit, postea uero quartana febris, per quartanæ autem exordia cibum ualde auersabatur, tempore uero procedente libés sumebat. Polychariq; in quartana similia quoad cubationem euenerunt. Mnesianacti uero cecidit, uti & ante febrem posteaq; multum temporis plurima alba mucculenta quandoq; & paulum sanguinis sine labore demittebat & dolore, crepitusq; & sonitus in uentre remanebat. post febrem uero secundum sedem tuberculum durum abscessit, quod crudum diu durauit, postea intestinum petiuit, quod foras fistulã misit. cum autem in foro deambularet, fulgor quidam ei præ oculis cucurrit, soléq; non plane dispiciebat. ceruicis uero conuulsione paulum a sese discessit, qui domum relatus uix resipuit, speciemq; & uisum recepit, ad seseq; rediuit, primũq; circũstantes oculis collustrauit, deinde corpus eius sic perfrixit, uti utriculis, fomentis substratoq; & lodice admotis uix recalesceret. postquam autem resipuit, surrexit, sed præ timore prodire noluit, nam se timere dicebat ne rursus in eadem caderet, siquis uero de morbis difficilibus & periculosis dissereret, præ timore prosiliebat & horrescebat, quandoq; sibi calorem ad præcordia prorumpere dicebat, fulgoresq; oculorum consequi, multumq; & sæpe similiterq; demittere & oletare. per hyemem uero euenit, uti sanguis de uena mitteretur, ueratrum lac asininum primo deinde uaccinum potaret, Subegestiones autem, potus aquæ per exordia, deambulatio, capitis purgatio sedauerunt. Puero autem Anecheti per hyemé hæc euenerunt, Cum ad ignem in balneo ungeretur, calefactus subito comitialiter concidit, conuulsus est. quod cum diu passus esset, circunspexit. tamen ad sese non rediuit tam cito sed paulopost. postridie uero mane tertioq; similiter cõcidit, non multum spumauit, clare loqui non potuit. quarto lingua eadé præ se tulit. quintanus item loqui non potuit sed in nominum principiis hæsitauit, quintoq; lingua ualde cespitauit, conuulsioq; superuenit, quæ eum seduxit, sed cum mox ad sese rediisset, lingua uix ad pristina rediuit. sextanus uero cum ab omnibus abstineret, nihil amplius cuiusquam cepit. Cleocho lassitudine laboreue & exercitationibus cum dies quosdã usus esset melle, dextrũ

Pustulæ totius corporis.

Aristocrates.

Mnesianax.

Lippitudo ophthalmiaue.

Polychares.

Anechetus.

Cleochus.

genu ſubter circa neruos qui ſunt in genu,tumuit,qui cum deambularet,clau/dicabat,ſuraq; tumuit & obduruit,quod in dextrum talum & pedem deſcēdit, ſecundumq; dentes gingiuæ ualde tumuerunt, ſicutiq; uuæ acini nigri liuidi ſine dolore extuberarunt,qui niſi comederet,cruraq; niſi ſtaret, nō dolitabāt, tumorq; hic & in ſiniſtram partem tranſiuerat, minus tamen liueſcebat, ſed in tumoribus qui circa genua & pedes erant,ſuppuramenta quædam ineſſe uidebātur.demum ſtare non poterat,nec ſuper calces calcaneaue conſiſtere uel in/cedere ualebat,ſed cubabat.tuncq; demum dolores caloreſue patuerunt.quandoq; cibum auerſabatur,non ualde ſitiebat,nec ad ſellam ſurgebat, æſtuabat, quandoq; deficiebat,ueratrum ad caput purgandum porrigebatur, oſq; leni poculo perluebatur.cū cœteris miſturis ad oris ulcera lenticulæ ſorbitio contulit.circa uero ſexageſimum ad ſecundum ueratrum tumores conciderūt,dolores tantum iacenti ad genua tranſiuerunt,humor uero & multa bilis pluri/

Piſiſtratus. mos dies ante ueratrum ad genua deſcenderat & abſceſſerat. Piſiſtrato forti uiro cœteraq; ualenti cum deambulaſſet,humeri dolor grauedoq; longi tem/poris uenit,hyeme uero latus plurimum doluit,caluit,tuſſis cū cruenta & ſpumoſa excreatione uexauit,ſingultoſum quid in faucibus ſonitabat, facile fere/bat,non delirabat.deinde calor,excreatio,ſingultus ceſſauit. circa quartū uel

Simus. quintum conualuit. Simi coniugi per partum concuſſæ latus doluit, febris, tuſſis,excreatio purulenta ſuperuenit,quæ in tabem tranſiuit,cōſtititq; ſex mēſes febris,uentris fluctio,quæ ſemper in finem uſq; durauit,febris deinde ceſſauit,uenter ſubſtitit moratuſue eſt,ſeptem dies poſt hanc ceſſationem finiuit.

Euxenus. Coniunxq; Euxeni poſt fomenta uiſa eſt eadem tuliſſe,calor nunquam defe/cit,qui magis ueſperi moleſtabat,ſudor per totum corpus ſcaturiebat, cumq; febris maior uentura eſſet,genua,tibiæ,pedes quandoq; frigebāt.tuſſicula ſicca non longa cum febris creſceret uexabat,deinde ceſſabat multū tempus corpus totum frigebat,per totum fere tempus non ſitiuit.medicamentum uel ſerum cū potaſſet,magis lædebatur,per exordia nihil doluit,bene ſpirauit, me/dio autem morbi tēpore latus dextrū doluit,tuſſis,ſpiritus difficultas aſthma/ue,paruæ,ſubtenues,albæ excreationes aduentarunt, horror de pedibus non amplius ſed de ceruice tergoq; ueniebat auſpicabaturue,uēter liquidior erat. cum ſudore multo febris remiſit,refrixit,ſpiritus difficultas uariauit, ſeptimo

Polemarchus. poſt remiſſionem prudens finiuit. Coniunx Polemarchi per æſtatem febrire cœpit,ſextanam dimiſit,poſtea uero calor ad noctem ſubter uenit,cum remi/ſiſſet,febris rurſus cœpit,treſq; menſes fere durauit,plurimum tuſſiuit, pitui/toſaq; ſpuit.cum autem ad uigeſimum circiter perueniſſet,crebrum denſumq; ſpirauit,ſemperq; ſonitus in pectore ſudoriferi uiguerunt,plærunq; mane fe/bris leniebatur,quandoq; horrebat,quandoq; dormiebat,uenter quandoq; lu/bricus erat,quandoq; morabatur,probe guſtabat. medio uero tempore genua tibiæq; dolitabant,adeo uti cum flectere uel tendere uellet,ope alterius ege/ret.

ret.crurum hæc uitia ad finem usque durauerunt,subteriora etiam membra tibiæ pedesque tumuerunt.siquis tangeret,dolitabant.sudor horrorque cessauit,febris uero semper perdurauit,uenter autem ante finem prorupit.prudens permansit, sed tres dies ante finem singultauit,finiuit. Puerulus Hegesipolis quatuor fere menses umbilicum ualde doluit,procedente uero tépore dolor etiã processit,uentrem discidit,uellicauit,mouitque, calor supercepit, tabuit, ossa intercepit, uenter circa umbilicum,testes pedesque tumuerũt. cum demisisset, cibum auersabatur,lac tantum per infernaque suscipiebat,quo ueutriculus maduit,subcruentamque saniem olidamque demisit,postea statim sese uenter accendit,cumque pituitæ paulum semini genitali uti simile uideretur,uomuisset, finiuit. Puero uero Plateæ finienti sutura capitis ualde subducta & cauata est.cũ autem langueret,manu uerticem semper scalpebat,maxime uero membra subteriora.caput tamen non dolebat,sed in sinistro femore sub inguinis parté inferiorem,liuidum quid habuit superiori simile,testes emacuerũt. Puerulo autem Hegestoridis similia ceciderunt,qui mortuus est,quod plurimum sub finem uomuit. Soror Hippii per hyemem insaniuit,lingua cespitabat, errabatque,manibus autem operabatur seseque lancinabat.quinto sextoque noctem uersus obmutuit,sopor aduentauit,sicuti dormientes buccas labiaque sufflabat.septimana finiuit. Cum Osandius horruisset,latus,femur & genu subito doluit,cũ paulum comedisset,delirauit, statimque finiuit. Sutori Cleotimi cum uenter diu lubricus fuisset,calorque cum uenisset,secundum iecur,tumor furunculo similis subcreuit,ad uentremque descendit,qui lubricus permansit. sed furunculus alter secundũ iecur supra præcordia extuberauit,qui ad finem perduxit. Quibusdam caput graui dolore cum calore uexabatur,Quibusdam capitis dimidium,sed his tutius erat,siquid humoris tenue uel maturũ per nares uel fauces defluxisset uel aures.Quibus uero hæc sicca fuerant,læsio grauis & dolor periculosa.sin autem æstuosus uel biliosus uomitus affecisset uel oculorũ hebetatio palpitatioque, uel non loquerentur uel raro loquerentur,uel delirarent uel conuellerentur,mortualia hæc erant.qui uero destillatione capitis parte dimidia laborarent,per naresque humor deflueret,probeque leniterue superfebrirent,quinto uel sexto circunrefrigerabãtur. Echecrates cæcus capitis partem posteriorem qua caput spinæ connectitur,dolitabat,qui dolor & in uerticem recursitabat,postea in aurem sinistram capitisque dimidium, muccosa parum combusta semper demisit,calorque tenuis lenisue sequebatur,cibique fastidium, per diem meliuscule habebat,per noctem uero dolitabat.postquam uero tuberculum secundum aurem pus emisit,cuncta cessarunt,quod per hyemé erupit,num ne quia suppuramenta omnia oculorumque mala noctem uersus magis uexãt? Qui per hyemem tussirét crassaque multa spirante austro excrearent, si leniter superfebrirent,quintani sedabantur. tussis uero circa quadragesimũ cessabat,quale Hegesipoli cecidit. Qui uero multum calescerent, cum hoc

Hegesipolis.

Platea.

Hegestoris.

Hippius.

Osandius.

Cleotimus.

Similia hæc Aphorismis.

Echecrates.

cessasset, quibusdam non totum corpus sed circa collum caputq; & sub alas sudor scaturiret, malumq; sedaret. Chareti tussicula hyeme passim uagante febris uehemens superuenit, qui stragula deiiciebat. sopor cum labore aduentauit, lotia rubra sicuti heruorum decoctum loturamue mingebat, quæ statim per initia sedimentum album multum postea rubrum habuerunt. septimo glandula pauca demisit, sopor non molestus corripuit, sudor frontem irrorauit, nocte dormiuit, lenius caluit, succum sumpsit. octauo sopor uenit, qui undecimum usq; durauit, tunc uero calor cessauit, tussis remansit, multa glutinosa, alba, crassa semper spuit, postquam uero commaturuerunt, purulentis similia, lotia autem ab undecimo puriora sedimentum asperum habentia minxit. tertio & decimo dextra ilia usq; uentremq; extremum doluit, lotium detinebatur. quod Adianti decoctum potum eduxit & contulit. quinto & decimo rursus doluit. sexto & decimo noctem uersus magis doluit, qui dolor de præcordiis incipiebat & uentrem usq; tendebat. quem mercurialis cremor subduxit, sed calor aduentauit, qui intra uigesimum lenitus est, crassa spuit. circa quadragesimum meliuscule habuit. Superiores uentriculos in morbis quinto cum matura & concocta fuerint quæ insunt, subterpurgato, sed inferiores, cũ consedisse uideris. signum erit, cum languentes non æstuabunt, capite nec grauabuntur, cumq; calor lenissimus fuerit, cumq; post accessionem delirabunt. superiores autem in accessionibus, tunc enim subleuantur, cum æstuant, & grauantur superiora. Propterea per exordia ne purgato, nisi quid sponte sua demittant, ne lõga fiant, Longinquitas enim in his periculosa est. Cum summus cubitus uulneratur, putrescit pusq; concipit. quo maturato & digesto sanies tenax & glutinosa deprimitur, citoq; sistitur, uti Cleogenisco Demarchoque Aglaotelis filio cecidit. similiter uero quandoq; de iisdem pus nullum exit, sicuti puero Aeschyli contigit. plærisq; tamen cum pus creatur, horror & febris superuenit. Alcmani de renum uitio conualescenti cũ sanguis subductus fuisset supra, secundum iecur res sese conuertit, corq; grauiter dolitauit, quo spiritus cohibebatur, uenterq; difficulter parua quædam rotunda & conuoluta demittebat, non æstuabat, sed est, cum horreret frigeretue, febriret, sudaret, uomeret. marinaq; aqua in dolore subluere contulit nihil, sed furfuracea mulsoq; solo meraciore septem dies uictitauit, deinde lenticulæ succo pulticulaue tenui, deinde aquam superpotabat, postea carne catulina decocta pulteq; modica diu ante condita & requieta, tempore uero procedente uel bubula glandia iugula colliculaq; uel suillos trunculos decoctos sumebat, cum priore aquæ potione quiete tecto lauatione cucumeris cremore, quæ faciunt ad renũ dolorem. Puero Parmenisci cum obsurdiuisset, non lauare contulit, sed purgare succida lana sola oleo uel netopo tincta & iniecta, deambulare, mane surgere, herbas non comedere, modico pane pisciculisq; saxatilibus uti. Coniugi Aspasii dentis maxillæq; dolorem grauem castorion piperq; uino calefactum & ore

Chares.

Adianti cremor lotium elicit.

Ventriculus superior et inferior quando purgentur.

Cubitus saucius quid creet.
Cleogeniscus.
Demarchus.
Aglaoteles.
Aeschylus.
Alcman.

Qui uictus.
Canis caro.

Lauatio quæ.
Parmeniscus.
Surditatis medela.

Aspasius.

& ore contentum discussit, strangulationemque uesicæ stranguriconue sedauit, confert & farina cum rosaceo decocta fouere. Præterea capitis dolētias omnes uuluis creatas Castoriō sedat, plurima uuluarū mala uentus inclusus creat, signū est perructatio, uentris sonitus, lumborum tumor, renum coxendicumque dolor, Quæ ueratrum nigrum cum farina decoctum sedat, uel piperis aromatonue tertiam partē farinæ duas uino albo odorato decoquere, linteoloque apponere qua doleat. quæ quidem & uentris dolorem & uulualia sedant. Puero autem Callimedontis ad tuberculum, quod magnū, durum, crudum, dolorificum in ceruice habebat, sanguinis de brachio missio contulit, semenque lini fresum uino albo oleo asperso decoctum & appositum non coctum nimis calidumque, uel fœni græci farina uel hordei uel tritici cum mulso decocta. Melisandro corpore toto concusso dolitante ualde tumente brachio sanguinis missio, alumen ægyptium in accessionis uigore, stragulisque conuolui profuit. Eutychidi biliosis affectibus postea crurum neruorum distētiones tetanodeaue, cum egessisset, cessarunt, satisque multam bilem subrubramque uomuit, post uomitum potauit, quo debilis æstuosusque euasit, nihil continere potuit ne grannati quidem succum. lotium egestioque uomitu cohibebatur, deinde mollis fex arcuatæ similis per inferna defluxit. quibus malis prodest laborare, sudare, panem non multum comedere, caput multa tepida lauare, uino albo non multo, nec somno multo uti. Calligeni circa quintum & uigesimum annum agēti destillatio, tussis multum eduxit, nihil infra substitit, quatuor annos sic transegit, Per exordia parum calescebat, ueratrum nihil profuit, sed parum comedere, comprimi seu emaciari, panem comedere, uinum nigrū potare, quæ uellet obsonia sumere, ab acribus, acidis, acerbis, asperis, salsis, pinguibus, lasaris succo, crudis holeribus abstinere, multum deambulare, lactis autem potio nō contulit, sed tritum sesamum purum crudum acetabuli mensura cum uino leni molliue potare. Timochareti per hyemem destillatio multa per nares defluxit, cum uenere usus esset, cūcta siccata sunt, sed lassitudo, calor, capitis grauedo superuenit, sudor multus de capite per corpus totum defluxit, nam & sanus sudori obuius erat obnoxiusue, tertianus conualuit. Puer Cleomenis per hyemis exordia cibum auersatus horruit, sine febre, cibaria pituitamque multā uomuit, duosque menses hæc inedia secuta est durauitque. Coquo cuidam delirio phrenitideue spina gibborosa facta est, potio nulla medicamentaria profuit, sed uinum nigrum, panis comestio, balneis abstinere, ungi, unctum perfricari, non multo igne sed leni tepescere. Quibus destillationes, tenues, lōgæque rheumataue oculos petunt, si matura per nares defluant, prosunt & iuuatur. Quibus prægnantibus casu conuulsioneue uel percussione lenes labores fiunt, triduum demonstrat, partum nec ne sint perdituræ. Coniugi Simi cecidit, cum post triginta dies medicamentum ad partum perdendū potasset, cui spōte labor accessit, multaque biliosa, cruda, lutea, uiridia, nigra uomuit, cum po-

Stranguricon. *Castorion.* *Callimedon.* *Melisander.* *Eutychides.* *Medela arcuati.* *Calligenes.* *Timochares.* *Cleomenes.* *Coquus gibber.* *Quæ huius medela.* *De abortu uaria.* *Simus.*

taſſet, tertianæ conuulſio acceſſit, linguam uellicauit, quartanam adiui, lingua magna, nigra erat, oculorum album rubrum, non quieſcebat, quartana noctem uerſus mortua eſt. Puella quæ de alto ceciderat, ſubito uocem amiſit, multum ſeſe iactabat, uomebat, noctem uerſus per aurem ſiniſtram in quam deciderat, ſanguinis plurimum fluxit, mulſum uix deuorauit, crebro ſicuti morientes ſingultiebat, ſtertebat ſpirabatq́ꝫ, frontis uenæ contentæ & plenæ erant, ſupina cubabat, pedes tepebant, febris multa concutiebat maxime, ſeptimana uocem prorupit, minus caluit, ſuperfuit. Pythocles languentibus aquam lacq́ꝫ multa aqua miſtum dabat, nutricabat. Perniunculos pertundito ſcalpro ue ſcarificato, pedes igne & calida aqua ualde calefacito. lippientibus oculiſue male habentibus dentibusq́ꝫ origanon potare malum eſt. lenticula oculis peſſimum eſt. ſic his habentibus poma dulcia holeraq́ꝫ dato. Qui lumbos, coxendices, crura laſſitudine uel labore dolitant, marina aqua cum aceto ſpongiaq́ꝫ hac tincta foueto, lanamq́ꝫ ſuccidam ſuperligato. Niſantides per æſtatem ex abſceſſu humerum doluit multum tempus, tres dies corpus humerúq́ꝫ mari madefecit, uinum album aquoſum in mari potauit & minxit. Quidam in Syro tinctor infectorue delirus phreniticoſue cum peruſtione cruribus tremulis & inualidis factus eſt, corpus tanquā culicibus compunctum habebat, magnus oculus erat, motus breuis modicuſue, uox fracta, clara tamen, lotium purum, ſedimentum non habens minxit, num ne ob Thapſiæ ſubegeſtionem. octonus & decimanus morbus remollitus eſt, ſineq́ꝫ ſudore dimiſit. Nicoxenuſq́ꝫ in Olyntho ſimiliter morbus cum ſudore uiſus eſt dimiſiſſe ſeptimanus, ſorbitiones porrectæ fuerunt, uinum & racemum de ſole, ſeptimanum & decimanum adiui, calidus cauſticoſue erat, linguaq́ꝫ calida, magnus nō ualde calor extra ſentiebatur, corpus magnopere reſolutum erat, uox fracta erat, quam audire & intelligere difficile erat, clara tamen erat, tempora compreſſa, oculi caui, pedes molles & tepidi erant, ſecundum lienem diſtentio & tumor fuit, lauamentum ſubter pauculum ſuſcepit, maiorem partem reiectauit, noctem tamen uerſus oletula paucula & compacta demiſit, ſanguiniſq́ꝫ quid ob lauamentum puto, lotium purum & limpidum minxit, ſupinus cubabat, crura diuaricabat, reſolutione, nihil omnino dormiebat, Calor intra uiginti dies remollitus eſt, potus hordeacea uel pomorū aqua uel granati ſuccus fuit, quandoq́ꝫ lenticulæ freſæ uel farinæ lauamentum decoctum, frigidum porrigebatur, ſuperfuit. Quorundam infectorum inguina duro modo ſine dolore ſupertumuerunt, pubeſq́ꝫ & ceruix ſimilia & magna contraxit, febris ante decem dies aduentauit, tuſſis poſt fracturas uexabat, tertio quartoue menſe uenter contabuit, calor ſuperuenit, lingua coaruit, ſitis uexauit, difficulter omnes egerebant, mortui ſunt. Mala bilioſa potiſſimum contrahuntur, carnis deuoratione porcinæ præſertim ſubcrudæ, ciceris temulentia, uinique odorati nimio uſu, præſertim uetuſti perſolatione ſepiæ, loliginis,

Puella quæ de loco alto decidit.

Pythocles medicus quæ languentibus daret.

Quæ his doloribus conueniant.

Niſantides.

Infector Syrus.

Thapſia.

Nicoxenus.

Oletum

Lotium quale.

Potus qui.

Tubercula infectorum.

Mala bilioſa cholericaue qui fiāt.

cammarorum

cammarorum,locustarum,cancrorum,holerum,porrorum , cæparũq; præser/tim comestione,quin & lactucæ decoctæ,brassicæ, rumicis lapathiue subcru/di,liborum,bellariorum mellitorum,pomorum,cucumeris,peponis,uini cum lacte potu , Heruorum farinarumq; recentium nimio usu. Quæ mala biliosa cholericaue magis æstate fiunt, febresq; intermittentes, quæq; cum horrore ueniunt, quæ sæpe in pessimas consuetudine transeunt,malaq; acuta grauiaue fiunt.Quare mala diligentissime cauenda sunt. quæ quinto septimo nonoue declarant quid factura sint. melius est tamen usq; ad quartum & decimum sese custodire conseruareq; & obseruare. Pherecidi post solis hibernũ insticium nocte dextri lateris dolor antea consuetus cessauit, pransus cum esset, descen/dit,horruit,noctem uersus febricitauit sine dolore, tussicula uero sicca mole/stauit, lotia multa cum sedimento multo sparso ramentoso, raro, cenoso per exordia, post uero quatuor turbulenta minxit, quæ substiterunt sedimento non discolori, quod tamen in matella non comparuit, remansitue. cum uero frigus esset,tertiano uenter sponte demisit.quarto glandula subdata balanoue quædam oletula biliosa cũ liquido circunfluore demisit, somnus per noctẽ non multus uenit, die uero aliquantisper dormitauit, sitis uehemens nõ erat, quintano noctem uersus cutis circa frontem & corpus mollis semper præten/debatur, febris manu deprehendebatur, deinde sudor subirrorauit, pulsus latuit,frons tamen & tempora ualde saliebant pulsabantue. in reuersionibus autem grauedo uexabat, & in omnibus subegestionibus paulum semper doli/tauit, per exordia æstuauit, paulumq; uomuit. septimo præ glandula bala/noue ter oletum biliosum ualde liquidum luteumq; demisit, quidq; subdelira uit, circaque frontem sudor parum comparuit, stragulum uelamentumue cum in faciem iaceret, lumina incassum agitabat,uti siquis aspiciens ea con/uertat claudatq; rursus,suumq; uelamẽtum abiiciebat,sudor mane pectus usq; cum cepisset,finem usq; durauit,febrisq; & deliratio.circa frontẽ deinde plu/rimus sudor comparuit,odor dirus, grauis,color exalbidus,cutis subter capil/los uaria mollisq;,præcordia dextra parte tumuerunt, per sese quid biliosum demisit,sicuti culicum morsus.octauo pauloante finẽ suppullularunt,cũ tussi quid muccosum fungidum compactum pituita alba circũuolutum & ante & post cœnam spuebat,& pusilla quædam lactea,per somnũ horruit, uomuit, capite grauatus est,per noctem dimisit,meridie rursus leniter horruit,per no/ctem difficulter & moleste habuit.sequenti die grauiter febricitauit,caput do/luit & læsit multam bilem uiridem uomuit,cuncta cessarunt, nocte dormiuit, mane circũfrixit,paulum sudauit,per plurimamq; corporis partem secũdũq; lienem sudoris quædam irroratio manu sentiebatur.parum hæc durauit, uer/satio quædam turbulenta sine dolore tuberculaq; dura uentitauerunt. quæ sta tim remollita sunt & cessarunt,nocte peruigilauit,circa forum siue forensium negotiorum tempus grauedo uentitauit,febris æstuatio tenebricosa caliga/

Febres tertianæ et aliæ tales quid faciant.
Quæ mala obser uanda.
Pherecydes Quæ tulerit.
Diuersitatem hu ius aspice.

tio uertigoue,tormentatio torsioue siue strophos,capitis dolor,uomitus uiridis,fluidus,sicuti pituita glutinosus.occasum uersus cuncta cessarunt,sudor capitis ceruicisq; comparuit,post uomitioné oletosa feculenta,liquida,biliosa, nec nigra,nec inter sese similia demisit. noctem & diem sequentem modice transegit,per noctem rursus peruigilauit,mane similiter uomuit. diemq; sequé tem sine æstuatione transegit,capitis uero dolor post sudorem cessauit, cuncta uesperam uersus deposuerunt & relaxarunt.nono amplius non uomuit, sed magis caluit,cœteris febrire non uidebatur,sed temporum uenæ saliebant,dolor omnium cessauit,semper sitiuit.nonarius cum ad sellam surrexisset, ualde exanimatus est,quædam nigra,ramentosa,biliosa per glandulam demisit,cuncta coloris oleti,uox fracta lassaue erat,per subreuersiones ualde grauabatur, oculi cauabantur,frontis pellis intendebatur,tamen bene spirabat, composite cubabat,tamen plærunq; parietem uersus,quandoq; delassate nihilq; sese mouens cubabat,lingua alba leuigataq; erat.circiter uero decé & postea lotia circũquaq; rubra minxit,quorum in medio pusillum quid album erat.decimano similia biliosa ramentosaq; uenter per glandulam demisit,simulq; cum balneo exanimatus est,post os aruit,quod semper perluebat,poculumq; nisi ualde gelidum fuisset,calidum esse dicebat,niuemq; & gelu modice frigere,deinde nó sitiebat, stragulum de pectore semper deiiciebat,tunicam calefieri non sinebat,paruum ignem & procul esse uolebat,malæ utræq; rubuerũt,post hæc male loquebatur,diemq; unum uel duos recaluit & defecit. Androthales subito mutuit,non cognouit,delirauit,his uero sedatis multos annos superfuit,deinde reuenerunt,lingua semper sicca multumq; amara erat, loqui nisi os ablueret,non poterat,quandoq; cor doluit,quæ sanguinis per uenam missio discussit,potus aquæ,mulsumq;,deinde ueratrum nigrum potauit,bilis paulum demisit,per hyemem demum decubuit,mente uacillauit,lingua eodem recidit, decolor erat,uox pulmonica,parum calebat, uelamentum tamen de pectore deiiciebat, seseq; mictum duci mandabat,cum nihil clare loqueretur,tamé eũ duxerunt.duos uel tres dies postquam decubuerat, noctem uersus finiuit. Nicanor hoc patiebatur,cum esset in conuictu tempore noctis tantum tibicinam quandam & tibiæ sonum horrebat,quod diu tulit. Democles uero cum eo cæcutire & rabire sibi uidebatur,nunquamq; secundum prærupta præterire,nec pontes transire,minimæue profunditatis fossam,nisi per eam perrectaret,sese dicebat audere.quod aliquantisper passus est. Phœnix autem oculũ dextrum sibi plurimum præfulgere dicebat,quem si paulum clausisset continuissetue,dextrum tempus,caput totum ceruixq; ualde dolitabat,capitisq; posterior pars secundũ uertebras tumescebat,nerui distendebantur durescebãtq;, qui si caput agitare conaretur osq; aperire,tanquam ualde distentus non poterat,sin autem uomuisset, dolores hi sedabantur, sanguinis per uenam missio profuit ueratrique potio. quæ uaria non parumque uiridia subduxit.

Longa nimis est hæc dissertatio.

Androthales.

Nicanor cur hæc repetantur non uideo.

Democles.

Phœnix.

Parmeniscus

Parmeniscus uero præ desperatione quandoq; mori cupiebat,quandoq; contra uiuere. Quidam in Olyntho subito mutuit,quieteq; cubauit,qui cum quid dicere conaretur uixq; incepisset,statim rursus obmutuit, modoq; dormiebat modo uigilabat,seseq; tacite motitabat,æstuabat,manumq; ad præcordia tanquam dolitarent,dabat. cum uero conuersus quiete cubabat,febricitabat, facile spirabat,deinde salutantes & intrantes se cognoscere dicebat, modoq; die toto & nocte potare cupiebat,cumq; daretur nolebat,modo desiliebat, lagunamq; plenam aquæ repente corripiebat,totumq; ebibebat, Lotium crassum uti iumentum micturiebat. circiter uero quartum & decimum dimisit. Cononis autem seruula capitis dolore per exordia statim delirauit, multum clamabat lugebatq;,raro quiescebat,circiter uero quadragesimũ diem finiuit,diesq; sex fere circa finem obmutuit & conuellebatur, Timocharisq; seruus biliosis & talibus malis sicuti uisum est,similiter finiuit,circaque totidem dies. Puer Nicolai circa solis hibernum insticium potu horruit,noctem uersus febricitauit,postridie pauca,biliosa,pura uomuit. tertio pleno foro sudor per totũ corpus scaturiuit,cessauit,statimq; rursus caluit,circaq; mediam noctem horruit, grauiterq; febricitauit,die uero per eandem horam sudauit,statimq; recaluit. quarto similiter uomuit,mercurialisque cremore liquida oletula,submucida, spongiosaq; demisit,similiaq; mercurialis aquæ lotia non multa sine sedimẽto minxit,pusilla tamen quædam fluitare uidebantur,præcordia sinistra lumbique dolitabant,quod uomitione uenisse putabatur, superspirauit facile & bene,quandoq; & omentum turgebat agitabaturque, lingua calore albescebat,parteque dextra pustulauerat,parum sitiebat,peruigilabat, non delirabat. sexto dexter oculus maior esse uidebatur. septimanus finiuit,tamen ante finem uenter tumuit,posterioraque mortui rubuerunt. Meton post Vergiliarum occasum febre laterisque sinistri tam uehementi dolore clauem usque iugulumue correptus est,uti loco stare non posset, pituitaque uexabat, multa biliosa demisit. tertio fere die dolor cessauit,sed septem nouemue dies caluit, tussiebat,subbiliosa non multa spuebat,tussis deinde pituitosa secuta est, quandoque tanquam sanus surgebat,cibaria sumebat, parum tamen calebat sed non diu,quandoque noctem uersus parum sudabat,crebrius densiusque calore spirabat,malæ rubebant, latus sub alam usque & humerum grauiter dolitabat, non tussiebat, potio medicamentosa superne biliosa deduxit. tertio post medicamentum pus erupit, post autem morbi principium quadragesimo circiter uero quinque & triginta dies alios perpurgatus est, conualuitque. Cõiunx uero Theotimi cum tertiana super dimidia hemitritæoue laboraret, æstuauit,uomuit,horruit,simulq; febricitauit,p exordiaq; sitiuit, ꝓcedente uero tpe febreq; auspicãte summope caluit sitiuitq;,cũ mulsum deinde granati succũ hausisset,uomuit,horror postea æstuatioq; cessauit. Soror aũt Diopi/

Parmeniscus. *Olynthus.* *Conon.* *Timochares.* *Nicolaus.* *Meton.* *Theotimus Hemitritæus.*

Diopithes. this tertiana ſup dimidia hemitritæoue laborās cordis & capitis graui dolore per acceſſioné uexabatur, qui totum eũ diem & ſecutos uſq; ad Vergiliarũ occaſum perdurauit. quæ uiris rarius fiebant. *Apomotus.* Coniunx Apomoti tertiana ſuper dimidia laborans circa Arcturum per acceſſioné cordis graui dolore correpta eſt, uomuit, ſtrangulatio uuluæ ſuperuenit, ſcapularum ſpinæque dolor, quæ cordis dolorem ſedauerunt. *Terpedus. Doriſcus. Gemelli abortiuntur.* Mater Terpedi Doriſci coniunx caſu quinto menſe gemellos abortiuit, ſtatim alterum tunicula quadam cõuolutũ, poſt autem uel ante quadraginta dies alterum, poſtmodum uero ſæpius concepit, nonoq; anno uentris graues & longi dolores ſuperceperunt, quandoq; ceruicis, ſpinæ, uentris inferioris ultimæ partis, inguinumq; dextri genu quandoq; eodemq; conſiſtebat. cum autem uenter dolitaret, diſcindi uidebatur. *Cordis dolor.* cum uero hæc ceſſarent, dolor cordis recurſabat, ſtrangulatio nó uexabat, ſed corpus totum tanquam in aqua eſſet, frigebat. cum dolebat, totum dolitamenta uerſabant, minus tamen quam per exordia. nihil allia, laſar, cœteraq; acria contulerunt, nec dulcia, nec acida, nec uína alba, ſed nigra balneaque rara. per exordia multum uomuit, quod cibaria excludebat. per hos dolores muliebria nó comparuerunt. *Cleomenes.* Coniugi uero Cleomenis per fauonium uentum ſiniſtri lateris dolor uenit de laſſitudine nauſeaq;, qui ceruice humeroq; auſpicabatur, horror, febris & ſudor quo febris non ceſſauit ſed pertendit, dolor uehemens, tuſſis, excreatio ſubcruenta, lutea, multa erat, lingua alba, uenter purgamenta mediocriter alba demiſit, lotia bilioſa minxit. quarto noctem uerſus cuncta ceſſarũt, puſillus tamen calor remanſit. *Epicharmus.* Coniunx Epicharmi difficultate inteſtinorum ante partum laborauit, ſubcruenta muccoſaq; demittebat, cum peperiſſet, ſtatim conualuit. *Polemarchus.* Coniunx Polemarchi cum de articulis laboraret, ſubito coxédix doluit, muliebria non deſcendebant. cum betæ cremorem potaſſet, uox nocte meridiem uſq; retenta eſt, poſtea reſipuit, audiuit, manu demonſtrauit coxendicem dolere. *Clinias.* ſoror Cliniæ iuuécula ſine febre cuncta quæ ſumebat uomebat, quod dies quatuor & decem durauit, cũ ad cruentas uomitiones ructatio neſq; deueniſſet, res ſedata eſt, ſed ad cor ſtrangulatio conuerſa eſt, *Cordis ſtrangulatio. Caſtorium ſeſeli granati bulbiq;.* Caſtoriũ, ſeſeli, ſuccus granati cuncta ſedarunt, quid tamen doloris ilia petiuit, quem ſuccus bulbi, uinum aſperum meracum cum lacte, modicus panis cum oleo ſuſtulit. *Pauſanias.* Puella Pauſaniæ cum fungum ſubcrudum comediſſet, ſtatim æſtuauit, ſtrangulabatur, uenter doluit, mulſum calidum potare & uomere, balneum calidum, quo fungum uomuit, profuit. poſtea cum hæc ceſſatura eſſent, ſudauit. *Epicharmus.* Epicharmus circa Vergiliarum occaſum humerum doluit, brachium grauauit, uehementer æſtuauit, crebro uomuit, potus aquæ profuit. *Euphron.* Puero Euphronis puſtulæ culicum morſibus ſimiles pullularunt. *Fauonius.* Poſt fauonium æſtus magni fuerunt, qui uſque ad æquinoctium Auctumni durauerunt. *Canis.* Sub Canem ſtrangulamenta grauia ſtrangulanteſue calores

calores fuerunt. calidi uenti. febres cum sudore, quæ statim recalescebant. Tuberculaq; secundum aures multis fiebant. cuidam uetulæ tussibundæ circa nonum. cuidam adulescentulo eodẽ tempore lienoso lubrica aluo uexato. seruulæ cuiusdam filio, Ctesiphonti sub Arcturum fere circa septimũ. puero cuidam extuberarunt solum. puero Heratulli secundum utranq; remollita sunt. Sudores non multum uiguerunt. Lingua sicca multos blæsos reddebat. Multi frigidi uenti recta quandoq; spirauerunt. Quandoq; Tempestates & Niues, post serenitatem subito præcipitabantur. Post Aequinoctiũ Auster Aquiloq; mistim spirauerunt. Pluuiæ crebro uiguerunt. Multi tussiebant, pueri præsertim. Secundũ aures multis extuberabat, qualia Satyris. Quãdoq; ante hoc tempus tempestas hiberna ualde cum niue septentrionaliq; aqua uiguit. Puerulo Timonactis utpote bimestri pustulæ in cruribus, coxendicibus, lumbis, sub uentriculo uero magni tumores comparuerunt. quibus sedatis cõuulsiones comitialesq; sine febre multos dies superuenerunt, & finiuit. Puer Polemarchi per exordia purulenta spuit, deinde calor uenit, aqua subter cutem, lienis tumor, spiritus angustia, siquãdo locum arduum ascenderet, debilitabatur & nõ poterat, sitis uexabat, cibũ sane auersabatur, tussicula sicca quãdoq; multũ tẽpus uexabat. diuq; hoc tulit, & nisi uentriculus inferior facile lubricaretur & solueretur, superior cõplebatur, spiritusq; angustia strãgulatioq; maior fiebat. demum aũt destillatio, tussis, excreatio superuenit, crassa, purulẽta, lutea spuebat, febrisq; illa grauis cessasse uisa est, tussisq; mitior esse, puraq; spuisse, Cum febris grauis reuenit, spiritusq; densior & crebrior, pedes superfrixerunt, totusq; perfrixit. post hæc uero spiritus minctioq; intercipitur, extrema perfrixerunt, prudens post reuersionẽ tertianus finiuit. Puero Thuni in febre ardẽti fame & inedia ualde uexato crebra subexcreatio biliosa uenit, multum sudauit, animo defecit, ualde perfrixit, diẽ totũ & noctẽ obmutuit, ptisanæ succũ infusum cõtinuit, resipuit, facileq; spirauit. Puero Epicharmi de uia & potu cruditas facta est, postridie mane æstuauit, Cũ aquã cũ aceto & sale potasset, pituitã uomuit, postea pfrixit, cũ febre lauit, pectus doluit. tertio statim mane paulisper soporatus est, subdelirauit, febris grauis processit, morbũ grauate tulit. quarto peruigil mortuus est. Aristoni digito pedis ulcerato cũ latenti febre cancrosum quid genu usq; processit, mortuus est. quod nigrum, subaridum olidumq; erat. Quidam uomicam cum in gutture haberet, per nos ustus conualuit. Polyphantus in Abderis caput in febre uehementer doluit, lotia tenuia cum sedimento turbulento minxit, cum uero dolor capitis non cessaret, decimano sternutamentum naribus admotum est, postea uehemens dolor ceruicem inuasit, lotium turbulentum sicuti iumentorum est minxit, furenter delirauit, cum uehementi conuulsione mortuus est. Similiter Eualcidæ coniunx in Thaso multum tempus laborauit, lotia densa, turbulenta mingebat, caputque dolitabat, delirauit, cum conuulsione mortua est, Nam lotia spissa

Ctesiphon. *Heratullus.* *Diuersitas temporis.* *Satyri.* *Timonax.* *Pustulæ puerulí.* *Polemarchus.* *Thunus.* *Epicharmus.* *Ariston.* *Polyphantus.* *Sternutamentũ.* *Eualcides.* *Lotia spissa quid portendant.*

turbulentaq; ualde clarum & certum ſignum ſunt capitis dolentiæ, conuulſio/
Halicarnaſeus. nis mortiſq;.Quidã Halicarnaſæus qui in Xanthippi domũ diuerterat, caput & aurem per hyemem uehementer doluit,cũ annos circiter quinquaginta na/ tus eſſet,uena per Mneſimachum pertunditur,caput euacuatum læditur, refri geraturq;,pus non emiſit,cum inſanus euaſiſſet ,obiuit.lotia & huic denſa ſpiſ ſaue fuerunt. *Metrodorus.* Puerulo Metrodori dentiũ dolore maxilla putruit, gingiua ual de tumuit,modice ſuppurauit,maxillares & maxilla deciderũt. *Anaxenor.* Anaxenor in Abderis cum lienoſus maliq; coloris eſſet,coxa ſiniſtra repente tumuit & eua/ nuit,non multis uero diebus poſt ſicuti uomica *Epinyctis.* Epinyctiſue qua lien eſt,turgi da,rubra, dura ſubcreuit.poſt uero quartum diem ardenter febricitauit,cuncta circum liuorem contraxerunt,putrueruntq;,cum prius ſubpurgatus fuiſſet,co/ gnouit,meliuſcule habere uiſus eſt,obiuit. *Clonagus.* Clonagus in Abderis cum renum uitio laboraret,ſanguen paulatim cum multa difficultate mingebat, difficul/ tateq; inteſtinorum uexabatur, mane tres caprini lactis decocti heminas quin/ ta aquæ parte cõmiſta hauſit, ueſperi beta uel cucurbita cum pane diſcocto data fuit, cucumiſq; pepon & uinum nigrum molle. ſic autem nutricato uenter ſubſtitit, lotiaq; pura frequentarunt, lac autem eatenus potauit,quate nus lotia reſtituta ſunt. *Mulier Abderitana.* Mulieri cuidam in Abderis pectus uomicam carcino maue concepit,ſanies cruenta per papillã fluebat, qua intercepta mortua eſt. *Dinius.* Puerulo Dinii in Abderis cum umbilicus modice ſaucius *Fiſtula umbilici.* fiſtulam conce/ piſſet,per quam uermes ſatis magni prodibant,cũq; ignis admotus fuſſet, bi/ lioſa defluebãt,hacq; inteſtinum prodibat, quod retruſum tuſſicula intus per manere non ſinebat. *Puthon.* Puero Puthonis in *Pela.* Pela ſubito multũ febricitauit, mul/ tumq; deponebatur,nihilq; loquens dormitabat,uenterq; per omne tẽpus ob/ duruit.qui glandula ſubterdata cum multa demiſiſſet,ſubſtitit, ſed confeſtim retumuit,febriſq; reuenit ſoporq; & demiſſio.qui ſimiliter curatus eſt,cũq; cõ poſitio cum croco cnicoue cucumere papauere confecta data fuiſſet,multa bi lioſa demiſit,ſoporq; ſtatim ceſſauit,febris cunctaq; leuata ſunt, quartuſq; & decimanus decreuit. *Eudemus.* Eudemus cum lienem ualde doleret,medici mandarũt uti non multum comederet,pauculum uinum album tenue potaret, multum deambularet.mandata non mutauit,cibaria & pocula parce ſumebat, uti præ/ ceptum erat,deambulabat,pauculum uinum lene potabat, conualuit. *Philiſtide.* *Heraclides.* Phili/ ſtide Heraclidæ coniunx grauiter ſubito febricitauit,uultus nulla de cauſa ru/ buit,paulopoſt frixit,cũq; non recaleſceret,conuulſio manuum pedumq; di/ gitos corripuit.paulopoſt hæc recaluit,uirulenta craſſa,nebulo ſparſa minxit, nocte quieuit.ſecundo die ſuperriguit frixitue,paulo magis recaluit,minus ru buit,minuſq; conuellebatur,lotia per eadem,nocte dormiuit,paulum experre cta eſt,cum facile ferret,tertio coloratiora, paulum ſubſiſtentia minxit,per eã dem horam tempuſue ſuperfrixit,grauiter febricitauit,noctẽ uerſus per totũ *Color arcuatus.* ſudauit.poſtridie uero ſero diei color regium & arcuatum in modũ mutatus eſt,nocte

est,nocte dormiuit,& per totũ sudauit.quarto sanguis nare sinistra probe de/fluxit,muliebria pauca sua serie cõparuerũt,per eandẽ horã tempusue febricula reuenit,lotia pauca,crassa minxit,cum autem uenter suapte natura durus esset,multo magis constitit & remoratus est,nihilq; nisi glãdula balanoue subterdata demisit,nocte dormiuit.quintanæ febricula lenior uenit uesperũ uersus per totum sudauit,muliebris egestio comparuit,nocte somnum cepit.sextana multum crassum concolor paruam subsistentiam sedimentumue habens minxit.circa uero meridiem paulum frixit,supercaluit,per totum sudauit, nocte dormiuit.septimana paulum subcaluit,facile tulit,per totum sudauit, lotia probe colorata minxit,cuncta decreuerunt. Tuchon in oppugnatione circa Daton pectus catapelta sauciatus est,paulopost teli ligniue detractionem tumultus ridiculus circa eum fuit,nam cum medicus telum lignumue siue hastam detraxisset,mihi uisus est ferrum in sæpto transuerso diaphragmateue reliquisse.qui cum uesperi doleret,eum lauit & potionauit,primam noctẽ difficulter tulit,cum dies illuxisset,medico cœterisq; melius habere uisus est, nam quiescere uidebatur,prædictum est cum primum conuelletur, peribit. noctẽ sequentem difficulter molesteue transegit,peruigilauit, plurimum in uentrẽ cubabat.tertio mane conuulsio uenit,circa meridiem finiuit. Spado quidam eunuchusue multa uenatione discursitationeq; morbum aquæ subter cutem concepit,quiq; apud Helealcis fontem degebat,quique sex annos cutem corruptam hippurinue coxendicis dolorem humida loca ulcerata habuit, quiq; uacuam uentris partem & ilia diu corrupta & ulcerata tulit,cum salsam aquã cum melle potasset,pus crudum prius spuit,septimanusq; mortuus est. quam potionem meretricula Achromos nomine dysentericis remedium dedit, Leonidæ filiæ natura mutata est,seseque auertit,quæ cum sese auertisset, sibilabat mugiebatue,cum aperuisset mugissetue,sese mouit commutauitq;,quod medicus non uidit.puella mortua est. Philotimi puer impubes ephebusue cum ad me uenisset,caluariæ os denudatum inueni,me ad medicam artem & eius arcana,cum constare non uiderem,conuerti.

Tuchon hic cur repetatur non uideo.

Spado.

Fons Helealcis Eualcisue.

Achromos meretricula.

Leonides.

Philotimus.

HIPPOCRATIS LIBER SERMOVE QVINTVS ET QVADRAGESIMVS DE MORBORVM SEPTIMANIS DIEBVS

Septenarii numeri digestio mutilata.

q Vod numerus Septimanus Palladi dicet, cœteraq; portendat, possit & faciat, quæ Philosophi, Mathematici Numerariiq; de eo & perquisiuerunt & tradiderunt, Medicorum non est. sed quid in morbis languentibusq; uirium habeat uel habere possit, medicos sic contemplari ducimus oportere, Primo num ne morbi per septenarium dierum numerum sicuti septem hominum ætates sensim & crescant & minuantur. quod si fuerit, bene sperandum est, si minus, timendum. Plura his amice Lector non comperimus.

HIPPOCRATIS DE MORBORVM DECRETORIO LIBER SERMOVE SEXTVS ET QVADRAGESIMVS

Crisis quid.

d Ecretorium autem Iudicatioue siue Crisis in morbis dicitur, cum quilibet morbus statuit, decernit, demonstrat, censet, iudiciumq; de se præbet, quid facturus sit, quomodo languẽtes tractaturus, longus an breuis fore uideatur. quæ cum hoc pacto medicus obseruauerit, ferme nunquam in morbis & languentibus deerrabit falleturue, sed prudens, diligens, peritus, curiosusq; ab omnibus esse censebitur. De quibus in melius tendentibus pauca & utilia scribemus. quæ uero semper ferme salutem & sanitatem portendunt, hæc sunt, Sudores optimi sunt, celeriterq; febrem sedant, qui decretoriis diebus fiunt, Penitus enim febrem pellũt. optimi & illi sunt qui toto corpore manant, leuius enim malum latu faciunt. qui uero horum nihil faciunt, utiles non sunt. Oletum autem morbo ad decretorium tendente crassum, subrutulum, non admodum olidum fit oportet. commodum etiam est & bonum, cum lumbrici tineæue prodeunt. lotiũ autẽ optimum erit quod usq; ad mali decretorium sedimentum candidissimum, læue,

Sudor qui bonus.

Oletum.

Lotium.

læue, limpidum, æquale habuerit, Nam malum totum non longum fore portendit. Si uero sudore manante morbus cesset, lotiumq; rubrum sedimentum album habeat, die eodem his febris redibit, quintoq; die sine periculo decernet. Qui uero breui sani futuri sunt, his optimum signum est, nam minore labore periculoq; transigent, noctesq; quiescent, cœteraq; tuta signa comparebunt. Quibus in febre non letali caput dolet, cœteraq; signa circũsistunt, in his bilis pollet. Quibus uero primis diebus hic dolor incipit, hi quartani quintaniue magis uexantur premunturue, septimo febre liberantur. nam plærũq; totidem diebus febres statuunt sint necne euasuri an perituri languentes. Leuissimæ contẽnendæq; sunt febres, cum tutis & bonis signis corripientes quintanæ uel ante sistuntur. mortiferæ uero, cum pessimis signis uenientes quartanæ uel ante perimunt. prima quidem accessio sic finit. secunda ad septem producit. tertia ad unum & decem. quarta ad quatuor & decem. quinta ad septem & decẽ. sexta ad uigesimũ. quæ quidẽ accessiones & additamẽta uel adiectiones p quatuor usq; ad uiginti fiũt, in grauissimis acutissimisue tametsi nõ penitus per quatuor, nihil em̃ potest totis & integris diebus uere & exacte numerari. nã nec anni nec menses totis & integris diebus uere & exacte suapte natura perficiuntur, nec in febribus ardentibus causisue signa optima si fiant, consistunt, & signant. quemadmodum & qualia in salutiferis scriptum est. minora quidẽ si fuerint minusue bona & extenuata & limpida lotia, cessationem & intermissionem tertio die futuram portendit, crassiora uero postridie, crassissima uero die eodẽ. Si uero febribus ardẽtibus tardius septimo morbus arcuatus superueniat, sudoris indicium est, nam hoc malum sudare non consueuit, nec usquã alio abscedere, nisi ad salutem & sanitatem, cum enim calor discedit, secũ humiditatem trahit, tuncq; morbus necessario decernit, lotiaq; uel uentris excrementa uel sanguinis per nares fluctio uel multa lotia uel ob magnam humectationem sudor uel uomitus sequuntur, mensiumq; uia fœminis aperitur. nam hoc potissimum in his decernit, uel siquid aliud ad hoc proxime accedat, decernit quidem sed minus. Morbus uero regius icterosue per febrem ardentem si citius uel tardius septimano fiat, cum difficultate spuit. quod & per cœteras febres quandoq; fit, si uero nullo horum signorum præcedente febris dimittat, necesse est hæc decretoria pro illis fieri uel magnorum tuberculorum abscessus uel dolores ualidos ab abscessu uel calore humida liquari. cum uero febris ardens modo decernit & intermittit, longior erit. cum autem ualidius premit, letalis plærunq; est. cœteræ uero febres ardentes tutæ sunt & mitiores, septimanæq; uel quartanæ & decimanæ sedantur & cessant. Quandam etiã molestiam uexationemq; relinquere consueuerũt, quæ dies quadraginta male habet uexatue, deinde mitescit, quinetiam hæc molestia quãdoq; eodem die & corripit & relaxat, caputq; sæpe dolet, Sed hæc molestia si diebus quadraginta non cesset, capitisq; dolor non abeat, proptereaq; deliret, hunc superpurga

Dolor capitis.

Febres lenes.

Dies uarie numerantur.

Lotium quale.

Morbus arcuatus.

Decretorium.

Icteros.

Febris letalis quæ.

Capitis doloris medela.

Morbus arcuatus cũ uenit quid faciat. to.cessante uero febre ardente si morbus regius superueniat, sudare languens amplius non consueuit, sicuti nec alio abscedere, sed quartanus post septẽ circuitus terminosue plærunq; sanescere. quibus in febre non ferenda & uehementi septimo uel nono uel quarto & decimo morbus arcuatus fit, probum non est, nisi præcordia dextera durescant uel ambigant. morbi uero graues & acuti quatuor & decem diebus plærunq; decernunt. *Sudor decretorius.* Sudores febrientibus tertianis, quintanis, septimanis, nonariis, undecimanis, quartanis & decimanis, unis & uigesimis, trigesimisue morbos sistunt, si fiant. qui uero tales non sunt, labores portendunt. *Lotiorum maturatio digestione.* Lotiorum uero maturationes decretoriis diebus paulatim si fiant penitusq; maturuerint, morbum soluunt, lotia nanq; cum uulneribus ulceribusue comparanda non sunt, nam *Vulnera. Pus album. Cacœthe. Lotia.* si uulnera purgando pus album emittant, celerem curationem sanitatemue præseferunt, sin autem pus in saniem uertant, tetra malignaue siue cacœthe faciunt & fiunt. sic & lotia præmonstrant. si uero nullo labore tenuia sunt, causa aliqua sontica sic fiunt. Sin autẽ & malum accedat quod non statim & eadem hora uel paulopost cesset, malum est. Quare causa intus relicta, signisque cœteris, sicuti oportuit, non accedentibus nullam eius morbi liberationem fore putandum est, uti si caput doleat, propterea q; febris superueniat, capitisq; dolor non cesset, & hæc durabit, sed *Capitis dolor cũ febre.* capitis dolor si cesset, statim & febris cessabit. Plurima horum etiam quæ in melius tendunt, hæc sunt, & super his, quare ad salutem sanitatemue tendunt. *Præcordia turgida.* Præcordia si tumeant, nec doleant, cedantq; si tangas, tardius sed sine timore decernunt. *Tubercula.* sic & tubercula tumoresue his contraria, quæ in alia uentris parte suscitantur. *Lotia.* Lotiũ uero si purum non est, sedimentumq; albũ & læue habeat, serius & minus tuto certoue q̃ lotium bonum & eius sedimentum decernet. sin autem lotium subrutulum & eius sedimentum & læue sit, tardius & hoc superiore, sed omnino salutẽ sanitatemq; portendit. Siqua mala nodosa articulariaue siue podagrica fiant, *Podagrica.* quadraginta diebus plærunq; eorum inflammationes pituitaq; sistuntur, tametsi longo tardoue decretorio tamen in melius plærunq; tendente. Quæ uero mortem portendunt, die ac nocte solum decernunt, *Debilitatis signa.* signa quidem debilitatis sunt, cibum potionesq; tam medicas q̃ cœteras & nolle sumere & non continere, superiorem & inferiorem uentriculum solutum habere, non sitire, cœteraq; talia. Siquid horum signorum die nocteq; una discedat, bene habet, si minus, mortifera esse putato. *Sudor frigidus.* Sudor frigidus pessimus est, quiq; circa fauces ceruicemq; scaturit, Nam mortem uel morbũ longum portendũt. *Oletum narium.* si oletula uaria sunt, diuturniora sunt q̃ nigra, cœteraq; mortifera. nihilotamen minus perniciosa sunt, quæ hæc sunt, ramentosa scobiue lignorum similia, felli similia, uiridia, cruenta, nigra, simulq; modo multa modo particulatim & parum demittere. *Lotium.* cum purum modo defecatum & sine sedimento mingitur modo sedimentum album & læue habens, longiora hæc sed minus tuta & certa sunt q̃ lotii optimi. sin autem lotium rubrum & tenue sit,

fit,longum eſt,ſeu longi morbi ſignum, periculũq; eſt ne languens durare non poſſit,donec matureſcat.ſiq; ſigna ſuperfuturi inerunt,his uomicam & abſceſſum ad inferiora præcordiorum loca uenturum putato. ſi lotium in febre mutetur,tempus portendit,nam languentem neceſſe eſt uel in peiora uel alterutra mutari.ſi lotia primis ſimilia non ſunt,ſi de craſſis tenuia fiant, male decernunt,tutaq; & certa non ſunt. Sudores frigidi cum febre graui ſi fiant,mortiferi ſunt,cum leniore morbum producunt,corporiſq; parte quacunq; calor uel frigus, illic & morbus inerit.ſiquiſq; toto corpore caleſcet frigeſcetue, cito mutabitur, Corpuſq; ſi modo caleſcat modo frigeſcat, Calorq; ſi de alio in alium mutetur,morbum longum portendit.febrienſq; ſi febre non ceſſante ſudet,malum eſt,morbus enim producitur,humiditatéq; ſignificat. Si febriens ſudet,longam febrem portendit. Sanus ſi multum ſine cauſa ſudet, morbum ſignificat, ſi per æſtatem , minorem, ſi per hyemem,maiorem eodem acceſſurum.quem ſi per ſe conſiſtere ſinas, per inferna ueluti ramenta demittet. ſi pauca,morbus puſillus & breuis erit,ſi multa,magnus & longus. quibus uentriculum ſubluere confert. Qui multam bilem demiſerit,magis afficietur, qui modicam,minus. Si uenæ pulſent,uultus rubeat,præcordia tumeant,morbũ longum portendunt, qui non ſine conuulſione uel ſanguinis de naribus multo fluore uel dolore ualido diſcutietur.pulſuſq; uenarum in manibus magnus ſi ſit,longæ febris ſignum eſt,uel compendiariæ & breuis in peius iudicationis,ſuperq; his plurima quæ mortem portendant. Qui cito perituri ſunt,maxima ſigna his per exordia fiunt,nam uix ſpirant,nocte non dormiunt.Signaq; præterea longæ continuæq; febris ſeſe oſtentant periculoſæq;. si quartanus ſeptimanuſue laboret,undecimanuſq; non decernat, periculoſus plærunque eſt.Qui neruorum diſtentione tetanoue cum febre corripietur, quartanus peribit,quos ſi euadat,ſaneſcit.Si morbus arcuatus icteroſue cũ febre ardente fiat, ſingultuſq; ſuperueniat,quintano cuncta reuenient,& peribit. Qui cum nõ febriunt,multum uigilant,tumultuoſeue dormiunt,uel corporis robur afficitur, uel ſingula membra dolitant,malum eſt. Quibus febres ſedantur ſignis ſolutoriis non præcedentibus nec decretoriis diebus, cũq; febris dimiſerit, ſi ſudet,lotiumq; rutulum ſedimentum album habens mingat,febrem eodem die reuerſuram putato.quæ reuerſio quintana ſine periculo decernet. Si præterea poſt decretorium lotium rutulum ſedimentum rutulum habens mingat,& huic eodem die febris reueniet,pauciq; ab hac reuerſione ſeruantur. Cum febris ardens reuenit,ſemper fere ſudorem elicit,præſertim ſi reueniens per medios dies ſicuti pus corripiat,plærũq; ter reuenit corripitue,niſi redeũdo die non pari dimiſerit,cũq; lotio non concocto cœteriſq; ſignis non rite præceſſis,die decretorio reuenit.tubercula uero quæ per decretorium ſecundũ aures fiunt,ſi non ſuppurent ſed euaneſcant,morbus febriſue reueniet. qui ſi circuitu uexet,ne abſceſſus in articulos fiat timendum eſt. Lotium uero ſi album eſt

Sudor frigidus malus eſt.

Morborũ ſigna.

Sani ſudor qualis.

Pulſus uenarũ.

Tetanos.

Icteros.

Signa mala et bona.

Signum reuerſionis.

Tubercula.

Lotium album.

quale quartanarii mingunt,hoc abſceſſu liberantur.quibuſdam autem horum & ſanguen de naribus fluit,quod quartanariis ſolutorium non eſt,& hos ſi pus exeat,ſanat. Morbis atræ bilis cũ mentis morbo detentis ſanguen ſi defluat, optimum eſt.Qui furiũt,uel per ſeſe morbo liberantur, uel ſi pedes pectuſue doleãt, uel tuſſis ualida ſuperueniat,hanc inſaniam diſcutit.ſi nihil horũ fiat, per ſeſeq; furor ſoluatur,oculorũ priuatio ſequitur.Qui labellis flaccidis linguam non compeſcentibus balbutiunt,cum hæc ceſſant,purulenti fiũt. quod uel dolor in locis inferioribus ſi fiat,uel gibbus,uel ſi multus ſanguis de naribus fluat,uel furor uel magnus morbus ſi de more fiat,ſoluit. Quibus in febribus ardentibus dolor coxendicum uel oculorum ſubuerſio uel cæcutatio uel teſtium tumor uel mammarum papillarumue ſuperuenit,febrem ardẽtem diſcutit,quod & ſanguinis de naribus fluxus facit. Siquis magnus morbus & conſuetus fiat,furorq; poſt ueniat,morbum diſcutit.Si frigus in febre ardente ſupercapiat,ſudorem diſcutit.Si febris ardẽs ſuperueniat,deinde frigus ſequatur,cauſon febremue ardentem diſcutit. Quibus in febre ardente tremores fiunt,deliratio diſcutit. Qui in febre ſurdeſcunt,neceſſario febre non diſcuſſa delirant.quod ſanguen de naribus fluens ſoluit,uel ſi uenter ſolutus building biliofa demittat,uel ſi difficultas inteſtinorum ſuperueniat uel coxendicum genuumue dolor.Quibus frigus in febre ſuperuenit,febris ſoluitur.Quibus ſubito dolores fiunt,præcordia ſuperne turgent,doloreſq; uehementes coſtam ultimã uexant,quæ ſanguen uena miſſum diſcutit,uel inferna purgatio.nam locis nõ ualidis ualida febris non corripit. Morbum aquæ ſubter cutem habentem ſi per uenas humor aquoſus in uentriculum ueſicamue defluat,liberat. Si pituita candida laboranti defluctio ualida uentris ſuperueniat,diſcutit. Si defluxu uentris uehementi laboranti ſua ſpõte uomitus ſuperueniat,liberatur.Qui diuturno uentris defluxu laborarunt,cum tuſſi non liberantur,niſi dolor uehemẽs in pedes deſcendat,nam ſi eo deſcendet, naturæ commutatio fiet & conuerſio,uenterq; amplius non defluet,uel egerendi uana uoluntas corripiet,crepitus enim flatuſue foris exiſtentes ſuperueniẽt.quod in illis patet,qui nihil humoris habent.quare ſic habenti conferentia porrigantur. ſi uero conuoluulus hileoſue ſuperueniat,multum uinum frigidum meracũ paulatim donec ſomnus uel crurum dolor aduentet,propinato,Febris etiam uel difficultas inteſtinorum diſcutit. Capitis dolore laboranti ſi pus per nares aureſue defluat,malum diſcutit.Quibus ſanis caput ſubito dolet,muteſcunt ac ſtertunt, dieq; ſeptimo pereunt,niſi febris ſupercapiat.Capitis dolore quoue uis alio ſuperiorum locorum laboranti cucurbitulam admoueto.ſi præterea coxendices genuaue dolitent,ſpirituſue anguſtia moleſtet,uel quicquid horũ fiat,diſcutit. Lippienti morboue oculorum laboranti defluxu uentris corripi optimum eſt. Neruorum dolore, conuulſione ſpaſmoue,diſtentione, tetanoue correpto ſi febris ſuperueniat,diſcutit.Conuulſio ſpaſmoſue ſi febrienti ſuperueniat, die eodem

Sanguis naribus defluens.
Furoris maniæue liberatio.
Diuerſi affectus.
Cauſi ſolutio.
Tremor.
Surditas.
Subiti doloris medela.
Morbus aquæ ſubter cutem.
Pitnita alba.
Ventris fluxus.
Hileos.
Dolor capitis.
Lippitudo.
Spaſmos.
Tetanos.

eodem uel postero uel tertio febrem discutit. Cum quis manus pedesque distentus furit, si manuum uenæ saliant, uultus rubeat & ualidus sit, præcordia dura sint, morbus diu durabit, tametsi conuulsio spasmosue cesset. *Furor.*

Tempus siue quid aliud et hoc quod desideratur, nobis quemadmodum superiora subtraxit, quamobrem siquid plusculum in hac re probe lector cupias de Hippocrate petito. *Desiderantur hic plurima.*

HIPPOCRATIS DE DIEBVS DECRETORIIS LIBER SERMOVE SEPTIMVS ET QVADRAGESIMVS

m Agnam equidem huius artis partem esse duco, quæ recte scripta sunt posse contemplari, mens enim quicq; his utitur, si rite ea teneat, mihi uidentur in hac re non posse magnopere falli uel deerrare. Nā in primis sedulo necesse est scire & cognoscere qui temporum status uigeat tempestasue, qui morbi, boni maliue, periculosi ne uel longi uel mortiferi, sit ne hoc in temporum statu tempestateue, uel in morbis ipsis, quod mali, quod mortiferi, quod longi sint, si longi, num ne languens superfuturus sit, si graues, num ne letales uel contra. quare seriem ordinemue decretorium dierumq; eorum notas cumulate de his obseruare cō templari prædicereq; poteris, quosq; & quando & quomodo nutricare debeas. Maximum ergo potissimumq; signum est languentium qui uicturi sunt, cum febris ardens causosue morbiq; cœteri præter naturam non uexant, nihil enim graue periculosumue nec mortiferum fit in iis, quæ secundum naturam modumue naturalem procedunt. Secundum autem est, cum tempestas ipsa tē pusue anni morbum non oppugnat coadiutatue, nam hominis natura totius uim plærunq; non superat. Præterea si uultus & quæ circa sunt, emaciantur, manuumq; uenæ quæque in oculorum angulis sunt, ciliis, fronte, temporibus quiescant, cum antea non quieuerint. si Languentis uox locutioue languidior exiliorue sit, si spiritus & anhelatio lenior extenuatiorq; sit. si diem sequentem morbus remittat. Hæc etiam obseruato, quæ ad decretoria faciūt, Num ne in carnali bifurculoue linguæ tanquam alba saliua remaneat, summaue linguæ parte, nā & illic hoc fit sed minus. Si uero hæc minora uel extenuatiora sint, tertio die morbus deferet remittetue. si crassiora, secundo, si crassissima, primo. Deinde hæc in oculis obseruato, si morbus per exordia ualentior uehemētiorue est, oculorum album nigrescit, quod si purum sit, perfectam certamue

Potissima huius artis pars. *Mens quando non fallitur.* *Prima morborū obseruatio.* *Secunda.* *Tertia.* *Lingua salinosa.* *Oculorū notæ.*

sanitatem portendit, si parum clarescat, tardiorem, si multum, celeriorem.

Morbi graues acutiue unde.

Morbi uero graues acutiue bile gignuntur, cum ea iecur petit, caputq; repercutit, primoq; iecur turget, deinde præcordia, caput temporaq; maxime dolitant, auresq; surdescunt, crebroq; oculi hebetantur, horrorq; & febris supercapit. hæc quidem per morbi principia fiunt, nam quandoq; cessant & intermittunt, quandoq; uehementius, quandoq; lenius corripiunt, quoq; morbus magis processit, tanto magis corpus dolet, speciesq; & acies pupillæq; oculorũ disperguntur, cæcutitq;, siue sublustrum & tanquam sub umbra fulgorem cernit, digitumq; si oculis admoueas, non cernit, sentitue, cum non uideat, quod sic deprehendas, quoniam digito admoto nihil conniuet, quisquiliasq; uillosq; in stragulis captat pediculos esse ratus. Cum uero iecur in præcordia reiectat redundatue, ualde desipit deliratq; præq; oculis uaria animalia ferasq; sibi cursitare uidetur, quandoq; homines armatos, seq; cum illis pugnare, tanquamq; hoc uideat, sic loquitur, prosilitq;, siquisq; non sinat, minitatur, si surgat, crura tollere nequit sed cadit, pedes uero semper frigent, cũ dormit, prosilit, horrendaq; & formidolosa uidet insomnia, quod autem per insomnia & uisa prosiliat terreaturq;, hac re dignoscimus, ꝙ cum resipit, quæ fecit narrat, quidem & hæc patitur quandoq;, diem totum & noctem non loquitur multũ spirans anhelansq;, cum uero resipit, siquis eum interroget recte respondet, cunctaq; intelligit quæ dicuntur, recognoscitq; dicta, deinde paulopost eodem recidit. Qui morbus potissimum corripit, siquis peregrinetur, desertũ ue solus peragret. corripit & aliter. Tetani uero distentionesue neruorum duo tresue sunt, qui si in uulnere fiant, sic afficiunt, maxillæ tanquam ligna cópinguntur & cohærent, os nequit aperire, oculi crebro lachrimant & contrahuntur, frons, ceruix, scapulæ rigent, manus, spinam, crura flectere nequit. Cum uero mortalis est, cibaria & pocula quæ sumit, per nares quandoq; prosiliunt. Distentio autem neruorum in posteriora Opisthotonosue per eadem & plura molestat, qui tunc corripit, cum nerui ceruicis afficiuntur, qui uel angina uel uua uel faucibus tonsillisue purulentis afficiuntur. quibusdam autem & de capite hoc uenit. quandoq; spasmos conuulsioue post febrem superuenit, quin & aliquis præ uulneribus in posteriora distenditur distrahiturq;, scapulæq; rigent præ dolore, pectusq; murmurat. quidam autem tam uehementer conuellitur, uti qui adsunt, uix quin de cubili cadat, tenere possint. Tetanosauté distentioue neruorum recta mortalis minus est ꝗ̃ superiores, qui de iisdem causis fit, similiterq; corpus totum conuellitur. Causos autem febrisue ardés prædictis similiter non fit. quæ suapte natura talis est, uti cum simul inuasit, accendat, multaq; siti hominem enecet, feruoreq; uehemẽti molestet, lingua exasperata dehiscat, per exordia lutescat coloreue luteo sit, uti consueuit, morbo autem & tẽpore procedente nigrescat. quæ si per exordia nigrescat, celerius decernit, si postea, tardius. Coxendicum uero dolores Ischiadesuæ plerisq; his potissimum

Cæcutientis signum. *Præ oculis quæ cursitare uidentur.* *Somnia quæ uexent.* *Morbi huius causa.* *Tetanos quotuplex.* *Opisthotonos.* *Spasmos.* *Tetanos.* *Causos.* *Ischias.*

potiſſimum cauſis gignuntur, ſiquis multum ſub ſole uadat, coxendiceſq; ſeu iſchia caleſiant, humorq; horum articulorum ſicceſcat præ calore, ꝙ autem ſicceſcat & cogatur magno hoc argumento ſit, Nam langués præ dolore hos articulos flectere dimouereq; nequit, ꝙq; ſpinæ uertebræ rigent & conſtringũtur, uti conflectere nequeat, magiſq; lumbos & uertebras quæ ſunt ex obliquo & regione coxendicum dolet, genuaq;, plurimumq; tempus dolor in inguinibus conſidet, quin & in coxendicibus grauis & æſtuoſus ſiſtitur, ſiquiſque eum erigat moueatue, præ dolore maxime gemit & dolet, quandoq; & conuulſio ſpaſmoſue ſuperuenit, griguſq; & febris, nam hoc bile fit, quãdoq; & ſanguine, ſimileſq; dolores ab omnibus his fiunt, quandoq; frigus febrisq; non uehemens ſupercapit. Quare ſic qui hoc morbo laborat curandus eſt. *Quæ curatio in omnibus codicibus deſiderabatur.* Morbus autem regius arcuatuſue ſeu Icteros grauis eſt, celeriterque necat, colorque malicorio uel lacerto uiridi ſimilis eſt, ſubterque lotium quid rutulum heruo ſimile ſidet, febriſq; & horror non uehemens uſq; habet, quandoq; ueſtimentum ſtragulumue non patitur, ſæpeq; intus mordetur lancinaturq;, temporeq; matutino plærunq; inteſtina cum ieiunus eſt, murmurant. cũq; quis eum erigit uel colloquitur, non ſuſtinet. Qui ſic habet, plærunq; ſpatio quatuor & decem dierum perit, quos ſi euadat, ſaneſcit. Pulmonis uero morbus peripleumoniaue ſiue Peripneumonia hæc facit, febris uehemens habet, crebroq; & calidum ſpirat, æſtuat, angitur, debilitatur, ſæpeq; ſeſe motitat, clauem pectoris iugulumue, mammas, ſcapulas dolitat, quid graue in pectore eſſe uidetur, quandoq; delirat, quandoq; non dolet, cum non tuſſit, cum enim tuſſit, dolet, quod diuturnius & moleſtius eſt. primo candidum ſpumoſumq; ſpuit, lingua flaueſcit rutuleſcitue, tempore uero procedente nigreſcit. ſi uero per exordia nigreſcat, citius liberatur, ſi poſtea, tardius. poſtremo autem lingua dehiſcit. cui ſi digitum admoueas, hæreat, morbi liberationem portendit. quemadmodum in laterum morbo Pleuritideue. Quæ patitur cum minimum quatuor & decem dies, cum plurimum unum & uiginti. quod tempus ualde tuſſit, cũq; tuſſi purgatur. primo quidem ſpumoſum & multum ſpuit, ſeptimo autem & octauo cum febris uiget, Peripneumoniaq; pulmoniſue morbus humidus eſt, craſſius. ſi minus non. nono autem & decimo ſubluteum & ſubcruentum. duodecimo uero quartũ & decimum uſq; multum purulentumq;. Qui uero ſuapte natura corpore humido ſunt, magis uexant̃. qui ſicco, minus. Satis iam de decretoriis diebus diximus. Febres autẽ omnes ferme decernunt, quintanæ, ſeptimanæ, undecimanæ, ſeptem & decimanæ, unæ & uigeſimæ. quæ uero graues ſunt & acutæ, trigeſimæ, deinde ſexagemimæ, quæ aũt numerũ hunc ſuperant, longiores ſunt.

Iſchia. *Icteros.* *Peripneumonia.* *Pleuritis.* *Peripneumonia.* *Febrium decretoria.*

HIPPOCRATIS DE POTIONIBVS MEDICIS LIBER QVADRAGESIMVS OCTAVVS

Quæ in potionibus medicis obseruanda.

P Otiones autem medicas siquis rite præparare uelit, hanc uiam teneat, primum quidem loci cœlum aeremue in quo languens fuerit, tempus anni tempestatemq; tunc uigenté, naturam, consuetudinemq; languentis & morbi scire cognoscereq; contendat, deinde res quas porrigendas censuerit, earumq; uires consideret. nam si hæc prudenter pensitent, nũq̃ fere q̃tũ in medico erit, languens periclitabit.

Cætera in exemplaribus quæ in manibus habueramus, desiderabantur.

HIPPOCRATIS DE VERATRO HELLEBOROVE LIBER NONVS ET QVADRAGESIMVS

Quod summopere cupiebamus præstare non potuimus.

Q Vo pacto diligẽter prudenterq; Veratrum tam album q̃ nigrum in lãguentium utilitatem & usum præparandum temperandũq; sit summa cura & diligentia nunc trademus tractabimusq;.

De hac re plura non habuimus.

HIPPOCRATIS DE LAVATIONIBVS LIBER QVINQVAGESIMVS

Lauationesq; hæ desiderabantur.

Q Væ languentibus commoda & utilia sunt Lauationum genera, quoq; modo utaris, hic tibi dissertabo.

Quæ præterea loco huic adscriberemus, non fuit.

Hippocratis

GLANDVLISVE PER OMNIA MEMBRA LIBER HIPPOCRATIS PRIMVS ET QVINQVAGESIMVS

E Glandiis uero glandulisue per omnia membra sic habet. natura quidem earum spongiosa est,quæ pingues & raræ sunt,quandoque carunculæ uidētur esse similes cœtero cor pori.tamen nullæ corpori similes sunt,sed cineris colore, raræ,siccæ,friabiles,uenularum plenæ,quas si seces, san guis albus,pituitæ similis multus defluit.molles tactu sicu ti lana sunt,quas digitis si ualde teras & frices, oleosum hu morem multum emittunt,dissoluunturque & conteruntur,nec ualde dolent,sed cum corpore cœtero afficiunt afficiunturue. Cum uero peculiari suoque mor bo laborant,cum cœtero corpore paulū uexant,sed hi morbi propterea fiūt inde tubercula phymataue,strumæ chœradesue seu scrophulæ,corpusque ignis febrisue habet,quod ideo illis euenit,quoniam de corpore cœtero per multas uenas cauas sanguinisue capaces,quæ in eas tendunt,humorem facile trahunt, quo complent. Qui humor fluctioque sic tractus multus & morbosus si sit, cor pus reliquum glandia glandulæue ad sese contrahunt, simulque & afficiunt & afficiuntur,sicque ignis febrisue accenditur, glandiaque tumēt & inflammantur. plurima siquidem glandia glandulæue sunt in corpore, sed magis & maiores in cauis locis quam in articulis. quæ de locis sanguinolentis humorem sanguino lentum ad se trahunt. quæ quidem tanquam de superiore loco defluentem suscipiunt,trahuntque,quæ tanquam in articulis creatā doloribus laboribusue & morbis humiditatem satis magnam copiam in articulis suscipiunt, quam quidem articuli emittunt & emittere possunt. Sic in corpore nihil uescū fun gidum & inane est, & si fiat, subito discutitur,nec superfit, nam multum pau culumue si fiat,in glandia recuruatur, transilit & absumitur,sicque glandia tan quam lucrentur, corporis cœteri humiditatis copiam superabundantem susci piunt,qua coalescunt.quare ubi mollia, huda & cenosa sunt, ibi & glandia. signum autem hoc est, Quoniam ubi glandia sunt, ibi & pili, Natura siqui dem glandia & pilos facit,horum locorum purgamenta, quæ utraque eundem usum necessarium capiunt. hæc quidem quod superfluit, pili uero de glan diis opportunum fluorem suscipiunt. pili uero rata superflui humoris in ex tremas partes, affatim prorumpentis portione & copia pullulant, fruticant,

Glādulæ quales.

Sanguis albus de glādulis manat.

Phymata,chœrades.

Qua parte sint glandulæ.

d

crescunt. Qua uero corpus siccum est, ea nec glandia nec pili sunt. tenera quidem loca continuo labore & exercitatione commota & agitata & humida & glandia & pilos habent. Secundum autem utranque aurem ac utrinque uenæ iugulares faucium & ceruicis & glandia & pilos habēt. sicque in utrisque axillis & glādia & pili sunt, Cumque axillis æquo modo inguina & glandia & pilos habent. nam hæc loca toto corpore caua sunt, superfluique humoris facilia promptaue conceptacula. præ cunctis enim quæ in corpore sunt hæc maxime & laborant, defatigantur & agitantur. cœtera uero quæ glandia habent, sicuti uiscera & intestina, nam & hæc glandia habent sed maiora, non pilos tamen, sicuti omentum, nam in terræ palustribus, cenosis uliginosisque locis semina sata non pullulant nascunturue sed nimio humore illic strangulantur putrescuntque, semen enim illic uim patitur. Copia quin etiā multusque humor uisceribus & intestinis uim infert, pilosque emittere non sinit, maioraque glandia nusquam alibi sunt corpore toto, quæ per intestina & uiscera uliginem sorbendo uagantur & crescunt. nam uiscera & intestina humiditatem de uasculis fluentem suscipiunt & in omentum reiectant, omentum autem in glandia. Habent & renes glandia, nam hi multa humiditate satiantur complenturque, maioraque fere hoc loco glandia sunt quam alibi, humor enim superfluens a renibus non sorbetur, sed in uesicam quæ inferior est, defluit. quare siquid quicquidue glandia de tubulis fistulis & uenis lucrantur suscipiuntque, ad sese trahunt & retinent. Sunt & aliæ in corpore glandulæ sed admodū paruæ. Quare sermonem hunc meū nolo longius de proposito deerrare discedereue. nam propter alicuius momenti glandulas & periculi hæc suscepta descriptio est. Nunc igitur ad superiora oratione redibo, deque ceruicis & faucium glandulis dicam. siquidem fauces glandulas utrinque habent, quæ & Tonsillæ Paristhmiaue dicuntur, quæ profecto sunt ad hunc usum comparatæ, caput siquidem cauum & rotundum superiacet, humoris totius corporis superfluentis & nimii conceptaculum, nam exhalationes omnes supra corpus in caput mittit, quas rursus caput in corpus reiicit. quod enim superfluit, ubi sedem non habet, manere non potest, nisi caput laboret. quare sese cohibet, humorisque attractionem afficit, ac in glandulis ea fluctio conuertitur, fluentūque illud nihil molestat, donec modicum est, glandiaque superant. nam si multum & acre superfluat, sicque ac glutinosum permaneat, inflammat, faucesque turgescūt ceruixque, & contenduntur, in auresque reiiciunt, partesque siquidem utræque laborent, aures utrasque afficiunt. si tantum altera, tantum & alteram aurem uexāt. sin autem ea fluctio pituitosa multa pigraque sit, hoc etiam modo perflammabit. Quæ perflammatio cum fluentum illud humidum statarium pigrumue fecerit, in strumas chœradesue seu scrophulas conuertitur. quod longæ ceruicis colliue peculiare uitium & malum est. Quod & in axillas confluit, cūque multum fuerit, sanies illic acris cogitur, tuberculaque phymataue sic suscitant. non minus & de superioribus locis humoris in inguina descendit, quod cum multum

Sata ubi non nascuntur.

Viscerū glandia magna sunt.

Renum glandia.

Tonsillæ paristhmiaue.

Caput quale.

Quando glādia uexant.

Ceruicis lōge peculiare hoc malum est.

multum eſt, inguina tumere facit, inflammare & ſuppurare, quemadmodum & in ceruice & in axillis fecit. quæ & bona & mala præbere uidentur. Et hæc quidem de his ſatis ſint. præterea uiſcera & inteſtina cibo potuq; plurimum ſatiantur complenturq;, humoremq; etiam, qui ſub cute eſt, ſuſcipiunt, qui omnis illic ſicuti ſuperiores ſinuatur & protuberat, morbos tamen fere nunquam creat, quemadmodum humor, qui in articulis eſt, crebræ nanq; & planæ & explicatæ glandulæ non cauæ curuæue in inteſtinis ſunt, fereq; nunquam altera magis q̃ altera ſorbet, maiorq; eſt, uel eſſe poteſt, ſed in articulos paulum quid ſi confluat, tolluntur & protuberant. tamen horũ æqualitas in capite eſt, nam & caput glandulas habet, cerebrum glandulis ſimile, cerebrum enim album, fungidum non ualidumq; eſt, quemadmodum & glandulæ ſunt, boniſq; his glandulas afficit. cum tale ſit, quale dictum eſt. nam uices reddit, ſiquidem humiditatem aufert, maioremq; eius partem ad poſtrema mittit, copiam uero maiorem mittit, quia cerebrum maius eſt q̃ cœteræ glandulæ, maius enim eſt, quoniam in latiore loco capitis degit, morboſq; & maiores & minores creat q̃ cœteræ glandulæ, maioreſq; eius pili ſunt q̃ cœterarum glandularum. morbos autem facit, cum ad inferiora ſuam abundantem copiam demittit. Nam de capite tanquam decretorii fluores manãt per oculos, per nares, per aures, tres enim hi meatus fluoresue naturales capitis ſunt, qui ſemper naturæ lege rituue manant. ſunt & alii fluores per palatum in fauces deinde in uentriculũ ſuperiorem ſtomachonue, per uenas alii in ſanguen, ſpinæ medullam. Qui omnes ſeptem ſunt, qui mala moleſta cerebroſq; humores demunt, quos niſi demant, protinus in eo morbi crearentur, ſicq; in reliquo corpore. Quidam autẽ interiora non exteriora ſorbent, ſibiq; moleſtiam maximam creant, quod ſi acre permaneat, cerebrum deſtillationem demittit, quæ cœteras fluctiones conſumit, & ad ſeſe trahit. quodque ſuperuenit ſi multum eſt, non ante profluuium ſiſtitur, q̃ defluens copia conſumatur, parſq; emittatur, pars intus remaneat, quæ ſemper creſcit, ſuumq; ſimile petit & illic conſiſtit, humoreſq; trahit, morboſq; creat, qui naturam debilitant. quæ ſiquid uehemens & uiolentum patitur, magnopere afficitur. Mala uero naturæ ſi multa ſunt, meatus prædicti fluoresue uix ferunt. quodq; ſuperuenit, ſi præter rationem magnum & non conſuetum eſt, auerſantur, lancinanturq;, cerebrumq; ipſum detrimentum capit, morboſumq; redditur. quod ſi lancinetur, plurimum perturbatur & agitatur, menſq; ipſa deſipit & afficitur, cerebrumq; ipſum totum hominem conuellit, ſecumq; trahit. qui tunc nihil ſapit nec cogitat curatue, ſed fere ſtrangulatur, malumq; creatur, quod Sideratio Percuſſione ſeu Apoplexia dicitur. Sed ſi quod defluit acre non ſit multum tamen, & hoc afficit, menſq; conturbatur, uariaq; cogitat, prout fluor ille uarius fuerit, morbumq; hunc infert, qui ridiculis & uariis imagunculis homines agitat. Sed ſi fluor ille oculos petat, Lippitudines cœteraq; oculorum uitia creantur, pupillæ tumeſcunt. Si uero nares petat, naſus

Viſcerũ mala unde.

Glãdia inteſtina qualia.

Cerebrum glandula eſt.

Septem capitis meatus fluoreſq;.

Stomachus.
Venæ.
Sanguen
Spinæ medulla.

Morbi naturam debilitantem.

Syderatio apoplexiaue.
Morbus imaginoſus unde.
Lippitudo.

Purulētæ aures. lancinatur, nihilq; grauius aliud patitur. meatus enim huius lati sunt, sibiq; succurrunt. præterea siquod de cerebro defluit, procul ab ipsis naribus aures petat, quarum meatus tortuosus & angustus est, diutius illic permanet, cerebrumq; cum illis proximum sit, afficitur, quod cum affectum est, continuũ fluorem in aures demittit, qui cum illic putruit, pus olidum emittit, quod & aliquatenus oculi præseferunt, si per posteriora spinæ medullam hi defluxus petant, mortiferi non sunt fere, si uero per palatum in uentriculũ descendant, quantamuis copiam uterq; uentriculus capit, quam si demittant, morbus nullus inde gignitur, sed si pituita diutius in inferiore uentriculo maneat, conuoluulus hileosue concipitur. palatum etiam per fauces curculionemq; magnamue arteriam in pulmonem fluentum demittit, quod si multum sit, diutiusq; illic maneat, tabifici morbi phthinodeesue creantur, pulmoq; pituitæ completur, pusq; inde gignitur, quod pulmonem consumit, languentesq; fere nũquam euadunt, Mediciq; mens si bonus, acer & dexter est, causam disquirit concipitq;. morbus hic etiam quandoq; capitis destillatione spinæ medullam uenasq; petit, sacrumq; os podicis petit, coxendicumq; acetabula, tabemq; phthisinue creat, languensq; hinc & hinc marcescit, liquiturue siue tabescit, uiuereq; non uult nequitue. confestim namq; scapulæ, coxæ, crura, pedes afficiuntur laborantue, sicq; sensim longo tempore tametsi curentur, omnino pereunt. maloq; huic nihil opitulatur, sed hi sensim liquescunt, & moriuntur. De capitis quidẽ glandulis destillationibusq; hæc mihi dicta sunt. Mala etiã cerebri alia sunt, uti desipiẽtia, furor, insania, quæ cuncta periculosa sunt, creanturq; cũ cerebrũ affectũ est. Præterea & aliæ glãdulæ in pectore sunt, quæ Mãmæ dicũtur, quæ turgẽt lacq; creãt cõcipiuntq; sed fœminis tantũ, homines enim lac nõ habẽt. Mulierũ quidẽ & corporis & glandularũ natura rara, fungida fluxaq; est, quicquid nutrimẽti sumit, totũ ferme lac conficit, quin & de locellis ipsis post cõceptũ partũq; nutrimentũ cõceptus partusq; in mãmas ꝓficiscit, quod omentũ cõpressum & ab ipso fœtu angustatũ in superiora mittit. Maribus quidẽ & loci angustia & corporis densitas confert ne glãdulæ mãmæue magnæ nimis fiant, marium enim corpus quid densum, ualidũ uisu & tactu est. Mulierũ uero cõtra, quoniã molle rarũq; est, humiditatẽ nõ emittit. marinũ uero corpus cũ densum cõpactũq; sit, nihil tale suscipit, laborq; & exercitatio corpus eius corroborat ualidũq; reddit, qđ si quid sup̃fluũ eo corruat, quo suscipiat & cõtineat, non habet. sicq; ratio eadẽ cogit, & pectora & mãmas corpusq; reliquũ feminis rara, fungida, mollia, nõ ualida eẽ ꝓpter desidiã & antedicta. Viris aũt cõtra omnia ueniũt, nã sup̃fluã corporis totius humoris copiã & cõsumũt & emittũt. cõtra omnia in feminis demõstrant. quibus cum morbus uel alia calamitas uenit, mãmæ uoxq; afficiuntur, hudaq; uentriculum petunt, proptereaq; multũ spuunt, caputq; dolitant, iisq; de causis morbosæ sunt. nam quod de locellis uenit, lacq; sup̃fluens cũ superiora cõceptacula nõ habet, quo suscipiat & emittat, primis corporis uisceribus cordi pulmoniq; occurrit, & strangulat. De locis

Palati destillatio.

Tabes.
Pulmo qui consumatur.
Medicus causam quærat.

Phthisis.

Cerebri alia mala.

Mammæ.

Locelli conferũt fœtui.

Marium corpus quale.
Corpus maris et feminæ quale.

DE LOCIS IN HOMINE HIPPOCRATIS LIBER SECVNDVS ET QVINQVAGESIMVS

Ihi profecto uidetur nullum esse corporis principium, sed omnia æque & principium & finem esse, nam ducto de/scriptoue circulo nullum eius principium inuenitur, Simi literq; morborum de corporis omni parte uenientium. Corpus enim suapte natura siccum morbis magis obuium est, magisq; in morbis laborat, minus uero humidum, ma lum enim quod in corpore sicco est, compingitur con/stringiturue, locoq; uno quiescit, quod aũt in humido, perfluit, modoq; hanc corporis partem occupat habetue modo illam, semperq; sese motitando quietem ducit datue, citiusq; sedatur, tanquam non compactum constrictumue. quod autem compactum est, modo hinc modo illinc singula corporis mem/bra petit, morbumq; facit statim, sicuti uentriculus capiti, caput carni uentriculoq;, cœteraq; cuncta sic & eadem ratione fiunt, quemadmodum uentriculus capiti, caput carni uentriculoq;, Cum enim uentriculus modice non de/mittit, semperq; intret & contineatur, humiditas cibis & potionibus ingestis contracta corpus irrigat, quæ cum multa est, uentriculoq; sæpta retentaue, caput petit, quo cum peruenit, capitisq; uasculis non capitur, quolibet per caput fluit, perq; tenue ossiculum in cerebrum penetrat, parsq; eius ossiculũ intrat remanetq;, pars circa cerebrum per tenue ossiculum uagatur, quæ si uentriculum repetat, morbum illi facit, si quolibet perfluat, morbum alium fa/cit, cœteraq; uario modo uexat. Sicq; mala per ea quæ morbos inferunt, rite digerere poterimus, quisq; enim morbi principium optimi facileq; curabit, corpus enim semper idẽ est, iisdemq; constat. simili tamen modo & parua eius membra & magna & superna & inferna inter sese non habẽt, nã siquis minimã corporis partẽ malo aliquo afficiat, corpus totũ sentiet, quãtulũcũq; sit, pro/pterea qđ minima pars omnia habet, q̃ maxima portioq; eius minima paruũ quantũuis si patiať, quãprimũ hoc ad suã cognationẽ gentilitatemue defert, bonũ malumue fuerit. propterea corpus præ cognatione cuiusq; etiã minimi & dolitat & lætatur. quoniã in minimo partes omnes sunt quæ in maximo, ac ea quodq; ad sua defert & omnia nunciat. Corporis enim natura rationis in medica arte principiũ est. primũ quidẽ foramina sunt, per quæ audimus, loca nãq; uacua, quæ circa aures sunt, nihil aliud audiunt q̃ʒ uocẽ, strepitũ, sonitũ, clamoremue, siqdẽ quod per membranã in cerebrũ penetrat, liquido auditur,

Membra hominis qualia. *Corpus siccum quam humidum morbosius est.* *Corpus quale.* *Corpus humanũ medici materia est.* *Auditus.*

Odoratus.
Nariū qualitas.

nam solus meatus est foramenue membranæ cerebrum inuoluentis circundan tisue qui in cerebrū tendat.nares aūt uersus nullū foramen est, cum sit earum natura spōgiosa,fungida,uespetisq; similis,propterea plus audimus q̄ odore/ mur,plus enim odor spargit̃ q̄ odoratio. Præterea in oculos eorumq; aciē quædā tenues uenulæ de cerebri membrana tendunt, quæ purissimo humore de cerebro descendēte oculorū aciē pascunt,qui & in oculis comparet, quæ uenulæ cum siccescūt,oculorū aciē perdūt & extinguūt. Tres præterea mem branæ tuniculæue oculos circūuallant,custodiūt & conseruāt, supior crassior est,media tenuior,tertia tenuissima,quæ humorē conseruat. quarum superior quæ crassissima est, cæcitatem infert, Media & ipsa periculosa est,cū frangi/ tur,quædā enim sicuti bulla uesiculaue protuberat,Tertia quæ tenuissima est quæq; humorē cōseruat,& ipsa periculosa est omnino. Cerebri uero tunicæ membranæue duæ sunt,superior quarū crassior est, quæ uero cerebrū tangit, tenuior.quæ si uulnerentur,non coalescunt,nec eædem permanent.Præterea uenulæ quædā per carnē uerticē petunt penetrantue,quæ ossiculo cohærent. per carnēq; aliæ tendūt,duæ quidē de uertice recta qua supercilia cōmittunt̃ & in oculorū angulos desinūt,unaq; de uertice in nares fertur, illicq; in utrāq; chartilaginis partem scindit̃.Duæ aliæ uenæ secundū tempora feruntur inter aures & tempora,quæ oculorū aciē premunt,semperq; saliunt, quæ solæ san/ guinem non habent, sanguis enim ab illis regreditur,qui superfluenti sanguini occurrit prægrediq; nititur, quod ille non patitur, sic inter sese concurrendo uenulis pulsum præbent.Species autē uisusue siue oculorū acies humore qui de cerebro fluit,pascit̃,cū uero plusculū de uenis capit, fluore eo pturbatur, in seseq; esse non uidetur,præq; oculis cursitare agitariq; uidētur modo auicu larū effigies simulacraue modo lenticulæ nigræ, quæ uidendi facultatē impe diant,ac quædam alia.Duæ uenulæ inter aures uenasq; alias in aures feruntur, quæ aures premunt.Duæ uenæ aliæ de ossiculi coniunctione in auditiones fe runtur.Quædam autem ad corporis inferiora cōuertuntur. Duæ quidē uenæ secundum ceruicis neruos tendunt, quæ secundum spinæ uertebras in renes feruntur & in testes penetrant,quæ cum afficiuntur, cū difficultate cruentūq; lotium prodit. Duæ uenæ aliæ de uertice in humeros tendunt, quæ Hume/ rales dicuntur. Duæ uenæ aliæ de uertice in utranq; colli partem anteriorē in eam uenam quæ caua dicitur, deferuntur,quæ caua uena inter palatum & curculionem & per præcordia corq; transit,in inguinaq; & coxas interiore parte scinditur, tibiasque & talos petit,quæ si secetur, hominem infœ/ cundum reddit, quæ & in pollices decurrit. Quædam uena etiam de uena caua in manum sinistram peruenit, quæ sub lienem & sinistram ilium partem qua lien omento committitur, defertur,& in uentre desinit, quæ cum descendit, secundum præcordia transit, humeraliq; uenæ occurrit,sub uentriculo & liene scinditur.similiter & alia uena de caua uena in manū dex/ tram

Species aciesue quo pascatur.
Tres oculorum tuniculæ.

Duæ cerebri tunicæ.
Venulæ capitis.

Quæ imaguncu las præ oculis cursitātes creāt.

Venarū digestio.

tram peruenit. Cunctæ quidem uenæ inter sese communicant, confluunt & concurrunt. quædam per sese, quædam per uenulas quæ de maioribus uenis proficiscuntur, Quæ carnem pascunt, nam hac uia inter sese confluunt & concurrunt. Cum autem de uenis malum uenit, humor qui in uenis est, perfluit, quæ uenæ non quiescunt, de neruis etiam perfluit, sed non tantum. nam uenarum & carnis natura humida est, nerui uero sicci & caui sunt ossibusq; cohærent, maiorq; eorum pars ab ossibus pascitur, quin & carnibus aliquatenus nutriuntur, coloremq; & robur de carne & ossibus nanciscuntur, humidiq; magis q̃ ossa sunt, carnosiq; magis sicciq; & ossei sunt magis q̃ carnes. propterea quodcunq; malum in eos penetrat, eodem roboratur & persistit, nec facile discutitur, præsertimq; distentiones tetaniue in eos penetrant, cœteraq; quæ corpus quiescere non sinunt, tremereq; cogunt. Nerui quidem articulos omnes ligant, continent & premunt, per corpusq; totum tenduntur, corpusq; robustius & ualidius reddunt, semperq; carnosissimi illic sunt, ubi carnis minus est, corpusq; totum neruorum plenum est. Circa uultũ autẽ caputq; nulli sunt, sed fibræ neruis similes, medium locum inter carnem & ossa tenentes, quæ & si tenuiores, robustiores tamen sunt. Capita uero quædam suturas tres habent, quædam quatuor. quæ uero quatuor habent, secundum aures utrasq; habent, unam in capitis anteriore parte, alteram in posteriore. sic quidem caput quod suturas quatuor habet, diuiditur. quod uero tres habet, secundum aures utrasq; & capitis anteriore parte habet, in posteriore nullas. quod habentis quatuor est. Magis præterea sani capite sunt qui plures habẽt. Coniunctiones nodiue siue iuncturæ articulorum & ossium sic habẽt. Super cilia uero quoddam osliculum committit, maxillarum iunctura in mento medio est superior in utraq; capitis parte. Quidam uertebras plures habent, quidam pauciores. qui uero plures, duo de uiginti habent, quarum una quæ in superiore parte est, capitis sedes est. quæ in inferiore sedis firmamentũ. Costæ septem sunt, quæ in posteriore parte uertebris committuntur, parte autem anteriore in pectore inter sese connectuntur. Claues uero nodos habẽt, partim in pectore medio secundum curculionem illicq; committuntur, partim humeros uersus scapulasq; reclinantur, semperq; illic humeris hærent. Scapulæ uero pectoris alueo posteriori committuntur, quæ humeros uersus in ossiculum, quod in alueo est, iaciuntur. & ab hoc ossiculo duæ aciculæ radiiue protenduntur, una foras, altera intro, quæ ad scapulas ossiculo cohærẽtes subter cõmittũtur in cubiti parte interiore sub cauo illic ossiculo paulo infra cubiti aciculã peronenue partẽ interiorẽ uersus in quã cõmittuntur, ubi ossiculum & aciculæ cõcurrunt ac in cubiti postrema parte cõmittuntur, nodumq; & coniuncturã cubito faciunt. secundum uero cubitũ quatuor aciculæ tenues ualde protenduntur, duæ subter cubiti partẽ interiorẽ uersus, duæ aũt in superiore parte ossiculo cõnectuntur, quæ cũ ossiculo cohærẽte secũdũ ipsius ossiculi

Neruorum qualitas.

Nerui ubi non sunt.

Capitũ suturæ.

Supercilia.
Maxillæ.
Vertebræ.

Costæ.

Claues iugulũue seu torcillæ pectoris.
Scapulæ.
Peronæ aciculæue siue radii.

Quatuor aciculæ.

articulum cubiti partem poſtremam uerſus committuntur. quæ ſubteriacent ac intro reclinantur. quæ utræq; concurrentes ſuperiorem aciculam uerſus quæ de alueo fertur, intra alueum committuntur, ac eam quæ acicula uocatur, inter ſeſe concurrentes in interiore cubiti parte poſtrema faciunt. ſubter uero manum oſſiculum uerſus articulum habet, cui cum mollis & tenella ſit, aciculæ committuntur. duæ quidem in articulum non prodeunt, ſuperior autem & inferior cum oſſiculo manum uerſus committuntur. Manus uero multos habet articulos, ſingula enim oſſicula quæ in iis inter ſeſe concurrũt, articulum faciunt. Digiti plures habent articulos, tres unusquisq;, unum quidem inter unguem & iunſturam, alium in iunſtura qua digitus flectitur, tertium qua digitus manui committitur. duo autem articuli ſunt in coxendicibus, qui acetabula cotulæue dicuntur, coxæq; his committuntur, ſecundum uero coxas duæ aciculæ protenduntur, una intus, altera foris, neutraq; in articulum prouenit, ſed in oſſiculo in ipſa coxa figũtur. Coxa autem ipſa ſuperne acetabulo committitur, ubi ſic bipartitur, uti pars ea quæ in acetabulum mittitur & inclinat, rotunda, leuigata, puraq; ſit ſumma parte, pars uero quæ minor eſt, in bifurculo protuberat, ſecundumq; nates ſubter comparet, coxendixq; ſeu iſchion dicitur. Quin & genu coxæ oſſiculum uerſus bipartitur, quarum duarum partium tibia quæ uocatur tanquam in cardine commode connectitur, ſuperiori uero parti mola patellaue ſuperiacet, quæ in inceſſu humorem de carne deſcendentem ab articulo reiicit. Secundum uero tibiam duæ aciculæ protenduntur, quæ ſubter ad pedis talos finiunt, ſuperiore uero parte ad genu articulum non perueniunt. pedem autem uerſus in talis Tibia articulum habet, ſub taloſq; alterum. Pedes etiã plures articulos habẽt. Quemadmodum & manus, pariq; & numero & modo cum manibus digeruntur. Plurimi præterea in corpore ſunt articuli, non ſimili tamen modo in omnibus. ſed aliis alii. tamen hæc quæ ſcripſimus, ſimilia ſimiliq; modo in omnibus ſunt. uenulæq; aliæ in aliis ſunt, ſed nullius momenti. Mucci uero humores ue glutinoſi naturaliter in omnibus ſunt, qui cum puri ſunt & defecati, ſani ſunt & ualent, facileq; agitantur articuli, qui ſi luxentur, laborem & dolorem inferunt. cum de carne humor qui uexet, eo confluit. primum quidem articulus. iunſturaue cogitur, nam humor qui de carne eo confluxit, lubricus fluidusue non eſt, deinde cum multus ſit, articulum ualde protendit & tumefacit, nihilq; madefacit, de carneq; ſemper illuc defluens ſicceſcit, cũq; multus ſit, articulusq; eum non capiat, defluit. maleq; coactus neruos qui articulum conneſtunt, protollit, tumefacit & diſſoluit, proptereaq; claudicare facit, cumq; humoris plurimũ illuc defluxerit, multũ claudicãt, cum parũ, non adeo afficiũtur. Præterea uentriculũ eſculẽta potulẽtaq; intrãt, deq; uẽtriculo fibræ uenulæue in ueſicã tendunt, quibus humor liquatur colaturue, qui tunc ualde multũq; defluit, cum caro ualde refrigeratur uel calefit uel inflãmatur.

Perone aciculæ ue nera. *Manus articuli.* *Digiti.* *Coxendix.* *Coxa.* *Iſchion.* *Genu.* *Tibia.* *Pedum articuli.* *Muccus.* *Claudicatio unde.* *Ventriculi uenulæ quæ ueſicam petunt.*

Defluctiones

defluctiones uero frigore fiunt, cum caro uenæq; capitis carne horrente contenduntur & coguntur, humoremq; una cum carne exprimunt demittuntque, quæ caro & ipsa exprimit contra piliq; & capilli tanquam simul undiq; ualde compressi subriguntur, hincq; quod exprimitur quolibet defluit. calore uero defluit, cum calore rarefacta caro meatus & exitus fecerit, humorq; calore tenuetur. nam humor omnis calore tenuatur, tuncq; cedens defluit super inflammatione, tunc etiam humores defluunt, cum caro superinflammata humoris completur. quem cum non capit, quolibet demittit, donec meatus exitusue fluctionis comprimatur præ gracilitate. Quin etiam quãdoq; humores defluunt, cum corpus siccescit. nam corpus tanquam cum humore conueniens communicansue humorem suscipit receptatue, deinde quolibet agit emittitq;, corpusq; siccum remanet. quod facile est illi agere quo uelit humores, cum uacuum sit, præq; gracilitate tumescere capereque eum non possit. Præterea cum inferiora siccescunt, superiora humescunt, superiora enim uascula humidiora sunt q̃ inferiora, nam in superiore parte plures uenæ sunt q̃ in inferiore, capitisq; caro cũ minus humoris egeat, capitis humor facile quo uelit corporis siccitatem agit pellitue. nam faciliores patentioresue meatus aditusue sunt agenti q̃ acto. meatusq; ipsi hoc lucrantur, uti sicci remaneant. suapte enim natura quæ humida sunt facilius descendunt. paruula etiã si quædam necessitas uis & impedimentum his fiat. Septem autem sunt capitis humoris fluores, unus quidẽ in Nares, alter in Aures, tertius in Oculos. qui quidẽ patent, præsertim de capite in oculos. cum uero in pectoris alueũ deueniunt, quod præ frigore fit, in bilẽ illic uertuntur, magis autem in pectoris alueũ frigore humor defluit. quod facilis est fluor in curculionem gutturue, cum tectum clausumue non sit. Præ frigore uero biliosi hac de causa magis laborant & afficiuntur, quod caro cum illic fluor remaneat, non quiescit, sed concutitur. quæ concussa præsertim deambulatione molestiam parit. Purulenti uero fiunt, cum in pectoris alueũ humor defluxit & illic putrescit. Tabifici cum in medullam defluit. tabes quin alia fit, cum in spinæ uertebras defluxit. Cum in carnem, morbus aquæ subter cutem hydropsue gignitur, quod sic dignoscas, partes anteriores siccæ sunt, caput nares, oculi, qui hebescunt, luridi luteiue fiunt cum reliquo corpore, nihilq; spuit, etiamsi multum defluat, nã hic fluor per medias carnes & anteriores & posteriores defluit. qui si posteriora petat, anteriora siccat, posteriora uero humefacit, magisq; interiora secundum uentriculũ, extra uero scd̃m nares. ꝓpterea corpus magis extra quã intra durescit, meatusq; siue foramina firmiora & latiora habet. q̃ si sordibus claudãt̃, sibimetipsis opitulãt̃, cũ nihil hac defluat, latioraq; ĩteriora reddũt̃. q̃q; medio loco defluũt, tenuiora. fluor aũt utpote q de altioribus defluat, parua tenuiaq; habet q̃ opponãt̃, carnẽ humoris cõplet, q humorẽ cibi potusq; cõfluentẽ corrũpit, qui cõmistione hac corruptus qd̃q; cũ eo de capite defluit, corpus

Defluctio frigore magis fit.

Calore etiam.

Cur superiora humescant magis.

Septem fluoris descensus.

Biliosi cur frigore magis laborẽt.

Purulenti.

Tabifici.

hydrops.

Quæ mala hinc ueniant.

pascunt auctantq;,carnes uero nimio morbosoq; humore nutricatæ uigescunt pullulantq;,hydropisq; aquæue complentur. Si uero parum defluat, coxendicem ischiadaue pudendorumq; uitia creat.cum amplius non defluit, cumq; quod defluit,pusillum est,ac undiq; deiectum,ad articulos confugit.Quæ mala fiunt etiam cum hic morbus sanescit quidq; in carne relinquitur, quod nec intro nec foras prodire possit,quodq; cum exit,tubercula per cutem suscitat, quodq; cedit,petit,eoq; confugit,quod se recipit,articulos scilicet ac uel articulorum uel coxendicum morbum facit. Si uero nares contumescant, pituitæq; compleantur.quam constrictam uel medicamentis uel suffimentis extenuato,nec auertito,nam si auertatur, quicquid corripit comperitue, mutilat & lædit,præsertim si multum & magnum sit quod defluit. Cum autem aures petit,primo quidem uehementer decurrit,& laborem præbet,donec purescat,cum autem defluere didicit,consuetudinemue fecit, nihil amplius molestat.medicamentum huic sic dolenti natura calidum oleo amygdalino nepotoue subactum tepidum iniicito,postq; scapulas cucurbitulam admoueto, si dextram partem doleat sinistræ,si sinistram dexteræ, locumq; ne pertundito, sed solum attrahere sinito.qui dolor si his non sedetur, medicamenta naturaliter frigida nō calida infundito,potionemq; dato,quæ per inferna purget,per superna uero nō,quoniam uomere nihil opitulatur,cœteraq; refrigerato,semperq; modum sanitatem non facientem mutato.si uero peius faceret, contrario adhæreto.sin autem ad sanitatem tēderet,nihil mutato,nihilq; adiungito, nec minuito.si uero res ad fistulamentum suppuramentumue tenderet,multaq; sanies purulenta & olida deflueret,hoc modo huic facito, Medicamento siccante spongiam tingito & peruoluito, auditioniq; q̃maxime intro dato, naribusq; purgamentum admoueto, quo quæ in aurem defluunt,eo deferantur & reuocentur,ne in caput redeāt quæ morbosa sunt. Cum autem oculos fluor ille petit,oculi turgent & inflammantur.hunc liquido uel sicco medicamento insperso curato,sin autem subito inflammentur,nihil linito,sed q̃ maxime subter urito,uel medicamento aliquo subducito & extenuato,cauetoque ne uomat.si uero uti lapilli subter currerent,medicamento linito, quod plurimum lachrimare cogat,corpusq; reliquum madefacito.curatoq; uti perflammentur,humidioresq; subtiliores & extenuatiores oculi reddātur, lachrimásq; coagulatam demittant. Cū uero paulatim in oculos defluet,pruritumq; suscitabit,medicamento quod siccet paulatimq; simul lachrimas ciat,hunc linito, medicamentumq; naribus dato,quod paulatim non plusquam acetabuli mensuram educat,defluctionemq; oculorum siccet,sæpiat,retundat,in naresq; deducat.medicamenta uero ea totum caput purgant,quæ ualida sunt,quæ talia non sunt,de oculis nares uersus deducunt. Sin autem in carne & osse muccus humorue glutinosus est humorq; inter carnem & os in oculos defluat, quod sic dignoscas,caput si tentes tangasue,cedet,pustulosumq; deprehēdes, oculiq;

Cum nares tument.

Cum aures fluxio petit.

Cucurbitula quo loco in hoc dāda.

Quæ potio.

Cum oculi fluore uexantur.

Profluuium oculorum.

liq; non lacrimabũt, palpebræq; non ulcerabunt̃,nec lancinabunt̃,languẽsq; acutius cernet,quod fluor ille salsus nõ est,utpote q de cerebro nõ descẽdat, sed muccosus potius sit.hũc sic curato,medicamẽto non ualido caput purgato,corpusq; cibis medicamẽtisq; subducẽtibus emaciato,uti siccescat. qđ cũ feceris,medicamẽto naribus indito defluctio illa eo deducat̃,oculis uero nihil apponito.Sin autẽ ne sic qdẽ sanaret̃,caput ad os usq; recta secato pluribus lineis,si res poscat,uti q̃primũ fluor ille per eas defluat,quæ facile postea curabunt̃ sanabunt̃q;.Si uero res hoc pacto ad finẽ perducet̃,bene habebit. si minus,fulgoresq; semp præ oculis cursitarent,periculũ est ne assidue subluendo acies hebescat.quod abstinẽtia aliquatenus moderabitur. si uero purus humor uel cruẽtus & liqdus aciẽ petat,oculi acies rotũda nõ uidet̃ esse,quoniã cruentũ illud intus apparens impedit,facitq; uti rotunda nõ uideat̃,semperq; quid præ oculis cursitare uidet̃,nihilq; uere & pfecte cernit.huius uenas, quæ aciẽ premunt semperq; saliũt & inter aures & tẽpora sunt,urito,cũq; hoc feceris, ne qcquã in oculos mittãt,medicamẽta madefaciẽtia superponito,plurimãq; lacrimã educito,uti quod in oculis est,morbũq; facit, eluat̃. sinaũt oculus dehiscat,mollibus lenibusue constringẽtibusq; medicamẽtis utitor, cõstrictum ulcus uti in angustũ redigat̃,cicatrixq; tenus sit.cũ aũt oculi turgent,lacrimare succurrit. Cum quid in pectoris capsulũ alueumue defluit,bilisq; fit,quod hoc signo patet,quoniã ilia dolitant,clauisq; iugulumue qua ea dolitant dolore uexatur,febrisq; uenit,linguæq; superior pars lurida fit, concretaq; spuit, morbi uero huius septimano uel nonario periculum est. Cum autem utraque costarũ latera dolitant,pulmonis uitium est peripneumoniaue. Cum uero tantum alterũ,costarũ morbus est pleuritisue. quæ propter hoc fiunt, cum de capite per curculionẽ & arterias quid in pulmonẽ defluit,pulmoq; utpote cum spongiosus,fungidus,siccusq; sit,ad sese quicqd humoris põt,trahit,quo maior efficit̃,cũq; multum & ualde defluxit,fibræ eius crescũt, latusq; costarũ utrunq; pertingunt & lancinãt,pulmonisq; uitiũ peripleumoniãue faciũt. Cũ uero solũ alterũ,costarũ morbus est pleuritisue. sed pulmonis malũ periculosius est multo uehemẽtiusq;,præcordia,claues,ilia dolitant linguaq; multo luridior pallidiorue fit,præq; fluore fauces dolitant, uehemensq; lassitudo & labor corripit,spiritusq; angustia sextanũ uel septimanũ inuadit,nisi ualida febris septimanũ dimittat,perit,& strangulatur,uel utrunq;. si uero nonarium cum duos dies intermiserit,resumat,plærunq; uel perit,uel purulentus euadit. si duodecimanũ,purulẽtus fit.si quatuordecimanũ,sanescit.Nã qui pulmonis uitio uel costarũ morbo purulẽti fiunt,& nõ pereunt,sanescũt. purulẽti uero plærunq; fiunt,cum sicuti biliosis defluit,sed biliosis multũ defluit,cũq; defluxit,cessat.purulẽtis uero minus defluit,sed non cessat. purulẽti quin etiã fiunt, cum minus q̃ expedit,excreant,uel in pulmonẽ defluat, nã quod in pulmone sistit̃,quodq; superfluit,pus efficit̃,pusq; in pulmone cõsistens uel in pectoris

Medela.

Cũ fulgẽt oculi.

Medela.

Tumor oculorũ.

Peripleumonia Pleuritisq; qui differant.

Purulentus.

capſulo alueoue, ulcerat & putrefacit. cumq; ulcerauit deque ulcerato putrefactoq; deque eo quod ſuperintrat, ſuperfluit, caputq; magis afficit, & in pectoris alueum & in pulmonem de ulcerato magis defluit, ulceraq; tractata recrudeſcunt, uti etiam ſiquod de capite fluit, ceſſet, Quod de ulceribus fluit, poteſt abunde morbum præbere. purulentus etiam de ulcere fit, qui morbus facilior eſt, fit & extra pulmonem ſed potiſſimum de fractura, cumq; caro dehiſcit, hoc enim loco pus conſiſtit, coitq;, quod ſiquis corpus concutiat, redundat & fluctuat, ſonitat & afficitur. quæ perurito. Tabes autem phthiſiſue gignitur, cum eodem quemadmodum in purulento per curculionem uenasq; quæ de eo pulmonem petunt, defluit. nam in pulmonem ſenſim & aſſidue defluit, humiditatemq; non multam in pulmone cogit, nam quod ſuperfluit in curculione cogitur, paulatimq; deſcendit, nec perluit, ſed tuſſiculam ſuſcitat cum in uenulis fluor detinetur, utpote cum anguſtos meatus habeat, locum anguſtum ſpiritui præbet. quod ſpiritus anguſtiam ſuſpiriaue facit, nam tanquam deficiat, ſemper ſpirare cupit, ac in pulmone concuſſio & lancinatio gignitur, utpote cum humor ualidus non ſit. cum uero plurimum de capite fluit, nulla in pulmone concuſſio lancinatioue fit, nam quod in eum ſuperfluit, plurimum eſt, purulentiq; de his tabificis fiunt, cum humidum corpus eſt, cum uero ſiccum, de purulentis tabifici fiunt. purulenti ſic patent, dignoſcunturue, labor per exordia præcordia & ilia uentremq; corripit, cum uero pus iam illic conſiſtit, labor ſimiliter habet, tuſſicula uexat, pus reiectatur, ſpiritus anguſtia corripit. ſinautem nondum in uentrem peruenit, concutit, ac tanquam in utre ſonat. ſi uero nihil horum ſit, purulentia tamen maneat, quod ſic captabis cognoſceſue, plurima ſpirandi difficultas eũ habet, moleſtatue, ſonantius, raucius, breuiusq; loquit̃, genua pedesq; tument, ſed uenter magis in quo pus eſt, ſimulq; pectoris capſulum laborat, membrorũq; diſſolutio ſubſequit̃, corporeq; toto ſudor manat, modoq; ſibi calidus, modo frigidus eſſe uidet̃, ungues cõtendunt̃, uẽtriculus caleſcit, qbus puruleti dignoſcunt̃, hæc ſunt. cũ uero poſt in ſpinã defluit, Tabes phthiſiſue huic talis fit, lumbi dolitant, capitis anterior pars illi uacua eſſe uidet̃, nã bile uexatur. hæc autẽ in his periculoſa ſunt, ſi color luteus arcuatusq; & icteros in oculis comparet, ſi ungues liueſcunt, corpus ulceretur liueſcantq; quoquo uerſus ulcera, ſi corpore toto non ſudet ſed tantum aliqua parte, ſi febre durante uiride ſcreet, uel ſi hoc cum in pulmone retinetur, non excreet, quæ diligenter obſeruato num ne ſint. nam ſi hæc ſunt, fauces cum ſpirat, ſonant, ſpiritus etiam anguſtia ſingultusq; moleſtant. quæ periculoſa ſunt. ſi febris diſcedat, & hæc in pulmone remaneant, lubrica ſit aluus, duret imbecillitas necne. hæc enim laterum coſtarumue morbi pulmonisq; periculoſa ſunt. laterario pleuritinoue hæc facito, febrem ante ſeptẽ dies ne ſedato, poculo mulſi aceti uel aceto & aqua utitor, crebroq; hæc porrigito, uti madeſcat excreet. dolorẽ uero per medicamẽta ex calefactoria ſedato, ſorbitionẽ que excrementũ moueat,

Tabes phthiſiſue.

Pus intus quid faciat.

Tabes phthiſiſue ſpinea.

Pleuritinus.
Mulſum acetum quibus detur.

ueat, porrigito, quartanis balneis utitor. quinto & sexto oleo perungito. septimo ne lauato, nisi febris cessura sit, uti balneo sudor eliciatur. quin etiam quinto & sexto medicamentis excreatoriis & uehementissimis utitor, septimum diem uti quàm facillime transigat, si uero die septimo non sedetur, nono sedabitur, nisi quid aliud periculosum ueniat. Cum autem febris cesserit, sorbimenta non ualida porrigito. si uero singultus fiat, corpusq; iuuenile & ualidum sit, potum subducito, cumq; febris cesserit, sorbimentis triticeis utitor, similiterq; pulmonis uitium curato. Purulentorum uero caput medicamentis non ualidis purgato, sensimq; rem ad nares deducito, cibisq; lubricis utitor. cumq; de principio malum longum sit, profluuiumq; conuersum & directum eo sit, excreet facito, tussiculamq; moueto, medicamentis & cibis insusaneis madefacientibusue utitor. cum autem excreare uoles, plurimos cibos salsos, pingues, uinum asperum porrigito. cum sic habuerit, tussicula ueniet. Tabificos etiam similiter curato, cœtera præterquam non multa cibaria nec obsonia plura quàm cibaria danda sunt, uinumq; dilutum aquosumue super cibo propinato, ne calefiat, nam corpori non ualido si caliditatem præbeas ac utraque simul calefacias, caliditas illa plurimum fluentum mouet. Cum autem per palatum in uentriculum defluet, compunctio subter fit, huic uero si dolor in uentriculo sit, primum medicamento uel iure subducito, deinde ualido medicamento utitor, cibisq; lubricis dum dolet, cum dolor cessarit, cibis ualentioribus utitor, similiter & cum dies multos compunctio habuerit, curato. si uero debilis esset, præq; debilitate nihil illi dari posset, primo ptisanæ cremore subluito, deinde stringente uel repercutiente aliquo utitor. cum uero per carnem post tergum in spinæ uertebras & articulos defluet, morbū aquæ subter cutem hydropaue creabit. quem sic curato, Caro quæ inter uenas in ceruice est, candenti ferro tribus lineis aperiatur, deinde cicatrix quàm tenuissima ducatur, cumq; sic locū hunc sæpto circundederis, medicamentū ad nares dato, quo fluentū illuc deducatur & debilitetur, donec alio cōuertatur, capitis anteriora calefacito, posteriora frigefacito, quo facto cibaria ualde pituitosa dato, capitis anteriores fluctiones uti dilatentur. quod cū feceris, siqd prius quàm hoc fecisses in corpus defluxisset, sic curato. si magis in carnē deuenerit, extra foueto. si uentriculū uersus & intro, quod foris non pateret, medicamentū potandū dato. sin autē in utraq; defluat, utrinq; subtrahito. nā curandū est uti quàm proxime emittas, siue superne, siue per inferna, siue quacūq; corporis parte cō modus exitus sit. Cū aūt humorū defluctione coxendicis morbus ischiasue fit, cucurbitulā admouendo detrahito, nec pertundito, medicamētaq; calefacientia propinato, cucurbitula uti per cutē medicamentoq; per inferna prodeat. nā cū defluctio hæc exitū nō habet, articulos quodq; cedit, petit, sicq; coxendicis morbū ischiadaue facit. Tabes uero phthisisue post tergum perq; spinæ uertebras & articulos si fiat, caput languētis medicamēto nō ualido purgato,

Purulentorum medela.

Tabis curatio.

Palati defluxus quid causetur.

Hydrops unde.

Ischias cum medela.

Tabes phthisisue spinæ et eius medela.

dum auertatur defluctio, nutricatuque superiore utitor. medicamentum autem elaterium, quodue per inferna purget, propinato, lacteque subluito, cœtera fomentis curato. Cũ uero lien in febre turgescit, corpus aũt emaciatur. nã iisdẽ & lien turget & corpus tabescit, cũ aũt corpus tabescit & lien crescit, simul ẽt cum corpore & omentũ emacescit, nã eius pingue liquatur, quo cũ uacat, lien turgidus aquam eo defluctionẽque uertit, utpote proximum cum sit, uasculaque uacua habeat, eam suscipit. quæ cũ semel corpus malehabeat, in morbosum & periculosum uertitur, nisi quis bene uertat & disponat. quod sic curato, Medicaméta quibus aqua ea purget & educatur, propinato, pituitosissimaque porrigito. si uero ne sic quidẽ leuetur, tenuissimis ferramẽtis q̃maxime superiore cutis parte duabus lineis urito circa umbilicũ, quarũ una in umbilicũ tendat, quotidieque quãtũ uideat, educito. Hoc quidẽ periculosissimũ est, sed in iis etiã cum periculo tentandũ est. nã si nancisceris sanabis, si minus (quod plerunque uenit) diu hoc patiet. Puerorũ autẽ aquã subter cutem dydropaue sic curato, Turgentia plenaque aquæ qualibet corporis parte scalpro gladioloue secato, crebroque non multã aquã educito fouetoque, semperque quod aperueris, calido medicaméto linito. Laterũ uero morbus siccus & sine fluore pleuritisue fit cum siti magna pulmo siccescit. qui cũ plusq̃ suaptenatura sit, siccescit, emaciatur, afficit, præque intemperia in costas reclinat, quas lancinat, humoremque illic inuentũ attrahit & accẽdit, laterũque morbũ pleuritinue facit. tunc costæ clauisque dolẽt, febrisque aduẽtat, albũque spuitur. Multis hũc potionibus curato, lauato, doloris medicamẽtũ ppinato, cœteraque quæ excreare faciãt, porrigito. quæ si facies, septimanus sanescet, morbus enim hic periculosus nõ est. cibaria nulla hoc tẽpore porrigito, cũ uero corpore supinflãmato pituita bilisque inclusæ quiescũt, nihil exit, neque subit, nec agitat. cũque lassitudo, labor, febris, plenitas habet, tũc multũ subluito, liqdo linito, q̃maxime calefacito, calore uti patefacto corporeque apto per sudorẽ exeat quod uexat. quod tres uel quatuor dies facito. sique his nõ sedet, medicamẽtũ qđ bilẽ ciat, ppinato, febrẽque refrigerato, priusq̃ quartanus fiat. medicamentũ tamẽ corpore turgẽte ne dato, parũ enim proficeret decerneretue, sed cũ emaciatũ sit, porrigito. Sin autẽ febre uexaret, cibum ne dato, nec sorbimẽtis pducito, sed tepidam aquã mulsumque cum aqua acetum crebro multumque dato, nam poculum frigidum, tepidum si detur, manans per corpus morbum sudore uel lotio uel subductione deducit. corpus enim penitus apertum spirat, mouet, quodque cõferat, semper agit. si uero gracilem & extenuatum febris urat, certum est febrem hanc pituita non uexare. quam siquis præbendo nutriat augeatue perque pituitam inflammet, nec sic conferat febremue sedet, certum est non oportuisse sic febrem enutrire præbereque, sed medicamentum propinare quo uel per inferna supernaue uel qualibet febris amoueretur, si per inferna, commodius uideretur dare quæ per inferna demitterent, si per superna, quæ per superna

Lien turgidus.

Medela.

Hydropis curatio anceps.

Pueri hydropici qui curentur.

Morbus laterũ siccus.

Pituitæ et bilis eductio.

Cum febris uexat, quid agas.

superna deuocent. Præterea medicamenta ualida non ualidis non dentur sed non ualida, ualidis autem & robustis ualida. Potionibus uero sorbitionibusq; febrium impetus & feruores sedato, febremq; medicamento refrigeratorio Delphinio Cammaroue uel alia re simili diluito, cūq; refrigeratorio nauseabit, calefactorio utitor. si uero his non sedaret, ad refrigeratoria redito. Morbum quidem regium arcuatumue seu icteron cum curandum sumpseris, hoc modo curato, Pinguefacientibus cibis nutricato, corpusq; potionibus & balneis madefacito tres uel quatuor dies, cum uero maduerit, purgato desiccatoq;, pinguiaq; statim submoueto, medicamētūq; (si queat) quod undique humiditatem educat, propinato, caputq; purgamento non ualido purgato, lotiumq; mouentia & ante & post cibaria potato. si per hoc tempus humiditatem commotam purgaueris, potum amoueto, ne corpus post hoc tempus nutriatur, crescat madescatue. cum autem emaciaris, & balneis purgato, cucumerisq; agrestis radicem in tenuia secato, in aquaq; decoquito, qua subluito, medicamenta uero biliosa ne potato, corpus ne magis perturbent commoueantue. cum uero siccescet, medicamento ciboue nullo subductorio nutricato, sed uino diluto aquosoue, ruboremq; adducentibus utitor. si uero pallor luridusue color & luteus perseueret, rursus subducito. tamen nullo modo penitus siccefacito, color ille ne compingatur, penitusq; inhærescat. Sacrum præterea tetrumue & ferinū ulcus corpus si propter hoc inuaderet, caroq; circum ulcus inflammaretur, marginesq; labiaue tumescerent, ulcusque subhudesceret, sanies sicca influeret, quæ ulcus compingeret. quod propterea compingitur constringiturue, cum sanies non exit, sed in carnem relabitur, caroq; eam suscipit, utpote cum inflammatione turgeat, quæ cum eo peruenit marcescit ac turget. medicamentis hunc madefacito, ulcusq; linito, uti madefacto ulcere sanies defluat, sub carneq; non retineatur, fluentaq; ulceris refrigerato, medicamentisq; compescito, ne caro laborans & affecta colliuescat, neue diffracta refluat. Cœtera uero ulcera refrigeratoriis circunlinito, superq; madefacientia ponito. Morbus autem Anginæ cynanchosue fit, cum faucium uenarum sanguen compingitur constringiturue. quod de poplitum manuumq; uenis detrahito, simulq; subducito, uti quod morbum facit & præbet eo deducatur conuellaturq;, linguamq;, si magna ulcera habeat, bene tractato, lenitoq;. Mala quidem omnia per exordia bene curentur tractenturq;, quæq; destillationibus defluctionibusue gignuntur, ea primo compescantur, quæq; de re causaue alia fiunt, similiter curato, sublato morbi principio causaue. si quod defluit, multum est, deducito, si pusillum, diducendo compescito. Si capitis os diffractum cōminutumue est, periculosum non est. quod hudis medicamētis curato. Sinautem discissum scissuraq; penetret, periculosum est. quod terebrato, ne sanies per ossis scissuram influens cerebri tunicam membranamue putrefaciat. nam quod per angustum influit, nec

Quæ medicamenta singulis danda.

Morbus regius qui curetur.

Cucumeris siluatici radix.

Sacrum ferinumue ulcus.

Cynanchos.

Capitis uulnera.

effluit, molestat, hominemq; in furorem & insaniam agit. quod inquam terebrato, sanies per os terebratum uti non solum ingressum sed etiam exitum & quidem latum habeat, Medicamentisq; ad sese humiditatem trahentibus utitor, subluitoq;. Caput febrientis ne purgato, ne in furorem & insaniam agatur, nam medicamenta caput purgantia calefaciunt, Calor enim medicamenti calori febris additus furorem & insaniam facit. Mortiferorum autem capitis uulnerum signa sunt hæc, siquis recens uulneratus percussusue bilem atram uomat, moritur. si soporetur, si singultiat, si debilitetur, si subito macrescat siccescatue, perit. Cum leuiter febrienti pustulæ ulcusculaue suboriuntur, Cum debilitato & non potenti uulnus circum liuescit, Cum alio morbo laboranti & debilitato liuor scaturit, mortiferum est. Cum quis postq̄ medicinam potauit, laborat afficiturue, supraq; & infra demittit, si uinum primo dilutum meracius deinde crebro potabit, sedabitur. Medicamentum neq; uomitorium neq; singultorium dato. si bilis sua sponte supra uel infra prorumpat, difficilius sedatur, nam quæ sua sponte prorumpunt, corpori ui & uiolentia aliqua illata pelluntur, sin autem medicamento defluat, nulla re cognata & coniuncta cogitur. cum uero sic affectum uomituq; laborantem cures, statim uomitionem ne sedato, quia singultus aduentaret, quē uomitio tollit, Nam uomitus defluens per sese sensim postea sedatur. Sin autem qui hæc patitur, debilis esset, Cum uomuerit, huic per medicamentū somnum conciliato. nam sanguen cum morbum facit, dolorem plurimum præbet, Pituita uero non. Medicorum in morbis nemo scit consueuitue medicamentum nisi ualidum propinare, quo si leuetur, conuertendi uia mutandiq; patefacta est, quæ est emaciare. si uero non leuetur, contraria peragunt. si emaciare non confert, perflammare contulerit. crebroq; commutant. Tu uero mēte hac in morbis utitor. siquis languens ualidus & robustus sit, morbo iam debilitato medicamentum ualidum porrigito, quod siquid sanum inest, non lædet. contra, non ualidum morbum, etiam siquid suscitet. cum uero morbum quidem ualidum languentem non robustum nanciscaris, medicamentis non ualidis rem dirigito, quæ morbum sensim debilitent & superent, languentem nihil debilitent. Nam ars Exercitatoria Medicaq; cōtrariæ sunt inter sese, siquidem exercitatoria nullius mutationis eget, medica uero cōtra. sano enim præsentem statum modumq; mutasse nihil confert. siqua per morbos ulcera suscitentur, quæ corpus magis q̄ morbus afficiant, medicamentis fameq; simul curato. Capitis profluuio uomitus confert. Mala uetusta difficilius curantur q̄ recentia. quare mala uetusta primo noua facito, duriciam uulneris recentis ulcerisue medicamento putrefacienti mollefacientiue discutito mollefacitoue, deinde medicamentis quæ maxime perflamment, sanato. purgantia enim & extenuantia constringunt, purgant & sanant. Siquis tamen quæ tempestiua non sunt, cogat, corpus quod ulcus habet, morbosum facit.

Quæ uulnera mala.

Quod medicamētū nō dandū.

Singultus et uomitus sese tollunt.

Quæ medicamenta danda.

Medica ars et Exercitatoria gymnicaue cur contrariæ.

Capitis fluctio. Mala uetusta et recentia qui curentur, et duricia.

facit. Si uero ulcus cogere, complere sanareq; uelis, inflammato. Si carnē augere, cibis augeto. sic enim medicamentis melius purgatur, Quæ si nimiū turgeat, leuigeturq; cibis diminutis emaciatur & extenuatur. Languentes affe- ctos male depositosq; & sese præfocare, suspendere & mori uolentes mandragoræ radice mane potionato, minus tamen q̄ quod in furorem agat, porrigito. Spasmon uero conuulsionemue sic curato, Lecti in utraque parte ignē admoueto, Mandragoræ radicem minus q̄ quod furere faciat, propinato, saccu losq; & pannos ad ceruicis neruos dato calidos. Si febris spasmo uexaret, primo uel secundo uel ad summum tertio die cessat. si fractura scissioneue carneue læsa causaq; alia febris corripiat, plus q̄ tres uel quatuor dies non durat. si uero duret, eam de fractura non esse scito. nec eam sicuti de fractura curato. Cum quis manus pedesq; distortos habet, furorem sibi facit. quod sic curabis, uenæ huic rei destinatæ ignem dextere dato, malum uti quacunq; parte sit, exhalet. si postquā usseris, quid sanguinis defluat, periculosum non est, (quod utrūq; facere licet) sanguinem igne uel alio modo mittere, sed igne præstat, nam siqua labor est, uras. cuiusq; causa ignis datus est, cicatrix tam cito non coit, sed defluit, quod iuuat, sed ne transuras caueto, tunc enim non deflueret, quod uenæ partes extremæ perustæ recurrerunt seseue contraxerunt qua transustæ fuerunt simulq; aruerunt. si uero fluentum hoc alio intercipiatur, madescit. si uena hoc faciat, eā oblique perurito, si hoc non sedet, utrinq; supra & infra secato, sanguen fluens alio uti conuertatur, siquidem oblitum conuersumue alio & interceptum fluentum illud medicamento membrum & articulum in quietem dat. Capitis dolore sanguen uena detrahito, si non sedetur diutiusq; duret, uenas urito, & sanescet. si uero caput purges, magis afficis. Medicam artem propterea nouisse penitus non est, quoniam cogitatum & inuentum sophismaue certum & firmum ullū in ea dare non est. quemadmodum siquis uno modo scribere uel pingere discat, non modos omnes quos eius doctores sciunt, nouit, uel discit, tamen cum opus erit, tanquam didicerit, sciet. quiq; modos omnes sciunt, similiter ob hoc semper sciunt, quod factum faciundumq; simili modo semper fit, duratq;, nec modus mutatur uel contrarium suscipit, temporisue eget. Medica uero ars nunc statimq; subcontraria sibi ipsi fit, cum idem non ad eundem modum aget. primo quidem loco hoc exemplum detur, Medicamenta uentrem subducentia mouentiaue semper hoc non faciunt, quædam autem utrunq; fortasse neque sic subducentia cum morantibus tanquam subcontraria habent, si nanq; uēter moretur, ob nimiam moram corpus inflammatur, pituitaue molestatur, Quæ si uentrem petat, mouet, sic uentris mora lubricationem fecit, nam cum pituita uentrem petit, eum madefacit. modo autem hoc suaptenatura uentrem mouentia morantur, si quidem non subducentia facias, quod morbum facit, dissoluitur, diluitur, ac madescit. cum autem siccescit & uritur, sanescit. Sicq;

Mori statuētes qui cures.

Spasmi medela.

Caro læsa fracta ue siue rhegma.

Manus pedesq; si torqueantur quid portendāt.

Capitis doloris medela.

Medicina cur penitus nō sciatur.

Pituita qui uentrem moueat.

Coloris mutationis causa. morantia uentrem subducentibus moram iniiciunt, subducentiaq; moranti/bus. Similiq; modo & rubicundos & pallidos biliosa pituitosaq; pallidos discoloresq; homines faciunt. quæq; emaciant, boni coloris. Medicamentum autem utriusq; subcontraria facit. quod hoc exemplo statim demonstrabo, Cum qui pallet inflammatur, subito pallor ille dissoluitur & discedit, cum medicamentum quod emaciet, porrigitur, hoc loco quod emaciat inflammato profuit. horum autem quod aliquando profuit & nunc profuit. Cum uero præ gracilitate macieue quis discolor pallidusue sit, quod inflammet siquis porrigat, pallor ille discutitur. luridum uero luteumue illud dolor & propter frigus & propter calorem quandoq; fit, propterq; nimium & parum. nam suapte natura frigidis & refrigeratis cutem uersus de corpore calore nimio dolor efficitur. calidis uero frigore. siccis etiam suapte natura si madescant, madidisq; si siccescant. Nam singulis iis qui naturam mutant corrumpuntq;, dolores fiunt. sanescunt & hæc & cœtera, si rite curentur. Modus alius exemplumue, *Similia et faciũt et tollunt morbos.* Propter similia morbi gignuntur, propterq; similia porrecta morbi sanescunt, sicuti hoc, stranguriam cum non est, medicamentũ idẽ & facit & sedat. tussisq; quemadmodum & strangurla iisdem & fit & sedatur. *Febris et uomitus medela non certa.* Modus hic alius est, Febris quæ fit inflammatione, quandoq; iisdem & fit & tollitur, quandoq; contrariis. nam siquis tunc multa calida lauet, multa pocula propinet, febris inflammatione facta sanescit. siquis præterea quæ inflammant, propinet, febris quæ est, sanescit. Siquis etiam medicamentum lubricum poculumue porrigat, sedatur, quandoq; etiam cum non est, fit. Sic etiam eadem & faciunt & tollunt. Nam siquis uomenti multum aquam propinet, ea per quæ uomit, eluuntur cum uomitu, sic quidem uomendo uomitus sedatur, quãdoq; magis prouocatur. sic etiam quod uomitum per inferna subducit, & sedat & facit, contrariisq; modis utrisq; quãdoq; sanescit. Si hoc quidem omnibus idem esset polleretue, omnibus sisteretur. quare cum sic non habeat, quædam contrariis iis quæ morbum fecerunt, curanda sunt, quædã iis similibus quæ morbum adduxerunt. *Causa.* Causa autem huius corporis debilitas est, corpus enim cibis eius uiribus paribus æquæ pariterq; sustentatur, cibariaq; superat. cum uero plus uel minus infertur uel alio quouis modo uariando cibaria corpus superant, cum pauca sunt, corpus ea statim superat tabescitq; & emaciatur. cum uero quæ intrant, corpus superant, ea uigescunt, corporiq; simul imperitant, statimq; contraria adducunt, tametsi calida perluantur. *Quæ corpus iuuent et contra.* donec enim corpus intrantia superat & potitur, uigescit, cum uero superatur, gracilescit & emaciatur, similiterq; & uescendo & perluendo facit, donec enim hæc uincuntur, uigere faciunt, cum uero superant, subegestiones & alia uitia creant. cum autem illud cui infertur, mutatur, necessario quod infertur mutatur, corpus enim mutatum deses efficitur, nihilq; operatur & perficit, maloq; cuiuis obuium est, quodq; antea fuit, repullulat, reuenit & recrudescit.

descit.quod & subducentia & uigorem adducentia faciunt,quæ partim emaciant,partim contraria faciunt. Medica autem ars parua & modica occasio est.qui hoc nouit, quo modo,quo tempore ea utatur, quæ bona sunt,& quæ contra nouit.sed quæ subducere & mouere debent,cur non moueant sed maxime contra faciant, medica ars nec medicus quisquam scire potest.temporis autem occasio est, tantum cibi suo tempore porrigere, quantum corpus cui datur,conficere & superare potest,nam tunc quod mouere debet, & bilem & pituitam mouebit,quodq; inflammare,inflammabit. quare si cibos intestina conficient superabuntq;,morbus nullus contrarietasq; nulla suscitabitur. quā temporis occasionem medicus & potest & debet scire, quam si præterit nec obseruet,omnia in contrarium delabuntur, Dum enim corpus intrantia superat conficitq; uigescit,nutricatur & sustentatur, cum uero contra, macrescit. quæq; calefacere seu inflammare pituitamue agere debent, omnia suam naturam seruant,dum corpus intrantia superat. subductoria nanq; subducunt, calefactoria calefaciunt.si uero contra, contra euenit. Medicamenta præterea cuncta præsertim ualida præsentem statum mutant,quare si mutare uelis, medicamento utitor,mutatoq; si minus cibo. cuncta enim quæ mutant, languenti opitulantur.nam nisi mutes, quod morbum facit, crescit & augetur. Medicamenta uero suaptenatura ualida languentibus non ualidis ne dato, contra robustis. quæ paucitate non ualida facies mistura nulla ualidum uel contra conficito, sed uti quodq; suaptenatura est, sic porrigito, ualidum ualido,non ualidum non robusto. mala si facile educentur, qua cuiq; exitus proximus sit, educito. medicamenta uero subductoria hæc sunt, Quæ lubrica sunt & incisoria, quæ in calidis extenuantur, uenter enim calidus est, salsa etiam, quæq; hoꝝ plurimum habent.quæ uero non mouēt sed morantur sunt quæ inflant,nam huda desiccata inflant,quæq; acerba asperaue sunt,quæq; calore compinguntur,sicca uescaq;.cuncta uero quæ foris extenuant si intromittantur,calefaciunt inflāmantue.quæ eadem & roborant & calefaciunt,quæq; lubricant, quæq; extenuant, eadem & calefaciunt.quin & acria & acida calefaciunt & inflammant.cuncta uero quæ uentriculum refrigerant, lubrica frigida & huda sunt.cum uero non subducunt, calefaciunt. calida quin etiam in uentriculum data statim refrigerant,quæ non mouent molliunt & subducunt in uentriculo calida sunt.quæ plenitatem faciunt implentue, maxime calefaciunt. quæ plurima ingesta non implent, molliunt lubricantq;. Medica quidem ars medicinaue tota mihi uidetur esse comperta & demonstrata. quæ sic habet, singula uti consuetudinum genera, tempora, temporum occasiones & opportunitates sciat doceatq;,nam qui medicam artem sic sciet, minime fortunam uel eius opem morabitur,quin imo cum ea & sine bene faciet, medica enim ars tota constat, procedit & comparet pulcherrimis inuentis sophismatisue in ea compositis constantibusq;,minimūq; opis fortunæ eget.

Qualis medica ars.

Quando omnia suam naturā conseruant.

Medicamenta quid faciant.

Proprietas cuiusq.

Acria acidaue qualia et cætera.

Medicina quæ.

Fortuna in his parum facit.

siquidem fortuna sibi ipsi satis est, sufficit & imperat, nulliusq; imperio sub iacet, precibusq; eam adire uel placare non est. Scientia uero disciplinaq; sub imperio est, facileq; est, eam nancisci, cum qui eam nouit, ea uti uelit. deinde qua nam in parte medica ars fortunæ eget, si quidem medicamenta morborũ potiuntur? clarum siquidem esse reor, medicamentis morbos sanari, nihilque in ea re fortunam morari, siquidem medicamenta sunt. sinautem cum fortuna dando prosunt nihil magis medicamina, q̃ ea quæ medicamina non sunt, sanum faciunt sanantue, si cum fortuna in morbis porriguntur, quicunq; tamen fortunam medica arte uel quauis alia re penitus abdicat, dicitq; eos, qui bene sciunt & faciunt, fortuna non uti, mihi non recte sentire uidetur, nam ii soli mihi uidentur secundam uel aduersam fortunam nancisci, qui bene uel male quid sciunt uel faciunt. Nam aduersam fortunam nancisci est, cum quis quod nescit non bene facit, nam cum quis ignarus est & rudis quonam pacto secundam fortunam nanciscatur, tametsi aliquatenus consequatur? nõ multi tamen faciundum est. nam qui non bene quid agit, secundam fortunam nunquam nanciscitur, nisi cœtera illi accedentia uel melius fecerit. Mala præterea quæ muliebria dicuntur, de locellis proficiscuntur, qui malorum omniũ his causa sunt, si quidem quouis de naturali loco moti declinent, morbum eo deferunt, siue intro cesserint, siue foras exeant. cum autem uulua suum os in naturæ labia non immittit, nec tangit, tamen foras extet, pusillum morbum præbet, cum autem processerit, osq; in naturæ labia miserit, primum quidem tactu laborem doloremue præbet, deinde labii obiice clausa uulua menstruum profluuium non fit exitue, quod retentum tumorem & dolorem præbet, si quidem inguina petat, dolorem eo defert, si uero superiora conscẽdat, raritate densitateq; & angustia coxendices caputq; dolore afficit. quæ cum cõpletur, nihilq; defluit, turget, coxendicesq; & inguina dolore uexat, magisq; in dies completur, caputq; modo totum modo partem molestat. quæ singula sic curato, Si quidem tantum prodeat, uti possit ungi, mali odoris unguento linito uel cedro uel musateo uel alio mali odoris unguento suffitoq; & minime foueto, cibo potuq; hoc tempore lotium mouente ne utitor, calidaq; ne lauato. si uero recessit, conuersaq; non sit, boni odoris appositis utitor, quæ etiam una cum bono odore calefaciant, ueluti myrrha bonique odoris oleo unguentoue quouis boni odoris quod una calefaciat, iisq; appositis utitor, uinoq; subterfumigato, calidaq; lauato, lotiumq; mouentibus utitor. Signoq; hoc patebit, cum recesserit, conuersam non esse, quod profluuia current. sinautem conuersa sit, profluuium quod menstruum dicitur, non exit. Morbum hunc suffumigatione hac curato, Vini fumum quo fici ferbuerint per uas angustioris uel per cucurbitulam summa parte acutam pertusamq; uel per utrem in uuluam mittito. deinde totam calida perluito, medicamẽtisq; & appositis calidis calefaciẽtibusq; utitor, qualia sunt hæc Stercus bubulum

Medicamẽta sine fortuna sanant.

Quæ aduersa uel secunda fortuna huic uideatur.

Locelli morbos omnes fœminis creant.

Locellorum molestiæ.

Medelæ.

Calida apposita

bubulum fel, myrrha, alumen, chalbane, ſimiliaq; his ſiqua alia ſunt. plurimumq; his utitor, medicamentisq; ſubducentibus ſubducito. ſiqua uero lenem uomitionem nec ſingultum ea agitatione moueant, non robuſtis dato. ſic autem appoſita conficito. ſi ualida uehementiaq; facere uelis, Mel ſemicoſtum cum appoſitis præſcriptis, quæ ſubducunt aguntue, miſceto, glandulasq; balanusue ſicuti ſunt, quæ in ſedem dantur, oblongas tenuesq; conficito, fœminæque ſupinæ de pedibus altius ſtanti & in leſtulum reclinatæ glandulam indito, pannoq; calido uel alia re ſupertegito, ſicque maneto donec liqueſcat, ſi uero tam uehemens nolis, tenui linteolo conuoluito. ſin autem uuluæ humoris plenæ os turgeat, non multumq; & rarum profluuium defluat, ſicuti priora, curato. cum uero nihil uel parum defluit, ſimiliter. ſi uero nimium defluat, calida aqua uel alia re ne calefacito, cibisq; & potionibus quæ uentrem & lotium mouent, ne utitor, ſed eam altius de pedibus in leſtulum reclinato, ne facile defluat, ſtringentiaq; apponito. Profluuia uero hæc cum ſubito impetu purgatio procedit, cruenta ſunt, cum tardius, purulenta, ſed iuuencularum potius cruenta ſunt, natu uero grandiorum purulenta.

Qui uehementia leniaue fiant.

Quales harum glandulæ balaniue.

Profluuiorum uarietas.

HIPPOCRATIS DE VENEREA RE COITVVE TERTIVS ET QVINQVAGESIMVS LIBER

m Ihi quidem nunc de Veneris ea parte dicendum uidetur, quæ liberos legitimos dare poſſit, parumq; uel minimum ualetudini detrahat, morboſque nullatenus uel parcius ſuſcitet.

De hac re nihil amplius nobis compertum fuit.

HIPPOCRATIS DE ORACVLIS ET DEFINITIONIBVS APHORISMISVE LIBER QVARTVS ET QVINQVAGESIMVS

Medica ars uita penitus non paratur.
Pira. Crisis.
Medici munus.

Q Vandoquidem uita nostra breuis est, ars uero longa, temporisq; occasio pernix, peritia uero & experientia anceps, decretorium autem iudicatioue difficilis, propterea medici probi est non solum sese cõmodum præstare, quæq; conueniunt facere, sed & languentes & ministros qui adsunt, quæq; foris sunt, tales reddere. Cum autem uenter mouetur, uomitioq; sua sponte fit, si quæ opus est, purgantur, confert, languentesq; morbum facile ferunt minusq; afficiuntur. si minus, contra fit. sic & uasculorum euacuatio si fiat uti debet, confert & facilius ferunt, si minus, contra. Præterea etiam tempus anni, locum, num ne sit æger ubi expediat an non, ætatem morbosq; contemplator. Corporis autem athletarum seseue exercentium summa habitudo fallax est, nam eodẽ statu non potest diu permanere nec quiescere, cum ergo non quiescat, non in melius sese sed in peius dedit. quare bonam hanc firmitatem & habitudinẽ non tarde mutare soluereue confert. corpus uti rursus principium requietis & nutrimenti capiat, nec ad extremam maciem concidentiamue deducito sed quatenus natura languentis patietur, quoniam fallax est. Similiter & euacuationes quæ ad extremum deducunt, tutæ non sunt, summæq; plenitates tutæ non sunt refectionesue. Tenues de industria nutricatus in longis & grauibus morbis cum non admittitur., semper fallaces & periculosi sunt, cibique rursus nutricatusue, qui summopere emaciant, periculosi sunt, quin & plenitas ad summum deducta periculosa est. Languentes itaq; potius in tenui nutricatu errant, quapropter magis læduntur. quicquid enim fit, maius fit si crebro fiat, q̃ in paulo ualidioribus si rarius. quare cibi tenues stati & exacti materiæue non ualidæ sanis fallaces sunt, quoniam siquando quid in modo peccent errentue, difficilius ferunt, & magis afficiuntur. quare tenuis materiæue non ualidæ cibi stati & exacti tutiores non sunt q̃ ualentioris paulo.

Quæ consideranda.
Corpora habitiora qui tractanda.
Quæ bona, et contra.
Qui cibus nutricatusue morbis conueniat.

Magna postremaue mala summã postremã & diligẽtem medelã poscunt. quod potissimum est. Nam cũ malum graue peracutumue est, summopere statim afficit & laborat. quare non ualidæ materiæ cibo nutricatuue necesse est uti. cum uero graue & acutum non est, potes ualentiore cibo nutricare, tantoq; magis quanto lenior morbus fuerit. Cũ uero morbus in incremento est uigetue. tunc cibo tenui & non ualido necesse est uti. Quare languentẽ

respectato consideratoue nunquid eo nutricatu morbo suffecturus an defectu rus sit, morbiq; uigorem & incrementum, num eo modo prior morbus hebetabitur & languescet. Quibus autem morbus subito uiget & augetur, iis statim tenuiter & non ualde uictitandum est, quibus uero tardius pauloante subtrahendum est, & non dandum, sed postea uel ante plenius nutricato, languens uti sufficiat & duret. Cum autem accessiones aduentant, & in ipsis accessionibus cibum ne dato subtrahitoue, nam læderet. cum per dierum circuitus & terminos accessio fit, tunc cum accedit, ne dato. Morbi uero ipsi & tempora anni, status, circuitus alternos, responsus & accessiones demonstrabunt, singulis ne diebus alternisue temporeue longiore fiant, quæq; in his superueniūt. sicuti in laterum morbo pleuriticisue, si statim spuant, breuis est, si sero, longus. Lotia quinetiam oletaq;, colores, sudores, præterea mala superuenientia si bene maleue facile uel difficile decernant, breuia uel longa sese fore demonstrant. Senes autem facillime famem & inediam ferunt, secundo loco uiri iam adulti, minime quidem adulescentes, sed pueri multo minus, præsertimq; ii qui uiuaciore promptioreque sunt animo. Qui crescunt, insitum innatumq; calorem habent, quare plurimo egent nutrimento, quod si non ingeratur, corpus tabescit & consumitur. Senes uero parum caloris habent, propterea paucis quæ se calefaciant, egent cibisq;, multis enim rebus calor extinguitur, Propterea senibus febres tam graues q̃ iuuenibus non fiunt, corpus enim eorum frigidum est. Ventriculi quidem suaptenatura per hyemem & uer calidissimi sunt, somniq; longissimi. Propterea iis anni temporibus plurimum ingerito, cum plurimum caloris inest, quoniam plurimo nutrimento eget. quod & iuuenilis ætas & athletæ seseq; exercentes demonstrant. Cibi liquidi humidiue cunctis febrientibus conferunt, pueris præsertim, cœterisque sic nutricari consuetis, iisque qui semel uel bis particulatimque & sæpius iisque qui plus uel minus sumere consueuerunt. Consuetudini quinetiam, ætati, anni tempori, loco quid dandum est. Cibaria difficillime ferunt & conficiunt per æstatem auctumnumque, per hyemem uero secundoque loco per uer facillime. Cum accessiones circulares & ordine aduentant, nihil porrigito nec sumere cogito, sed ex prioribus ante decretoria demito. Quæ decernunt quæq; recens & nuper decreuerunt, ne agitato, ne ue quicquam innouato, sed uti habent finito.

Quid in accessionibus agendū.
Pleuritici.
Malorū signa.
Qui cibū magis appetant.
Calor quibus insitus.
Cur seniorū non graues febres.
Calor quando in uetriculis uiget.
Cibi febrientiū.
Quæ cibi obseruatio.
Cibaria quando difficilius conficiuntur.
Circuitus accessionum.

Quæ educenda sunt, qua maxime suaptenatura uergunt perque loca conferentia educito. Quæ matura sunt & concocta medicato & educito, non cruda, nec per exordia, nisi res gliscat poscatue, quod ferme nunquam cadit. Quæ egeruntur, copia ne contemplator censetoue, sed si quæ expedit, egerat, facileque ferat. cumque opus est, usque ad animi deliquium defectumue educito, dummodo languens sufficiat. Medicamentis in grauibus morbis perque exordia raro utitor, hocque præ cunctis reputato consi

Qui quid educendum.
Quæ oleti obseruatio.
Medicamina quādo dida.

deratoue, numne quæ expedit, egerat. Nam confert facileq; fert, si minus, contra difficulter.

SEGMENTVM SECVNDVM
DE SOMNO

Somni qualitas. *Somnus et uigilia præter modum mala.* *Delassatio per se quid ferat.* *Varietas refectionis.* *Cum cibus non proficit.* *Morborũ diuersæ suppetiæ.*

Cum in aliquo morbo somnus afficit laboremue infert, letifer est, si uero iuuet, letifer non est. Cum somnus delirium sedat, bonum est. Somnus uigiliaq; cum uterq; modum non seruant, malum est. Plenitas, fames, quicquidue præter naturam est, bonũ non est. Lassitudines delassationesue quæ per se suaue sponte fiunt, morbos portendunt. Qui corporis aliqua parte laborant, nec sentiunt, plærunq; mens horum afficitur. Corpora longo tempore emaciata lente, tarde, tenuiterue reficito, Quæ uero breui, citius pleniusue. Cum quis post morbum cibum capit, nec conualescit reficiturue, plus æquo sumit. quod si fiat, eo non nimium comedente uacuationis eget. Cum quis corpora purgare uelit, fluida reddito. Corpora non pura non beneue purgata quo magis nutris, eo magis lædis. Melius faciliusue est potu q̃ cibo repleri. Qui celeri adiumento additamento ue egent, medicamen liquidum optimum est ad uires recuperandas, si celerioris, odoramentum. Quæ post decretorium crisinue in morbis & corporibus remanent, reuertuntur repullulantue. Quibus decretorium crisisue fit & aduentat, nox iis quæ præcedit difficilis est & molesta, sequens uero plærunq; melior & facilior est. Mutationes oletorum nisi in peius & malum mutentur, in uentris defluxu prosunt. Cum uero fauces afficiuntur, tuberculaue in corpore nascuntur, excreationes contemplator, quæ si biliosæ sunt, corpus una affectum est, si sanis similes, corpus nutricare tutum est. Cum fames est, laborandum non est. Cum plus cibi q̃ natura patiatur, intrauit. uacuatio sanat, medicatioue demonstrat. Quæ cumulatæ celeriterq; nutriunt celeriter etiam egeruntur. Prædictiones salutis uel mortis morborum grauium tutæ certæ & ueræ penitus non sunt. Qui cum pueri sunt, uẽtrem lubricum habent, cum aduleuerunt iis moratur. Qui cum pueri sunt uentrem lubricum non habent, cum aduleuerunt, iis soluitur. Potus uini temulẽtiaue famẽ discutit. Morbos qui plenitate fiunt, uacuatio sanat. Quosq; uacuatio creauit, plenitas, cœterorũq; eadẽ cõtrarietas est. Morbi graues quarto & decimo die cũ lõgissime decernũt. Quartusq; septenariũ præsefert & demõstrat. principiũ uero secũdæ septimanæ est octauus. considerãdus & obseruandus est undecimus, qui est quartus post secundã septimanã. contẽplandus etiã est septimus et decimus, cum sit quartus post quatuor & decẽ, septimus uero post undecimũ. Quartanæ Aestiuæ plærũq; breues sunt, Auctumnales uero longæ,

Decretoria nota. *Mutatio oletĩ in fluxu qualis.* *Fauciũ morbi et tuberculorũ obseruatio.* *Fames quietem poscit plenitas uacuationem.* *Quæ prædictiones non certæ.* *Lubricitatis obseruatio.* *Decretoria morborum grauiũ.* *Quartanæ quæ longæ, et cõtra.*

longæ, potiſſimumq; eæ quæ hyemem attingunt. Melius eſt febrem poſt neruorum dolorem conuulſionemue ſiue ſpaſmon fieri, q̄ contra. Præter rationem leuatis credendum non eſt, nec mala quæ temere fiunt, ualde timenda ſunt, plærunq; enim hæc infirma ſunt, nam multum diuque durare non conſueuerunt. Si corpus non leuiter & in ſumma cute febrientium perduret, nihilque minuatur, uel ſi plus q̄ ratio poſcit, tabeſcit, malum eſt. nam illud morbi longitudinem, hoc debilitatem ſignificat. Morbis incipientibus ſiquid tibi mouere uideatur moueto. uigentibus autem quietem habere melius eſt. Nam per exordia finesq; omnia debiliora ſunt, per uigores autem ualidiora. Cum quis poſt morbum bene comedit, nihilq; reficitur, malum eſt. Nam omnes ferme languentes qui per exordia bene nutricantur, nihilq; proficiunt, per finem cibum auerſantur. qui uero per exordia parcius nutricantur, deinde ſi probe nutricentur, melius conualeſcunt. Mente bene ualere, libenter quæ dantur ſumere, in omni morbo optimum eſt. Contra uero habere malum. Minus in omnibus morbis in periculo ſunt qui morbo ab eorum natura, ætate, habitu, anni tempore non abhorrente laborabunt, q̄ ii qui contra. Quæ circa umbilicū pectinemq; ſunt, in omnibus morbis craſſa ſi ſunt, q̄ extenuata melius eſt, quod malum eſt, & ad purgationes inferiores non tutum. Qui ſano corpore ſunt, quiq; malo cibo utuntur, medicamentis purgati celeriter debilitantur reſoluunturq;. Qui ualido corpore ſunt, difficulter potionantur. Qui per morborum exordia medicamento pituitam ſoluere tentant, diſtentæ quidem & perflammatæ pituitæ nihil demunt. cum enim cruda recenſue ſit paſſio morbusue, non cedit, ſed potius quæ morbo aduerſantur, ſalubriaq; ſunt, liquefaciunt. Siquid cibi uel potus deterius paulo eſt ſed ſuaue, præferendum eſt paulo meliori & non ſuaui.

Senes plærunq; minus ægrotant q̄ iuuenes, ſed ſiqua mala diutius illis durant, cum illis fere ſemper moriuntur. Quare raucedo deſtillatioq; ſeniorum nunquam matureſcit. Qui ſæpe uehementerq; ſoluuntur ſine patenti cauſa, de improuiſo moriuntur. Siderationem Apoplexinue ualidam medicina nulla ſoluit ſanatue, non ualidam non facile. Præfocatorum ſuſpendioue ſtrangulatorum nondumq; mortuorum nemo uitæ reſtituitur, qui ſpumam ore miſerit. Qui ſuaptenatura ualde obeſi ſunt, celerius q̄ macilenti pereunt. Pueros comitiali morbo uexatos epilepſiaue potiſſimum ætatis mutatio temporum anni, uitæ, locorum ſanat liberatue. Cum dolores laboresue duo ſimul non eundem locum uexant, maior minorem tollit obſcuratue. Cum pus gignitur, dolores laboresue febresq; magis uexant, q̄ cum iam factum eſt & creatum. Cum quis in omni corporis agitatione motuue laborare incipit, ſi ſtatim ceſſet quieſcatue, ceſſat ſedaturue. Conſuetos dolores laboresue conſueti quanuis non robuſti uel ſenes ſint, facilius ferunt, q̄ iuuenes & robuſti non conſueti. Quæ multo tempore conſueue-

Spaſmi obſeruatio.

Corporis obſeruatio.

Quid per exordia et fines morborum agendū.

Conualeſcentiæ ſigna.

Mens in morbis ualeat opus eſt.

Morborum qualitas.

Medicamentum quid his faciat.

Pituita quando ſedanda.

Quando ſuauia non ſuauibus præferenda.

Senes minus ægrotant quam iuuenes.

Apoplexis, apoplexaue medicina non tollitur.

Qui ſtrangulati nō reſtituantur.

Mutatio quid faciat.

Duo dolores quando minor ſedatur.

Pus cum gignitur magis afficit quā cū factū eſt.

Labor qui ſedetur.

Consueta quosnis minus molestant. runt tametsi peiora sunt q͡ non consueta, minus tamen molesta esse consueuerunt. quare ad non consueta transmutato. Multum & subito uacuare *Quæ facere tutum non sit.* re plereue, calefacere uel refrigerare, uel quouis alio modo corpus mouere & agitare, fallax & non tutum est, Nam quicquid nimium est, naturæ hostile est, *Quando standũ prioribus.* quod uero paulatim fit, tutum est & non fallax, præsertim si de uno in alterum mutes transeasue. Cum omnia rite feceris, si rite non succedit, ne commutes, si manet quod primo comparuit & uisum est. Qui cum iuuenes sunt, *Venter senum et iuuenum quãdo uariat.* lubricum uentrem habent, melius transigunt. Qui contra, non lubricum habent. nam in senecta uenter iis desiccatur durescitue, plærunque contra *Corpora longa et gracilia.* illis. Corporis longitudo gracilitasue in iuuenta liberale quid & uenustum est, contra uero in senecta non utilis & peior est q͡ in paruis & non longis.

TERTIVM SEGMENTVM DE TEMPORVM MVTATIONE

Mutationes autem temporum anni morbos potissimum gignunt, præsertim eorum magnæ uarietates & mutationes frigoris calorisue, cœteraque *Temporum mutationes.* ratione eadem & modo. Quædam uero naturæ per æstatem uel hyemem bene uel male habent. Morbique ipsi & ætates quædam pro temporum mutatione, loco uictuq; plus uel minus afficiunt afficiunturue. Cum autem *Qualis Auster septentrioq;.* in ipsis anni temporibus eodem die modo tepor modo frigus fit, mala per Auctumnum expectato. Cum autem Auster flat, auditum grauat & obtundit, uisum hebetat, caput grauat, corpora tardat dissoluitq;, similiaq; in morbis facit. Si uero septentrio flat, faucium morbi, uentris duricia, tussis, minctionis difficultas, horrores, laterum & pectoris dolores uigent, *Morbi cuiusque temporis.* similiaq; in morbis facit. Cum Aestas Veri similis est, sudores multos in febribus expectato. Temporibus auté æstuosis siccisq; febres graues fiunt, siq; plurimus annus sic fuerit, quem finem statumue fecerit, tales morbos plærunque expectato. Statis firmisue temporibus suoque tempore omnia reddentibus stati, boni, decretoriique morbi fiunt, contra non statis.

Per Auctumnum plærunq; morbi grauissimi mortiferiq; gignuntur. Tépus autem Vernum sanissimũ est, minimeq; mortiferum. Tabifico morbo labo *Temporum obseruatio.* rantibus phthinusiue malus est Auctumnus. Tépora aũt anni sic obseruato, Hyems quidé si sicca septentrionalisq; fit, Ver autem aquosum & austrinum, necesse est Aestate febres graues, oculorum uitia præsertim uiris fœminisque suaptenatura humidis uigere, difficultatesque intestinorum dysenteriasue.

Quæ si

Quæ si austrina, aquosa, tepidaq; sit, Ver autem siccum & septentrionale, feminæ quibus partus ad uer tendit & instat, quauis causa abortient, quæ uero pepererint, non robustos & morbosos infantes edent, qui statim resoluantur pereantq; uel macilenti morbosiq; degunt. cœteris uero mortalibus & uiris & iuuenibus difficultates intestinorum lippitudinesq; siccæ fient, Senioribus autem destillationes catarrhoeæue, quæ cito resoluant & perimant. *Morbi cuiusque ætatis et temporum.*

Sinautem Aestas squalida siccaue septentrionalisq; sit, Auctumnus uero aquosus austrinusq; sequatur, per hiemem capitis dolores, tusses, raucedines, grauedinesque fiunt, quibusdam autem & tabes phthisiesue. Si uero septentrionalis & non aquosus auctumnus sit, iis qui suapte natura humidi sunt & fœminis confert, cœteris uero lippitudines siccæ, febres graues & longæ, destillationes grauedinesq;, quibusdam & atræ bilis morbus melancholiæue fiunt. Status autem tempestatum temporumue anni squalidi sicci ue si sint, magis sani omnino sunt, q̃ aquosi, minusq; mortiferi. Plærunq; temporibus tempestatibusue aquosis mala hæc fiunt, longæ febres, uentris fluctiones, putredines, morbi comitiales epileptiue, siderationes apoplectiue, anginæ cynanchæue. siccis uero squalidisue tabes phthinadesue, lippitudines ophthalmiæue, dolores articulorum arthritidesue, lotii strangulationes stranguriæue, difficultates intestinorum dysenteriæue. *Morbi temporũ aquosorum.* Status uero tempestatum qui singulis diebus fiunt, septentrionalis quidem corpora compactiora, robustiora, agiliora, coloratiora, meliusq; & magis audentia facit, uentres autem siccat & moratur, lumina oculosue lancinat mordicatue, doloremque, siquis in pectore prius fuerit, magis concitat, uti magis uexet. Status uero tempestatis austrinus corpora dissoluit, humidaq; reddit, capitis grauedinem auditusq; & caligines facit, oculisque & corporibus motum tardum difficilemq; dat, uentres humectat. *Septentrionis qualitas et austri.* Quatenus autem ad anni tempora pertinet, hæc notato. pueri iisq; proximi tempore ueris primaq; æstatis parte probe degunt ualentq;, postrema uero æstate & auctumno quadam tenus & prima parte senes, postrema uero cœteraq; auctumni parte hiemeq; qui media sunt ætate. *Qui temporibus singuli melius degant.* Per omnia quidẽ anni tempora morbi omnes gignuntur, sed in horum quibusdam quidam & magis gignuntur & magis uexant.

Per Ver autẽ furores manicaue, morbi bilis atræ melancholicaue, comitiales morbi nusimataue, epileptica, sanguinis fluctiones hæmatosue rhysies, anginæ cynanchæue, frigidæ grauedines coryzæue, raucedines branchiue, cutis exasperationes lepræue, tusses bechesue, morbi sacri lichenesue, uitiligines alphiue, plurimæq; rubræ pustulæ ulcerosæ exanthesiesue, helcodees, tubercula furunculiuæ siue phymata, morbiq; & dolores articulorum arthreticaue. *Veris morbi.* Per Aestatẽ uero & horum nonnulli continuæq; febres feruentesque causiue, tertianæ plurimæ, quartanæ, uomitiones, uentris fluores, lippitudines, labores aurium, oris ulcerationes, uerendorum putredines, sudores. *Morbi æstiui.*

Morbi auctumnales. Per Auctumnum autem & plurima æstiua uigent, & quartanæ febres & erraticæ, lienes, morbi aquæ ſubter cuté hydropesue,tabes phthiſiesue,lotii ſtrangulationes ſtranguriæue, difficultates leuitatesq; inteſtinorum, coxendices iſchiadesue,anginæ cynanchæue, ſuſpiria ſpiritusue anguſtiæ ſeu aſthmata, conuoluuli hileiue, comitiales epilepſiæue,furores manicaue, morbi bilis atræ melancholicaue. *Morbi hiemales.* Per hiemem uero laterum morbi pleuritidesue, pulmonis uitia peripleumoniæue,deſtillationes frigidæue grauedines ſeu coryzæ, ſomnulentæ ſoporatæue obliuione ſeu lethargi, faucium raucedines branchiue, Tuſſes, pectoris labores & coſtarum lumborumq;, capitis dolores uertiginesq;, ſiderationes apoplexiæue. *Morbi ætatum.* Per ætates uero hæc eueniunt, *Pueritiæ morbi.* pueris paruis recensq; natis oris ulcera aphthæue,uomitiones,tuſſes,difficiles moleſtæq; uigiliæ,pauores, umbilici inflammationes, humiditates aurium, pruritus gingiuarum. Cum dentiunt, febres, conuulſiones, doloresue neruorum ſeu ſpaſmi, uentris fluctiones, præſertim cum dentes caninos emittunt, præpinguesq; ſi ſint, lubricosq; uentres non habeant,his maxime uexantur. Paulo uero maioribus pueris hæc fiunt, tonſillæ, fauciumue utrinq; tumor eſt pariſthmiaue, luxatio uertebræ occipitis intro, ſuſpiria, ſpiritusue difficultates ſeu aſthmata, calculationes lithiaſiesue,tineæ rotundæ latæq; aſcaridesue, uari acrochordonesue, puſtulæ rubræ ſatyriſmiue, ſtranguriæ, ſtrumæ chœradesue,cœteraq; tubercula, ſed maxime prædicta. Maiuſculis autem adhuc & ad pubertatem tendentibus plurima horum fiunt, longiusculæq; febres, ſanguinis narium fluctiones. Morbi uero puerorum quadrageſimo die plurimi decernunt, quidam ſeptimo menſe,quidam ſeptimo anno, quidam ad pubertatem uſque tendunt. qui uero permanent, nec pubertate ſoluuntur pueris, puellis autem per menſium exordia, diuturna eſſe conſueuerunt. Sanguinis ſpuitiones, tabes, febres graues, comitiales epilepſiæue, cœteraq; uitia prædicta fiunt adoleſcétibus præſertim. Qui uero hanc ætatem exceſſerunt, iis ſuſpiria aſthmataue, morbi laterum pleuritidesue pulmonis uitia peripneumoniæue, ſomnulentæ obliuientes lethargiue, delirationes phrenitidesue, febres ardentes cauſiue, biles choleræue, diuturnæ uentris fluctiones, difficultates, leuitatesque inteſtinorum, mariſcæ, ficoſæue & ſanguinolentæ ani extuberationes hæmorrhoidesue. *Cauſi choleræ. Hæmorrhoides morbi ſenum.* Senibus uero ſpiritus difficultates, deſtillationes tuſſibundæ, minctionis ſtrangulationes,difficultatesq;, labores articulorum, renumq; caligines, uertiginesue, ſiderationes apoplexiæue, malæ habitudines cachexiæue, lancinationes corporis totius, pruritusue, uigiliæ, uentris, oculorum, narium humiditates, uiſus hebetationes, oculorum albugines glaucoſiesue, grauitates auditus barycoiæue.

Quartum

QVARTVM SEGMENTVM DE PRAEGNANTIBVS

Prægnantes ſi res cogat poſcatue, de quarto ſeptimum uſq; menſem potionato, has uero minus, puerulosq; & uetulos reuereare. Medicamentis autem quæ ſua ſponte ueniunt, de corpore deducito, quia utile eſt, contrario modo uenientia ſedato. Nam ſi quemadmodum expedit, purgentur, confert, facileq; ferunt, contra uero difficulter. Medicamentis autem per æſtatem ſuperna potius purgato, per hiemem inferna. Sub Cane & ante Canem operoſæ moleſtæ difficilesue ſunt medicamentorum purgationes. Macilentos facile uomentes hiemem cauendo ſupra purgato, Difficile uomentes modiceq; carnoſos æſtatem uitando, per inferna. Tabe uero laborantes obnoxiosue per ſuperna nunquam purgabis, ueritus eam, quæ in eorum ſpiritalibus inſtrumentis eſt, imbecillitatem. Bile uero atra uexatos melancholicosue largius & plenius eadem cogitatione contraria adiiciendo per inferna purgato. Medicamẽtis in ualde grauibus morbis primo die, ſi res poſcat cogatue, purgato. nam in iis differre bonum non eſt. Dolores qui torquẽt circa umbilicum lumbosq; quibus nec medicamento nec alia re tolluntur, iis res ad ſiccam aquam ſubter cutem ſiſtitur. Qui per hiemem leuitate inteſtinorum laborant, per ſuperna eos purgare malum eſt. Qui per ſuperna, ueratro non facile purgantur, multo cibo ante potionem madefacito, quieſcitoq;. Cum quis ueratrum potauit, ſi magis agere uis, corpora permoueto & agitato, ſomnum deſidiamq; fugito. quod agitatio corpora perturbet moueatue, Nauigatio demonſtrat. Cum ueratrum magis agere uis corpus, agitato, cum uero comprimere & ſedare, ſomnum facito nec dimoueto. Periculoſum autem iis ueratrum eſt, qui ſanas carnes habent, conuulſionem nanq; ſpaſmonue facit. Non febrienti cibi auerſatio, cordis uellicatio, oculorum caligatio, os amarum ſi fiat, per ſuperna purgationis egere ſignificat.

Prægnantium curatio.

Quãdo purgandum et quos.

Melancholici.

Purgatio morborum grauium quando fiat.

Sicca aqua ſubter cutem.

Veratri purgatio.

Dolores qui ſupra præcordia fiunt, per ſuperna purgationis egere præſeferunt. qui ſubter, per inferna. Qui purgati medicinæ potione non ſitiunt, purgatio non ceſſat priusq̃ ſitiant. Dolores qui torquent, non febrientibus ſi fiant, genuaq; ingraueſcant, lumbiq; doleant, purgationis per inferna egere portendit. Nigra oletula ſanguiniue nigro ſimilia ſponte ſua uenientia cum febre uel ſine peſſima ſunt, cuiq; ſiue in cuius oletulo colores peiores erunt, peius adhuc eſt, cum medicamento autem melius eſt, quoque colores plures fuerint, mali non ſunt. Per exordia cuiusq; morbi ſi bilis atra ſupra uel infra reddatur, mortiferum eſt. Siqui morbis grauibus uel longis uulneribusue uel aliter emaciati bilem atram cruoriue atro ſimilem ſupra uel infra eiiciunt, poſtridie moriuntur. Difficultas inteſtinorum dyſenteriaue

Sitis purgationis finis.

Quæ oletula mala.

Bilis atra mala per morbi exordia.

Sanguis qualis. si de bile atra incipiat, mortifera est. Sanguis supra qualiscunq; sit, si emittatur, malum est. si infra, bonum. si oletula nigra sunt, malum est. Si qui difficultate intestinorum laborat, similia carunculæ frustula demittat, mortiferum est. Quibus in febre multum sanguinis unde uis defluet, cum reficientur, uentres iis lubrici fient. *Surditas quid facit.* Si iis qui biliosa demittunt, surditas super ueniat, biliosa oletula tollit. si uero surditas prius fuerit, si biliosa demittant, surditas cessat. Quibus in febre sex dies iam detentis hectaisue frigus accedit, difficulter decernit dissoluiturue. *Decretoria et accessiones malæ.* Quibus accessiones fient, si hora eadem qua dimiserint, postridie eadem repetent, difficulter decernet. Qui in febre delassantur, his in articulos maxillasq; potissimum abscedit. *Suppurationum signa.* Cum iis qui recens & nuper morbum euaserunt, parte aliqua dolet, ea abscedet.

Quin etsi ante quid doleat, eo morbus decumbit & sistitur. Si febrienti cum nullus tumor in faucibus est, præfocatio repente superueniat, mortiferum est. Si febre correpto collum subito torqueatur, uti uix deuoret, nihilq; tumeat, letale est. *Sudores.* Sudores si cum febre capiant, boni sunt, tertianiq; quintani, septimani, nonarii, undecimani, quarti & decimani, septem & decimani, uni & uigesimi, uni & trigesimi, quarti & trigesimi, Nam ii morbos decernunt. Qui uero sic non fiunt, laborem, morbi longitudinem reuersionemq; portendunt. Sudores uero frigidi si cum graui febre fiant, mortem, si cum leniore, morbi longitudinem signant. Quaq; corporis parte sudor fuerit, morbum ea esse dicit. Quaq; calor uel frigus est, morbus ea est.

Cumque corpore toto mutationes fiunt, cumq; corpus modo frigescit, modo calescit, uel calorem aliunde trahit, coloremue mutat, morbi longitudinem portendit. *Sudor per somnum cur.* Sudor multus post somnum & ex somno sine causa manifesta si fiat, corpus nimio cibo uti præsefert. si uero cum cibum non sumpserit, hoc fiat, uacuatione egere scito. Sudor multus, frigidus uel calidus semper fluens morbum significat, maiorem frigidus, calidus uero minorem. *Febris quæ periculosa.* Febres nunquam cessantes tertioq; die crescẽtes periculosæ sunt. quæ modo aliquo cessant, periculosæ non sunt. *Tubercula dolorq; articulorũ post febrem.* Qui febre longa laborant, iis tubercula uel in articulis dolores fiunt. Quibus longa febre tubercula uel dolores in articulis fiunt, ii nimio cibo utuntur. *Frigus superueniens malum est.* Si frigus rigorue cũ febris non cessauit, languensq; debilis sit, superuenit, mortiferum est. *Oletula lotiaq; qualia.* Cum febris non cessauit, si liuida, cruenta, biliosa, olida demittant, malum est. sin autem & per secessum & per lotium bene demittatur, bonũ est. si uero per hæc loca nihil conferens excernatur, malum est. *Mortis signa.* Cum febris non cessat, si foris frigeat, intus uero caleat ardeatue languens, nec sitiat, mortiferum est. Sin autem cum febris non cessat, labellum uel oculus uel supercilium uel nasus torqueatur, quin etsi languens debilitatus iam non uideat, nec audiat, quicquidue horum fiat, mors procul non est. Quibus cum febris non cessat, spiritus difficultas deliriumue fit, mortiferum est. Quibus abscessus aposte-

maue

maue in febre per prima decretoria non discutiuntur, morbum longum fore portendit. Quibus per febrem malumue aliud oculi libenter lacrimant, nullum periculum est. sinautem non libenter, maius periculum est. Quibus per febrem per dentes glutinosa uersantur, febris uehementior fit. Quibus per febrem ardentem causonue tussis sicca parum uexans plurimum fit, non ualde ii sitiunt. Quæ cum inguina tument, febres fiunt, malæ sunt omnes, præter diurnas ephemerasue. Si febrienti cum febris non cessat, sudor fiat, malum est, Nam & morbus producitur & plurimũ humiditatis inesse signat. *Morbi longi signum.* *Tussis sicca.* *Febris tumente inguine mala.* *Sudor febre nõ cessante malus ẽ.*

Qui carnem humidam habent, iis inediam famemue facito, fames enim carnem siccat. Si cui febre ardente correpto frigus rigorue superuenit, febris discutitur. Siquis conuulsione spasmoue uel neruorum distentione tetanoue molestatur, febris superueniens morbum eum discutit. Tertiana uera septeno circuitu cum longissime decernit. Qui per febrem surdescunt, si naribus sanguis defluat, uenterue soluatur, malum tollit. Mala quæ diebus paribus decernunt, male decernunt & regredi cõsueuerunt. Febrientem nisi diebus non paribus febris dimittat, redire consueuit. Quibus in febre morbus arcuatus regiusue seu icteros ante septimum diem superuenit, malum est, nisi per uentrẽ humore eliquato sedetur. Quibus in febre nullo non die frigus rigorue fit, singulis diebus febris soluitur. Quibus in febre septimo uel nono uel quarto & decimo die morbus arcuatus superuenit, bonum est, nisi præcordia dextra parte dura sint. quod si sit, bonũ non est. Metus in febribus per somnos uel conuulsiones spasmiue malum est. Circa uentriculum in febre si uehemens æstus calorue fiat, cordisq; lancinatio, malum est. Spasmi conuulsionesue per graues febres circaq; intestina labores uehementes malum est. Spiritus creber in febre malum, conuulsionem enim signat. *Tetanos qui discutitur.* *Tertianæ decretorium.* *Morbus arcuatus icterosue.* *Spasmi.*

Quibus febre non carentibus lotium crassum, frustulosum, non multum exit, malum est. sed copiosum tenueq; prodest & bonum est. nam tale cum exit, uel per initia uel statim post crassum sedimentũ facit & habet. Quibus in febre lotium turbulentum quale iumentorum est, redditur, caput iis uel dolet uel dolebit. Quibus malum septimo decreuit lotium nubilum ii primo reddunt, quarto rubrum, deinceps rata portione dilutius. Quibus lotium translucidum perspicuumue redditur & album, malum est, quod potissimum in deliris phreniticisue conspicitur. Quibus præcordia tument, uti suspensa uideantur, murmurantq;, si lumborum dolor superuenit, uenter iis soluitur humescitue, nisi crepitus prorumpat, uel copia lotii subtereat. Per febres autem hæc fiunt. Quibus articulorum abscessus timetur, lotiũ multum ualde crassum & album si fiat, liberat, quemadmodum quibusdam in quartanis laboriosis fieri incipit. Quin et si naribus sanguis prorumpat, ualde cito liberat. Si sanguinem pusue quis cum lotio mingat, rhenes uesicamue ulceratam præsefert. Quibus in lotio crasso parua carunculæ frustula uel *Lotia qualia.* *Tumor præcordiorum.* *Articulorum extuberatio.* *Sanguis pus uel quid aliud si mingatur, quid uelit.*

capillaměto quid ſimile ſimul exit, rhenes hæc his excernunt. Quibus in lotio craſſo furfuracea quædam ſimul eminguntur, ueſica horum ſcabie laborat. Qui ſponte ſua ſanguinem mingunt, uenulæ fracturam in horum rhenibus portendit. Quorum in lotio quædam harenoſa ſubſiſtunt, ueſica horum calculo laborat. Sanguinem uel eius fruſtula ſiquis mingat, uel lotii ſtrangulationem ſtranguriamue patiatur, uentremq; imum, pectinem femenq; doleat, quæ circa ueſicam ſunt laborant. Siquis ſanguinem, pus, ſquamulasue mingat, malusq; & grauis odor inſit, ueſica ulcerata eſt. Quibus in lotii meatu puſtulæ tuberculaue gignuntur, ſi ſuppurent & prorumpant, malum ſoluunt. Si noctu quis multum mingit, parum egerit.

QVINTVM SEGMENTVM DE CONVVLSIONE SPASMOVE

Spaſmi uarietas. Conuulſio ſpaſmosue poſt ueratri potionem ſi fiat, ſuperq; uulnus, mortiferum eſt. Sanguine multo ſubterfluente ſi conuulſio ſingultusue ſuperueniat, malum eſt. Poſt multam purgationem conuulſio ſingultusue ſi fiat, malum eſt. Temulentus ſiquis repente muteſcat, ſi conuulſio ſuperuenit, moritur, niſi febris ſe corripiat, uel cum ad eam horam uenerit qua crapula & ebrietas ceſſat & ſoluitur, loquatur. *Tetanus.* Qui neruorum diſtentione Tetanoue corripiuntur, quarto die moriuntur. quos ſi fugiant euadantue, ſaneſcunt. *Comitialis epilepticaue quãdo tollitur.* Morbi comitiales epilepticaue quibus ante pubertatem fiunt, cum pubeſcunt, tolluntur tranſmutanturue, quibus autem quinto & uigeſimo anno fiunt, cum iis plærunq; moriuntur. *Pleuritici.* Qui morbo laterum laborant pleuritici ue ſunt, niſi quatuor & decem diebus perpurgentur, purulenti fiunt, ſeu in empyema tranſeunt mutanturue. *Phthiſis.* Tabes phthiſiesue potiſſimum fiunt ab octauo & decimo anno uſque ad quintum & trigeſimum. *Cynanche.* Qui Anginam Cynanchenue fugiunt & euadunt, ſi pulmonem petat, ſeptem diebus niſi moriuntur, purulenti fiunt. *Phthiſis quando mortifera.* Qui tabe laborant, ſi quod ſpuunt carbonibus iniectum male olet, capilliq; capitis defluant, mortiferum eſt. Qui tabe laborant, capilliq; capite defluunt, ſi uentris fluctio ſuperueniat, pereunt. *Cur ſpumoſus ſanguis ſpuitur.* Qui ſpumoſum ſanguinem ſpuunt, de pulmone deducitur. Tabe correpto ſi uentris fluctio ſuperueniat, mortiferum eſt. *Pleuritis.* Qui de laterum morbo pleuritideue purulenti fiunt, ſi quadraginta diebus ex quo prorumpere cœpit, perpurgentur, ſedantur liberanturue. ſi minus, tabes ſubrepit. *Calida et frigida aqua qualis.* Calida aqua ſi quis nimium utatur, detrimenta hæc ſecum portat, carnem mollem effœminatamue facit, neruos debilitat, mentem hebetat, ſanguinem prouocat, deliquium animi portat, poſt quæ mors ſequitur. Frigida uero hoſtis eſt oſſibus, neruis,

bus, neruis, dentibus, cerebro, medullæ dorsi spinæue, conuulsiones spasmusue, neruorum distentiones, tetanusue, liuores melasmusue, febriculosos horrores rigoresue facit. Calida prodest, quæ perfrixerunt, calefacit, præterea quæ sanguinem uel emittunt uel emissura sunt. Frigida uulnera ulceraue lancinat mordicatue, cutem circunasperat, dolorem sine pure facit, nigricat, febriū horrores & rigores, conuulsiones & distentiones iniicit.

Quandoque super uel in neruorum distentione tetanoue sine uulnere ulcereue carnoso admodum iuueni æstate media plurima frigidæ perfusio caloré reuocauit, calida discussit. Calida non in omni uulnere ulcereue pus creat, quod summum tutelæ securitatisue signum est, cutem mollit, extenuat, dolorem tollit, horrores, rigores, conuulsiones, distentiones mitigat, capitis grauedinem leuat, plurimum ossibus fractis confert, & nudis, & iis qui caput uulneratum habent, & iis qui præ algore moriuntur uel ulcerantur, & iis quæ serpunt & deuorant, sedi, pudendis, locellis, uesicæ. Quibus calidum amicum & decretorium est, frigidum hostile & perimens. Frigida in iis utitor, sanguis unde manat uel manaturus est, non super loca ipsa sed circa ea unde manat fluitue, quæq; inflammantur, uel super ipsa inflammata ad rubrum & cruentum tendentia super loca ipsa in recenti sanguine, quoniam uetusta denigrat, sacrumq; ignem non ulceratum pustulasq; rubras erysipelasue facit, nam ulceratum lædit. Frigida sicuti est nix, glacies pectori hostilia sunt, tusses enim sanguinis fluorem, destillationem mouent. Tumores articulorum, pedum dolores sine ulcere conuulsionesq; quibus plærunq; multa frigida conspersa, leuat, extenuat, tollit, soluitq; dolorem, torpor enim modicus dolorem tollit & dissoluit. Aqua uero quæ statim calescit frigescitq;, leuissima & optima est. Qui per noctem plurimum sitiunt, si aquam potent & superdormiant, malum non est. quæ fœminarum purgamenta deducunt. Subter fumigationes odoratorū Aromaton sunt quæ sæpe & ad alia utilia essent, caput nisi grauarent. Cum prægnans sanguinem incisa uena mittit, abortum facit, multoq; magis, si fœtus magnus est. Mulieri prægnanti, si morbo aliquo graui corripiatur, mortiferum est.

Calidæ aquæ natura.

Frigidæ usus qui.

Nix gelu qualis.

Quæ melior leuiorue aqua.

Aromaton subfumigatio.

Prægnantium abortus.

Mulieri sanguinem uomenti si menses prorumpant, sanguinis uomitus discutitur. Cum menses deficiunt, si de naribus sanguis profluat, optimum est. Mulieri prægnanti si uenter nimium fluat, abortus periculū est.

Cum mulier de locellis laborat, uel difficulter parit, si supersternutet, bonum est. Mulieri menstrua decolorata demittenti nec semper eadem & eodem tempore purgationis egere significat. Mulieri prægnanti mammæ si repente macrescant, abortiet. Si mulieri geminos gestanti mamma altera repente macrescat, unum abortiet. Si quidem dextra macrescat extenuetur ue, marem, si sinistra, fœmellam. Cum fœmina quæ nec prægnans est nec peperit, lac habet, menses illi defecerunt. Mulieribus quibus sanguen ad

Mammarum macies subita quid portendat.

Mensiū defectus signum.

mammas cōgitur conuertiturue, furorem insaniamue portendit. Cum scire uis mulier conceperit necne, cum cubatura est mulsum propinato, quod si uentrem torqueat, concepit, si minus, non. Prægnans si marem gestat, boni coloris est, si fœminam, mali. Mulieri prægnanti si pustula rubra erysipelasue in locellis gignatur, mortiferum est. Macilentæ præter naturam si concipiant, abortiunt, nec priusquam crassescant, concipiunt. Quæ corpus modice habent, si duorum uel trium mensium fœtum abortiant sine patenti causa, locellorum iis concetabula mucculenti humoris plena sunt, quæ præ pondere fœtū continere non possunt, sed abrumpuntur. Quæ præter naturam crassæ sunt, si non concipiunt, locellorū os iis omentum claudit premitue, nec priusquam emacientur, concipiunt. Si locelli coxendicem petant, pusqȝ illic creent, necesse est illud penicillo linamentoue immisso curari.

Conceptus nota. Color marē uel fœmellā gestātis. Erysipelas uuluæ. Macilentæ cur abortiāt et quando concipiant. Crassæ cur non concipiant.

Masculus fœtus in dextris, fœmineus in sinistris potius continetur mouet turue. Si locelli procidant, quod sternutamentum prouocet admoueto, naresqȝ & os premito clauditoue. Prægnanti uoluntas egerendi tinesmosue si superueniat, abortum facit. Mulieri si menses compescere uelis, cucurbitulam magnam mammis dato. Quæ fœtum gestant, locellorum os clausum habent. Prægnanti si lac multum mammis defluat, fœtus debilitatem portendit, quæ si duræ solidæue sunt, fœtum ualidiorem signant. Quæ conceptus perdituræ sunt, papillæ iis emaciantur, quæ si duræ sint, doleātqȝ, & si oculi, coxendices & genua doleant, cōceptum non perdent. Quibus naturæ os durum est, locellorum os necesse est iis durum esse & clausum.

Masculus dextra fœmina sinistra continetur. Procidentia uuluæ. Tinesmos. Prægnantis signum. Fœtus nō ualentia qui cognoscatur. Abortiendi signum.

Prægnantes febre si corripiantur uehementerqȝ calefiant, causaqȝ non patente macrescant, difficulter & periculose parient, uel cum abortū fecerint, periclitabuntur. Si conuulsio spasmosue defectusqȝ animi profluuio fœmineo superueniat, malum est. Menses si multi uel pauci uel nulli defluant, locellorum & uuluæ morbos gignunt. Sicui rectum intestinum anusue uel uulua perflammetur, uel rhenes purulenti sint, minctionis strangulationem stranguriamue creat. sin autem iecur inflammatum sit, singultū. Quæ fœtū perdituræ sunt, mammis emaciantur. Si quæ non concipit, scire uelis conceptura ne sit, pannis eam circuntegito, subterqȝ fumigato, Si odor per corpus in os & nares penetret, sua culpa scito eam sterilē non fore. Prægnāti menses si defluant, fieri non potest uti conceptus sanus sit. Cum fœminæ purgationes non defluent, horror febrisque non superuenerit, fastidiumqȝ & æstuatio redundantiaue stomachi superingruat, hanc concepisse putato.

Febris prægnantis mala. Mēsiū qualitas. Stranguria. Singultus. Conceptus et fœcūditatis signū. Morbosi conceptus signum et eius quæ concepit.

Quæ perhumidos habent locellos, quæ frigidos & densos, non concipiūt, semen enim genitale in iis extinguitur, quæqȝ persiccos & urentes, nutrimenti nanqȝ carentia & inopia semen in iis corrumpitur. quæ uero temperamentum æquum utrinqȝ habent, fœcundæ sunt. Pari modo & in uiris habet, nam aut propter corporis raritatem spiritus exhalat, uti semen non mittatur, uel densitate

Quæ concipiūt et quæ non. Qui uiri prolifici non sint.

densitate humorem non emittit,uel frigiditate non calefit,uti in hunc locum cogatur,uel calore idem fit. Lac dolitantibus caput dedere, bonũ non est, nec febrientibus,nec iis qui præcordia tumentia murmurantiaq; habent, nec ualde sitientibus,nec iis qui febre graui biliosa demittunt,nec iis qui sanguinis multum demiserint. tabificis uero lac conuenit,nisi nimium febriant. longis etiam febribus non uehementibus, dum modo nullum supradictorũ signorũ compareat, nec supra modum emaciatis dandum est. Si uulnera ulceraue tumescant,languentes non ualde conuelluntur, nec insaniunt. Sed tumor si repéte considat,quidã conuulsione spasmoue tetanoq; distentioneue neruorũ in posteriora cõtrahuntur,quidam furenter in anteriora, quidam laterũ graui dolore corripiuntur,quidam purulenti fiunt,uel difficultas intestinorũ uexat.

Lac quibus dandum,et non.

Vulnerum affectus.

Si tumor rubeat, tumor mollis bonus est, durus uero & crudus malus.

Si uero magna uulnera & mala non tumeant, magnum est malum. Cum posterior capitis pars dolet, si frontis uena recta pertundatur incidaturue, leuat. Mulieres de lumbis horrere frigereq; prius auspicantur, qui per dorsum caput petit, quin & uiri prius de posteriore parte quam anteriore horrere frigereq; seu rigere incipiunt, uti cubitis, coxis, qua rariorem cutem habent, quod pilus demonstrat. Quartana correpti conuulsione spasmoue non uexantur, quo si prius laborassent, quartana superueniente tollitur.

Capitis doloris medela.

Horror frigusue prius unde capiat.

Quibus cutis squalida,sicca,dumq; circuntenditur, ii sine sudore finiunt. quibus uero demissa, laxa & rara, ii cum sudore finiunt. Qui morbo regio arcuatoue laborant, non admodum perflantur.

Cutis uarietas quid portendat.

SEGMENTVM SEXTVM DE LEVITATE INTESTINORVM

Si cibi appetitus qui prius non fuerit, diuturnis leuitatibus intestinorum fiat, signum est optimũ. Quibus nares suapte natura humidæ sunt,semenq; genitale liquidum, morbosi degunt. quibus uero contra, sani magis sunt.

Cibi fastidium longis intestinorum difficultatibus quid malum est, & cum febre peius. Cum loca quæ uulnus ulcusue circunstant, pilos squamulasue porriciunt, uulnera ea ulceraue tetra pessimaue & cacoethea sunt. Dolorũ qui in lateribus costisue pectoribus cœterisq; mẽbris sunt,num ne ualde differant & magni sint, sciscitandum est. Mala rhenũ uesicæq; in senibus difficulter sanantur. Dolores tumoresq; qui in uentre fiunt, si superne sunt, leuius uexant,si interne, grauius. Si subter cutem aqua laborantibus hydropicisue per corpus ulcera gignantur, non facile sanantur. Pustulæ latæ non ualde pruriunt. Capite laboranti circumq; dolenti si pus uel aqua uel sanguis per nares uel aures uel os defluat, morbum discutit. Si bile atra uexatis

Leuitatis intestinorum signum bonum.

Qui morbosi.

Cibũ non capere in difficultate intestinorum malũ est.

Tetra cacœthea ue uulnera quæ.

Quid de languẽtibus petẽdũ est.

Quæ in senibus non sanantur.

Dolor tumorq; uentris qui non grauis.

Capitis dolẽtiæ discussio.

Melancholici. Nephritici. Lithiasis. Hæmorrhoides. Mariscæ diuturnæ. Singultū sternutatio tollit, Vomitus uentris fluctionem.

melancholicisue malisq; rhenum nephriticisue propterq; calculum lithiasin ue mariscæ hæmorrhoidesue superueniant, bonum est. Sanato longi temporis mariscis, nisi una reseruetur, periculum est ne subter cuté aqua uel tabes superueniat. Cum quis singultit, si sternutatio superueniat, singultū tollit.

Si laborāti subter cutem aqua per uenas aqua uentriculum petat, morbum discutit. Si longa uentris fluctione laboranti uomitus sua sponte superueniat, uentris fluctionem leuat. Si laterum uel pulmonis morbo detento uentris fluctio superueniat, malum est. Siquis cum lippit, uentris fluctione corripiatur, malum non est. Si cerebrum, cor, iecur, præcordia ſeptū transuersum uentriculus, uesica, uel tenuium quod intestinorum uulneretur, præcidaturue, mortiferum est. Cum os, neruus, chartilago, buccæ præputium uulneratur præciditurue, non coalescunt, cicatricem obducunt, ferru minanturue. Si præter naturam & modum sanguis in uentriculum defluat, pus fieri necesse est. Si furentibus insanientibusue mariscæ uaricesue superueniant, morbum tollunt. Qualecunq; dolētia, lædentia, perfracta de dorso in brachia transeunt, sanguis de uena missus discutit. Si formido tristicia ue animi multum in homine duret, bilis atræ signum ē. Siquod tenue intestinum præcidatur, non coalescit. Si perfusio rubra Erysipelasue extra diffusus introuertatur, malum est. si qui intus erat, exeat, bonum. Qui febre ardenti tremunt, deliratio tollit. Purulenti uel aqua subter cutem laborantes hydropiciue si secentur uranturue pusq; totū una uel aqua prodeat, omnes pereunt. Castrati eunuchiue de pedibus non laborant siue non podagriant, nec caluescunt. Mulier de pedibus non laborat siue non podagriat, nisi menstruæ purgationes eam destituerint. Puer etiam pedum dolores non patitur ante ueneris usum. Dolores oculorum uini non diluti potus uel balneum uel fomentum uel secatio uenæ uel medicamenti potio discutit. Qui balbi sunt, longa uentris fluctione maxime corripiuntur. Qui crudi sunt, morbo laterum non fere capiuntur. Caluis magnæ uarices non fiunt, & si fiant, capilli renascuntur. Si subter cutem aqua laborantibus hydropicisue tussis superueniat, malum est, si præueniat, bonum. Minctionis difficultatem dysurianue sanguis uena missus tollit, sed interiores cedito.

Si fauces Angina laboranti extuberent, bonum est. Quibus cancri latentes fiunt, melius est eos non curare, nam si curentur, cito pereunt languentes, si non curentur, plusculum durant. Conuulsio spamosue plenitate uel uacuitate fit, sic & singultus. Qui præcordia sine inflammatione dolent, si febris superueniat, laborem tollit. Quibus purulenti quid in corpore est, nec indicat, uel puris crassitudine uel loci euenit. Morbo regio laborantibus ictericisue si iecur durescat, pessimum est. Lienosi difficultate intestinorum si corripiantur, longaq; superueniēte subter cutem aqua hydropsue

Quæ præcisa non coeant. Mariscæ uaricesq; quid faciant. Formido. Signum melancholicum. Erysipelas. Causos. Tromodis. Hydropicis quæ periculosa. Castratis fœminis puerisq; quæ non fiant. Doloris oculorū medela. Balbi. Crudi. Calui. Varices. Hydropici. Dysuria. Angina cynanchene. Cancri. Spasmos singultusue unde. Icterici. Lienosi.

hydropsue superuenit uel leuitas intestinorũ, pereuntq́. Quibus stillicidio urinæ stranguriaue conuoluulus hileosue fit, septem diebus pereunt, nisi febre superueniente multum mingant. Quæ uulnera per annum uel amplius non coaluerunt, os abscedat cadatue necesse est, cicatrixq́ caua fiat. Qui præ spiritus angustia Asthmateue uel tussi gibberosi fiunt, ante pubertatem pereunt. Quibus sanguinis missio per uenam uel per potiones purgatio confert, per uernum tempus utrunq́ facito. Si lienosis difficultas intestinorũ superueniat bonum est. Pedum mala podagricaue sedata perflammatione octo & quadraginta diebus cessant sistunturue. Quibus cerebrũ percussum est, iis necesse est febrem bilisq́ uomitum superfieri. Qui sani capitis dolore subito corripiuntur, nec loquuntur, sed stertunt & iacent, septem diebus ii pereunt, nisi febris corripiat. Præterea dormientium oculos obseruato, nam siquid albi palpebris cohærentibus & compositis subappareat, quod de uentris fluctione medicamentiue potione non sit, malum ualde mortiferũq́ signum est. Deliria quæ cum risu fiunt, tutiora sunt quam quæ serio. *Stranguria. Hileos. Asthma. Gibbi. Lienosis quid bonum. Podagrica quantum durent. Cerebri percussi signum. Capitis dolore qui pereunt. Dormientium obseruatio.*

Qui cum febre sunt graues morbi, si querulæ in iis & cum planctu spirationes fiunt, bonum non est. Pedum mala podagricaue per uer & auctumnum plærunq́ mouentur. Cum morbis atræ bilis melancholicisue periculose prosiliunt spectantue, uel corporis syderationem uel conuulsionem uel furorem uel cæcitatem portendit. Syderati fiunt de quadragesimo usq́ ad sexagesimum annum, quod si ulterius protendatur, tanquam marcidi concidunt. *Podagrica quando uexant. Melancholici. Syderatio quos uexet.*

Si omentum procidat, necessario putrescit. Quibus coxendicis morbo uexatis coxæ uertebra de acetabulo procidit & rursus in suum locum redit, muccosus humor iis supuenit. Quibus coxendicis morbo diu uexatis coxæ uertebra procidit, crus iis tabescit, & nisi ignis admoueatur, claudicant. *Omẽti procidentia. Coxendicis luxatio.*

SEGMENTVM SEPTIMVM DE MORBIS GRAVIBVS

Si postremæ partes in morbis grauibus frigent, malum est. Si osse affecto caro liuescit, bonum non est. Singultus oculiq́ rubentes cum uomitu uel post, malum est. Post sudorem horror optimum non est. Post insaniam furoremue difficultas intestinorũ dysenteriaue uel subter cutẽ aqua hydropsue uel mentis excessio ecstasisue optimum est. Cibi auersatio apositiaue, puri uomitus, biliosæ deiectiones, in longo morbo malum est. Post multũ potũ frigus & rigor delirationq́ malum est. Cum uomica quæ intus est phymaue dehiscit rũpiturue, dissolutio uel uomitus uel defectus animi fit. Post sanguinis fluctionẽ deliratio uel conuulsio malum est. Post conuoluulum hileonue uomitus uel singultus uel conuulsio uel deliratio malũ est. Post *Postremorum frigus. Horror non probus. Hydrops. Ecstasis. Cibi fastidium. Phyma intus cũ dehiscit. Hileos.*

Phrenitis. *Tetanos.* *Capitis plaga.* *Phthisis.*

laterum morbum pulmonis uitium si fiat, malum est. Post pulmonis malū deliratio phrenitisue malum est. Post æstus uehementes conuulsio tetanos ue siue distentio neruorum si fiat, malum est. Post capitis plagam stupor de liratioue malū est. Post sanguinis sputum puris sputatio malū est. Post puris sputationem tabes phthisisue fluctioue si fiat, bonum non est. cum uero sputum sistitur, pereunt. Post iecoris inflammationē singultus malum est.

Lethargos. *Erysipelas.* *Quæ mala, uel contra.*

Post uigiliā conuulsio desipientiaq; malum est. Post somni obliuiosum soporem lethargonue tremor bonum nō est. Post ossis denudationem per fusio rubra erysipelasue malum est. Post hanc putredo suppuratioue bonū non est. Post uehementē pulsum in uulneribus sanguinis profusio malū est.

Post longū uentris dolorē suppuratio bonū non est. Post deiectionem puram difficultas intestinorū malū est. Post ossis præcisionē desipiētia uel stupiditas si uacuū recensue ceperit, malū est. Post medicamenti potionē conuulsio spasmosue mortiferū est. Post uentris magnū dolorē postremorū frigiditas malū est. Si prægnanti uolūtas egerēdi fiat, abortit. Siquod os, chartilago, neruusue in corpore præcidat, nō sanescit nec crescit nec coalescit. Si pituita alba laborāti fluctio uētris magna supueniat, morbū soluit.

Tinesmos abortum facit. *Quæ præscita non coalescant.* *Pituita alba.* *Sedimenta lotiorum.*

Qui spumosa in uentris fluctione demittunt, de capite pituita iis defluit.

Cum febrientibus in lotio sedimētū similagineū fit, ualetudinē longā portēdit. Quibus biliosa sedimēta supne tenuia fiūt, morbū grauē præseferūt.

Qui lotiū disiectū & inæquale mingunt, ii uehemēter corpore pturbantur.

Quorū lotio bullæ considunt, iis rhenū uitium & longum fore portendit.

Quorū lotio pingue multū & coactū sedimētū inest, iis rhenū mala & grauia fore portēdit. Si rhenū morbo laborātibus hæc signa fiant, laboresque graues musculos spinæ foris uexent, tuberculum foris expectato. si uero intus doleat, intro abscedet. Qui sanguinē sine febre uomunt, salutare est, Cū ea uero malū. Quod stringētibus refrigerātibusq; curato. Mala grauia quatuor & decē diebus ad summū decernūt. Tertiana septimo ad summū circuitu decernit. Destillationes in superiore uentriculo diebus uiginti pus fiunt.

Sanguinis uomitus quando salutaris. *Malorum grauiū decretoria.* *Tertianæ decretorium.* *Destillatio quota purescit.* *Lingua debilitata.* *Cur singultus senum.*

Siquis frustulatim sanguinē mingat, strangulationeq; minctionis stranguriaue laboret, uentrē aqualiculū pectinēq; doleat, morbum uesicæ portendit.

Si lingua subito debilitet corporisue qd torpescat & sydere, ab atra bile pficiscit. Si natu grādioribus senioribusue supra modū purgatis singultus superueniat, bonum non est. Si febris biliosa non continet, caputq; calida multa perluatur, tollitur. Mulier scæua manuue utraq; agilis non fit.

Purulenti. *Dolores oculorū qui sedentur.*

Cum purulenti secantur urunturue, si purum & album pus defluat, supersunt. si turbulentum & olidum moriuntur. Cum iecur purulentum secatur urituruе, si purum & album pus defluat, supersunt, nam in summa eius tunica pus est. si uero sicuti amurca defluat, pereunt. Dolores oculorū potio meraca uel balneū uel suffimētū uel uenæ incisio tollit. Qui subter cutē

aqua

aqua laborat, si tussit, sine spe est. Minctionis strangulationem stranguriamue difficultatemque dysurianue temulentia siue multa uini potio uenæque incisio tollit, uenas autem interiores pertundito. Cum quis Angina laborat, si pectus tumeat & rubeat, malum non est, foras enim malum prodit. *Desperatus deploratusue hydrops.* *Anginæ signa bona.*

Cerebrum qui læsum habent, triduo moriuntur. quos si euadant, sanescunt. *Cerebrũ læsum quotos tollit.*

Sternutaméta de capite proficiscuntur, cum cerebrum calefit & humescit, uel cum pars uacua capitis refrigeratur, aerisque repletur, qui cum exit, sonitat strepitue, quod angustum exitum habeat. Qui iecur circundolitant, si febris superuenit, dolorem leuat. Quibus sanguinem uenis mittere confert, uerno tempore iis mittito. Quibus pituita inter uentrem & præcordia clauditur, doloreque afficit, cum per neutrum uentriculum exire possit, si per uenas pituita uesicam petat, morbum iis tollit. Quibus iecur plenum aquæ in omentum prorumpat & mittat, uenter iis aquæ completur, & pereunt. *Sternutatio unde.* *Iecoris dolor.* *Sanguis quando mittendus.*

Panticulationem æstuationemue, oscitationem, horrorem, uinum pari modo cum aqua potum tollit. Quibus in fistula meatuue qua mingitur, tubercula fiunt, si suppurent & prorumpant, labor iis soluitur. Quibus cerebrũ aliqua de causa quatitur, necessario confestim obmutescunt. Cum humidas carnes habent corpora, famem iis facito, quæ corpora siccat. *Quæ oscitationem tollant.* *Cerebri læsio.* *Fames siccat.*

Cum febricitans repente præfocatur, cum difficultate uti deuoret, faucibus non tumentibus, mortiferum est. Cum febrienti collum torquetur, deuorare uti non possit, collo nihil tumente, mortiferum est. Cum sæpe corpus mutatur, modoque calescit modo frigescit, coloremque mutat, morbum longum portendit. Cum sudor multus, calidus frigidusue semper fluit, plenitatem humoris præsefert, qui robusto per superna deducendus est, non robusto autem per inferna. Cum sudor multus fluit, morbum portendit, frigidus magnum, calidus minorem. Quæ febres nunquam cessant, tertio die si crescant, periculosæ sunt. Quæ uero quouis modo cessant, periculosæ non sunt. Qui longa febre tenentur, tubercula iis gignuntur, uel in articulis dolores. Quibus tubercula uel articulorum dolores diutius durant, nimis ii comedunt. Siquis febrienti cibum quem sano, det, ualenti quidem robur est. Languenti uero morbus. Quæ uesica demittuntur, spectato sint ne sanis similia, quæ morbosa non sunt. quæ uero talia non sunt, morbosa ducito. Quorumque in demissis non dimotis ueluti ramenta subsistere uideris. si pauca, pusillus erit morbus, Si multa, magnus. Ventrem his suppurgare conferet. quo non purgato quanto plus sorbitionum dederis, tanto magis læseris. Qui cruda demittunt, de bile atra est. quæ si multa sunt, magno malo uexabuntur, Si pauca, pusillo. Cum febres non cessant, si liuida, cruenta, biliosa, olida demittant, omnia mala sunt. si probe & per uesicam & per uentrem demittant, bene habet. siquid non demissum & purgatum usquã subsistat, malum est. Cum quis corpora purgare uelit, fluida facito, *Mutatio corporis frequẽs quid uelit.* *Sudoris causa.* *Quæ febres periculosæ, et quæ non.* *Tubercula.* *Dolor articulorũ.* *Cibus qui.* *Minctionis cognitio.* *Quando purgandum.* *Cruda cur demittantur.* *Qualia excrementa quæ non bona.* *Qui purgetur.*

si per superna, uentrē sistito, si per inferna, soluito madefacitoue. Somnus, uigilia præter modum si sunt, malum est. Plenitas satietasue, fames, quicquid naturam excedit, bonum non est. Cum in febre cessante exteriora frigent, & interiora calent, sitimq; faciunt, mortiferum est. Si labellū uel nasus uel supercilium torqueatur, uel si non uideat, nec audiat debilitatus languens in febre non cessante, quod uis horum signorum fuerit, mortiferum est. Post albam pituitam subter cutem aqua hydropsue superuenit. Post uentris fluctionem diarrhoanue difficultas intestinorum dysenteriaue. Post hanc leuitas intestinorum lienteriaue. Post putrefactionē sphacelismonue casus ossium abscessusue. Post sanguinis uomitionem tabes phthoreue siue phthoe purisq; purgatio per superna. Post tabem capitis destillatio rheuma ue. Post quam uentris fluctio. Post hanc superioris purgationis compressio. Post quā mors sequit̃. Qualia uesicæ, uentris, carnis siquaq; alia est corporis naturalis emissio, spectato. nam si non multa sunt, morbus magnus non erit, si multa, magnus, si ualde multa, mors.

Quæ modū excedunt mala sunt.

Mortis signa.

Quæ inter se succedant sequanturue.

Quæ consideranda.

Nothi Aphorismi.

Phrenitici.

Qui sequūtur Aphorismi spurij nothiue dicuntur. Qui supra quadraginta ānos insani phreniticiue fiunt tabificiq;, nō fere sanescūt seruanturue, minus enim periclitant̃ quibus morbus & naturæ & ætati cōueniēs accedit. Tabifici morbi phthisiesue de octauo & decimo anno quadragesimum quintū usq; potissimū gignuntur. Quæ naturaliter fiunt, partim mitia, partim uehementia, partim mortifera sunt. Secundum autem naturam est, siquis eo anni tempore morbo corripiatur, quod infensum & inimicum uel amicum illi morbo sit. tempus enim illud illi morbo contrariū est, uel contra, languentiq; auxilio uel contra. sicuti febri ardenti causoue æstas fauet. Hyems subter cutē aqua laboranti hydropicoue cōtraria est. quæ lienoso magis timenda est. naturale nāq; semper uincit. Quibus in morbis oculi sponte lacrimant, malum non est. quibus contra, malum. Quibus in quartanis febribus sanguis naribus defluit, malum est. Sudores decretoriis diebus magni, celeres & uehementes si fiant, periculosi sunt, præsertim qui fronte tanquam stillicidia, fistulæ, tubuli conaliculiue pelluntur, frigidiq; & ualde multi. Sudorem enim hunc multa ui, labore, longaq; expressione necesse est exire. Post longum morbum uentris fluctio malum est. Lingua nigra cruentaue cum quid horum signorum abest, malum ualidum non est. Hæc quidem in grauibus acutisue febribus obseruentur, uti siquis moriturus uel euasurus sit, dignoscamus.

Phthisies quādo fiunt.

Qualitas naturalium.

Quæ tempora morbis faueant, uel aduersentur.

Sudoris qualitas.

Linguæ signa.

Testis dexter frigidus contractusq; mortiferum est. Vngues nigri, digiti pedum frigidi, nigri contractiq; mortem proximam esse portendunt. Quod etiam digitorum postrema frigida præseferunt. Labia liuida, resoluta, contorta, frigida si sint, mortiferum est. Si oculi caligant, lucemue auersantur, solitudine siquis gaudeat, qui somno multo & æstu detinetur, extra spem est. Siquis paulatim rabie quadā efferatur, Siquis non cognoscit, nō audit, non

Morborum grauium notæ mortiferæ.

non intelligit, mortiferum eſt. Paulo poſt morituris ſigna hæc ſunt clara magis, Ventriculi ſi tolluntur, tumeſcunt & inflantur. Terminus uero mortis hic eſt, Cum animæ calor ſupra umbilicum præcordiaq; recurrit & aſcendit, ac omnem liquidum humorem exurit & ſiccat. Cum autem cor pulmoq; humiditatem caloris collecti mortiferis in locis ſentiunt, totum caloris ſpiritũ efflant, unde totum in toto conſiſtit. præterea quidem partim per carnem partim per ſpiracula capitis ſpirant, quod uiuere dicimus. corporisq; capſulum & alueum anima frigidum mortuumq; una ſimulacrum relinquit, ſanguiniq; bili pituitæq; & carni concedit. Quæ mala non ſanant medicamenta, ferrum ſanat. Quæ ferrum non ſanat, ignis ſanat. Quæ non ſanat ignis, non poſſe ſanari putato.

Mors quæ.

Spiracula uitæ.

Triplex curatio.

HIPPOCRATIS PRAESCITORVM PROGNOSTICORVMVE LIBER QVINTVS ET QVINQVAGESIMVS

m Edicum quidem mihi optime facturum eſſe uidetur, ſi prudentiam ſcientiamue per ſtudia comparabit. per eam enim præſentia, præterita, futuraq; languentibus prædicet, quæq; illi prætermiſerint, admiſerintue. Quo magis res languentium nouiſſe credetur, totosq; ſeſe audentius medico illi committent. Quare ille optime curabit, qui præuiderit quæ mala quidq; ex iis uenturum ſit. Sanos autem facere languentes omnes non poteſt, nam hoc maius eſſet q̃ futura præuidiſſe. Quoniam uero nõnulli homines uehementia uiq; morbi priusq̃ medicum accerſant, pereunt, quidam paulo poſtquam aduocauerunt, quidam unum diem, quidam pluſculum temporis uiuunt pereunt tamen prius quam medicus arte morbis reluctari potuerit, Quare morborum naturas ſciat oportet noſcatue, quantumq; ui ſua corpora ſuperent. præterea ſiquid diuinum cœliue & aeris non benigni ſit in morbis, & huius prouidentiam ſcientiamue tenere & didiciſſe. ſic enim merito admirationi eſſet, medicusq; optimus cenſeretur. Qui nanq; curare poterit, uti languentes ſuperſint & uiuant, multo magis eos recte conſeruare poterit, cum ante tempore multo ſingula cauerit conſulueritq; & præuiderit, moriturosq; & euaſuros ante cognouerit

Quæ medici ſunt.

Prima medici conſideratio.

Mos hominum.

Quæ medico cognoſcenda.

prædixeritq. Causa & auctor mortis eorum rite nõ uidebitur fuisse. Primo quidem in grauibus acutisue morbis uultum faciemue cõsiderato, sit ne sano similis sibiq cum sanus esset, quod bonũ erit. contra uero, malum. Quod tale erit, Nares acutæ nasusue, caui oculi, tempora stricta, frigidæ aures & compressæ, earumq fibræ auriculæue demissæ conuersæq, cutisq frontis dura, distenta, sicca, colorq uultus totius luteus ne sit, uel niger, liuidus, plumbeusue. quod si per morbi exordia uultus talis erit, signisq aliis nullis conjectari poterit, Languens uigilauerit ne petito, solutusue uenter sit, famemue tulerit. quod si fateatur, minus periculosum & graue putato. nam hæc die & nocte una decernunt, finiuntue. Quod si his de causis uultus talis erit, sat habeto. si uero nihil horum fuisse dicat, nec tempore iam dicto consistat, cesset ue, signum hoc mortiferum esse scito. Si uero morbus uetustior longiorue tribus quatuorue diebus sit, uultusq talis fuerit, eadem quæ ante dixi & mandaui, petito, signaq alia perquirito consideratoue, quæ in uultu, toto corpore & oculis sint, Si nanq lucem fugiant, uel non libentes lacriment, uel oculi conuertantur torqueanturue, uel alter altero maior sit, uel album rubeat, uel palpebras uenulasue quæ in eis sunt liuidas nigrasue habeant, uel sordes circa pupillas cõpareant, uel tremuli sint motabundiue uel caui ualde uel prominentes, pupillæq num squalidæ & non lucidæ sint, uel si uultus totius color mutatus sit, quæ signa mala & perniciosa cuncta putato. Quid præterea in dormientium oculis subappareat, spectato, nam si quid albi palpebris compressis & clausis oculis subter compareat, quod non uentris fluctione uel epoto medicamento sit & ueniat, uel quod sic dormire consueuerit, malum ualde mortiferumq signum est. Si uero supercilia palpebræue obliquentur torqueanturue rugenturq uel liuescant pallescantue, labiaq & nares cum aliquo cœterorum signorum, mortem scito proximam esse. Mortiferum etiã est & labia resoluta si sint uel pendeant frigescantue uel exalbescant.

Vultus signa. *Vultus coloris uarietas.* *Oculorũ signa.* *Dormientiũ coniectatio.* *Superciliorum labiorũq signa.*

Medicus languentem in dextrum latus uel sinistrum inueniat oportet iacentem, non supinum. Manus ceruicem collumue cruraq paulum contracta di uaricataq habentem, corpusq totum agile, flexileue iaceat, sic enim ualentium plurimi cubant. Quemadmodum sani, cubare optimum est. Supinum autem iacere, manus, collum, crura distenta habere, bonum non est. si uero resolutus distentusq cubet, perq cubile ad pedes defluat de lectoq cadat, peius est. Sin autem pedes nudos calidosq non ualde habere deprehendas, manusq ceruicem, crura nuda non æqualiter iactantem, malum est, molestam enim æstuationem significat. Mortiferum etiam est, si ore aperto usq dormiat, Si supinus cruribus curuatis complicatisq cubet, Si præter consuetudinem in uentrem iaceat, Mentis enim alienationem uel uentris dolorem significat. Languentem morbo uigente surgere uelle, malum quidem in omnibus grauibus morbis est. pessimum uero pulmonis uitio laborantibus.

Cubatio qualis. *Pedum signa.* *Cubatio in uentrem mala.* *Surgere uelle morbo uexãte malum est.*

Dentibus

Dentibus frendere per febrem quibus a pueris consuetum non sit, furiosum est & letale. quare periculum utrinq; futurum prædicito. Si uero desipiens iam hoc agat, ualde perniciosum est. Sin autem ante morbum ulcus aliquod forte habuerit, uel in morbo uenerit, petito & obseruato. nam si languens periturus est, ante mortem liuescit uel arescit. De manuum uero iactatione & agitatione sic dico sentioue, Qui per febres graues acutasue, pulmonis uitia, capitis dolores, insaniam manus ad uultũ admoueat, frustra quid captet, quisquilias legat, de stragulis uestimentisue uillos excerpat, de pariete festucas & paleas euellat, malas & mortiferas cunctas has actiones esse scito. Si languens crebro spiret, dolorem laboremue & inflammationem locorũ supra præcordia significat. Si magnopere diuq; spiret, desipientiã & mentis alienationem portendit. Si naribus & ore frigidũ spiret, perniciosum est ualde.

Vlcerum portenta.

Manuum agitatio.

Quisquiliarum captatio.

Spiritus lãguentium.

Magnam uim ad salutem in grauibus morbis cum febre habere scito, bene spirare. Qui diebus quadraginta decernunt Sudores optimi sunt in cunctis grauibus morbis, qui diebus decretoriis fiunt, nam febre penitus liberant, Quiq; per corpus totum scaturiũt. morbum enim facile ferre languenté præseferunt. Qui uero nihil horum faciunt, utiles non sunt. Pessimi uero sunt frigidi, quiq; solum circa caput, uultum, collum, scaturiunt. nam cũ graui febre mortem ii prænunciant, Cum leniore uero morbi longitudinem. Quiq; per corpus totum funduntur similes capitis & ceruicis sudori sunt. Qui uero guttatim scaturiunt, caloremq; exhalant, optimi sunt. Quiq; milio similes sunt, circaq; ceruicem solum scaturiunt, mali sunt. Sicq; sudores in uniuersum obseruato. Quidam etiam corporum resolutione fiunt, Quidam uehementi inflammatione. Præcordia si non doleant, si mollia sint, si dextera, & sinistra æqualia sint. nam inflammata, dolentia, distenta, dexteraq; pars sinistræ par æqualisue si non sit, malum est. Quæ cuncta obseruato. Si uero pulsus aliquis in præcordiis sit, turbam uel desipientiam portendit. quare horum oculos obseruato, qui si crebro celeriterq; moueantur, hos furere metus est.

Sudoris qualitas.

Sudor malus qui.

Præcordiorum obseruatio.

Pulsus.

Oculorum agitatio.

Tumor autem durus præcordiorum dolitansq; pessimum est, præsertim si tota occupet. si uero latus dexterum potius q̃ sinistrum, minus periclitatur. nam tumores ii per exordia mortem cito futurum portendunt. Si uero dies uiginti transeant, febrisq; permaneat, tumorq; non subsidat, ad suppurationem res tẽdit, primoq; circuitu sanguis de naribus iis fluit, qui ualde prodest.

Tumor præcordiorum.

Tumor letalis.

Quare petito num ne caput doleat, num uisus hebetetur. quod si fit, res huc declinat. quod in his potius fit. Qui ad quintum & trigesimum annum non peruenerunt, sanguinis eruptionem potius expectent. Tumores uero molles non dolitantes digitoq; cedentes tardius decernunt, minusq; illis graues & periculosi sunt. si uero dies sexaginta transierint, febrisq; duret, tumorq; non subsidat, suppurationem fore portendit. hocq; quodq; in alio uentriculo fiet, quemadmodum hoc, procedet. Qui uero dolent, duri magniq; sunt, pe-

Quid in his petendum.

Tumor non periculosus qui.

Tumor durus magnus periculosus est.

riculum citoq; mortem fore portendunt. Qui uero molles sunt nec dolent digitoq; cedunt, longiores sunt. Tumores autē uentris minus suppurant, q̄ qui in præcordiis sunt, minime uero qui sub umbilico sunt suppurant, sed sanguinis eruptionem de locis superioribus potius expectent. Tumorum autē longorum circa hæc loca suppurationes expectato. Suppuramēta uero quæ hinc uenient, sic obseruato. Quæ foras exeunt, optima sunt, parua si sunt, q̄maximeq; extuberent, acutaq; sint. Magna uero lataq; & minime acuta, pessima sunt. Quæ autem intus dehiscunt, optima sunt, si nihil cum exteriore loco communicent sed in sese compacta sint, locusq; totus exterior unius & similis coloris appareat. Pus autem optimum est album, æquale, leue, nitidum, non olidum, contrarium uero huius pessimum est.

Qui tumor suppuret uel non. Tumorum qualitas. Suppuramenta qualia. Puris qualitas.

SEGMENTVM SECVNDVM DE SVBTER CVTEM AQVA LABORANTIBVS

Laborantes autem aqua subter cutem hydropesue de morbis grauibus facti mali sunt omnes, nam febre non carent, ualdeq; dolitant, mortiferiq; sunt, plurimiq; ab ilibus lumbisq; auspicantur, quidam & ab iecore. Cum autem ab ilibus & lumbis incipiunt, pedes tumescunt, uentris fluctiones diuturnæ habent, quæ tamen ilium & lumborum dolores non tollunt, nec uentrē euacuant supprimuntue. Cum autem ab iecinore hydropes fiunt, tussiunt, uoluntasue tussiendi uexat, nihilq; fere spuunt, pedesq; tumescunt, uenterque nihil nisi durum uiq; demittit, modoq; dextra modo sinistra uenter tumet, qui tumor nunc extuberat nunc residet. Cum uero caput, manus, pedesque frigent, uenter autem lateraq; calent, malum est. Cum autem corpus totum calet, æquoq; modo molle est, optimum est. Cum quis dolet, facile sese uertat oportet, & in motationibus leuamentisue leuem sese præstet. si uero grauescat, corpusq; & manus & pedes grauescant, magis periclitatur. Si uero cum grauedine & ungues & digiti liuescant, mors statim expectetur.

Penitus uero digiti pedesue si nigrescant, minus perniciosum est q̄ cum liuescunt, Quare & cœtera signa considerato, Nam si facile malum ferat, cœteraq; signa circunstent, morbum ad abscessum tendere demonstrat, spesq; est languentem superfuturum. quæ uero corporis nigra sunt, casura esse. Testes autem pudendaq; conuulsa contractaue labores uehementes mortisq; periculum portendunt. De somnis autem sicuti naturaliter nobis consuetum est, diem uigilare, noctem dormire oportet, si uero hoc mutetur, malum est. Si præterea

Hydropis origo. Hydropis diuersitas. Liuor horū mortem portendit. Testes pudēdaq; contracta mala sunt. Somnus qualis esse debeat.

præterea mane tertiam uſq; diei partem dormiatur, minime uexabit. Cœteri uero poſt hoc tempus ſomni peiores ſunt. peſſimum autem eſt dies & noctes non dormire, nam uel dolores laboresque hæc uigilia præſefert uel mentis alienationem deſipientiamue. Deiectio autem & oletum molle tenerumue cohærensq; optimum eſt, tẽporeq; quo ſanus demittebat, ſi demittat. Copia uero quantitasue ſit pro intrantium portione, nam ſi talis deiectio ſit, uentriculus inferior lubricus & ſanus eſt. ſi uero liquidum ſit, confert, ſi neq; cum crepitu neq; crebro paulatimq; demittat, languens enim ad ſellam ſi crebro ſurgat, delaſſatur conciditq; & peruigilat, ſi uero ſæpe multumq; demittat, periculum eſt ne deficiat. Quare pro intrantium quantitate ſemel, bis, terue die demittito, ſemel uero nocte, maneq; potius plusue, ſicuti homini conſuetum eſt. Cum uero morbus ad decretorium tendit, oletum denſum eſſe oportet, ſubrubellumq; nec nimis olidum eſto. Commodum etiam eſt, cum ad decretorium morbus tendit, Si uermes rotundi cum oletulo prodeant, mollé uero modiceq; tumentem in omni morbo uentrem eſſe oportet aluumue. liquidum autem aquoſumue uel albũ luteumue uel rubrum ualde uel ſpumoſum, cuncta hæc peſſima ſunt. peſſimum etiam eſt, cum paruum glutinoſum, albũ, leue, ſubluteum. Magis uero mortifera quam hæc ſunt nigra, pinguia, liuida, uirulenta, olida, ſed uaria iis quidem diuturniora, nihilo tamen minus perniciosa ſunt. Præterea cuncta ramentoſa, biliosa, uiridia, nigra, quandoq; ſimul exeuntia quandoq; ſeparatim particulatimue. Ventum autem ſine crepitu prodire, malum non eſt, melius & cum crepitu ſi prodeat, quam illic uolutetur. nam cum ſic prodit, uel hominem aliquatenus laborare uel deſipere portendit, niſi quis lubens crepitet. dolores autem laboresue tumoresq; ſi ualidi recentesq; ſint, ſineq; inflammatione, murmuratio turbulentiaue ſi in præcordiis uentriculoq; ſuperueniat, tollit & diſſoluit, præſertim ſi cum oletulo uel lotio uentoue prodeat. ſi minus & ipſa ſi tranſeat, proderit. Proderit autem ſi & ad inferiora loca deſcendat. Lotium autem optimum eſt, cum album ſedimentum hypoſtaſisue, leue & æquale per omne tempus, donec morbus decernat, inerit, nam certam ſalutem morbumq; non longum fore portendit. ſi uero deficiat, modoq; purum mingat, modo album, leueq; ſubſtat, morbus longus minusq; tutus demonſtratur. Si uero lotium ſubrubrum ſit, ſedimentumq; ſubrubrum & leue, morbum ſuperiore longiorem ſed certam ſalutem portendit. Similagini craſſæue farinæ ſimilia in lotio ſedimenta peiora ſunt. Similia uero foliis ſquamulisue, multo peiora ſunt. Tenuia uero & alba ualde mala ſunt. peſſima uero ſunt furfuracea. Nubeculæ uero in lotio ſuperfluitantes, albæ quidem optimæ ſunt. nigræ autem malæ. Cum ſubrubrum & tenue lotium eſt, morbum non digeſtum eſſe ſignificat. quod ſi diutius tale duret, periculum eſt ne languens non ſufficiat perduretue, donec morbus digeratur. Mortifera uero magis ſunt lotia olida, nigra, craſſa, aquoſa, lotia

Deiectio qualis.

Quota deiectio.

Stercoris qualitas.

Lotium quale.

Lotium malum.

nigra uiris & fœminis pessima sunt, pueris autem aquosa. Qui diutius lotia tenuia crudaque mingunt, si cœtera signa tanquam superfuturi sint, aderunt, uomicam iis abscessumue sub præcordia uenturum expectato. Pinguedines araneis similes superfluitantes ne probato, languentem enim tabescere liquarive significant. Nubeculas etiam lotiorũ considerato superfluitent ne, deorsumue ferantur, quosque colores habeant. quæ deorsum tendũt cum iam dictis coloribus, optimas putato laudatoque. quæ superfluitant, cum dictis iam coloribus, malas & uituperato non probatoue. Caueto tamen ne te decipiat, si uesica mali quid habens tale lotium reddat, corporis totius enim hoc signũ non est sed uesicæ solius affectæ. Vomitus autem optimus est maximeque utilis pituita bileque commistus neque crassus neque ualde multus, Puri nanque uomitus peiores sunt. si uero quod uomitur, uiride sit, liuidumue uel nigrum, quodcunque horum colorum inest, malum esse putato. sinautem unus omnes hos colores uomat, perniciosissimum est, celerrimam enim mortem portendit. liuidus etiam uomitus si olidus est, malus est. nam in iis quæ uomuntur omnes mali marcidique odores mali sunt. Sputum in omnibus pulmonis costarumque doloribus per exordia cito facileque colore flauo permistum ualde spuatur oportet. nam si multo post doloris exordia flauum, uel rubellum, uel tussim multam præbens, non ualdeque mistum spuatur, peius est. nam purum flauũ periculosum est. candidum uero, glutinosum, rotundum, utile non est. malum est & quod luteum ualde & spumosum est. si uero purum sic sit, uti nisi nigrum appareat, grauius hoc periculosiusque est q̃ illa. Malum etiam est, si pulmo nihil purget emittatue, sed plenus in faucibus ferueat. Destillationes uero coryzasue sternutationesque in omnibus pulmonum morbis, si ante uel post fiant, malum est. sed in aliis morbis maxime mortiferis sternutamenta salutaria & utilia sunt. Sanguine uero commistum non multo flauum sputum in pulmonis uitiis per morbi principia si spuat͠, salutare est & ualde prodest. si septimo uel ulterius, minus tutum. Sputa quidem omnia mala sunt quæ dolorem non sedant. pessima uero sunt nigra, sicuti scriptum est. sed quæ excreata dolorẽ sedãt, meliora sunt. Dolores q de iis locis sputi purgatione uel uentris deiectione uel sanguinis missione uel medicamentis uel uictus ratione non tolluntur, ad suppurationem uomicamue res tendit. Suppuramẽta uero quæ cum adhuc sputum biliosum est, spuentur expurabunturue, perniciosa ualde sunt, siue solum separatim & in parte siue simul spuatur, quod biliosum est, cum sputo pureue, maxime uero si ab hoc sputo suppuramentum incipiat prodire. Cum morbus septimanus est, spes & metus est spuentem talia quartodecimanum periturum nisi quid boni superueniat. Sunt autem optima hæc, morbum facile ferre, probe spirare, non dolere, probe facileue spuere, corpus æqualiter calescere, mollescere, non sitire. lotiaque & oletula somnos, sudores, singulaque hæc, sicuti scripta sunt, uideto. Quæ si fiant, proba esse scito,

Vomitus.

Vomitio olida mala est.

Sputum bonum contraque.

Pulmo cum non purgat, malũ est.

Sternutamenta qualia.

Sputa mala quæ.

Doloris sedatio.

Suppuramenta mala et contra quæ.

Quid bonum et contra in iis.

esse scito, languentemque non periturum. si uero quid horum superueniat, quid autem non, plusque quam quatuor & decem dies uiuat, tamen morietur. Mala uero horum contraria sunt, morbum non patienter ferre, magnopere crebroque spirare, dolere, uix spuere, ualde sitire, corpus non æqualiter calere, uentrem, costas uehementer calere, frontem uero manus & pedes frigere. lotia uero & oletula somnos & sudores uideto, si non sunt uti scriptum est, singula mala esse scito, sic enim siquid sputo superueniat, languens peribit nonarius uel undecimanus, priusquam ad diem quartum & decimum perueniat. sic ergo coniicito, quod cum sputum hoc mortiferum ualde sit, ad quatuor & decem non perueniet. Superuenientia uero bona malaue de his si considerabis, & futura prædices, & sic maxime ueridicus eris. Cœteræ uero suppurationes plurimæ uel uicenariæ uel tricenariæ quadrigenariæue dehiscunt, quædam uero & ad sexagesimũ diem perueniunt. suppuramenti principiũ fuisse scito quo primum die febricitauit, uel horruit frixitue, uel cum dixit quid graue in eo loco quo dolebat sibi factum esse. nam hæc per exordia uomicarum suppuramentorumue fiunt. puris ergo proruptionem de iis temporibus ad hæc dicta tempora expectato. Si autem uomica suppuramentumue in altero tantum latere sit, uertito uertereue facito, petitoque doleat ne solũ alterum latus, calidiusque num alterum altero sit, pertentato. cumque in sanũ latus recumbet iacebitue, petito num graue quid super se uideatur esse, quod si sit, in altero latere, in quo graue illud est, uomica suppuramentumue erit. Suppuratos autem omnes uomicaue laborantes signis his cognosces, Primo quidem si febris non intermittit, sed per diem tenuis & parua est per noctem uero maior, si multum supersudet, si tussiendi uoluntas molestet nihilque momenti alicuius spuat, si oculi cauantur, si malæ rubeant, si manuum ungues curuentur, si digiti potissimum extremi caleant, si pedes tumeant, si cibum non appetat, si pustulæ per corpus pullulent. quæcunque ergo uomicæ suppuramentaue diuturnant, signa hæc habent, quibus ualde credendum est.

Sputum mortiferum.

Suppurationes quotæ.

Principia harũ qui dignoscãtur.

Pus quando erumpit.

Vomica qua parte sit qui dignoscas.

Suppuratorum cognitio.

Quæ uero non diuturnant, siquid eorum quæ per exordia fiunt, in iis compareat, considerato notatoue, simulque num ne languens somnos difficilius capiat, tardius ne celeriusue hæc eruptura sint, de iis cognoscito. Si per exordia doleat laboretue, si difficulter spiret, si continua serie iugiterue spuat, die uigesimo & prius eruptionem expectato. Si uero quietius minusue laboret, cœteraque similiter fiant, tardius eruptionem expectato. nam ante puris eruptionem necesse est laboret, difficulter spiret, & iugiter spuat. Ii uero supersunt, quos febris post eruptionem eodem die dimittit, cibumque statim appetunt, sitique liberantur, uenterque pusilla quædam & compacta demittit, pusque album, leue, unicolor, sine pituita sine labore tussique uehementi purgatur. sic optime celerrimeque liberantur. si minus, quibus iis proxime fiat. Ii uero pereunt, quos febris non dimittit, uel cum sibi dimisisse

Quãdo pus prorupturum est.

Qui uomicam euadant.

Pus malum. uidentur, rursus rediens calefacit, sitiq; necat, ciborum appetentiam tollit, uenter fluit, pus uiride luteumue uel liuidum uel pituitosum uel spumosum spuunt. quibus auté hæc omnia fiunt, ii pereunt. quibus uero quædam horũ fiunt, quidam pereunt, quidam diutius supersunt. Quare cum hæc omnia signa in iis sunt, & cœtera alia omnia notato. *Tubercula aurium.* Quibus autem tubercula ab/scessusue de pulmonis uitio secundum aures fiunt, & ad loca inferiora suppurant & fistulantur, ii supersunt. Quæ sic considerato, cum febris habet, dolorque non cessat, sputum pusue rite non defluit, cumq; uentris excreationes biliosæ non sunt, nec facile soluuntur reglutinanturue nec puræ sunt, lotiũq; non ualde multum sit, multumque sedimentum habeat, superfuturus cum cœteris signis superfuturum significantibus subnuitur subministraturue, tales abscessus his fore putato speratoue. Locis autem inferioribus abscessus iis fiunt, quibus circa præcordia uentriculumue quid pituitæ cogitur, Superioribus uero locis, quibus præcordia mollia sunt nec dolent spiritusque difficultas quæ tempus aliquod uexauit si sine causa manifesta cesset. Suppura/*Crurũ abscessus.*tiones autem & abscessus qui in cruribus fiunt per pulmonis uitia periculosa & uehementia utiles sunt omnes. qui uero sputi mutatione fiunt, omnes sunt optimi. nam si tumeat doleatque cum sputum purulentum pro flauo *Signa superfuturi.* factum est, forasque defluit, sic tutissimi sunt, languensq; supererit, celerrimeque & sine dolore abscessus cessabit. si uero non bene spuat, lotiumque sedimentum optimum non habeat, periculum est ne membrum articulusue lædatur & claudicet uel negotium multum facessat. sin autem abscessus euanescant, rursusq; recursent, sputumque non exeat, febrisque non dimittat, graue est, periculum enim est ne languens desipiat pereatque. Purulenti qui *Qui uomica pereunt.* de pulmonis uitio fiunt, uomicaue laborant, seniores magis pereunt, cœteris autem suppuramentis iuniores magis moriuntur. Dolores uero qui cum febre circa lumbos rhenesue locaque inferiora fiunt, si præcordia tangant, locaque inferiora deserant, perniciosi ualde sunt. quare cœteris signis mentem adhibeto, propterea quod siquod aliorum signorum malum superappareat, languens sine spe erit. Si uero morbus ad præcordia prorumpat, cœteraque mala signa superfiant, suppuratum hunc fore spes multæ metusue sunt. *Pus ustorum quale bonũ.* Purulentis cum uruntur, si pus album, purum, non olidum defluat, seruan/*Vesicæ uitia.*tur, si subcruentum uel turbulentũ, pereunt. Duræ quidẽ dolentesq; uesicæ penitus graues & perniciosæ sunt, sed perniciosissimæ sunt quæ cum iugi continuaue febre sic fiunt, nam dolores harũ abunde satis sunt qui perimant. tuncq; uentres nisi dura uiq; coacti demittunt, quos lotiũ purulentũ uel album si mingatur sedimentũ albũ & leue habens tollit. si uero cũ lotiũ emissum est, dolor laborue nihil remittat, uesicaq; non mollescat, febrisq; iugiter duret, ne languẽs primo morbi circuitu pereat, periculũ est. Morbus aũt hic modusue pueros ãnoꝝ septẽ donec ad quintũ & decimũ perueniãt, maxime tangit.

SEGMENTVM TERTIVM DE FEBRIBVS

Diebus iisdem quibus homines superſunt pereuntq;, per numerum febres decernunt, Nam leniſſimæ uiliſſimæue febres cum ſignis tutiſſimis uenientes, quartanæ uel prius ceſſant, peſſimæ uero tetriſſimæue cum peſſimis grauiſſimisue ſignis uenientes quartanæ uel ante perimunt. Primus quidem earum circuitus ſic finit, Secundus ad ſeptimanum producitur, Tertius ad undecimanum, Quartus ad quatuor & decem, Quintus ad ſeptē & decem, Sextus ad uigeſimum. hi quidem grauiſſimorum acutiſſimorumue morborum circuitus ex additamento, per quatuor ad uiginti finiunt, tamen non poteſt quicquam horum totis integriſue diebus uere perfecteue numerari, nec Annus Menſesue totis integriſue diebus poſſunt uere numerari metiriue. Poſt hæc autem ſimiliter per eandem additionem primus circuitus quatuor & uiginti trigintaue dierum eſt, ſecundus quadraginta, tertius ſexaginta. Per horum uero principia dignoſcere difficillimum eſt quæ longiore tempore decretura ſunt, nam principia horum ſimillima ſunt. quare de primo die probe conſiderato, per ſingulaq; tetrada quadrantariaue quæ adduntur proſpicito, quoq; morbus uertatur deſinatue, non fallet te. Quartanarum quidem ſtatus modusue hoc ornatu modoue & ordine fit. Quæ uero citius decretura ſunt, facilius dignoſcuntur, nam horum principia ualde differūt, quoniā ſuperfuturi probe ſpirant, nihil dolitant, totas noctes dormiunt, cœteraq; ſigna tuta habent. qui uero perituri ſunt, male ſpirant, deſipiunt, peruigilant, cœteraq; mala ſigna habent. Quare cum hæc ſic erunt, morborum tempora, additamenta ad decretorium criſinue tendentium conſiderato. Puerperisq; ſimiliter poſt partū decretoria criſiesue fiunt. Capitis uero dolores aſſidui continuiue uehementesq; cum febre cum ſunt, ſiquod letale ſignum ſuperaddatur, pernicioſum eſt ualde. ſi uero ſine iis ſignis dolor uiginti dies tranſeat, febriſque duret, ſanguinis per nares eruptionem expectato, uel abſceſſum aliquem alium ad loca inferiora uenturum putato. Dum autem ualidus & recens dolor fuerit, ſanguinis de naribus eruptionem expectato, uel uomicam, ſuppurationemue, præſertim ſi tempora frontemque dolitent, Sanguinis quidem eruptionem minoribus quinque & uiginti annis trigintaue, maioribus uero ſuppurationem potius expectato. Dolor præterea grauis Auris cum aſſidua continuaue febre & uehementi quid graue pericloſumque eſt, nam periculum eſt ne languens deſipiat pereatque, quoniam ergo morbus hic modusue fallax eſt, ſtatim de primo die ſignis omnibus mentem adhibeto, nam hoc morbo iuniores ſeptimani citiusque etiam pereunt.

Febrium decretoria.

Quæ perfecte numerentur.

Tres hi circuitus quoti.

Decretorium cognitio.

Capitis dolor aſſiduus, quando malus.

Sanguis de naribus quando prorumpit.

Dolor auris malus eſt.

ſeniores uero tardius multo, nam minus & febricitant & deſipiunt, propterea citius aures pus emittunt. ſed iis morbus ſi reueniat, plurimos necat. iuuenes uero priuſquā auris expuret, pereunt. ſi tamen pus tenue de aure fluat, ſignūq; aliquod aliud bonum accedat, ſpes eſt iuuenem ſupereſſe. ſi uero fauces gutturue cum febre ulceretur & ſuppuret, quid graue & periculoſum eſt. quin & ſiquod aliud malum ſignum de præiudicatis accedat, languentem in periculo eſſe prædicito. Quæ autē Anginæ cynanchæue ſiue synanchæ in faucibus & gutture non comparent grauiſſimæ periculoſiſſimæue ſunt, celerrimeq; necant, plurimum enim dolorem laboremue ſpiritusque rectam difficultatem orthopnœanue præbent, nam die primo uel ſecundo uel tertio uel quarto ſtrangulant. Quæ uero cœtera quidem laborem ſimiliter præbent, ſed in faucibus tument, forasq; rubent, pernicioſæ quidem ualde ſunt, ſed tamen longiores aliquanto q̄ priores, ſunt, ſi magnus rubor ſit. quibus uero fauces & collum corrubeſcit contumeſcitue, longæ quidem hæ ſunt, ſed aliqui eas fugiunt. ſi uero collum pectusq; rubeſcat, ruborq; Eryſipelasue intro non recurſet, diebusq; decretoriis rubor non euaneſcat, tuberculumq; intro non conuertatur, pusq; non extuſſiat, facile meliusq; & ſine labore languens habere uideatur, mortem tamen uel ruboris reuerſionem auerſionemue portendit. tutius autem eſt ſi rubor & tumor foras conuertantur. Si uero pulmonem petat, deſipientiam facit, purulentiq; hac re plurimi fiunt. Curculiones uero ſummaue eorum pars cum periculo & ſecatur & aperitur, nam & inflammatur, ſanguisq; nimius defluit, dum rubet tumeſcitq;. quare tunc aliis machinamentis hæc tentato, & extenuato. cum uero totum iam quod Vuam uocitant, curculionisq; ſummum maius perſpicuum, rotundum, & liuidum fuerit, parsq; ſuperior tenuior, tutum tunc eſt manu tractare, ſed melius eſt, cum uentrem ſubduxeris ſubeuacuaueriſue, manuū medicina chirurgiaue uti, ſi & tempus concedat, & languens non præfocetur ſtranguleturue. Quibus uero febres neque ſignis ſolutoriis neq; diebus decretoriis ſedantur, iis reuerſionem expectato. Quæ febris circunſtans & uexans languente nullo dolore nulla inflammatione uel cauſa alia manifeſta male depoſito diſpoſitoue producitur, huic articulorum tumoris dolorisq; abſceſſum non minus partium inferiorum expectato. ſed hæc magis citiusque minoribus annis triginta fiunt. quare ſtatim poſt abſceſſum conſiderato, ſi febris uiginti dies tranſeant. maioribus uero hoc in longa febre minus fit. Si uero febris errabunde deficiat & redeat, in quartanam redigitur conſtituiturue, ſed cum ad auctumnum peruenerit. quemadmodum autem minoribus triginta annis abſceſſus fiunt, ſic maioribus quartanæ magis fiunt. tamen ſcito hyeme magis abſceſſus fieri tardiusque ſedari, nec redire. Qui autem in febre non letali caput dolet, tenebricoſumque quid præ oculis comparet, uel ſi cordis lancinatio dolorue huic fiat, biliosa uomet. ſinautem & frigeat

Vlcus gutturis cum febre.

Anginæ uarietas.

Eryſipelas.

Curculio.

Vua cum tumet.

Quando febris redeat.

Tubercula quibus fiant.

Quando quartana fit.

Capitis dolor quid ferat.

frigeat,& subter præcordia caleat frigeatue, citius uomet. si uero quid potet edatue, sub hoc tempus statim uomet. Quibus uero hic dolor laborue cum febre cœpit, quarto quintoqꝫ die magis uexantur premunturue, septimo horum plurimi liberantur. Qui uero tertio laborare cœperunt, quinto maxime uexantur, nono uel undecimo liberantur. Si autem quinto laborare cœperint, cœteraqꝫ sicuti superioribus fiant, quinto & decimo morbus decernit. Hæc quidem tam uiris q̃ fœminis in tertianis fiunt. iuuenculis uero fiunt quidem in iis, sed magis in assiduis continuisue legitimisqꝫ tertianis. Quibus autem in huiusmodi febre caput dolet, pro quid tenebricosum præ oculis apparere, hebescunt cæcutiuntue, splendoresue quidam præapparent, pro cordis autem dolore præcordia dextra sinistraqꝫ sine dolore & inflammatione aliquatenus contenduntur. quibus sanguinem de naribus fluxurum præstolator pro uomitione. magis uero hæc iuuenculis sanguinis fluctionem expectato, triginta autem annorum maioribusqꝫ uomitionem. Pueris uero spasmi conuulsionesue fiunt, si grauis acutaue febris sit, uenterqꝫ non subtercurrat, si uigilent, si pauescant, si plorent, coloremue mutent, modo luteum, uel liuidũ, uel rubrũ contrahãt habeantue. quæ pueris usqꝫ ad septimum annũ promptissime fiunt. Maiores uero pueri uiriqꝫ non similiter in febribus conuelluntur, nisi signum aliquod uehemens pessimumqꝫ accedat, qualia per insanias fiunt. Perituros autem superfuturosqꝫ puerorũ & aliorum de signis omnibus in singulis sicuti scripta sunt, singula contemplator. hæc autem dico de grauibus acutisue morbis, quæqꝫ de his fiunt. Siquis autem rite præcogniturus est superfuturos & perituros, quibusqꝫ malum plures dies & quibus pauciores duraturum est, cuncta signa sciscitando, discendo & obseruando eum oportet posse discernere & iudicare, uires eorum inter sese coniectando, sicuti descriptum est, cum de cœteris tum de lotio sputoqꝫ, cum simul & pus & bilem extussiunt expuuntue. præterea morborum semper passimqꝫ uagantium & uigentium impetus & accessiones celeriter animaduertere, tempestatemqꝫ statumue temporum anni, signaqꝫ coniectari & cognoscere probe sciat, minimeqꝫ eum lateat mala quæ toto anno & anni tempore fiunt, quæqꝫ mala sunt, malum portendere, quæ bona, bonum. Siquidem & in Libya & in Delo & in Scythia signa quæ scripta sunt, uera esse apparebunt, ex quibus scire oportet, quod in iis locis nihil graue est, multiplicata & plura iis signa superuenire, siquis ea discens & obseruans iudicare & considerare rite sciat. desiderare autem oportet nullius morbi nomen, siquod forte hic descriptum non est, nã cuncta quæ temporibus prædictis iudicantur & discernuntur, signis iisdem cognosces.

Vomitus quãdo fit.
Laborum uarietas.
Quid cuiqꝫ magis fiat.
Pueris quid fiat.
Viri in febre nõ conuelluntur.
Qui cognoscantur uicturi.
Libya, Delos, Scythia pro omnibus ponuntur.
Siqua mala hic non dicuntur, similiter tamen dignoscuntur.

PRAEDICTIO PRIMA PRAEDICTORIVSVE LIBER QVINQVAGESIMVS SEXTVS QVOD HIPPOCRATIS ESSE NOLVNT

Præſcita alia.

Delirantium primo.

Lingua.
Lotium.

Deſipiētia phrenitisue tacita uel cōtra qualis.
Dolor puſillus faucium quando malus.
Hiatus qualitas.

Archecrates.

Melancholicum cacœthes.

Furiale ſignum.
Hermozygus.
Tinnitus auriū qualis.

Linguæ ſpaſmi.
Lingua tremula.

Spumoſa oletula.

q Vi per exordia cum uel poſt capitis dolore, ceruicis, præcordiorum ſoporantur, cum excitantur & uigilant, profecto delirant. quibus ſi nares ſtillent, perniciosum eſt, præſertim ſi quarto incipiente uentris proluuies rubet. Malum præterea in omnibus eſt, non minus autem & in prædictis Lingua denſa craſſaue ſubarida, quæ delirantium eſt. Lotium in turbulentis uigiliis cum ſine colore eſt atris nubeculis intercurſantibus delirium portendit. Lumbi ſi ſudant, ſi ſomniant, delirantium aperta ſigna ſunt. Crebra excreatio & ſiquod aliud ſignū adſit, inſaniæ eſt, ſi æſtus in præcordiis præcludantur relinquanturue. Febris ſi circum foras refrigeret, malum eſt, præcipue ſi ſuperſudent. Deſipientiæ ſilentium uel cum ſilentio peſſimæ, quemadmodū & audenter & ualide loquentium. Deſipientes phreniticiue ſi uehementer tremant, pereunt, ſicuti qui caput dolitant, ſi uirulenta uomant. Siquis peruigilet nec loquatur audiatue, furore celeriter agetur. Puſilli fauciū dolores in morbis grauibus ſtrangulant. Qui facile hiat & ualde claudit reducitue, mente mouebitur. Deſipientes phreniticiue pernicioſi ſeu in periculo ſunt. Deſipientes ſi per exordia nihil probe præſeferant, crebro motentur, ſpuant, album demittant, malum eſt, quemadmodum Archecrati contigit, ſi quidem debilitas torporque iis ſuperueniat, peſſimum etiam in iis eſt frigus rigorue. Qui bile atra citantur, ſi tremant, tetrum cachœtesue eſt. Deſipientes phreniticiue qui perniciter proſiliunt, cum ſudore ſuperfebrientes leui tactu ſtrepitucꝫ tremunt. Cum poſt uomitum æſtuoſum uox rauceſcit, oculiqꝫ obrigeſcunt, furiale eſt. quemadmodum Hermozygi coniugi cecidit, quæ perniciter furens muta mortua eſt. Si tinnitus aurium in febre ardenti cum uiſus hebetudine nariumqꝫ tarda grauique defluctione ſuperueniat, ii furenter melancholicosue proſiliunt. Mentis excuſſiones cū uoce rauca bonæ non ſunt. Linguæ conuulſiones ſpaſmiue cum tremore ſi fiant, ii mente capiuntur. Duricia in iis aſperitaſue pernicioſum eſt. Tremulæ linguæ uoces ue mentis non conſtantis ſignum eſt. Spumoſa irroratio in oletulis bilioſis malum

malum eſt, præſertim ſi rhenum lumborumue dolor præceſſit. Dolores rari coſtarum & leues in iis deſipientiam ſignificāt. Cum ſingultu reſolutioneq; non loqui peſſimum eſt. Cum quis non loquitur loquiue non pōt, ſi tanquam qui præfocantur, ſpiret, promptuarium malum eſt, Mentisq; excuſſoriū, mentis exceſſiones cum puſilla audacia ferinæ ſunt & malæ. Cum quis febre non carens ſuperiora frigide ſudat, difficulter morbum fert, cum pernicie deſipit, quemadmodum Ariſtagoræ contigit. Crebræ motationes in phreniticis conuulſiones portēdunt. Lotiū non ſentiētibus emiſſum pernicioſum eſt. ſi quidem tale ii mingunt, cum ex turbulentia conſtiterunt.

Singultus quando malus.
Mentis excuſſorium.
Ariſtagoras.
Minctio cū non ſentitur, mala ē.

Qui uſq;quaq; agitantur, profecto ſine uoce ii finiunt. Si deliri phreniticiue cum refrigeratione ſpuunt, nigra uomunt. Surditas lotiumq; perrubrum, fluitantiaq; non firma ſubſiſtentiaue mentis excuſſoriū eſt. Qui ſi morbo regio corripiantur, peſſimum eſt. Malum etiam eſt, poſt morbum regium ſurditas. Quibus euenit uti non loquantur ſentiant tamen, uenter iis etiam prorumpit & ſoluitur, ſicuti Hermippo, qui mortuus eſt. Surditas in grauibus turbulentisq; accedens malum eſt. Tremuli nō clari ſermones & exiles mentis exceſſionē magnam portēdunt, ſicuti Demarchi filio cōtigit in Coo.

Deliria uaria.
Hermippus.
Surdeſcere malū in iis.
Demarchus Cous.

Qui torpent ex frigore rigoreue, non ualde apud ſeſe ſunt. Labores circa umbilicum ſalientes & uibrantes mentis deſipientis quid habent, circa decretorium autem ſatis creber ſpiritus cum labore iis prodit, Suræq; labores, mentis excuſſoria ſunt. Coxarumq; dolores in febre, mentis aliquod excuſſorium habēt, præſertim ſi in lotio quid leue mingatur fluitetq;. Malaq; ueſicæ circa ue cum febre, bona non ſunt, turbulentoq; modo uenter biliofus ſoporati, torpidi, debilitati, non multum apud ſeſe ſunt. Poſt uentrem liquidum feculentum ſiquis caput doleat, ſitiat, peruigilet, clare non loquatur, debilitetur, mente hunc exceſſurum putato. Qui ſuperſudant præſertim caput ſub difficilesq; ſunt, in morbis grauibus malum eſt, præſertim cum lotium nigrū eſt, ſpiritusq; turbulentus, in iis peſſimum eſt. Præter rationem debilitas tanquam in recens purgato uacuoue cum purgatio non ſit præceſſeritue, malum eſt. Cum uenter ſtrictus puſilla quædam rotunda nigraq; ui demittit, naſusq; cum iis eruptus fluit, malum eſt. Qui dolore multo lumborū cum æſtuoſo feruore uexantur, ſi ſuperſudent, bonum non eſt, quippe tremunt ii, loquunturq; ſicuti frigeant rigeantue. Si poſtrema celeriter in utraq; muten tur, iiq; ſitiant, malum eſt. Cum quis probus probe non reſpondet loquiturue, bonum non eſt. Qui celeriter acuteue loquuntur, præcordia iis intro affecta procedunt contrahunturue. Lumina denigrata obſcurataue circaq; ſiquid ſordidum nigrum compactum ſit, bonum non eſt. Vox acuta, querula, plorabundaue malum eſt. Dentibus frendere quibus ſanis conſuetum non ſit, pernicioſum eſt. Strangulationes in iis peſſimū eſt. Vultus color bonus nimiaque ſeueritas aſperitaſue oculorumque contractio malum eſt.

Veſica affecta.
Spiritus turbulentus.
Cū probus probe non loquitur.
Vox acuta cur.
Dentibus ſecare frendereue.

Si deiectiones excrementaue demissa in puram spumam finiant, celerem accessionem, maliq; incrementum portendunt. Si lotium in grauibus morbis compescatur & intercipiatur, pessimum est. Cum perniciosa periculosaue mala nullo signo relicto in grauibus morbis in melius resident, mortem portendunt. Cum in grauibus morbis oletula spumosa, exalbida, circum/biliosaq; sunt, lotiaq; talia, malum est, quippe iis iecur affectum est & dolet. Cum quis in febre non loquitur, conuulsoriumq; in modum prosilit, perniciosum est. Cum quis non loquitur, cum dolet laboratue, difficulter moritur. Cum præcordiorum dolore febris tetra est cacoethesue, sitis in grauibus morbis si præter rationem soluatur, malum est. Siquis in grauibus febribus multum sudet, malum est. Lotia matura decoctaue mala sunt, præsertim in iis rubra concursent, uirulentaq; si detineantur, stillæq; pusillæ bullæue superappareant. Vomitionesq; uariæ malæ sunt præsertim assiduæ continuæue. Qui cum sudore per decretorium æstuosum circunfrigent superrigentq;, malum est. Post hoc uomitus æstuosi puri mali sunt. Capitis grauedo somnusq; grauedinosus profecto ubiq; malum est. Cum rigore desipientia ignoratioue & obliuio malum est signum. Qui post rigorem refrigerantur nec calefiunt, malum est. Sudores post refrigerationem qui non recalefaciant, mali sunt. Post hæc in latere costisue dolor æstus & superrigere malum est. Soporati rigores quauis causa perniciosi sunt. Post sudorem uultus si rubescat & inflammetur, malum est. Super iis posteriorum refrigeratio conuulsionem spasmonue prouocat. Peruigiles supersudantes si recalefiant, malum est. Doloris lumborum recursatio, tortuosa oculorum agitatio, dolor in pectus sidens cum torpedine quadam & mora bonum non est. Superfebricitantes tactu si urunt, celeriter occidunt. Cibum auersati si nigra superuomant, delirent, paulum supra pubem tumeat, periclitantur.

Lotiũ intercipi in iis malum est.
Mortis signum.
Silẽtiũ cũ febre bonum non est.
Lotia mala quæ.
Vomitus malus.
Capitis grauedo.
Oblinio non bona est.
Sudor malus qui.
Vultus rubor nõ bonus quando.
Posteriorũ refrigeratio quid ualit.
Qui cito pereũt.

Quibus lumen oculusue petus & audax declinatusue est, hos ne potionato purgatoue, perniciosum enim est. neq; subturgidos tenebricosaque uagare & discurrere uidentes, deficientes, cibum auersantes, discolores febre ardenti delassatos fractosue, quoniam perniciosum est. Cordis labor cum præcor/diorum lancinatione dolorq; capitis tetrum cacoethesue est, quin & quãdoq; spiritum præcludit. siquid horum fiat, profecto ii subito pereunt, quemad/modum & Lysias in Odesso, lotium enim huic uehementer fermentatum feruens & perrubrum fuit. Ceruicis colliue labor dolorue in omni quidẽ febre malum est, Pessimum uero & in iis, quos timemus ne insaniant. Febres delassantes laboriosæue soporem peruigiliumue tenebricosum quid præ oculis adducentes, sudoriferæq; tetræ cacoethesue sunt. Crebri horrores de tergo auspicantes celeriter sese mutantes latu difficiles sunt. Lotium cum intercipitur, dolorem præsefert. Nauceantes & æstuosi cum per accessionem crescunt, si non uomant, malum est. Cum duricia & asperitate refrigeratio perniciosum

Quæ non purgandæ.
Cordis dolor.
Lysias.
Odessus.
Ceruicis dolor.
Lotii interceptio.
Oletare non sentiendo malũ est.

perniciosum est. Cum quis non desipiens tenuia liquidaue non sentiens demittit, malum est, quemadmodum Hepatico. Pusilli uomitus biliosi malum est, præsertim si peruigilent, Nasus in iis stillans perniciosum est. Quibus cum febre post partum alba destillant, quæq; surdescunt, latusq; uehemēter dolet, perniciosum est. Qui cum febre ardenti sub circumrefrigerantur, crebraq; biliosa demittunt, distortusq; oculus est declinatusue, signum bonū non est, præsertim si deponantur soporenturue. Qui subito stupore dissolute percutiuntur syderanturue cum febre temporis alicuius, perniciosum est, quale Numenii filius passus est. Quibus fœminis de lumbis dolor febriculosus horridusq; cor recursando petit, si tenuia, alba, aquosa reuomunt, si restitutæ leuatæq; mutescant, nigraq; uomant, pereunt. Luminis oculiue declinatio delassatio & distorsio in graui morbo malum est. Cum & æstuantibus non uomentibus lumbos dolentibus si paulo audentius improbiusue delirent, spes est nigra decurrere. Si fauces uehementer difficulterq; & strangulabunde dolitent, perniciosum est. Quibus spiritus subito retrahitur, uoxq; strangulabunda emittitur, uertebra considet, iis in fine tanq̄ re parteue aliqua conuulsa spiritus fit emittiturue. Capitis dolore deposite & uehementer affecti, lumineq; audaci fixoue spectantes, uentre soluto delirantes contractione neruorum in posteriora opisthotonodeesue fiunt. cū luminum oculorumue conuersione, si cum febre laboriosa quis frigeat rigeatue, pernicies præsens est. Quibus in febre laboriosa spiritus subito retrahitur, uoxq; clara non est, frigus rigorue perniciosus est, soporatiq; in iis malum est. Dolores præcordiorum iliumue cum febre nihil loquentium, si sudore cessent, bonum non est, coxendices enim petunt. Cum febre ardenti si uenter erumpat, perniciosum est. Quibus cum febre uox deficit, post decretorium tremuli uel soporati finiunt. Quibus præcordia urentia fatua, murmurantia non dolentiaue, demissa & uariantia sunt, uenterq; turget, cibariis assumptis supersudant, profecto iis turbulentus & laboriosus spiritus exiens, singultus præsefert, uenterq; spumosa biliosaq; demittit. quod mingitur si limpidum est, uenterq; si mouetur, in iis iuuat. Quibus cum oculorum conuersione distortioneue sopor fit, pernicies præsens est. Quibus spiritus retrahitur impediturue, uox clara non est. Spumosa prodeunt, febris crescit acuiturue, cum capitis dolore non loquuntur. Cum sudore cum febriunt, singultant, modoq; sese mala demittunt, modo redeunt, diutiusq; durant, si superfrigeant rigeantue, malum est. Manus tremulæ, capitis dolores ceruicisque subleues mingentes nigra densa spissaue, quibus hæc sunt, præstolanturue, bonum non est. Quibusque nigra prodeunt prodituraue timentur, pessimum est. Cum resolutione siquis demisse depositeue cubet, nec loquatur, perniciosum est. Lateris costarumue dolores cum sputo bilioso præter rationem uanescentes prosiliunt pullulantque rursus, somnulento sudoriferoq;

Pernicies fæminarum.

Mala signa.

Numenius.
Fœminis hoc bonum non est.

Dolor faucium non bonus.

Capitis dolor.

Lumen distortū.

Dolor præcordiorum.

Signa diuersa.

Sopor cum oculorū distorsione malus est.

Manus tremulæ et reliqua.

Laterum dolor subito euanescēs, bonum non est.

Dolor ceruicis cum sudore. ceruicis dolore siquid uenter sufflatus & tumens liquidum per uim demittat subsidatque, deinde non biliosa decedant, quae si durent, diutius aegrotabit, quippe non biliosae circumlauationes deiectionesue leuiusculae minusque periculosae sunt, quodque tumet & inflatum est, tumore eo prodest, uenterque *Conuulsionis signum.* tumens cum per uim liquida demisit, si celeriter retumescat, quid conuulsorium habet, quemadmodum *Aspasius.* Aspasii filio contigit. Perniciosum his est, superfrigere rigereue. Siquis ex his conuellatur, turgeatque, diutius languet, *Lumborũ mala.* luridaque & putrida os demittit. Longa mala lumborũ doloresue si aliquatenus praecordia petant, cibi fastidium cum febre ferunt. *Capitis dolor perniciosus qui.* Caput iis si continenter doleat, conuulsoriũ in modum cito necat. Qui superfrigent rigentue per noctemque magis aggrauantur, peruigilant, inflammantur, lotium est, cum in sese demittant & ad conuulsiones somnulentas finiant. Qui per exordia supersudant, lotiumque concoctum mingunt, tactu urunt, deinde non decretorie refrigerantur subitoque recalescunt, si torpidi sopores iis fiant, si conuel*Epiphora.* lantur, perniciosi sunt. Lippitudini Epiphorisue capitis dolores somnulenti cũ grauedine si superueniant, mali sunt, fortasse iis eueniet quid conuulsorium pati. doloresque strangulabundi in angustis faucibus si fiant, quid con*Spasmi signa.* uulsorium habent, praesertim si de capite moueantur, quemadmodum Thra*Thrasynon.* sinontis fratris filiae contigit. Tremulae conuulsiones sudantibus si fiant, subredire consueuerunt, decretorium iis fit, cum superfrigent rigentue. qui cum superfrigent, circa uentriculum aestus clauditur, Lumborum dolor laborue caput corque dolenti cum difficili uiolentaue oletatione quid conuulsoriũ mutum habet, cumque decretorio frigus rigoreue. Si uenter subliuida turbulentaque demittat, tenuiaque aquosa uel turbulenta sint, lotia suspecta sunt.

Varia de hoc. Fauces paulum exasperatae cum ad sellam uana surrectione, frontisque dolor bonum non est. Languidi, delassati, dolitantes, in stragulis uestimentisue cubantes siquid iis praeterea crescat & addatur, difficile malumque est, Somnusque in iis multus conuulsorius est, frontisque dolor grauis, minctioque difficilis malum est, lotiique stilla statioue. qui cum conuelluntur, horrent frigentue, supersudant. Purgationes uacuationesque purae in omnibus quidem *Tubercula aurium.* grauant, sed in his ualde, superque his tubercula secundum aures suscitant, turbulentaeque delirationes & audentiae, peruigilesque conuulsoriae spasmaticaeue sunt, cum sudore praesertim, ceruicisque scapularum, frontis corporisque totius *Minctio mala.* perfrictiones, super his purulentae spumosaeque minctiones. Cum animi deli*Apsychia.* quio defectuue seu Apsychia luminis obscuratio caligatioue conuulsionem spasmonue proximum esse significat, cessantibusque ab his proximam esse conuulsionem mortemque caligatio oculorum deliquiumque animi Apsychiaue significat. Cubitorum ceruicisque dolores conuulsoria spasmodeaue sunt. *Vultus signa.* Vultus autem fauciumque haec, pallor, gracilitas macilentiaue, crebra hiatio, sputatioque super iis sudores in somnis optimum est, quippe sudore leuari

plurimis non malum eſt. Labores doloresue ſi ad inferiora deſcendant, faciliús his feruntur. cum febre ſuperſudare, caput dolere, uentrem compreſſum habere, conuulſoriū eſt. Subalbida diſſoluta liquidaq; oletula malaq; non ſine febre igneue nec opportune circunrefrigerantia bona non ſunt, ſuperq; his frigora rigoresue doloresque uentrem ueſicamque corripientes, quippe ſoporem in his quid conuulſorium habere non mirarer. Si ulcera in grauibus ſanguinolentis fiant, mala ſunt, deiectionesq; albæ malæ difficilesq; ſunt, liuida glutinoſa de his prodeuntia multo labore & æſtu prodeunt & excernuntur. Profecto de his torpores ſomnulenti ſubconuulſoriique ſuperfiunt. qui ſi fiant, diutius ſuperlanguent, quippe circa decretorium hi bilioſi tuſſibundiq; fiunt, cumq; difficultate ſpirant. Quæ de lumbis in ceruicem caputq; ſtupidum in modum redundant, conuulſoria ſunt, mentisque excuſſoria, quippe hæc conuulſione ſpaſmoue tolluntur, propterea per eadem euntes uarie languent. Conuulſiones ſpaſmiue per uuluarū uitia febre carentia faciles ſunt, quemadmodum Dorcadi contigit. Veſica compreſſa præſertim cum capitis dolentia quid conuulſorium habet, ſoluentia in his torpide difficilia ſunt, non tamen pernicioſa, quippe & hoc mentis excuſſorium eſt. Quin & oſſium præciſiones in capitis temporibus conuulſioné ſpaſmon ue prouocant, Temulentum per exordia multum agitato percutitoue conuulſoria ſpaſmodeaue ſputa. cum ſudore febriculoſo uilia ſiue non periculoſa ſunt, quippe his uenter per dies aliquot liquida demittit, quibus puto tuberculum apoſtemaue, in articulos uenturum eſſe. Mentem percutiētia uitia atræ bilis melancholicaue ualde & audacter parū durant. ſi uero de muliebribus malis proficiſcantur, ferina ſunt & peiora, pluſq; temporis durant, quin & hæc conuulſoria ſunt, quin & cum grauedine ſomniue marcore non loqui conuulſorium eſt, quale filiæ ſutoris euenit, quæ cum fœminea purgamenta comparuerunt, febricitare cœpit. Quibus cum conuelluntur, oculi ſplendent, ualidi generoſiue & apud ſeſe non ſunt, diutiusque languent. Contra qui ſanguinem emittunt, peius habent, quemadmodum illi, qui lienem magnum inflammatumque habuit, cui de dextera naſi parte ſanguis prorupit. Quæq; præcordia uexant, ſimiliter habent. Superſudanti uero malum eſt cum puſillis ſudoribus deinde refrigeratis ſanguis de naribus profluens tetrū cacoëthesue eſt. Poſt ſanguinis eruptionem ſi nigra demittantur, malum eſt. peſſimum uero, ſi & perrubra, quippe ſi quarto die poſt ſanguinis eruptionem ſoporentur, cum conuulſione ſpaſmoue finiunt, utpote cum nigra demiſerint, uenterq; tumeat. Qui poſt ſanguinis eruptionem ſtatim ſudant, tetrū eſt, clam enim hi differendo finiunt. Poſt breuem paruamue ſanguinis eruptionem nigrorumque demiſſionem per graues morbos ſurditas malum eſt. Sanguinis egeſtio his pernicioſum eſt, ſurditatem uero diſcutit. Lumbis dolitantibus ſi cor uellicetur, ſanguinis erupturi puto ſigna præcedentia ſunt.

Deiectio non bona.
Vlcera quando mala.
Deiectio qualis non bona.
Torpor ſomnulentus malus eſt.
Dorcas quid tulerit.
Oſſium capitis præciſio.
Apoſtema.
Melancholica quæ parum et multū durāt.
Sutoris filia.
Lucentes oculi in conuulſione quid præſeferant.
Lienoſi.
Nigra demittere malum eſt.
Sudor malus qui.
Surditas.
Sanguinis nariū fluctio.

Capitis grauedo. *Signa sanguinis erupturi.* *Lumborũ dolor.* *Muliebria purgamenta.* *Ventris pulsus.* *Crebro ad sellã surgere quid faciat.* *Præcordia contenta.* *Sudor non malus qui.*

Qui statis temporibus sanguinem emittunt, postea si sitiant, hoc discutit, si uero sanguinem non emittant, comitialiter finiunt. Qui subito commouentur, peruigilant, destillant, sexto die leuantur. Qui nocte laborant, die sequente supersudant, delirant, sanguinem abunde demittunt. Quibus diu sanguinis eruptiones fuerunt, postea uenter male habebit, lotia nisi digerantur, quippe lotium aquosum hoc præsefert. Perfrictiones sanguinem emittentium uehementes per dies decretorios pessimæ sunt. Capitis grauedine uexati si frontes dolitent uerticesq;, sanguinis eruptione peruigilant, præsertim si dolor ceruicem petat, subito æstu peruigilantes sanguinem emittẽt, præsertim siquid ante profluxerit, quippe horrentes & soporati caput dolitant. Cum supercilia ceruixq; dolitant, luminaque perrubescunt, sanguinis erupturi signa sunt. Qui uentre remorato sanguinẽ emittunt superfrigentq;, malum est, quippe his hoc sanguinem emittere uentrem lubricum & ad intestinorum leuitatem tendentem uel superasperum & durũ, uel tineas, uel utraq; facit. Quibus lumborum dolor in caput recursat, his uel manus torpescunt, uel cor dolitat, uel biliosi fiunt. Qui sanguinem abunde emittunt, uenterq; erumpit, plærunq; hi mente mouentur. Qui post sanguinis multam eruptionem crebra nigra demittunt, postq; uentris remorationem sanguis erumpit, uentrem hi dolitant, simulque uentosa inflatione uexantur, facile tamen ferunt, Quin & hi multo sudore frigido supersudant, turbulentum in his lotiũ malum non est, nec quod simile semini genitali subsidet, crebro tamen hi aquosa mingunt. Quibus de naribus parua sanguinis destillatio, post surditatem torpedinemque difficile quid habet, uomitus his commotioque uentris confert. Quæ post frigus laboriose febricitant, muliebria his transcurrunt, Collum in his dolitatum sanguinis eruptoriũ est, Caput si concutiatur, & aures tintinnent, sanguis erumpet, uel muliebria transcendent transcurrent ue, præsertim si spina æstuet. forsan & hoc intestinorum difficultatem præsefert, Si uenter pulset saliatue, præcordiaq; tumore magno contendantur, sanguinis horridulæ eruptiones accedant. si multum de naribus fluat, liberantur. Quibusdam uero conuulsiones spasmusue prouocat, quod sanguinis missio per uenam discutit. Crebræ ad sellam surrectiones parua, sufflaua, glutinosa, fœculenta demittentes cum præcordiorum costarumque dolore morbum regium portendunt, quippe qui cum hi crebro surgunt, tamen discutitur, puto & hos sanguinem emissuros, nam dolores in lumbos recursantes sanguinis erupturi signa sunt. Præcordiorum uero contentio cum capitis grauedine surditateq; quæq; aures molestãt, sanguinis emissaria sunt. Destillationes undecimanæ malæ morosæue sunt, præsertim si bis superstillent. Qui cum horrore decretorie sudant, malum non est, sed si postridie præter rationem horreant, peruigilent, his concoctis sedatisue puto sanguinem emissuros. Quibus per initia sanguis abunde prorumpit, frigus rigorue sistit. Post

sanguinis

sanguinis eruptionem rigor pessimus est. Quibus caput dolet, ceruix laborat, corporis extrema tremũt, sanguis si ꝓrumpat, discutit, quin & sic tẽpore discu tiunt. Lotia his qbus secũdũ aures extuberauit, si celeriter paulatimq; & breui concoquant, malũ est. quin & sic perfrixisse pessimũ est. Caput subgrauantia soporantiaue morbũq; regiũ adducẽtia si sentiant, nõ ualde sontica periculo saue sunt. Qui singultant, uenter iis ꝓrumpit. si forte sistat, hi alienant. quippe his si secundũ aures extuberauit, cũq; rigore lotia retineant, malũ est, præser/tim si quæ secundũ aures sunt, prægrauant soporãtue, profecto his reuersio ti menda est. Post reuersionẽ sedimentũ excremẽtumq; limosum subliuidumq; malũ est, quippe per hæc præcordia dolitant putoq; dextra, ꝓfecto & cæcu/tiunt hi, quæq; secũdũ aures sunt, parũ dolitãt. Si uẽter his ꝓrumpat, pernicio sum est. Secundũ aures in æstuosis maxime tubercula fiunt, fetidisq; & æstuo sis inuoluulis febre graui. sed præcordiis diutius tumescẽtibus secũdũ aures si tubercula fiant, necat, lenius aũt ex surditate, nisi qd æstuosum soporiferumq; superueniat. quæ in his mala sunt stupidisq; & syderatis. Conuulsoriũ autẽ in modũ depositis tubercula secundũ aures fiunt, sed conuulsorio tremebundo, æstuoso soporatoq; modo affecto paruula secundũ aures tubercula suscitant. Profecto qbus secũdũ aures extuberat, caput hi dolẽt, superiora sudãt, superri gẽt, uenter ꝓrumpit, qd soporiferum quãdoq; subrepit. Quin & lotia aquosa albis intercursitata superfluitata uarie exalbida, olida secundũ aures tubercula portendunt. profecto qui hæc mingunt, crebro stillãt, quippe lingua his leui/gata est & pura. Qui uentosi sunt, morbo regio grauibusq; febribus obuii sunt, præcordia durescunt. quibus cũ refrigerant, secundũ aures magna tubercula surgũt. Somnulẽti, æstuosi, præcordia parũ dolitati, parũq; uomẽtes, tubercu la his secundũ aures surgũt, sed prius circa uultũ, si uenter nigra, fœculẽta, bi/liosa, fetida demittat, soporq; superappareat, secundũ aures tubercula tussicu/lamq; cum sputo suscitat, quæ secundũ aures tubercula mollit. Sopor de capi tis dolore, surditas, uocis obscuratio secũdũ aures quid eructat, præcordiorũ consistentia cum ardenti æstu capitisq; dolore secundũ aures sustollit. Quæ secundum aures dolitant, si sine decretorio mollescant, malum est.

Sãguinis fluctio quibus projit.
Tubercula aurium.
Tubercula auriũ quibus fiant.
Lingua horum qualis.
Tussicula tubercula aurium mol lit.

HIPPOCRATIS PRAEDICTIO SECVNDA

LIBER QVINQVAGESIMVS SEPTIMVS

m Edicorum prædictiones multæ pulchræ mirãdæq; proferũtur, qua les nec ego prædixi, nec alium prædicentem audiui, quæ sunt hæ, Languentem quendam medico curam eius habenti cœterisq; perni/ciose habere uisum esse, medicum aũt aliũ dixisse nõ periturũ, sed cæcũ fore,

Prædictiones has deridet.

pessime habere aliũ dixisse sed euasurũ, manũq; læsam habiturũ, modo nullo euasurũ aliũ pronuntiasse, sanũ quidẽ eũ futurũ, aliũ dixisse sed pedũ digitos denigratos putrefactosq; amissurũ, multaq; talia prædictoria in hac specie dicũtur. Modus uero prædictionis alter ẽ, distractis uenũdatisq; qbusdã mortẽ prædicere, quibusdã insaniam furoremue, quibusdam alios morbos, temporibusq; his & prioribus quæ prædixissent, uera fuisse. Prædictionum alia forma præter hæc esse dicitur, Certatores athletasue cognoscere, quidq; morborum causa exercẽtur defatiganturq;, siquid cibi uel prætermittant uel quid mutatũ & non consuetũ sumant, uel potu copiosiore plenioreq; utantur, uel siquid ex deambulatione prætereant, uel siquid in uenerea re deerrent faciantue, horum omnium eos nihil latet, nec siquid pusillum sit, quod is homo non obtemperans non rite seruauerit. Modi uero prædictionũ hi esse dicũtur. quæ quidẽ ego nõ uaticinabor, sed notas signaue describam quibus euasuros perituros q; coniectura cognoscamus, citoq; uel tarde sanos futuros, uel perituros. Mihi uero scriptum est & de Abscessibus quemadmodum quenq; obseruari conueniat, puto & de Claudicationibus, Læsionibus, cœterisq; talibus, confirmato iam morbo claroq; existente, abscessus non cursuros prædixisse, si mentẽ adhibuissent, multo anteq̃ fierent abscessus, prædixisse. credo etiam speroue me humanius magisue q̃ capiat humana mens, prædixisse, quã quæ circũferũtur prædicanturue, de distractis magnoue conductis prædicta fuisse mortes, morbos, furores. quæ mihi facilia uidentur, uolenti mentẽue his adhibere. Primũ quidẽ subhudos aquaue subter cutẽ laborantes tabidos desipientesq; quis non nouit, nam hæc non est quod lateant prætereantue eos, qui sciunt quibus hæc germana, cognata, gentiliaue sint mala, uel si unquam prius furore perciti fuerint, uel homines hi uinolenti sint, carniumue uoratores, uel peruigiles & pernoctãtes, uel frigore, calore nimio uersati hæc cõceperint, quo uitæ instituto nutricatuue sperandum credendumue est, eos desipientia laboraturos. ficosos uero siquis per hiemẽ multum comedere potareq; uideat, colorisq; boni esse, prædicere de his est per Ver sanguinem erupturũ, per æstatem uero diluti coloris fore. Quare qui hæc omnia didicerit, iis qui hæc certamina appetant, hæc prædicito. Poterit etiam ex iis quæ scripta sunt, & mortẽ prædicere & furorem & bonum habitum. Dicere uero possem & multa talia, sed cognitu facilia mihi scribere uisum est, consuloq; & suadeo q̃ prudentissimos & parcissimos esse, in his prædictionibus & in tota arte, sciantq; siquis consequatur uti uera prædicat, scienti & languenti in summa admiratione erit. si uero deerrauerit, perosus erit, forsanq; insanire uidebitur. Qua de causa suadeo, uti prudenter raroq; prædicant, cœteraq; alia omnia & hæc agant. cum prudentia siquidem & audio & uideo homines quæ in arte dicantur aut fiant, nec bene sentire & iudicare nec dicere. De iis uero qui exercentur & defatigantur, ueras prædictiones, sicuti dicunt qui asserunt, nec esse puto, nec siquis putet, impedio. Signo enim nullo bono maloue cogitationes opinionesue læduntur,

Qui prædicendum est.

Per exẽpla hæc confirmat.

Prædictio de mariscis.

Parcius prædicito.

duntur, quo credenté oporteat scire possitue prædicetur necne recte, tamen qui uelit credere, credat, nihil enim impedio. Puto autem de his siquid uerum dicitur uel de iis qui exercentur uel de iis qui præscripti sunt, primum quidé signū est, eum qui scit, cogitare, cōiectari & obseruare quid dicat dicturusue sit, deinde dubitanter humaneq; prædicere, simulq; eos qui hæc dicūt, maius mōstruosiusue q̃ fuerint, differere. siquidé languētibus non facile est medicorū errata dignoscere, cū hi cubēt, cibisq; parū nutrientibus utunt̃, uti non multum uideant & obseruēt sese curanté subcontemplantéq;, solū enim aliqui potant, quidā ad potū sorbitioné uel perpusillū cibū addunt. quare necesse est, eos qui plurimū potant, difficile spirare, multūq; mingere. qui uero multū & sorbent & comedunt, magis sitire febricitareq;. siquis uero potu cibisque sine modo utatur, præter febré spiritumq; difficilé uentré quoq; turgidū habebit. Licet aūt hæc omnia cœteraq; his experimētis tētare & experiri, qbus utimur, probeq; cuncta tenemus. Primū qdé mēte cogitationeue oculisq; hominé in hoc cubanté probeq; nutricatū cognoscere facile est, siquid non paruerit, deambulando comedendoue, deinde uentrem uenasq; manibus tangēdo minus fallitur q̃ si non tangat. præterea febrientium nares multa & optime demonstrant, nam nō bene olent, sed in macilentis probeq; nutricatis hoc experimento utar ne non scio. deinde uocem spiritumq; auribus captando, quæ in ualentibus ualidisue similiter non patent, & dignoscere est, sicuti prius, quia mutata sunt. Sed si mores & naturas languētium morborūq; medicus prænoscat, prædicere non oportet, difficilius enim ille non spirabit, morbo nanq; adhuc errante febre uehementiore & acutiore corripi posset, uenterque intendi. quare propter hæc tutū non est priusquā morbus consistat, prædicere, post aūt hoc tēpus quicquid præter rationem fiat, dicere oportet. siqua enim grauia mala quod non obtemperauerit, fiant, patent, spiritus enim difficultas uno uel altero die cessat, cœteraq; talia quæ peccantur & committuntur. siquis ergo hoc decretorium præuidens dicat, non peccabit. Modum hunc quidem considerationum obseruationumue nunc inducam, de iisque qui domi manent, & de iis qui exercentur, cœterisq; talibus cunctis. diligentias autem illas summas & audio & derideo prædicentium, pusillum enim hominū non obsequentiū redarguam necne haud scio. si uero magnopere peccent, quemadmodum obseruetur, scribo. Primum quidem oportet hominé qué quis obseruet, siqua nō paruerit, uidere num ne toto die hora eadé loco & modo steterit, sole præsertim recens orto, tūc enim langués uacuus & ieiunus est, nihilq; defatigatus nisi matutinis deambulationibus, quibus paruerit necne, surrexerit, deambulauerit, uidendum est. quare necesse est eum qui rite nutricetur, hac hora potissimum statum coloris totiusq; corporis æquum habere. Quamobrem qui curat, mente oculisq; præsto sit, probeq; hominis mentem, modos, corporis uires obseruet, nam quidam facilius, quidam difficilius mandata perficiunt. Primum quidem uidendum est, num ualidus sit & uorax, num plus iusto comederit po

Diuersitas languentium.

Varia obseruatio.

Quando non prædicendum.

Modus obseruationis qui.

Quæ præcæteris obseruentur.

taueritue, quod ex his patebit, cum tumidius, crassius pinguiusue coloratiusq; eius corpus fuerit, num uenter male demittat, nam hi promptiores sunt ad defatigationem. præterea considerandum est, nunquid eructet uentoue moleste tur. quæ fiant necesse est iis, qui sic deliquerint. si uero sæpe comedere coactus sit, ualdeq; laborare, cibumue non concoxerit uel potus sit, uel post multam cœnam non multum deambulauerit. quæ sic obseruato, Cœnam si non concoxerit, quod consueuit deambulato, sic enim uisu gratior erit, & ad exercitationes paratior, sed minus compactiusq; demittet. si uero post cœnã non deambulet, uento tumescet copiaq; & plenitas non minuetur, plusque quam prius, defatigatione sudabit, difficulterq; spirabit, grauescet magis, sed minus glutinosum uenter demittet. si uero cibum non consumpserit, nec deambulauerit, languidior pigror tumidiorq; erit. sinautem potus, magis q̃ prius sudabit difficiliusq; spirabit, magisq; grauescet, humidiorq; erit q̃ consueuit morosiorq;, nisi & caput aliquatenus uexet. si uero semel fœmina utatur, grauior acutiorue & solutior fiet, si sæpius, durior & asperior & aliquatenus aridus & æstuosus fiet decoloratiorq; magisq; delassabitur. Laborantium uero se seque exercentium oletum modicum & durum esse debet, dum parum comedent potabuntq;, si uero quotidie uel tertio quoq; die uel quarto uel longiore tempore oletent, periculum est, ne uel febris uel fluxus uentris ipsos corripiat, quæcunq; enim oleta liquidiora sunt q̃ ut possint in exitu conformari, cuncta peiora sunt. Crebro uero comedentibus multumq; sese defatigantibus oletum molle cum sit, siccum esse deberet, copiaq; intrantium rata portione defatigationis. Pari uero cibariorum copia multum ab iis qui parum sese defatigant, egeritur, parumq; ab iis qui multum, si quidem sani sint, probeque nutricentur, quare cum his comparentur. Liquidiores autẽ egestiones sine febre citius septimo die discretæ si semel simulue fiant, q̃ si repetantur, utiliores sunt. si uero homines superfebricitent, uel fluctiones subter reuertantur, si longæ fiant, omnino malæ sunt, siue biliosæ sint siue pituitosæ siue crudæ, peculiaribusq; nutrimentis, potionibus, medicamentisq; singulæ egent.

Coitus quid his faciat.

Oletum quale omnium esse debeat.

Lotium quale.

Lotiũ uero pro copia potionis mingere oportet, semperq; par simulq; crassiusq; paulo q̃ quod potatum est. Sinautẽ aquosum sit, plusq; q̃ potari mandaretur, hominem non parere præsefert, maioreque potu uti q̃ ut concoqui & demitti possit, donec hoc mingat. Siuero paulatim mingat & stridat lotium, medicæ potionis hominem egere significat, uel malum aliquod circa uesicam esse. Sanguinem uero mingere rarius quidem parumque sine febre doloreque nihil mali præsefert, sed laborum solutionem. Sæpius autem & multum si mingat uel horum quid graue fiat, bonum non est, siue cum dolore siue cum febre mingatur. quare prædicito. Sed si pus supermingatur, dolores tollit. Crassum uero lotium, sedimentum tenue habens dolorem articulorum uel abscessum significat. cætera uero sedimenta omnia quæ in lotiis sese defatigantium

Sanguinis minctio.

Puris minctio.

Crassum lotium.

defatigantium fiunt, de malis quæ circa uesicam sunt, fiunt. quod dolor qui uix sedatur, demonstrat. Hæc quidem & alia de his & scribo & dico. Qui uero per summam diligentiam quasdam prædictiones accusant repræhenduntue, horum quidem nonnullis assentirer, pueris autem discipulisque uererer, quorum scripta in manibus sumpsi, uti quid horum quisq; sentiret, uiderem, nusquam eam summam diligētiam inueni quæ prædicatur. Quare hæc scribere aggressus sum. De iis uero qui morbo aquæ subter cutem laborant, tabeq; de pedibusq; comitialiq; sacroue morbo dicto corripiūtur, de cunctis aliquatenus fere idē dico. Quibus horum morborum quid cognatum germanum gentiliciumue fit, iis uix discuti posse scito. cœtera uero de his singulatim scribam. Qui autem aqua subter cutem tenetur, quique superfuturus est, bonis, latis rectisq; intestinis eū oportet esse, suapteq; natura simul facile concoquere demittereq;, facile spirare, nusquam dolere, corpusq; totum calidum æqualiter habere, postremaq; non tumere, melius tamen est extrema tumere, sed optimum est horum neutrum habere, mollia teneraue graciliaque postrema esse oportet, mollemq; tactu uentrem, nec tussire sitireq;, linguam non siccescere per omne tēpus præsertim post somnos, quo hæc ualde fiunt, cibaria uero libenter sumere, postquamq; satis comederit, nihil affici, uentremq; celerem & obtemperantem medicamentis habere, semperq; molle & informatum oletare, lotiumq; perfectum digestumue comparere commodumq; ad rem uinorumq; mutationes, defatigationem uero facile ferre nec delassari. Sic quidem ad omnia hominem disponi, optimum est, tutissimeq; sanescet, si uero minus omnia habeat, plurima tamen habeto, sic enim sperabit euadere posse. qui uero nihil horum sed contraria habebit, sine spe esse scito. qui autem pauca horum habuerit, quæ optima esse dico morbo subtercutaneo laboranti, parum sperato. Cui uero sanguis multus supra subterque proruperit, superq; febricitauerit, multæ aquæ hunc repletum iri putato, morboq; subtercutaneo laborantium omnium hic paucissimi temporis erit minimeq; supererit, de quo alicui prædicito. Qui uero modo ualde tument modo non, potius hi supererunt, q̃ qui sanguinis eruptione complentur concēdunturue, qui hydropes uel hi sic morbo subtercutaneo laborantes, morte eorum dolentes decipiunt, qui faciunt eos a Medicis necatos fuisse. De tabescentium uero sputo tussiq; eadem dico, quæ de purulentis scripsi, Qui bene liberari morbumque pellere cupit, facile, album, æquale, concolor sine pituita spuat, oportet, quodque de capite fluet nares petat, ne febricitet, ne cibus somnusq; cohibeatur, ne sitiat, uenter quotidie demittat & durum, copia uero portioni intrantium respondeat, macilentum minime hominem hunc esse oportet, pectus uero quadratum hirsutum laudato, cuius alueus, chartilago, musculi carnosi non sint. quisquis enim hæc omnia habuerit, omnino supererit. Qui uero nihil horum habuerit, maxime pericli-

Hydropisis. Phthisis. Podagra. Morbus sacer difficulter sanantur. Qui hydropes sanantur.

Phthisicorum bona signa.

tabitur. Qui iuuenes ex abſceſſu fiſtula uel alia re ſimili purulenti fient, uel abſceſſus repullulatione, non ſupererunt, niſi multa illis & admodum bona ſigna ſuperueniant. qui homines per auctumnum pereunt, quin & longis aliis morbis plurimi hoc anni tempore pereũt. Cœterorum uero minime uirgines fœminæq; ſuperſunt, quibus menſiũ defectu tabes fiat phthiſiſue. ſiqua uero uirgo uel fœmina ſuperfutura eſt, q̃plurima ſigna optima ei ſuperueniant opus eſt, menſtruaq; limpida puraque ſupercompareant. ſi minus, ſpes non eſt. Qui uero hominum, fœminarum, uirginumque ſanguinis proruptione purulenti fiunt, non minus ſuperſunt. Cuncta uero ſigna tabeſcentium purulentorumq; qui ſuperfuturi uel perituri ſunt uideanturue tibi, conſiderato, prædicitoq;. Sanguinis uero proruptione ii maxime ſuperſunt, quibus atræ bilis dolores in pectore tergoq; ſunt, poſtq; ſanguinis eruptionem dolore aliquatenus leuantur. tuſſis autem febriſq; his non fere ſuperuenit. plurimi uero ſunt qui ſitim uſquequaq; facile ferant, quibus ſanguinis eruptiones maxime reueniunt, niſi abſceſſus ſuperueniant, quorum abſceſſuum ii optimi ſunt qui maxime cruenti fuerint. Qui uero pectora dolitãt, temporeq; emaciantur, ſineq; febre ſuppuramentiſq; tuſſiunt, difficulterq; ſpirant, cum tuſſient, difficulterq; ſpirabunt, quidque conuerſum uiq; reuulſum olidumque ſpuent, eos perituros putato. De iis uero qui de pedibus laborant podagrantibuſue hæc, qui uel ſenes ſunt uel articuli iuncturæue protuberant uel laborioſum in modum uiuunt, ſiccumque uentrem habent, quatenus ego noui, humana arte hi ſanari nequeunt, ſi tamẽ difficultas inteſtinorum dyſenteriaue ſuperueniat, hos probe ſanat, cœteræq; deſtillationes ad inferna tendentes ualde proſunt. Quiſquis autem iuuenis eſt, cuiuſq; articuli nondum protuberarunt, moribuſq; diligens probuſq; ſit & laborioſus, uentremque bonum & neceſſariis rebus parentem habeat, medicumque mentem prudentiamue habentem nanciſcatur, ſaneſcet. Sacro quidem comitialiue morbo correpti difficillime liberantur, quibus præſertim de pueritia ad uirilitatem uſq; creuerit una, deinde quibus in adoleſcentia uigenti corpore ualido & ætate fiet, fueritq; de uiginti quinq; annis uſque ad quinq; & quadraginta, poſt hos quibus malum hoc qua corporis parte incipiat non præſignauerit. nam quibus de capite, latere, coſtiſue, uel manu pedeue incipere uidetur, facilius curatur. differunt enim hæc interſe, quæ nanq; de capite incipiunt, difficillima ſunt, deinde latere coſtiſue. quæ uero de manibus pedibuſq; auſpicantur, facillime ſanantur. Manum his medicum admoueat oportet, qui morbi huius modos naturamue curationemque nouerit. ſi languentes iuuenes ſint, ſi laborioſi, conſiderato petitoue, menteſque eorum quid ne mali habeant, ſi prius ſyderatus fuerit. quæ atræ bilis exceſſiones, bonæ non ſunt. cœteræ autem omnes quæ ad inferna repunt, optimæ ſunt hoc loco quæ maxime cruentæ ſunt. Qui uero ſenes iam corripi cœperunt, fere moriuntur. ſinautem non pereunt, cito per

Quo tempore hi pereunt.

Phthiſis mulierum.

Purulenti.

Qui abſceſſus ſuppurationesue meliores.

Pedum labores qui tollantur.

Sacer morbus comitialisue.

Comitialis ſenes tollit fere.

per sese liberantur, nihilque medicis iuuantur. Quibus autem puerorũ oculi subito uertuntur, uel malum aliquod maius patiuntur, uel tubercula sub faucibus suscitantur, uel gracilescit uox, uel diutius sicce tussiunt, uel cum adoleuerunt, uenter dolitat nec mouetur, uel latus costæue torquentur dolitantue, uel uenæ crassæ uentris uaricantur, uel omentum petit, uel testis tumet, uel manus gracilescit debilitaturque, uel pes, uel tibia tota sine alia causa manca redditur claudicatue. quibus omnibus morbum præcessisse scito. puerorumq; nutricatores interrogati plærunq; hoc fatentur, quosdam uero latet, quandoq; hoc cœperit se nescire dicunt. Qui autem uulnera ulceraue cogniturus est quo modo singula finiant, primum species hominum noscat oportet, quæ meliores peioresue sint ad uulnera ulceraue, deinde quæ ætates facile uel contra curentur, quibusue facile difficileue hæc sanescant, locaque corporis in quibus uulnere ulceraue cum sunt, curatu facilia uel contra sint. quemadmodum enim ætates locaq; corporis inter se differunt, sic & in his uulnera ulcera cum sunt, facile uel contra curantur. Quæ qui rite considerarit, sciet quo pacto singula discutiantur. Qui uero hoc non faciet, nunquam sciet qui uulnerum ulcerumue finis futurus sit, Species autem optimæ sunt hæ, leues agilesue mediocriter, bonis intestinis præditæ, non carnosæ, non duræ, non asperæ, coloris autem albi uel nigri uel rubri sint. nam hi optimi sunt, cum puri sunt. quæ uero mixto colore sunt uel semiluridæ uel luteæ uel liuidæ uel pallidæ, bonæ non sunt. species uero præscriptis contrarias peiores esse scito. De ætatibus uero, siue per æstates hæc obseruato, tubercula purulenta strumosa plærunq; pueris fiunt, quæ facile discutiuntur, maiusculis uero & adultis iuuenibus minus quidem hæc fiunt, sed difficilius tolluntur, quæ uiris minime fiunt, similia uero fauis ceriaue grauia periculosaue fiunt, quæ non facile curantur, cancelliq; latentes subalti uexantesq; pustulæ manentes oculorum Epinyctidesue serpentiaq; ulcera Herpetesue, quæ sexaginta annos usque procedunt. Senibus autem tubercula phymataue talia non superueniunt, sed cancelli latentes, quiq; postremas partes molestent acropathiue, qui commoriuntur. Locorum autem alæ difficillime curantur, uentrisq; mollia uacuaq; fœminaq;, nam in his crebro abscedit reuenitq;, Periculosissimi autem articulorum omnium pollices sunt pedum præsertim, quibusq; lingua ex obliquo & latere ulceratur, quod diutius durat, quare dens nequis acutior in causa sit considerato. Mortifera autem uulnera sunt ceruicis, iuguli, colli, inguinum, magnarum & crassarum uenarum, deinde cerebri, iecinoris, intestinorum, uesicæ, quæ omnia ualde perniciosa & periculosa sunt, sed non tam ineuitabilia q̃ putantur uidenturue. Loca uero hæc nomina habentia inter sese ualde differunt, modique ipsi mores & consuetudo. plurimum etiam differt hominis ipsius corporis dispositio præparatioue, quandoq; enim saucius non febricitat, nec inflammatur, quandoque

Comitialis malignitas.

Quæ ad uulnera ulceraue faciẽda.

Quã hæc et per ætates et per corporis loca differant.

Quæ hominum species et qui colores probi.

Strumæ quibus fiant.

Epinyctides. Herpetes

Senum tubercula abscessusue.

Loca saucia curatu difficilia.

Qui aliquatenus hæc differant.

ſine patenti cauſa febricitat, corporisq; pars aliqua penitus inflammatur. quare ſi ſaucius deſipiat, uulnus facile fert, uulneri autem tanquam abituro ſanitatemue accepturo manus admoueto, medicæ artis & eorum quæ ſuperueniunt ratione ſeruata, Moriuntur enim homines omnibus fere uulneribus, plurimæ nanq; uenæ magnæ craſſæue, paruæ tenuesue ſunt in corpore, de quibus ſi ſanguen prorumpat, necant, ſi eo prorumpant, quas alio tempore ſi pertundamus, corpora leuant. Multa nanq; uulnera in locis non magni momenti exiſtentia nihil graue allatura uidentur, quæ plagam iſtumue dolore adeo uexant, uti patientes reſpirare quieſcereue non poſſint. Quidam autem præ uulneris dolore cum graue periculoſumq; non eſſet, ſpiritum quidem reſumpſerunt, tamen delirarunt, febreq; correpti perierunt. quod iis euenit, qui corpus ignitum febriculoſumue habent mentesue perturbatas tumultuoſasue. Quare nec hæc mirabere, nec illa timeto, ſed cogitato ſcitoque hominum animos corporaq; plurimum inter ſeſe differre maximamq; uim habere. quæ ergo uulnera cum temporis occaſionem non commodam locumue periculoſum uel corpus mentemq; talem nanciſcuntur, uel corpus adeo ſicq; affectum & paratum ſit, uel magna adeo uulnera ſint, uti hominem in ſeſe conſiſtentem medelam ſuſcipere non ſinant, quæ cum talia ſunt refugito, quique ſingulis diebus deficiunt eos ne tangito, Cœteris autem cunctis recens uulneratis manum admoueto, multamq; curam longamq; cuſtodiam adhibeto, ne homines ii febricitent, qui ſuperfuturi ſunt, ne ſanguis prorumpat, ne ſerpentia rodentiaue ſiue nomæ ſubrepant. quod in grauibus & periculoſis potiſſimum facito, ſic enim par eſt. Serpentia quidem nomæue letaliſſimæ ſunt, quæ putredines altiſſimas, nigerrimas, ſicciſſimasq; habent, Mala periculoſaque etiam ſunt quæ ſaniem nigram reddunt, Putredines autem albæ mucoſæq; minus quidem necant, ſed magis reueniunt, longioresq; ſunt, Serpentia uero herpetesue ulcerum omnium ſerpentium minime periculoſa ſunt, difficilius tamen pelluntur, quemadmodũ & latentes abſconditiue cancelli. Cunctis autem his confert, ſi febris ſuperueniat, quæ diem unum duret, pusq; maxime album craſſumq; ſi defluat prodeatue, ſique nerui osue uel utraque putreſcant, in altis & nigris putredinibus prodeſt, pus enim multum de his putridis profluit, quod putredines diſcutit. Capitis autem uulnerum letaliſſima ſunt quæ cerebrum pertingunt, quemadmodum antea ſcriptum eſt. Periculoſa grauiaq; hæc omnia præterea magnopere ſunt, denudatum os, introrſum reclinatum, fractum, ſi uulneris plaga foramenue parua ſit, oſſis uero ſciſſura fracturaue magna, maius periculum eſt. quæ cuncta grauiora ſunt, ſi ſecundum oſſis fracturam ſciſſuramue ſint & ſuturam, ſummaque capitis parte. Præterea in omnibus momenti alicuius uulneribus ſint ne recentes iſtus colliſionesue, num is in iſtu conciderit ſoporatusue ſit, petito, Nam ſi horũ quid contigit, maioris cuſtodiæ, diligentiæ curæque eget, tanquã cerebrũ ſenſerit

Qui uulnus curetur.

Cur uulnera non magna quãdoq; periment.

Quæ uulnera curanda.

Nomæ quæ malæ ſint.

Herpetes quæ malæ non ſint.

Cancri ſphacelismos.

Capitis uulnera.

Sutura ſciſſura fracturaue uulnus grauant.

Quid in his petendum.

ſenſerit audiueritue ictum. ſi uero recens ſauciatus non ſit, ſigna alia conſide/tato conſulitoque. Qui uulnus in capite habet, optimum eſt eum non febricitare, ſanguinem non erumpere, nullam inflammationem doloremue ſuperuenire. ſi uero quid horum ſuperappareat, per exordia ſi fiat, tutiſſimum eſt, ſi parum duret. Confert autem in doloribus & inflammationes quæ in uulneribus fiunt, ſuperuenire, Sanguinis autem in eruptionibus pus in uenis comparere. Quæ autem in grauibus morbis febribus cōferre ſcripſimus, conferunt & in his, ſi fiant quæ optima eſſe hic dico, contraria uero mala. Febrem autem in capitis uulneribus quarto uel ſeptimo uel undecimo die incipere, mortiferum admodum eſt, plærunque tamen decernit, ſi uero quartanum ſit uulnus, decimo febris incipiat, ſi ſeptimanum, quarto & decimo uel ſeptimo & decimo, ſinautem undecimanum, uigeſimo febrire cœperit. quemadmodum in febribus, quæ latente cauſa fiunt, ſcriptum eſt. Si per febrium exordia deliret, uel membrum aliquod ſyderetur percutiaturue, hominem hunc perriturum eſſe ſcito, niſi penitus optima aliqua ſigna compareant, uel corporis uirtus ſubſit, quæ reſiſtat. quare hominis modos moreſue perdiſcito & obſeruato, ſpes enim adhuc aliqua ſupereſt. claudum autē, mancum, & læſum membrum articulumue, quod uulnus incuſſit, fieri neceſſe eſt, ſi quidem is ſuperſit. Quæ autem uulnera in articulis iuncturiſue fiunt, magna ſi ſunt, neruoſque continentes penitus præciderint, claudos, læſoſue eos qui patientur, reddent demonſtrabuntue. Sinautem ambigatur quomodo nerui habeant, ſic captato & obſeruato, ſi telum quod uulnerauit, acutum & leue fuerit, uulnuſq; rectū, melius eſt q̃ȝ tortuoſum, ſi uero graue, retuſum & hebes, nonnihil differet. Quare altitudinem profunditatemue cœteraq; ſigna ſpectato, quæ ſunt hæc, ſi pus ſuper articulum compareat ſuperueniatue, durum aſperumue fieri neceſſe eſt, ſi uero & tumor ſimul permaneat, durum diuturnumque, Tumoremq; ſanato uulnere neceſſario permanſurum ſcito. Membra & articuli qui tortuoſi flexileſq; ſunt, cum curantur, conflectantur & dirigantur. Quibus neruus caſurus uideatur, tutius eſt, claudicationem læſionemue prædicere, præſertim ſiquis neruorum inferiorum diſſolutus ſit. ſignis autem his neruos caſuros dignoſces, pus album, craſſum, diutiuſq; defluet, doloreſq; & inflammationes per exordia circa articulos fient, quæ & oſſe caſuro fiunt. Quæ autem in cubitis abſciſſa ſunt, præſertim inflammata ſi ſunt, ad ſuppurationem tendunt, ſecationeſque & uſtiones poſcunt. Medulla uero tergi ſpinæue ſi læſa & affecta ſit, caſu cauſaue alia ſiue ſuaptenatura ſponteue, cruribus inualidis languens redditur, tactuſque non ſentit, uenter, ueſicaq; adeo contrahitur, uti primos dies oletum lotiumq; non emittat niſi ui. quod malum cum inueterauit, ſi etiam languens deambulet, oletum lotiumq; non prodit, qui paulo tempore poſt hæc perit. Quorum uero fauces ſanguinis complentur, ſæpius enim die nocteq; hoc fit, cum caput non doleat, non tuſſiat, non

Quæ in his cōferant, uel contra.

Mortis notæ in his.

Clauda læſaue qui mēbra fiāt.

Vulneris obſeruatio.

Curatio uulneris.

Læſionis membri ſigna.

Medullæ tergi affectæ ſigna.

uomat, non febriat, pectusq; scapulasue non doleat, fauces huius naresq; spectato, num ulceratæ sint, hirudoue siue sanguisuca in iis compareat. Oculi uero sordescentes probe liberantur, si tunc & lacrima & sordicula & tumor simul incipiant, sinautem lacrima cum sordicula mixta sit, & non ualde calida, sordicula autem alba & mollis teneraue, tumor uero leuis & solutus, si nanq; hæc sic habeant, noctemq; uersus oculus liniatur emplastreturue ne doleat & agitetur, sic minus periclitabitur, malumq; parum durabit. Si uero lacrima multa calidaq; cum pusilla sordicula paruoq; tumore de altero tantū oculo fluat, malum longius erit sed sine periculo doloreq;. præcipuum autem in his decretorium subobseruato, primum quidem ad dies uiginti, si uero tempus hoc prætereat, ad quadraginta dies expectato, sinautē his diebus non sedetur, sexagesimo decernet, per totumq; hoc tempus sordiculam lemenue considerato, quæ si alba sit teneraq; mollisue digitoq; hæreat misceaturue, per tempora decretoria præsertim, si quidē cessatura est, hæc faciet. Si uero utrique oculi hæc patiantur, magis periclitantur ne ulcerentur, citiusq; decernent, sordiculæ uero lemæue siccæ ualde dolent, citoq; decernunt, nisi oculus uulneratus ulceratusue sit, tumor uero si magnus est, & sine dolore siccusq;, periculosus non est, sinautem doleat siccusq; sit, periculosus est, & ne oculus ulceretur palpebræq; coeant, timendum est. periculosum autem est & graue, si cum lacrima doloreq; sit, nam si lacrima calida salsaq; defluat, periculum est ne pupilla palpebræq; ulcerentur, sinautem tumor consistat consi datue, lacrimaq; diutius superfundatur sordiculæq; lemæue sint una, his si uiri sint, palpebrarum conuersionem prædicito, pueris autem fœminisq; ulcerationem palpebrarumq; conuersionem. si uero sordiculæ luteæ sint liuidæue lacrimaq; multa calidaq;, caputq; æstuet, per temporaq; dolores in oculum tendant firmenturue, superq; his uigilia ueniat, oculi necessario ulcerabuntur, & ne dehiscant franganturue, metus est. Febris autem superueniens prodest, dolorq; supercilia petens lumbosue. His futura prædicito, cum tempus quæque de oculis fluent, dolores uigiliasq; consideraueris, cumq; (si possis) oculum intus spectaueris, quem si fractum, per eamq; fracturam pupillam supereminere uideas, malum est, difficulterq; sistetur curabiturq;, sinautem & putredo subsit, penitus hic oculus inutilis fiet. Cœteros præterea modos ulcerum prædicito, loca, putredines, altitudinesq; spectando, nam secundum ulcerum uim necesse est cicatrices fieri. Quibus autem oculi dehiscunt franguntur ue & superexcidunt extuberantue, uti species pupillaue seu acies extra suum locum sit, pote non est, uti hi oculi & tempore & arte iuuentur, uti uideant. Parua quidem ulcera cicatricesq; speciei pupillæue motu medelam suscipiunt curanturue uti sistantur, si nullum aliud malū superueniat, iuuenisq; sit qui patitur. cicatrices autē ulcerum ulceraue quibus nullum aliud malum adsit, omnes & tempore & arte iuuari posse putandum est, potissimumq; ex, quæ

Sordes lemæue oculorum.

Diuersitas sordium oculorum et affectus.

Cum acies oculorū extuberat de uisu actum est.

quæ recentiſſimæ ſunt, quæq; in corporibus iuuenculorum ſunt. Locorum uero maxime ſpecies pupillæue ulceratæ læduntur, deinde ſupercilia quæq; his proxima ſunt, ſpecies aciesue cum glauco colore obducuntur, uel argenteo uel ueneto nigroue, probum nihil eſt. His auté paulo meliores ſunt quæ uel minores uidentur uel latiores uel anguloſæ ſiue manifeſta aliqua cauſa tales factæ ſunt ſua ue ſponte tenebricoſæq; & nubeculis obductæ, uel ſtillis lucidis fulgere uideantur. quæ omnes tenuantur euaneſcuntq;, ſiue uulnus aliquod ulcusue cicatricemue pterygionue pinnulamue ſeu ungulam eo loco habuerit. ſi uero quid intercipiatur deficiatue, nigrum aliquatenus dealbatur, quod ſi diutius permaneat & duret, exaſperatur & craſſeſcit, ſuique memoriam ſignumque relinquit. Decretoria uero quemadmodũ in febribus ſcripſi, ſic & hoc loco habent. Quare cum ſigna & notas pernotaſti & obſeruaſti, prædicito. differẽtias quidem in oculorum malis ſic obſeruato prædicitoq;, cum ſigna peſſima ſuperuenient comparebuntq;, longa fore putato, quemadmodum in ſingulis perſcriptum eſt, non longa uero, cum optima ſigna comparuerint, tuncque ſeptimana uel his proxima fore prædicito, ſineq; periculo tutaq; omnino fore putato. Quibus autem decretoriis diebus melius non fiet, reuerſura putato & expectato, cum optima ſigna non præceſſerint. Præ cunctis autem in his oculorum malis lotii ſtatum ſedimentumue contemplator, temporum enim occaſiones pernices ſunt & ueloces. Difficultates autem inteſtinorum dyſenteriæue ſi cum febre ueniant uel cum uariis excremẽtis uel cum iecinoris inflãmatione præcordiorumue uentriſq; cum dolore, uel quæ cibaria tollant & ſitim præbeant, malæ ſunt omnes hæ, quiſquis horum malorum plurima habuerit, citius peribit. cui uero minima & pauca horũ aderunt, huic plurimæ ſunt ſpes. Pueri uero quinque annorum ad decem uſq; hoc morbo potiſſimum pereunt, cœteræ autem ætates minus. Quæ difficultates inteſtinorum utiles non malæue ſunt, mala hæc non faciunt, ſanguis autem ramentaq; ſtrigmentaue ſi demittantur, ſeptimo uel quarto & decimo uel uigeſimo uel quadrageſimo die uel intra & ante hæc tempora ſedantur, hæc enim excrementa & ante hærentia corporibus mala ſanant, temporis quidem ſpatio maiore quæ recentia ſunt, citius poſſunt, quæ uetuſta ſunt tollere, ſiquidem & prægnantes ad maturum fœtum tendentes & poſt partum magis ſeruantur, menſesq; plurimos ſanguinis ramentoſaq; excrementa fœtum conſeruant, niſi quis dolor prægnantibus adſit adueniatue. Quare ſiquod eorũ ſignorum quæ mala eſſe ſcripſi, in difficultate inteſtinorum ſuperueniat compareatue, perniciem infanti matriq; periculum portendit, niſi poſt pueri fugam enixumue & uuluæ ſolutionem & purgationem difficultas inteſtinorum eodẽ die uel paulopoſt ſedetur ceſſetue. Leuitates autẽ inteſtinorum Lienteriæue aſſiduæ continuæue longæq; tempore omni & hora die & nocte cum crepitu & ſine motæ prorumpenteſue hæ omnes malæ ſunt, ſi durant, cum oleto

Decolorata acies malum eſt.

Præcipua in his obſeruatio.

Dyſenteria quæ mala.

Mala recentia diuturna tollũt.

Dyſenteria.

Lienteria.

ſubeunte ualde crudo, nigro, leui, liquido & olido, nã ſitim præbent faciuntue, potumque in ueſicam non mittunt, uti mingatur, ſed os ulcerant, tumidumque ruborem in facie creant faciuntue, lentigines uitiliginesq; coloresq; uarios ſimulq; uentres fermentatos ſordidos rugoſosque faciunt, propterea homines ueſci deambulareq; non poſſunt, cœteraq; quæ peragenda forent, facere. malum quidem hoc ſenibus grauiſſimum periculoſiſſimumq; eſt, uiros etiam ualde moleſtat, cœteras ætates minus multo. quisquis ergo hac ætate non eſt, quam dico, male hoc morbo corripi, minusq; ſignorum quæ mala eſſe ſcripſi, habet, tutiſſime hic deget diſponeturq;, tantiſper autem morbus hic curationis eget, donec rata potus ratione portioneque mingat, corpusq; cibis intrantibus augeatur coaleſcatue, malisq; coloribus liberetur. Cœteræ uero fluctiones quæ ſine febre ſunt & non longæ, lenes uileſue ſunt, nam inedia remoratæ ſedantur uel ſua ſponte ceſſant, quare cum uentrem tetigeris, nullus motus inerit crepitusq; & flatus in excrementi fine prodierit, fluxũ hunc exitumq; ceſſaturum prædicito, ſedes autem procidit conuertiturue, uiris quidem quos ficoſos uentris fluctio corripuit, pueris uero calculoſis longisq; inteſtinorum difficultatibus & non puris uexatis, ſenibus uero quibus in podice muccus compactus inſit. Mulieres autem quæ magis uel minus fœcundæ ſunt, ſic dignoſces, Primum quidem ſpecies formas ſtaturasque conſiderato, paruæ nanq; melius concipiunt q̃ magnæ, macilentæ q̃ craſſæ, candidæ q̃ rubræ, nigræ q̃ liuidæ, quæ uenas patentes habent q̃ quæ non. Carnem uero ſupernutritam & multam habere natu grandiori malum eſt, Mammas turgidas & magnas optimum. Hæc quidem in conſpectu ſunt. Præterea petito ſingulis ne mẽſibus mẽſtrua copioſe compareant, colorisq; boni ſint, pariaue ſingulis temporibus ſtatisq; menſium diebus defluant, quod ſi fiat, optimum eſt. locum autem in quo conceptio fit & eſt, quem Vuluam metrenue nominamus, ſanum, ſiccum, mollem, tenerumue eſſe oportet, non reuulſum retractumue, non procliuem, osq; eius non conuerſum non clauſum non retuſum non auerſum eſto, nam horum quoduis conceptum impediret. Quæ uero fœminæ concipere non poſſunt, luteæq; ſint & pallidæ, febre & inteſtinis cauſa ſontica non exiſtentibus quid patiantur petito, nam dicent uel caput dolere, uel menſtrua mala non pura paucaque deſcendere uel diu non exiiſſe. quæ cum ſic habent, conceptus diſpergitur, quare uuluæ earum purgationis egent. Quæ uero boni coloris pinguesq; & multæ carnis ſunt, uenulasq; latentes habent, nihilq; dolent, menſes his uel non comparent, uel pauci non puri defluunt, ſicq; difficillime concipiunt. ſi uero cum abunde menſes deſcendant, corporeq; mulier bene habeat, nec concipiat, locus ubi uulua metreue manet, cauſa eſt ne fœcunda ſit & concipiat, nam uel conuulſus uel repercuſſus uel retuſus eſt. Cœtera uero quæ hoc loco fiunt et eueniunt mala, cum dolore, malo colore, tabe, colliquationeue fiunt. Quibus autem

Medela qua.

Sedis procidentia inuerſioue.

Mulierũ fœcunditatis cognitio.

Locellorum qualitas.

Conceptus impedimenta.

autem ulcus in uuluis gignitur siue partu siue uomica phymateue siue quauis alia causa, cum febre doloreque necesse est inguina tumeāt, sinautem & puerperia puerperiiue purgamenta deficiant & intercipiantur remorenturue, cū hæc mala sunt penitus indiscreta minusq; pura, longioraq; erunt, superq; his præcordia, ilia, caputq; dolitabunt. Quod si ulcus sanescat, locus hic leuigatior duriorq; necessario redditur, proptereaq; minus cōcipiet, si uero solū in sinistra parte ulcus sit, mulierq; cōcipiat, siue ulcus adhuc habeat, eo ue sanata sit, marem potius pariet. Sinautē in dextra parte sit ulcus, mulierque concipiat, partum fœmineū potius fore putato. Si uero febricitet proptereaq; nō concipiat, tenuisq; tussicula eam uexet, petito num ne uuluæ sint ulceratæ malūue aliquod insit, ex his quæ scripsi. sinautem in hoc loco malum nullum subesse uideatur, quod macilentiæ quodq; ne cōcipiat causa sit, sanguinē uomiturā hanc putato, mensesq; non comparere necesse est. Si uero febris sanguinis eruptione tollatur, mensesque compareant, concipiet sinautem quæ uentris sunt, priusquam sanguis erumpat, uda liquidaue pessimum in modum fiant, periculum est ne fœmina priusquam sanguinem uomat, moriatur. Quæ conceptisse uidentur nec conceperint, multos menses falluntur, cum menses non compareant, uenter crescat & agitetur, caputq; ceruix præcordia dolitent, mammæq; lactis pusillū aquosumq; habeant, cum uero tumor uentris remollescet, concipient, nisi quid aliud impediat, siquidem optimum est, cum sic afficiuntur, mutationem aliquam facere & uentris & uuluæ, postea uti concipiat. Iis uero quæ conceperunt, dolores hi non fiunt, nisi consueuerint, caput tamen dolitat, cum lac in mammis gignitur. Quæ longa fluctione uexabuntur, petito num caput dolitet, lumbos, uentris infima, tumeant ne gingiuæ, cæcucitent, aures tinnitent. Quæ uero cum ieiunæ sunt, multos dies biliosa uomunt, cum non conceperint, nec febricitent, petito num ne lumbricos rotundos una uomant, quod si negabunt, fore prædicito. quod malum potissimū fœminis & uirginibus fit, cœteris uero hominibus minus. Quæ uero sine febre dolitant, non moriuntur quidem, plærunq; tamen hi dolores longi sunt, mutationesq; crebras & ad sellam surgere faciunt, sæpeque & abeunt & redeunt. Consuetudines autem modiue horum dolorum hi sunt, primū quidem caput lenius modo uehementius modo petunt, quos sic obseruato. Qui cæcutabunt aliquatenusque oculis rubebunt, scapulas, frontem prurient, quos sanguis sua sponte fluens iuuat. qui modus necessario simplex est. Quibus autem caput, frons, scapulæ, uentis magnis frigoribusque cum calescunt, uehementer dolitat, destillationes crebro spuere hos penitus liberat, prosunt & sternutamenta pituitæque de naribus fluentes, magis quidem quæ sua sponte descendunt. si minus ui educantur. Destillationes uero grauedinesue perfectæ & ueræ si sint, tussim mouent & sternutamenta. Quæ superueniunt nisi dolores tollant, tubercula malusq; color

Post ulcus qualis locus fiat.

Cum ulcus in altera parte ē quid pariant.

Conceptus fallacia.

Quibus dolores hi non fiunt.

Quid de his petendum.

Malum peculiare matronarū et uirginum.

Quid his prosit.

Destillatiōis proprietas.

his necessario suscitatur. Quibus autem dolores sine patenti causa longique fiunt, capiteque toto si languentes macilenti uisuque non ualidi sint, multo hic q̃ superior his periculosior est. Sin autem & in ceruicem & in tergum dolor caput relinquens descendat, rursusq; in caput recurrat, periculosior adhuc est, sed tamen horum omnium grauissimus est, si de capite in ceruicem tergumque contendat. quos abscessus iuuabunt, uel pus extussire, uel mariscas tumescere, uel pustulas toto corpore pullulare. perutile etiam erit si caput squamulas furfuraceas demittat. Torpores uero torpedinesue siue narcæ pruritusque quibus per caput modo totum modo partem aliquam discurrunt, sæpe uero & quid frigidum uidetur ipsis discurrere. si per caput discurrat, petito num ne & in extremam linguæ partem pruritus hic perueniat, quod si fiat, malum perfectum uerumque est quodque uix abigitur. si uero sine hoc est, facile curatur. Quæ uero hos iuuent, abscessus sunt, quos præscripsimus, minus tamen in his fiunt q̃ in illis. Quos uero cum doloribus caligationes uertiginesue capiunt, difficulter hoc abigitur, furiosumque quid & insaniam præsefert, quod potissimum senibus euenit. Cœteri uero morbi qui circa caput uiris & fœminis fiunt, si ualidi sunt & longi, tutiores sunt, qui & iuuenculis & uirginibus fiunt, & his potissimum primo mensium exitu. Fœminis autem in capitis doloribus cœtera omnia fiunt quæ & uiris, sed pruritus & atræ bilis uitia melancholicaue minus q̃ uiris, nisi penitus menses euanescant non compareantue. Qui cum iuuenculi sunt, diu mali coloris sunt, non tamen continua serie regium arcuatumue in modum, hi & uiri & fœminæ caput dolent, uel lapillos & terram edunt, uel ficosi sunt. Qui diu luteo colore sunt sed non ualde arcuato, cœtera eadem patiuntur, quæ priores, lapillos tamen & terram non deuorant, sed præcordia magis eos afficiunt q̃ alteros. Qui uero diu pallescunt uultumque turgidum habent, hos uel caput dolere scito uel intestina, uel in sede uel in sese alicubi mali quid habere. plurimis autem cum hæc compareant & insint, non unum quidem horum inesse uidetur, sed est, cum multa uel omnia. Qui uero nocte uespertinoue tempore nõ uident, quos Nyctalopas uocamus, qui cum pueri uel iuuenculi uel adolescentes hoc morbo corripiuntur, per sese suaue sponte liberantur, quidam diebus quadraginta, quidam sex mensibus, quibusdam & totum annum permanet duratue. Tempus uero morbi uim languentisque ætatem prospectando demonstrato, quos abscessus iuuant, si superueniant, qui ad inferiora defluant, qui tamen per iuuentam non ualde superueniunt. Fœminæ uero hoc morbo non corripiuntur nec uirgines, quibus menses compareant. Qui uero longo lacrimarum defluxu lusciosi nyctalopesue fiunt, de his petito nunquid caput prædoluerit priusquam hæc comparerent, prænunciarenturue. Qui uero nec febricitantes nec mali coloris existentes sæpe uerticem & tempora dolitant, si nullum

Dolor qui periculosus.

Quid his prosit.

Torpedo narceue cum pruritu.

Quid his prosit.

Caligatio uertigoue.

Quæ fœminis non fiant.

Color non bonus quid sibi uelit.

Pallor unde.

Lusciosi nyctalopesue.

Lusciosi nyctalopesue lacrimando etiam fiunt.

ſi nullum alium apparentem dolorem & malum habeant, nec in uultu abſceſ/ſum uomicamue uel graue rauceue loquantur uel dentes doleant, ſanguinem his per nares erupturum eſſe putato. Quibus de naribus ſanguis fluit, ſi cœ/tera ſani ſint, tamen eos uel lienem turgidum habere deprehendes, uel caput dolere, uel quid lucidum ſplendensue his præ oculis diſcurrit. plurimis uero horum & quæ de capite & quæ de liene ſic habent. Malas autem, gingiuas & ora fetida ii habent, qui lienes magnos habent. Quibus uero lienes ma/gnos habentibus neque ſanguinis eruptiones fiunt, nec os fetet, tibiæ horum ulcera mala habent, cicatricesque nigras uel patẽtem abſceſſum aliũ in uultu, uel graue rauceue loquuntur, uel dentes dolitant, Sanguinis per nares his eru/ptionis expectato. Quibus autem ea quæ ſub oculis ſunt, ualde tument, lie/nes magnos hos habere deprehendes, ſi uero & pedes tumeſcant & aquam ha/bere uidebuntur. quare & uentrem & lumbos ſpectato. Quæ autem uultum petunt, ſi cum nulla alia corporis parte communicant, uel ſua ſponte celeriter ſedantur uel ui tolluntur. Cœteri uero ſyderãtur ſeu apoplecti fiunt. Quibus autem cum ſeſe mouere non poſſunt, corporis aliqua pars affecta gracileſcit extenuaturue, hi non poſſunt in eam conſiſtere. qui non ſupertabeſcent, hi ſaneſcent. de tempore uero quantum durabit, morbi uim, tempus, hominis ætatem, & anni tempora ſpectando prædicito. Præterea ſcito mala uetu/ſtiſſima peſſima & recurſantia difficillime ſubauſcultare, quæq́ in corporum uetuſtiſſimis ſunt. deinde autem auctumnus & hyems quam uer & æſtas mi/nus commodus eſt ad hos morbos dimittendos. Dolores uero humerorum ſi manus petunt, torpedineq́ doloreq́ afficiunt, quibus non abſcedit quidẽ, ſed bilem atrã uomendo ſaneſcũt. Qui uero in humeris ꝑmanẽt, uel in tergũ ꝑueniunt, pus uomentes uel bilem atram hos fugiunt. quos ſic obſeruato, Si quidem facile ſpirent, gracilesq́ ſint, bilẽ atrã potius hos uomituros putato. ſi uero cõtra difficile ſpirẽt, perq́ uultũ color ſubrufus nigerue qui prius nõ fue rit, diſcurrat, pus hos potius extuſſituros ſperato. ſuper his uero ſpectato pe/des tumeſcant ne, ſignum enim hoc his cõſueuit fieri. malum quidẽ hoc uehe mentiſſimum hominibus fit de quadrageſimo ad ſexageſimum annum, hanc enim ætatẽ coxẽdices maxime uexant uiolantue. quos ſic obſeruato, Qui ſenes ualde torpeſcunt, quibusq́ lumbi & crura frigent, quiue pudenda tollere non poſſunt, uenterq́ niſi coactus demittit, mucusq́ oletarius multus exit, mor/bus hic longiſſimus his erit, non minusq́ hunc morbũ ex quo cœpit, annum duraturum prædicito, per uerq́ & æſtatem utilitates expectato. Coxẽdices aũt & iuuenculis non minore dolore ueniunt, tamẽ breuiores ſunt, quadrageſi/mo enim die pelluntur. quin & torpedines narcæue his uehemẽtes non fiunt nec crurum lumborũq́ refrigerationes. Quibus uero morbus hic in lũbis cru ribusq́ eſt, non adeo eos uexat, uti cubare cogat. cõuerſiones quidẽ has uexan/tes ſyſtremataue ſic obſeruato, Si quidẽ in coxendicẽ cubẽt, petito num ne &

Lien quibus turgeat.

Lien non ſanus quid ferat.

Apoplecti.

Quæ non facile curẽtur, et con tra.

Quæ tẽpora his accõmodatiora.

Puris et bilis uomitus quid faciat.

Coxẽdices quos uexent.

Torpedinis læsio.

inguina doleant, nam si hæc utraq; habeat, morbus hic longus erit, petitoq; num ne coxæ poplitesq; torpeant, quod si non negabit, rursus petito num ne per tibiam in pedis talum descendat, qui horum plurima si fateantur, tunc di cito, crus eorum modo calescere modo frigescere. morbus auté hic quibus lumbos relinquens ad inferna uertetur, bono animo eos esse iubeto. Quibus uero coxendices lumbosq; non deserens ad superna uertetur, periculosum esse prædicito grauemue. Quibus auté circa articulos dolores tumoresq; modo fiunt modo sedantur, non articulari podagricoue modo magna uiscera & in testina esse deprehendes, sedimentumque album in lotio. Quod si & tem/ pora tollentur tumescentue, dicetque sæpe se dolere, nocteque se sudare, si uero nec sedimentum hoc in lotio subsistet nec sudabit, periculum est uel articulos læsos iri uel fauum, quod uocant, meliceridaue sub his fieri. qui morbus iis fit, quibus in pueritia uel iuuenta sanguis de naribus fluere consue/ uit, si sistatur. quare de sanguinis fluctione petito, si unquam in iuuentute defluxerit, & an pectus, scapulæ fronsq; pruriant, num ne uenter dolores ue/ hementes sine perturbatione præbeat, num ne ficosi sint, nam horum mor/ borum principium hoc est. si uero homines hi mali coloris sint, doleant ne ca put petito, non enim negabunt. Qui uentris dextra parte dolitant, maxime dolent cum ad præcordiorum partem quæ secundum iecur est, dolor uer/ tetur remanebitque, quos dolores leuat si subito uentus cum crepitu sonituue fiat in uentre, qui dolor cum cessat, crassum luteumque mingit, qui morbus modusue letalis non est sed ualde longus. quod malum cũ inueterauit, cæcu tientes reddit homines. quare de sanguine petito si cum iuuenis esset, deflue bat, de cæcutationeque, lotii uacuatione, luteo colore, crepitu fiat ne intus, profitque cum factus est, nam hæc omnia dicent non negabuntue. Si uero rubrum uel nigrum pus his defluet, magis q̃; si spuant, sperato. pedesque tu/ meant ne his spectato, signum enim hoc his fieri consueuit. Morbus uero sa cer & ulcus lichenesue, cutis exasperatio lepræue, uitiligines albæ leucæue si pueris iuuenculisue quid horum fiat, sensimue sese ostentet compareatue, tempore longo multoue crescit & augetur, quibus si pustula exanthemaue su scitetur, non oportet abscessum apostasimue putare sed morbum. quibus aũt horum quid multum & subito fiat, abscessus apostasisue est. Candidæ auté uitiligines leucæue fiunt de morbis letalissimis, quemadmodum est morbus qui tabes phthiniceue dicitur, cutis autem exasperatio squamosa lepræue sa/ cerque morbus & ulcus lichenesue de morbis atræ bilis melancholicisue gi/ gnuntur, quorum ea facilius medicina tolluntur, quæ admodum iuuenculis fiunt, quæque recentissima sunt, mollissimisq; tenerrimisue carnosissimisque in corporis partibus gignuntur.

Claudicatio quibus timenda.
Meliceris.
Mariscæ qui censentur.
Dolor uentris quando crescit.
Lichenes.
Lepra.
Leuce.
Exanthema.
Leucæ unde.
Phthinice.
Lepræ.
Lichenes unde.

LIBER QVINQVAGESIMVS OCTAVVS

Qui post horrorem rigoremue cum capitis ceruicisq; dolore frigescunt, si mutescant non loquanturue, deinde super sudent, horrorq; rigorue redeat, pereunt. Morbi ferendi difficultates cum perfrictione pessimæ sunt. Perfrictio cum asperitate duriciaue perniciosum est. Post perfrictionem pauor tristitiaq; seu Athymia sine ratione causa ue conuulsione spasmoue finit. Lotii defectiones continentiæue seu nō mingere post perfrictionem pessimum est. Somnulenti horrores rigoresue perniciosum est, quidque in uultu flammeum cum sudore si compareat, in his tetrum cacœthesue est. super his perfrictio posteriorum conuulsionem spasmonue prouocat, & omnino posteriorum perfrictio conuulsorium spasmodesue quid est. Crebri horrores de tergo quomodocunq; ueniant, difficiles latu sunt, lotii nanq; defectionem retentionemue significant, supersudare uero his pessimum est. Perfrictio cum asperitate duriciaue perniciosum est. Continenter horrere rigereue corpore iam debilitato mortiferum est. Crebro supersudare superrigereque & horrere perniciosum est, nam in fine hi suppuramentum empyemaue perturbatosq; lubricosue uentres habere deprehenduntur. Qui horrores rigoresue de tergo proficiscuntur, uehementiores latuq; difficiliores sunt. Cum horrore rigoreue ignoratio siue non cognoscere, malum est. Malum etiam est obliuio. Qui septem & decē dies obriguit, si quarto & uigesimo superrigeat, morosum, difficile, malūq; est. Qui horrent cum capitis dolore si supersudent, tetrum cacœthesue est. Qui horrēt, si multum supersudent, morosum perniciosumue est. Multum languideq; rigere, tetrū est. Qui sexto die rigent, iis nō facile decernit. Qui sani crebro horrent, ii post sanguinis fluctionem suppurantur. Horrere difficileque spirare in laboribus malisue siue doloribus tabifica phthinodeaue signa sunt. Post pulmonis suppurationem quandoque uentrem clauemq; iugulumue dolere, moleste æstuoseue superstertere, sputi copiam in pulmone esse significat. Horridi, molesti, æstuosiue, laboriosi, superciliorū dolore rhe numue affecti uentres hudos lubricosue habent. Qui superrigent, noctem uersus si aggrauantur, non dormiunt, flamma secantur, missioneue sanguinis uena incisa egent. si per somnum quandoque mingunt, ad conuulsionem spasmonue res tendit finitue. Continui rigores in grauibus acutisue morbis malum est. Cum capitis dolore solutiones perniciosum est. lotia cruenta in his malum est. Cum neruorum in posteriora distentione rigor opisthotonodes necat. Horrentes decretorieque sudantes postridie si præter rationem

Qui post horrorem pereant.

Perfrictio.

Pauor, Tristitia sine cā mala sunt.

Spasmodes.

Crebri horrores mali.

Sudor qui malus.

Continuus horror quando letalis.

Empyema.

Horrores qui mali.

Ignoratio, obliuio mala.

Horror cum capitis dolore malus est.

Sanorū horror creber qualis.

Phthinodea signa.

Superrigere malū est.

Per somnū mingere malum est.

Solutio quæ perniciosa.

Opisthotonodes rigos necat.

Lotium retentũ malum eſt.

horreant, dormiant, nec concoquant, ſanguinem erupturũ puto. Lotia poſt rigorem retenta malum conuulſoriumq; eſt, ſi præſertim præſoporetur. ſpes autem in his eſt, ſi tertio die ſecundum aures extuberet rigeatque, ſin autem in medio, uel interea febre erratica & inordinata premantur, ualde tetrum eſt ſiue panycacoethea. contra uero ſi poſt rigorem febre rigoreq; uexentur grauenturq;, pernicioſum eſt. Poſt rigorem ſi non loquatur, tremor diſſoluit, ſuperrigentesq; tremor iudicat ſedatue. Qui poſt rigorem certo liberantur ſoluunturue, fallax eſt. Lotium cruentum iis malum eſt. Qui rigent, lotium iis ſuperſtat ſuperuenitue. Conuulſio ſpaſmusue cum febre, manuumque et pedum labores tetrum eſt cacoethesue. Coxæque doloris motus impetusue tetrum eſt & cacoethes. Sed nec genuum labor bonum eſt. Quin & ſurarum labores tetrum eſt, Deſipientiaq; deliratioue, præſertim ſi lotium fluitet ſine ſedimentoue ſit. Febres de præcordiorum dolore tetræ ſunt cacoetheesue, ſopor in his carodesue peſſimum eſt. Qui cum præcordiorũ diſtentione ſine fine ſuperſudant, plærunque tetrum eſt cacoethesue. Si dolores in ſummis humeris claueq; iuguloue cohærent, in his peſſimum eſt. Febres tertio die pullulantes & æſtuoſæ tetrum eſt. Cum febre non loqui malum eſt. Laborioſi, caligantes, uigilantes, ſomnulenti, ſuperſudantes, recalefacti cũ ſunt, malum eſt. Laborioſi cum horrore ſuperſudantes decretorie cum graui uel in graui morbo recalefacti malum eſt, præſertim ſi hæc ſuperſtillent hæreant ue præter circaue hæc. Qui multum arcuati ſunt iſterodesue catacorees pereunt. his album oletum prodit. Tertio die febres pullulantes erraticæque ſi commutentur in pares dies, moroſæ difficilesq; ſunt. Qui per decretoria reſudant non ſudantue & æſtuant, circunrefrigerantur perfrigentue. Cunctiq; qui ſine ſudore circunrefrigerantur perfrigeſcuntue non decretorie acritos ue, malum eſt. ſuperrigentesq; ex his ſiue poſt hæc pura uomentes. Qui cum in ue febre æſtuant tremuntq;, malum eſt. Voxque poſt rigorem ſi non prodit, ſeu ex rigore præ rigoreue non loqui, malum eſt. Qui poſt rigorem ſudoresq; longos & magnos perfrigeſcunt, malum eſt. Superſudare, peruigilare, recaleſcere, malum eſt, Cum febreq; ſeu in ea ſuperſudare, tetrum eſt cacoethesue. Quibus cum bilioſa demiſerint, circa pectus ſeu in pectore proruptio amariciesq; ineſt, malum eſt. Cum febre ſeu in ea uenter ſi uentũ concipiat nec erumpat uentus, malum eſt. Laborioſi delaſſatiue ſiue copiodees cum ſunt languentes, ſingultoſi lyngodeesue, demiſſi catochiue, malũ eſt. Quid facere præter cõſuetudinem quemadmodum eſt quid cupere cogitare uel expectare capereue, malum eſt, uel contra non conſuetum, delirationiq; proximum eſt. Quæ cum uel in malis ſignis leuantur, quæq; cum bonis non cedunt leuanturue, moroſa ſunt. Superſudantes caput præſertim in grauibus ſubdifficulterq; ferentes præſertim cum nigra ſunt lotia, malum eſt, Spiritusq; turbulẽtus in his malum eſt. Summæ poſtremæue partes celeriter ſi ſeſe in utraq;

Cacoethea.
Locutio cũ non eſt, malum eſt.
Lotium cruentũ malum eſt.
Dolor uarius malus eſt.
Febres quæ malæ.
Tertianæ febres quæ malæ.
Diuerſi affectus.
Qui morbus arcuatus necat.
Tertianæ febres et errabundæ.
Quæ mala ſint.
Proruptio in pectus amaritiaq;.
Catochi.
Quid non cõſuetum facere malum eſt.
Spiritus turbulentus.

in utraque mutant, sitisqꝫ si talis est, bonum non est. Probi non proba & audax responsio, uox acuta celerue malum est. Præcordia his intro contrahuntur, subito recalefacti post sudoriferum algorem malum est. Supersudantes subdifficulterqꝫ ferentes in grauibus malum est. Qui præter rationem & modum imbecilli sunt, cum euacuatio nulla præcesserit, malum est. Cum febre seu in ea tractus singultusue seu helxis tanquam de uomitu in nauseam excreationemue desinens, malum est. Torpedo narceue celeriter ad utraque commutata malū est. Stillationes staxiesue pusillæ malæ sunt. Sitis autē in graui morbo penitus malum est, præterqꝫ rationem soluta, siue si non sit in morbo graui, malum est. Qui manus tactum fugiunt resiliuntue, malum est. Quibus cum ardenti febre tumores somnulenti tardique fiunt, dolorque in latus costasue superueniat, stupide paraplecticosue necat. Macilentis febris grauis superueniens perniciosum est. Perniciose iam habentibus tremores parui uomitusqꝫ uirulentus qualis potus, substrepentesqꝫ sicceqꝫ submurmurantes, spirituqꝫ tussibundo difficulter deuorantes in grauibus refrigeratis perniciosum est. Manus pedesque si cum rubore tumeāt, perniciosum est. Qui cum dormiunt, perflant, delassati perfractiqꝫ cubant, subapertisqꝫ oculis spectāt, malum est. Qui ualde arcuati sunt icterodeesue katacorees, cum oletū album demittunt, pereunt. Tacitæ mentis excessiones cum febribus in nō muto perniciosæ sunt. Liuentia liuoresue cum febre mortem præsentem portendunt. Quibus cum febre seu in ea laterum dolor fit, multa biliosa aquosaqꝫ uenter si demittat, leuat. Quibus inediæ sudoresqꝫ cum uultus bono colore, uentre hudo, cordis aliquo dolore superueniunt, hi longius ægrotant, pulmoniceqꝫ peripleumonicosue finiunt. Si per exordia supra uel infra febricitanti bilis atra prodeat, mortiferum est. Cum perfrictionibus non sine febre siquis in graui suprasudet, difficulter fert, delirat, pernicioseqꝫ habet. Dolores graues paruo tempore clauem pectoris forcillamue seu iugulum supernaque si uexent, perniciosum est. Sedis dolor in longis perniciosisqꝫ seu periculosis mortiferum est. Dispositis iam imbecilliter siue debilitatis non uidere, non audire, labrum, oculum, nasumue distorqueri, mortiferum est. Dolor inguinis cum in ue febribus longum morbum portendit. Malæ temperaturæ seu acresiæ siue malæ iudicationes acrisiæue, cum febribus tempora quidem in generant portenduntue, sed tamen perniciosæ non sunt. Morbi longi de uehementibus doloribus contracti tactus tractatusue tremuli, deliri excessus, suræ labores doloresue, mentis excessus in iis est. Qui cum febre continua assidua ue cubant, mutiqꝫ siue non loquentes oculis innuunt, nictantqꝫ si cū sanguen naribus defluxit, uoment, loquentur resipiscentqꝫ, seruabuntur. sinautem hæc non fiant, breui pereunt. Difficulter spirantes, capientes postridie si grauantur, malum est. Qui tertio die abstinent, si quarto grauantur, malum est. profecto hæ accessiones deliræ sunt, siue hi paroxysmi phrenitici sunt. Qui/

Probi nō proba responsio.

Helxis.
Narce.
Staxies.

Paraplecticos.
Tremor.
Vomitus uirulentus.

Manus et pedis rubor perniciosus.
Icterodees qui pereunt.
Liuores mortiferi.
Laterum dolor qui leuatur.

Peripleumonicos.

Sedis dolor letalis in longis morbis.
Labellū distortū oculusq, nasusue.
Dolor inguinis.

Suræ dolor.
Non loqui in assidua febre, malū est.

Paroxysmi phrenitici.

bus febres per decretoria non cessant deficiuntue, reueniũt. Qui per exordia statim emaciantur, cum capitis pulsu lotioq; tenui decretorium uersus grauantur, nullaque sit admiratio, si in peruigilio deliratio fiat. Motus agitatio ue in grauibus iactatioque, somnus tumultuosus & perturbatus conuulsionem spasmonue portendit in aliquibus. Turbulentæ tumultuosæue per somnum cum audacia suscitationes conuulsoriæq; spasmodeesue cum sudore præsertim malum est. Conuulsoriæ uero ceruicis scapularumq; algores uidētur, quin & corporis totius, cum membranulis hymenodeesue minctiones in his esse uidentur. Delirationes paracrusiesue cũ sopore comateue conuulsoriæ spasmodeesue sunt. Delirationes audaces paracrusiesue thrasiæ parui temporis ferinæ theriodeesue sunt siue uehementes, conuulsionesq; spasmosue præsignant. Præter modum & rationem in longis uenter si tumeat, conuulsoriũ est. Subito turbulenter tumultuoseue peruigilantes, de naribus die sexto sanguis si stillet, nocte leuentur, postridie uero grauentur laborentue, si supersudent, delirent, resipiscant, sanguis abunde si defluat, affectus passionesue discutit soluitue. Lotium aquosum cum atra bile melancholicosue hæc portendit, si cum iis quæ dicta sunt, fiat, tremuli si fiant, tetrũ cacoethesue est.

Somnus tumultuosus. *Spasmodes.* *Minctiones.* *Hymenodees.* *Paracrusis.* *Coma.* *Thrasiæ paracrusies.* *Theriodees spasmos.* *Pathea quæ discutiant.* *Lotiũ aquosum.*

Desipientia cum spiritu sudoreq; mortiferum est, Mortiferum autem est et cum spiritu singultuq;. Somnia clara per exordia cum delirio phrenitideue optimum est. Cum deliratione phrenitideue deiectiones albæ malum est, debilitasq; desidiaue siue nothrotes. his rigor pessimum est. Cum deliri phreniticiue per exordia probe habent, crebroque mutantur, malum est. qui bile atra melancholicosue percelluntur, deinde tremunt spuuntque, profecto cũ deliri phreniticiue sint. Qui celeriter percelluntur superfebriuntque, deliri phreniticiue fiunt. Deliri phreniticiue strepitu pusillo perculsi, tremuli con uulsoriiue fiunt. Qui cum delirant, uehementer tremunt, moriuntur. Desipientiæ paraphrosynæue circa necessaria mortiferum pessimumue est. Qui post has ex hisue grauescunt, perniciosum est. Delirationes paracrusiesue uoce clangulosæ, lingua conuulsoriæ, qui hæc patiuntur, si tremunt, percelluntur desistuntue, duricia in his perniciosum est. Desipientiæ paraphrosynæue deficientium debilitatorumue pessimum est. Conuulsoria spasmodea ue crebro decidentia sese ue mutantia in deliris phreniticisue pessima sunt.

Phrenitis. *Nothrotes.* *Melancholicos.* *Phrenitici.* *Phrenitici.* *Delirium tremulum letale est.* *Paraphrosynæ.* *Paracrusies.* *Sclerismos.* *Spasmodea.*

Qui conuulsorium in modum in deliris phreniticisue crebro decidunt mutanturue, pessimum est. Qui cum algore crebro spuunt, in deliris uomitum nigrum portendit. Qui uarie languent afficiũnturue sæpeque delirant soporanturque, his uti nigrum uomitum expectent, prædicito. Qui conuulsorium in modum grauescunt, demittuntur. Secundum aures in longis extuberantia si parua sunt, non leuant. Sanguinolēta hæmorrhodeaue, tenebricosa scotodeaue superapparentia perniciosa sunt. Singultosæ febres cumq; conuolulis hileisue & sine, perniciosæ sunt. Suspiriosis uentosisue febris grauis si post

Delirantiũ mala sunt. *Vomitus nigri signum.* *Scotodea perniciosa.* *Pneumatosi.*

ſi poſtmodum cum præcordiorum diſtentione fiat, tuberculum magnum refrigeratis ſecundum aures ſuſcitatur. Quibus cum febre circa lumbos dolet, locaq; ſubter præcordia pertingantur, quæ ſi dolor ſtatim dimittit, perniciosum eſt, præſertim ſiquod aliud malum ſignum compareat. ſi minus, purulentum hunc fore ſpes eſt. Pueris acuta febris, uentris ſubſiſtentia cũ ſomni difficultate, ſubluereq; exalbeſcereue, colorem mutare, ruboremque continere, conuulſorium ſpaſmodesue eſt. Perturbati ſubito motiue qui peruigilant, nigra colligata demittunt. quidam ſanguinem cum his. Cum æſtu ſtatim peruigilant, ſanguinem emittunt, præſertim ſiquid præfluxerit, quippe & horrent, parumq; frigeſcunt. Qui per acceſſiones clamant paulumque ſuperſudant, tetrum cacoethesue eſt. Qui latus dolitant inſuperq; præfocantur, hi ſuppurantur. Quibus in aſſiduis continuisue febribus puſtulæ toto corpore pullulant, mortiferum eſt. Purulento abſceſſu non comparente quibus ſecundum aures potiſſimum conſueuit extuberare cum in ue morbo graui & acuto foris algere, intus uero calere, ſitireq; malum eſt. Continuæ febres aſſiduæue tertio quoque die creſcentes periculoſæ ſupra modum ſunt.

Tuberculũ poſt aures.

Pueri febricitantes.

Qui uociferãtur in acceſſionibus quid patiãtur.

Puſtulæ corporis totius, foris algor, ardor intus ſitireq;, malum eſt.

Febres aſſiduæ tertio die creſcentes perniciosæ ſunt.

Quibus uero febris quandoque remittit, periculoſum non eſt. Cum in ue febribus longis tubercula ſecundum aures uel dolores in articulis fiunt, qui ſi fiant, non ſunt inutiles. Capitis dolor in graui acutoue morbo, præcordiorum conuulſio, ſi ſanguis de naribus non fluit, res in delirium phreniticonue ſiſtitur. Moleſtantia niſi bilis prodeat, non diſcutiuntur. Morbus arcuatus regiusue ſeu iſteros ante ſeptimum diem ſuperueniens malum eſt. ſeptimo uero nonoq; quartoq; & decimo decretorium criſimonue eſt, dum ne præcordia exaſperet induretue. quod ſi faciat, anceps eſt. Crebræ per eadẽ cruentæ reuerſiones uomitum nigrum faciunt, fiunt autem & tremulæ. Dolores in febribus tertianis tertio quoq; die grauantes tertiani generis fiũt, ſanguenq; tum fruſtillatim egerunt. Si cum in ue febribus ceruicis uena pulſat doletq;, res in difficultatem inteſtinorum dyſenteriamue decumbit finitue. Colorem caloremq; ſæpe mutare utile eſt chreſimonue. Si billioſi magnopere ſpirent, anhelentue, febreq; graui cum præcordiorum diſtentione laborent, ſecundum aures ſiſtitur. Qui de longis ſurgunt, ſi bene nutricati nihil proficiunt, tetre cacœthosue relabuntur. Quibus uenæ temporum cum in ue febre pulſant, uultusq; rubet, ualidusq; eſt, præcordiaq; diu mollia non fuerunt, ſine multa de naribus ſanguinis fluctione uel ſingultu uel conuulſione ſpaſmoue uel coxendicum iſchionue dolore non ſedantur ceſſantue. Cum febre ardenti cauſoneue ſi uenter prorũpat profluatue, mortiferum eſt. Poſt uentris laborioſum & magnum dolorem ſi febris ardens cauſodesue capiat, pernicioſum eſt. Cum in ue febre ardenti ſi aures tinnitent, oculi caligent, nares de capite grauentur, ſanguen niſi prorumpat, furenter bilioſeue ſiue melancholicos percelluntur. Tremores febrium ardentium deliratio paracopeue diſcutit. Si

Tubercula poſt aures. dolorq; articulorũ finis eſt longæ febris.

Capitis dolor.

Icteros.

Vomitus ater.

Vena ceruicis cũ pulſat doletque quid ferat.

Poſt longũ morbum ſi bona nutricatio non proficit, quid uelit.

Febris ardentis cauſiue longa diſſertatio.

quarto die ſanguen de naribus in febre ardenti fluat, malum eſt, niſi quid aliud bonum concidat. quinto uero minus periculoſum eſt. Qui cum in ue febre ardenti perfrigeſcunt, crebroque biliosa & aquoſa demittunt, malum oculis eſt, præſertim ſi deponantur, catochiue ſint fiantue. Febris ardens cauſosue rigore ſuperueniente diſcutitur ſoluiturue. Febres ardentes cauſiue redire conſueuerunt, quatuorq; dies moleſtant ſuperſignificantue. ſi minus, ſeptem deinde ſudant. Febres autem ardentes cauſodeasue quartus & decimus dies leuando tollendoue decernit. Poſt febrem ardentem cauſonue ſi poſt aures purulenta ſuppuratio ſecundum aures non fiat, non fere ſeruantur.

Cauſon rigor tollit.
Cauſi decretorium.
Qui fere nūquā cauſon euadant.
Lethargici quales fiant.

Soporoſi lethargiciue tremuli manibus fiunt, ſomnulenti, diſcolores, turgidi, pulſibus tardis lentisue & debilibus, oculorum inferiora turgent, ſudores ſuperueniunt, uentres non ualidos bilioſos ſiccosq; habent, lotia & oleta clam non ſentientesue proiectant & demittunt, lotium iumenti ſimile mingunt, potum uero non petunt, nec aliud quicquam. cum autem reſipiſcunt, ceruicem dolere dicunt, peraureſq; tinnitum ſonnitumue curſitare. Qui uero lethargicorum ſeruantur, purulenti plurimi fiunt. Quibus in febre ſine decretorio acritosue tremulentia ceſſat, purulentus abſceſſus dolorificusq; his in articulis & diuturnus gignitur, ueſicaq; dolitat. Quibus febrientium uultus rubet, caput magnopere dolet, uenæ ſaliunt pulſantue, ſanguinis fluctio plærunque his fit. Qui æſtuant, cor dolitant, ſpuunt, uomunt. Qui nauſeant, eructant, uenter his uento uentoſitateue perflatur, crepitat, tumet, mouetur turbaturue ſeu citatur. Qui diutius tuto ſine labore doloreue uel inflammatione uel alia cauſa febre continua aſſiduaue laborarunt, potius abſceſſum his quam laborem doloremue & tumorem magisq; ad inferiora loca & partes expectato, potiusque ii qui ſupra triginta annos nati ſunt, abſceſſum expectēt, ſi febris uiginti dies tranſierit. maioribus uero natu his minus abſcedit, etiam ſi febris diutius durauerit. Cum uero febres errabundæ non ſtatoue tempore & ordine modo deſerunt modo reſumunt redeuntue, per Auctumnum ad lenem quartanam rediguntur magisque ſupra triginta annos natis, per Hyemē uero potius abſceſſus & fiunt & tardius ſedantur, minusq; recurſant. Quibus autem crebro reueniunt, ſex menſes ſi tranſeant, coxendica tabes iſchiadiceue phthiſis leniter mitisue fit. Quæ contra febrem dantur, ſiue quæ febri reſiſtunt, ſi abſceſſus ſigna non compareant, tetra ſunt & mala ſiue cacœthea.

Tremoris ceſſatio quæ mala.
Febrium diuerſi affectus.
Febris aſſiduæ continuaue finis.
Quando obrepit quartana.
Iſchiadice phthiſis.

Quæ febrium nec per dies decretorios nec poſt ſolutoria ſigna deſerunt, reueniunt. Morbi uero graues acutiue quarto & decimo die decernunt. Tertiana uerax acribesue quinto uel ſeptimo uel ad ſummum nono circuitu decernit. Quibus cum incipiunt febrire, ſanguen naribus ſtillat, ſi ſternutent, ſoluitur. ſi quarto die, lotium tenue ſedimentum habet, ſeptimo ſolutionem portendit. Mala uero grauia acutaue cum decernunt, die decretorio ſanguis de naribus fluit, ſudor multus accedit, lotium purulentum uitreumue eſt, ſedimentum

Febrium decretoria.
Tertiana.
Mali grauis acutiue decretoriū.

mentum optimum unaq; coactum habet, momenti alicuius abscessus fit, mucosa cruentaque aluus est, statimque decurrit, uomitus non malus superuenit per decretorium, & in ipso decretorio profunde alteue non turbulente dormiunt non perturbateue. cum uero corporis aliquo dolore hæc si fiant, statarie non decreuit, sed septimo uel nono uel quarto & decimo decernet, plærunque narium fluctiones febrē tollunt. similiter & uentris fluctio biliosa difficultasque intestinorum dysenteriodesue, labores doloresue genuum uel coxendicum ischionue, lotium digestum maturumue per decretorium, mensium fluctio & in fœmina. Qui cum in ue febribus sanguen undeuis abunde mittunt, cum morbo recreantur, uentres lubricos udosue habent. Qui cum in ue febribus supersudant, cum capitis dolore compacto uentre conuulsorii spasmodeesue sunt, delirationes paracrusiesue perparum audentiores ferinum theriodeaue abscessum conuulsionemque spasmonue portēdunt. Conuulsio spasmosue cum in ue febre si fiat, primo uel secundo uel tertio die febrem sedat. Conuulsio spasmosue cum in ue febre si fiat, primoque die febrem sedet, optimum est. si uero tempus & horam qua cœpit, excedat, nec sedetur, malum est. Dimittentes non æqualiter calefacientesq; febres cum uentre perflato paucaq; demittente cum superciliorum lumborumue dolore post decretorium his uentres prorumpent. Perurentes ad manum manusue tactu delassati debilitatiue, siticulosi, æstuosi, uentre remorato, grauiter dissoluuntur, quandoque & pedum rubor hæc incēdia præmonstrat. Febres hibernæ sensim in graues morbos transeunt migrantue. Capitis dolor labor ue continuus & assiduus cum graui febre cœterisq; malis signis mortiferū est. sine his uero dies uiginti excedens, sanguinis purisue fluctionem de naribus uel ad inferiora loca suppurationes abscessusue portēdit, fluctiones quidē quinq; & triginta annis minoribus, senioribus uero suppurationes abscessusue, cum frons temporaq; continenter assidueue dolitant, fluctiones. Qui caput dolitant, quibus aures tinnitant, oculi caligant, qui tarde lenteue loquuntur, quibus manus torpent, hos uel syderatos apoplectosue uel comitiales epilepticosue uel obliuiosos epilesmonasue fore putato seu expectato. Qui capitis dolore deposite catochosue conflictantur, delirant, uenter remoratur, oculis contente, audacter, ualdeque spectant, hi neruis in posteriora contractis opisthotonodeesue fient. Subquatientia capitis lumina, perrubra, mentem excutientia liquido clareue sunt perniciosa. hoc non necat, sed tumorem secundum aures suscitat. Capitis dolor cum sedis dolore pudendorumque debilitate malo decretorio acrisiaue diffundit, uocemque dissoluit. hæc perniciosa periculosaque non sunt, sed somnulenti singultosique hi fiunt, mense uero nono post hæc uoce soluta eodem statuuntur. Qui in capitis dolentia, tineis lumbricisue obnoxii redduntur, seu ascarodees facti sunt, surditas soporque si sequantur, tubercula secundum aures leuant. Qui capitis dolore

Quæ febrem sedent.

Sāguinis fluctio undeuis quid faciat.

Conuulsio spasmos uarie quatit.

Tactus manum perurens.

Febres hibernæ quales.

Capitis dolor assiduus.

Apoplectos.
Epilepticos.
Epilesmon.
Catochos.
Opisthotonodees.

Lumina capitis crebro agitata perrubraq; quid uelint.

Capitis sedis uerendorū dolor.

Acrisia.

Capitis dolor uarius.

depoſite, cathocoſue continenteſq; confliƈtantur, penitus & ubiq; ualde dolitant, luminaq; perrubent, ſanguen his prorumpet. Caput quatientia tinnientiaq; ſanguen eliciunt uel feminæ menſes deſcendunt, præſertim ſi ſpina æſtuat, forſitan & inteſtinorum difficultatem diſentericaue adducit. Capite grauati, uertice, fronteue dolitati, peruigiles agripniue ſanguen emittũt, præſertim ſiquid in ceruicem collumue contendat. Vomitus uirulenti uiolaceiue ſeu emeſmata iodea per capitis dolentias cum ſurditate, peruigiles celeriter furere facit. Quibus capitis ceruiciſq; dolor, totiuſq; tremula quædam debilitas eſt, ſanguinis eruptio hæc diſcutit. quin & tempore ſic diſcutiũtur, ſed in hoc ueſicæ contrahuntur & intercipiuntur. Cum in ue capitis grauibus acutiſue doloribus temporumq; cum grauedine conuulſio ſpaſmodeaue prouocari

Capitis dolorem quæ ſedent.

conſueuit. Capitis dolentiam pus per nares ptofluens, uel ſputa craſſa aſperaue ſine odore diſcutiunt, pullulatioq; ulcerum puſtularumue. diſſoluit quandoq; & ſomni uentriſq; defluƈtio capitis modicum dolorem. Cum ſiti non peculiari uel cum ſudore febrem non diſcutiente uentreq; non lubrico ſuppuratio gingiuarum & aurium portenditur. Capitis dolentia ſomnolenta cum grauedine conuolſorium quid ſpaſmodeſue facit. Caput dolitantes, ſubſurdaſtri, manus tremuli, ceruicem dolentes, nigra mingentes, condenſaq; nigraq; uomentes pernicioſi ſunt ſeu in pernicie periculoq; uerſantur. Qui caput dolitant, ſitiunt, peruigilant, non clare loquuntur, debilitantur, uentre lubrico delaſſantur, utpote cum ſæpius excitentur & ſurgant. Capitis dolore uexati ſuper ſudantes uentre remorato conuulſorii ſpaſmodeeſue fiunt. Capitis ſoporifera

Capitis dolor pernitioſus.

Carodes.

grauedo carodeſue malum ubiq; eſt. Sopor comatodeſue ſi per exordia fiat, ſiue ſi per initia ſoporentur, comatodeeſue fiant, cum capitis, ceruicis, lumborum, præcordiorum dolore peruigilant. quippe deliri phreniticiue ſunt, naſuſq; ſtillans intus malum eſt, præſertim quartanis uel incipientibus ſiue primo uel quarto die ſi ſtillet. Malum etiam eſt uentris egeſtio lauatioue perrubra. Soporati comatodeeſue ſtatim ab exordio ſuperſudantes lotiis maturis digeſtiſue perurentes ſineq; decretorio acritoſue refrigerati confeſtim recalefacti languidi nothriue cubant. Soporati comatodeeſue conuulſorii ſpaſmodeeſue pniciosſum eſt. Somni ſoporiferi comatodeeſue hypni perfeƈtioneſq; pernicioſum eſt. Soporatos comatodeaſue ſurdatoſq; cecophomenoſue uentre lubrico ſi circa decretorium rubra prodeant, pſunt. Soporati comatodeeſue, æſtuo ſi aſodeeſue præcordia dolitati puſilla uomibunda emetodeeſue tubercula poſt aures habent, prius uero circa uultum uel in eo tubercula tumoreſue cum ſopore metu comatoſue habuerant. Que ſubito mentem percellunt, paracruſticaue ſunt, cum æſtu Moleſtiaue ſanguinem ad inferiora cogunt, ſeu hæmorrhoica ſunt, ſanguinemue prorumpere faciunt, hemorrhagicaue ſunt. Soporati cum æſtu præcordia dolentes crebro parumq; ſpuunt. Secundum aures tubercula tumoreſue qui habent, ſoporantur comatodeeſue ſunt, quippe quæ

Comatodes.
Naſus profluens intus malus eſt.

Comatodes.
Spaſmodes.

Diuerſa obſeruatio.

conuulſorium

conuulsorium spasmodesue quid habēt. Soporati fatue comatodeaue memoromena deposite cathocaue urieq; cubantes præcordia uentremq; turgidum contractumq; si habeant, cibum auersati supersudāt, certe his spiritus turbidus seminiq; genitali similis qui progreditur, singultum portendit, quippe biliosa aluus exit. si clarum, lucidumue mingant, uenterq; citetur, hos iuuat. Cerebro læso quidam tribus diebus quidam septem finiunt, si hos euadant, uiuunt. Quibus autem horum resectis os distans inuenitur, ii moriūtur. Caput dolentibus cephalalgicisue posterioribus ossibus fractis fluctio de nare crassa abunde si fiat, malum est. Oculum prædolentes hi rigent, quippe fracturæ ossium in tēporibus conuulsoriæ spasmodeesue sunt. Dolor auris continuus cum graui febre cæterisq; malis signis periculosum morosumue est. nam adulescentes iuuenesue desipientes delirantesue, de nare nisi multum sanguinis, de aure uero puris multum fluat, signumq; bonum aliud compareat, septimanos & citius perimit, natu uero grandiores tardius minusq; tollit. nam aures in his q̄primum pus concipiunt, emittuntq;, minusq; hi desipiūt, sed horum plurimis reueniūt, sicq; moriuntur. Surditas autem in grauibus turbulentisq; si sequatur, malum est, malum etiam est & in longis, nam his & in coxendices dolores cōducit. Surditas cum inue febribus uentrem sistit. Si aures perfrigeant, perluceant, consistant compinganturue, perniciosum est. Sonus bombusue in grauibus acutisue tinnitusq; hechosue in auribus mortiferum est. Tinnitus hechiue cum oculorum hebetatione grauedoq; in naribus, mētis excussorium est paracrusticonue, sanguenq; elicit, siue prorumpere facit. Quibus surditas cū capitis grauedine, præcordiorūq; distentio quæ uexet, est, sanguen prorumpere facit. Cum in febre graui aures surdescunt, furiosum quid & insanum est. Surdi admodum dyscophiue in accipiendo tremuli sunt, siue cum quid capiūt, tremūt. Linguā resoluti debilitati, malū est. Cū ægritudo accedit īcipitue, si surditas aduētat, lotiūq; rubrū nō cōsistens sit, supfluitansq; quid in eo sit, mentis excussorium paracrusticonue est. Morbo regio corrumpi arcuariue seu icterusthæ cum in uehis malū est. Malū etiā est cū inue morbo regio arcuatoue seu ictero fatuitas morosisue, mutos hos aphonosue cōtingit p̄focari strāgulariue, subitoq; uenter forsan male habet. Tubercula scdm aures si cū dolore ueniūt, p̄niciosa sūt. Scdm aures tubercula, si de p̄cedēte rubore cū inue febribus suscitentur, signū q̄dem est pustulæ rubræ erysipelatosue in uultu futuræ, qn & cōuulsiones spasmiue cū in loquētia aphoniaue solutioneq; fiūt. Secūdum aures tubercula cū inue febre graui cū plurimo malo odore præcordiorūq; dolorifica cōtentōe si tardius suscitētur, necāt. Secūdū aures tubercula stupidis sideratisue seu paraplecticis si fiant, mala sunt. Secūdum aures tubercula in longis si nō expurulent, mortiferæ est, uētres.n. his infra feruntur, quippe & iis qui prius caput dolebāt, quiq; aliquatenus superiora sudāt, quiq; aliquatenus rigēt, q̄busq; uētres prorūpunt, quiq; soporantur comatodeesue sunt, qn & q̄ lotiū aquosum albis

Comatodea memoromena.

Cerebrum læsum cito necat.

Dolor auris qui malus.

Surditas quæ mala.

Sonus bombusue Tinnitus hechosue auris qui letalis.

Paracrusticon.

Surditas cum capitis grauedine.

Linguæ resolutio debilitasq; mala est.

Surditasq; morbus regius et fatuitas morosisua malum est.

Tuberculorum aurium diuersi affectus.

superfluitatum oletulaq; uaria, exalbida, olida demittunt. Secundum aures in longis tubercula, quæ non albo admodum & inodoro pure purgantur expurulanturue, perimunt, & potissimum feminas. Secundum aures tubercula tussiculas cum sputis uenientes molliunt. Lotia iis qui secundum aures tubercula habent, si subito paruoq; tempore maturescant, mala sunt, sicq; perfrigescere pessimum est. Secundum aures tubercula de grauibus ueniunt, maximeq; in febribus ardentibus causisue fiunt, si non decernant maturescantq;, sanguenq; de naribus non fluat, lotiaq; sedimentum crassum faciant capiantue, perimūt, plurimi tamen horum tumorum prius sistuntur. Supercontemplator autem prius & obseruato febres, quæ remittant uel intendantur, uti scias quæ peremptura sint, & quæ non, sicq; prædicito. Post surditatem debilitatemq; si de naribus stillet quid, difficile morosumue habet. uomitus his conuenit, lubricaq; aluus. Per surditatem ex eaue, lenia, mitiaue secundum aures tubercula fiunt, præsertim siquid æstuosum asodesue fiat fuitue, quin & soporatis comatodesiue peius uehementiusue secundum aures extuberat. Surditatem ex febribus uel narium fluctio, uel cōmotio perturbatioue seu lubricitas uentris tollit soluitue. Si uultus cumturgeret, demittatur, uoxq; & spiritus exhalatio siue lenior demissiorue fiat, remissionem uenientem portendit. Si uultus subito tabescat, mortiferum est, minus uero, si ob uigiliam uel famem uel uētris comotionem fiat, nam quod propter hæc contabuit, uno die uel nocte reparatur restituiturue, propterea etiam oculi cauari, nasus acui, tempora stringi, aures frigescere flaccescereue, pellis, cutisue durescere, & exasperari pōt, luteus, nigerq; color obduci. sed si in his palpebra blepharonue, labiūue seu chilos, uel nasus rhisue liuescit, cōfestim mortiferū est. Cōtractio frontis in his deliratoriū est phreniticōue. Circa uultū color bonus sudoresq; febre carētibus apyrisue malū est. Oletula uetusta duraue demittere, uictus malū ordiné diætesue ataxian præsefert significatue. Cū nasus rubet, liqdi uel lubrici uētris signa sunt. Qui pcordia pulmonēue dolitātsi puruléti fiātmalū est. Puritas claritasue seu catharotes oculorū & eorū album de nigro liuidoue purū clarūue subito si fiat, utile est, celeréq; iudicatōem crisinue portédit, tarde uero si fiat, tardioré. Nubilū aūt achlyodesue si fiat in oculis, uel albū rubescat lucescatq; urbanū bonumue non est. Malū etiā est & lucē splendoremue fugere, uel lachrymare, uel torquere, minoréq; alterū oculum fieri. Pessimū etiā est & spés aciesue siue pupulas pupillasue seu opsias oculorū oculūq; crebrius agitare, uel puas sordiculas uel guttā albā paruā circa eas haberi, uel maius albū fieri, nigrū uero minus, uel supiore palpebra nigrū tegi. Malū etiā est oculorū cauitas uehemésq; cōtritio lucisq; splendorisue cōtritio seu cōtritione splédores edere ne possit acié extédere, supciliorūq; siue blepharidon obliqtas cauitasue, siue cāpilotes colliquatioq; texisue oculorū, crebroq; nictare conniuere micareue siue myin cōtinenter, coloréq; dormiédo mutare. Malū ēt est & oculus īuersus si per febrem oculi

Tubercula auriū qui fiant.

Surditatis debilitatisq; malum.

Surditatem quid soluat.

Vultus signa.

Coloris uariatio

Phreniticon

Diætes ataxia.

Nasi et oculorum signa.

Blepharides.

brem oculi rubescant,uentris longam malignitatem præsefert.Secundum oculos suppurationes in morborum refectionibus si protuberent,uentrem mouēt seu prorumpere faciūt.Si in oculorum distorsione uersatiōeue seu diastrophe laboriosa dolorificaue & febriculosa rigor accedat, perniciosum est, si in his soporentur comatodesue fiant,malum est. Si uero de oculis laboranti febris superueniat,solutio est,si non periculum est ne cæcetur cæcusue remaneat. Si de oculis laboranti uenter sua sponte defluat,utile est. Si oculi cæcutiant obscurenturue cum animi defectu apsychiaue,conuulsio spasmusue aduentat. Si quis in graui morbo oculos erigat perniciterq; moueat,somnum turbulentum tumultuosumue capiat,malum est,mō uigilia,mō de naribus sanguinis destillatio,bonū nō est.Qui tactum nō perurunt,delirant phreniticiue fiunt,magisq; si sanguis defluat, si lingua per exordia perhorrescat,colorq; suus permaneat,sed si procedente tempore exasperetur,liuescat,dehiscat findaturue, mortiferum est,si ualde nigrescat,die quarto decimoq; decretorium fore portendit, difficillima uero periculosissimaue est nigra luteaq;. Si uero quid sputo albo simile in linguæ bifurculo summoue canali remanserit, signum febris sese remittentis est,sinautem crassum sit quod remanet,eodem die,si tenue,postridie,si tenuius,magis adhuc tertio remittet, si remaneant in summa lingua, hæc eadem portendunt sed minus. Lingua uero tremula cum narium rubore, uentreq; lubrico,mala est.Cetera uero quæ nullo signo relicto pulmonem petunt,pessima sunt,celeresq; & perniciosas purgationes portendunt.Lingua uero præter rationem debilitata,resoluta,& æstuosa cum frigido sudore, uentreq; lubrico,uomitionis nigræ signum est, laboriosum quid in his copiodesue, malum est. Linguæ tremebundæ quibusdam & uentrem lubricum reddunt faciuntue quandoq;, denigrate autem in his mortem celerem portendunt. quippe lingua tremula mentem nō cōsistere portendit, densæ uero crassæue, peraridæq; delire phreniticæue sunt. Dentes uero cōmittere,frendere,collidere,secare,quod a pueris consuetum non sit,furiale maniconue, mortiferūq; est,quin & si desipiēs hoc faciat,perniciosum est omnino, perniciosum etiam est,& si dentes arescant.Dentium stupor sideratioue siue sphacelismos suppurationem gingiuarum tollit,post quem si febris uehemens superueniat delirátioq; mortiferum est, sin autem seruentur, ulceraq; suppurent, ossa decident abscedentue. Quibus in palato uel circa humor coit plerunq; suppurat. Si mentum, uel circa uehementer doleat, periculum est ne in os recurrat, labiumq; conuulsum putrefactumque significat. Venter si biliosa demittat, sanguenq; gingiuis cum uentre lubrico defluat, perniciosum est. Sputum in febre cum eaue liuidum, nigrum, biliosum si bene non excreetur, malum est, si bene, utile. Qui salsa spuunt cum tussi, uel cum ea subsistitur, corpus his tanquam pustulis rubescit, sed ante finem exasperatur. Crebra sputi excreatio, si quidem aliquod aliud signum adsit, delirium phre/

Diastrophe oculorum.

Tactus signa.

Linguæ signa.

Dentium notæ.

Sphacelismos dentium.

Palati suppuratio.

Sputi signa.

Vocis et non loquentiæ signa. niticonue portendit. Cum resolutione non loqui, pessimum est. Mentis excussiones paracrusiesue, audaces alacresue siue thrasees in exiguum tempus, malum est, ferinumque theriodesue. Quibus uox cum febre deficit, cumque malo decretorio acrisiaue, siue cum malo temperamento acrisiaue, tremulenti pereunt. Cum febre non loqui, conuulsoriumque in modum mente excidere delirareue cum silentio, perniciosum est. Post dolorem laboremue, siue cum eo non loqui, mortem difficilem portendit, dysthanatiue fiunt. Cum resolutione non loqui, depositeque languideue siue catochos cubare, perniciosum est. Perfractæ uoces post medelam quippe malum est, nam horum plurimi super sudant, uentresque lubricos habent. Cum quis non loquitur, spiratque sicuti qui præfocantur, præsens malum est, quin & mentis excussorium paracrusticonue est. capitis dolore non loqui, sudare, febrire, sese demittere, longius tardiusue remittere, superrigere, malum his non est, consistere, nec loqui, perniciosum est. superrigentibus non loqui, mortiferum est, nam hi capitis dolore leniter conflictantur. Cum resolutione non loqui in febre sudorifera mortiferum quidem est, minus tamen iis qui supersudant, tempus enim significat, forsitan & qui de reuersione tale quid patiuntur, tutissimi sunt. Maxima autem in pernicie periculoue ii sunt, quibus de naribus fluit, quibusque uentres lubrici sunt.

Dysthanati

Catochos uocis notæ.

Vox acuta plangulosa, caligatio oculorum. Vox acuta, plangulosa, oculorum obscuratio, conuulsorium spasmodeesue est, dolores laboresue qui descendunt, facile his feruntur. Cum uoce tremula uenter præter rationem si soluatur, diutiusque duret, perniciosum est. Cum quis crebro, subgrauate, consistenterque loqui uult, nec potest, tabificum quid phthinodesue portendit. Spiritus crebri crebroue spirare & anhelare, inflammationem, laboremque in locis periculosis præcipuisue signat, magnus uero, longusque desipientiam conuulsionemue siue spasmon. frigidus autem letalis est, letalis est & febriculosus, singultosus, caliginosusque, minus tamen quam frigidus, magnusque foras emissus, paruus intro, paruusque foras, magnus intro. Pessimus autem est, mortique proximus, continuus, celerans, cogens, nigricans, duploque maior si includatur, quam expiretur. Spiratio uero facilis bonaue in omni febre graui, quadragesimo die si decernat, magnam uim ad salutem, sanitatemue habet. Ceruix collumue durum, dolitansque mentique maxillarumue connexio colligatioue, uenarumque iugularium pulsus uehemens, tenentiumque neruorum magnorumue distentio, perniciosum est. Dolores in angustiis faucium strangulantes, quique de capitis dolore proficiscuntur, conuulsoria spasmodeaue sunt. Ceruicis colliue, scapularumque perfrictiones, totiusque corporis, si compareant, conuulsoriæ spasmodeesue sunt. Minctiones in his farinaceæ similagineæue sunt. Quibus lenia, rubraque in faucibus irritamenta sunt, secũdum aures his tubercula suscitãtur. Quibus fauces ualde dolẽt cũ ferendi difficultate dysphoriaue, pernicies his pñs pnixue aduẽtat. Quibus spũs retrahitur, uoxque strãgulabunda pdit, uertebraque desidet his in

Phthinodes.

Spiritus notæ.

Spasmos.

Spiritus anhelationisue uarietas

Spiratio anhelatioue facilis, bona est.

Ceruicis colliue et maxillarum signa.

Minctio similaginea.

Tubercula auriũ quibus fiant.

Dysphoria

Vertebra luxata

his in fine tanquam re aliqua sese cõuellente spiritus exit. Si fauces parum exasperentur, si uanis ad sellam surrectionibus uenter molestet cum frontis dolore, si his omnia crescant, & augeantur, difficilia periculosaq; redduntur. Dolores fauciũ uehementes, secundum aures tubercula conuulsionesq; spasmosue faciũt. Ceruicis, tergiq; dolores cum febre graui, conuulsioneq; spasmoue, perniciosi sunt. Ceruicis, cubitorumq; dolores conuulsorii, perniciosiq; sunt. Si uero hæc de uultu proficiscantur, faucesq; petant, turbant, molestãtq;, pallidi, macilenti, spuentes in his per somnum sudare, malum non est, quippe sudore plurimi leuantur, palliduli, macilenti, si multum spuant, malum est, dolores laboresue qui descendunt, facile his feruntur. Pectoris, tergiq; dolore minctio cruenta supersistens, laboriosa perniciosaq; est. Ceruicis colliue dolor laborue malum quidem est in omni febre, potissimum autem in iis, quibus ne aliquatenus furiant & insaniant, timetur. Post pectoris dolorem febriculosum, siue cũ eo uentrisq; torporem, cum eoue, nigri oletuli, mala signa sunt. Cum in grauibus fauces non ualde dolitant, cumq; crebro hiant, fauces osue non facile clau dunt contrahuntue, mentis excussoria paracrusticaue sunt. si uero post hæc & cum his, exhisue, deliri phreniticiue fiant, perniciosum est. Si fauces in febre cum aliis malis signis ulcerentur, periculosum est. Subito per febres præfocari sine tumore, nec posse deuorare, collumq; nõ posse uertere, nec deuorare, plerunq; mortiferum est. Præcordia uero mollia, plana æqualiaue non dolitãtiaq; sint oportet. si uero nõ plana inæqualiaue sint dolitantia & inflammata, signum ægritudinis non contemnendæ nec uilis est. Præcordiorum uero tumor aliquatenus durus, dolitansq; pessimum quidem est omnino, sed si tãtum in altera parte sit, potissimumq; in sinistra, periculosum minus est. Significant tamen hæc per exordia, mortem præsentem. sinautem uiginti dies excedant, febrisq; pmaneat, suppuratioñe empyisinue quod pmo circuitu piodoue fit.

Faucium notæ.

Ceruicis dolor tergiq;.

Dolor descendẽs minus uexat.

Ceruicis dolor malus est.

Crebri hiatus quid portendant Phrenitici.

Faucium ulcera periculosa sunt.

Præcordia qualia esse debent.

Quando letalia.

Empyisis.

HIPPOCRATIS DE LANGVENTIVM SOMNIIS INSOMNIISVE LIBER SERMOVE NONVS ET QVINQVAGESIMVS.

q Visquis rite signa notasue somniorum cognoscet rimabiturue, maximam uim ea ad omnia habere deprehendet. nã cum corpus nõ uigilat uigilatue animus animaue siue psyche multifariam diuisus illi subseruit & uigilat. tunc enim animus sui iuris non est nec totus in sese, sed sui partem aliquam singulis corporis partibus dedit, singulisq; sensibus auditui, uisui, tactui, deambulatiõi, corporisq; cuiuis actioni cogitationiq; quæ sui iuris non est. Cũ uero corpus quiescit, aĩus mouetur, per oẽsq; corporis ptes serpit & obrepit, suãq; habitatiõem domũue preptat, moderatur regitue, corporisq; oẽs actiões peragit. Corpus nãq; dormiens non

Corporis dormiẽtis minister est Animus.

Psyches per somnum actio.

ſentit.hic autem uigilans dignoſcit,uidendaq; uidet,audienda audit,uadit,tã git,lætatur,triſtatur,medicoq; & loco & tempore cogitat conſideratue quæ corporis animiue ſubminiſtrationes & actiones ſunt, animus omnes in ſomno peragit.Quiſquis ergo rite hæc dignoſcere ſciuerit, maximam ſapientiæ partem obtinuit.Quæcunq; igitur ſomnia diuina ſunt,qui de boni maliue ciuitatibus populoue alicui priuato uenturum portendunt, quæ ferme nunq̃ errant ſunt qui de hac re peculiarem artem teneant.Quoſcũq; uero corporis affectus paſſioneſue ſiue pathemata animus præſignificat prænoſcitue, quæ plenitate uacuitateue congenitorum fiunt, uel conſuetorum permutatione hi quidem & hæc iudicant & interpretantur,quædamq; conſequuntur,ſed in multis aberrant,neutrumq; horum nouerunt cur fiant,uel nõ,curue conſequantur, uel nõ, ſed hoc ſolum monent cauendum eſſe nequid detrimenti capiatur, quid autẽ cauendum ſit & quo pacto,non dicunt nec ſciunt,docentue,ſed diis ſupplicãdum eſſe cenſent quod quidem decorum optimumq; eſt. nam eum qui hæc concipit & tractat deos aduocari decet. Quare hæc res in his ſic habet. cum mens per nocturnam quietem ſomnumq; diurnas hominum actiones modo quo geſtæ,uel in conſultatione fuerunt in re quidem iuſta reddit,homini hæc optima ſunt, ſalutem enim & ſanitatem portendunt, quoniam animus in diurnis conſultationibus permanet nec plenitate,nec uacuitate nec ulla alia re foris prorumpente ſuperatur. Cum uero ſomnia diurnis actionibus aduerſantur contrariaue ſunt,pugnaq; aliqua concertatioue in his ſit,perturbationem hoc in corpore portendit.quæ ſi uehemens & ualida fuerit,malum etiam uehemẽs & ualidum erit.ſi uero non ualida fuerit, malum non ualidum erit. ſiquidem actio amonenda necne ſit,nihil decerno ſtatuouo.corpus uero hominis uti curetur, conſulo ſuadeoue. Nam cum plenitas aliqua intus eſt, quid excreatur, quod animum perturbat.Sinautem uehemens & ualidum eſt quod uexat & aduerſatur, uomere confert, cibiſq; leuibus quinq; dies nutricare, matutiniſq; deambulationibus multis,acribus,celeribuſq; & citatis uti pro cibariorum iniectione,deinde modicis commenſuratisue exercitationibus cibariorum iniectionem reſpectando,ſuperexerceri.Si uero quod uexat & aduerſatur non ualidum ſit,uomitionem tertiamq; ſibi partem ſubducito.quod ſenſim placide ue facito.deinde rurſus quinq; dies ſic nutricato, deambulationibuſq; premito,uociſq; laboribus & exercitationibus utitor,diiſq; ſupplicato perturbatioq; ea ſic ſiſtetur.Solem uero,lunamq; cœlum ſtellaſq; claras,puras modoq; ſolito facile ſeſe agentes ſiquis per ſomnum uideat,ſingula hæc optima ſunt.ſanitatem enim corpori ab omnibus quæ inſunt,portendunt. Quare ſtatum hũc habitumue præſenti optimoq; nutricatu conſeruato. Sinautem quid horum contra fiat,morbum aliquem in corpore ſignificat, de ualidis ualidiorem, de non ualidis leuiorem.Stellarum quidem exterior circuitus, ſolis uero medius, lunæ autem ad curua cauaue ſeu cœla ſit, Quodquidem harum ſtellarum extingui,

Quanta ſit hæc noticia perſpicito.

Mentis per ſomnum actio.

Quæ ſomnia bona uel contra.

Curatio ualidioris morbi.

Medela non ualidi morbi.

Sol,Luna,Stellæ cũ quid pati per ſomnum uidetur. quid portendat.

tingui, uel læd i, uel tolli, uel circuitus cursusue remorari uidebitur, parte eadẽ & morbus fiet. Sin autem ab aere nebulaue pati quid hæc astra uideantur, minus infirmiusue malum fiet. Si uero & ab aqua uel grandine, maius ualidiusue malum portendit. nam redundantiam excreationemue humidam pituitosam q́ in corpore inesse & ad interiora decurrisse portendit. Huic conferet si multum paulatim addendo uestitus currat, uti q̃ maxime sudet, deambulationibusq́ multis in pransus uti, cibiq́ tertiam partem demere, sicq́ dies quinq́ uitare. Si uero maius ualentiusue malum esse uideatur, foueto. confert enim p corpus siue per corporis exteriora purgare. quoniam detrimentum siue quod lædit in exteriore parte est. cibis utitor siccis acribusq́ uinis, asperis, meracis, laboribus qui maxime siccent. Si uero quid horum luna patiatur, ad interiora trahere confert, cibisq́ acribus, salsis, lenibusq́ siue mollibus uomitionem facito. cursibus uero deambulationibus celeribus, uocisq́ laboribus utitor non pransus, cibiq́ subtractione, uomitione, quinq́ dierum nutricatu abstinentiaue similiter. sic enim introtrahitur. quoniam læsio curua cauaue corporis petere uisa est. Si uero sol quid tale patiatur, malum hoc ualidius expugnatuq́ difficilius erit. Quare utrinq́ deducito, cursibusq́ & discursionibus tortuosis, deambulationibus, ceterisq́ laboribus cunctis utitor, cibi subtractione, uomitione, dierum quinq́ nuticatu & abstinentia simili modo. Si uero serenitate existente prematur uexeturue, debilitasq́ esse uideatur, circuitusq́ tempestatisue siccitate superari, quod periculum esse ne in morbum cadat, portendit. Quare labores demito, ciboq́ liquidiore humidioreue, leniore mollioreue siue delicatiore, balneis, quiete multa, somnoq́ utitor, donec sistatur. Sinautem burrũ & ignitum pyroidesue calidumq́ esse quod aduersatur & molestat, uideatur, bilis cholesue redundantiam excreationemue seu apocrisin significat. Si uero superata non compareant euanescantue, periculum est ne languens eo morbo pereat. si uero nutriri uideatur, quodq́ adest in fugam uerti celeriterq́ fugere, seseq́ eos persequi, periculum est ne languens insaniat, nisi curetur. His omnibus confert ueratro helleboroue purgari, sicq́ purgatos superatosue nutricari cibo liquido & aquoso, uinumq́ nõ potare. si tamen dare uelis, album, tenue, molle, aquosum propinato. siccitatem caloremq́ inferẽtibus, salsis acribus abstineto. laboribus uero naturalibus plurimis, cursibusq́ multis uestitus utitor, lucta uero, fricatio, uncto, alendesisue abesto, somnis demulceto, desideto, ceteris laboribus præter naturalibus supersedeto & abstineto, post cœnam deambulato, bonum etiam est foueri, postq́ hoc uomere, triginta uero dies ad saturitatem ne compleatur, quod si faciat, postq̃ dulcia, liquida, leuia, comederit, mense bis uomito. Quæcunq́ uero horum nulla ui necessitateue pulsa modo huc modo illuc uagantur & errant, perturbatiõem animi aliquam præ cura portendunt. Quiescere huic conferet, deq́ curis animum adspectationes quæ risum moueant & ferant, conuertere delectareq́, si minus, ad ea quæ spe-

Visio aquæ grandinisq́ cur mala.
Curatio.
Lunæ et Solis uisio.
Solis passio mala
Curatio quæ.
Serenitatis uisio.
Cautio quæ.
Pyroides uisio.
Siderum euanescentium uisio.
Siderum fuga.
Veratri purgatio.
Vini abstinentia.
Alendesis saltatio est.
Curatio magna.
Siderum uagatio

ſtando exhilarent duos tresue dies & ſiſtetur finieturue, ſi minus, periculum eſt ne in morbum cadat. Quæcunq; uero ſidera pura & clara de ſua circulatione decidere uidentur, ortumq; & anteriora petere ſalutem ſanitatemue portendunt. quicquid enim in corpore purum eſt de ueſpere occaſuue ad ortum, ſi recte & naturaliter habeat, circuitu hoc excernitur, quæ namq; in uentrem eliquantur, quæq; in carnem reiectantur omnia hoc circuitu excidunt. Quicquid præterea nigrum, debilitatum, fuſcum ad ueſperam & occaſum uel in mare, uel in terram, uel ſupra ferri uideatur, magis hæc morbos portendunt, quæ ſupra feruntur capitis deſtillationem rheumaue, quæ in mare, uentris mala, quæ in terrā, tubercula phymataue in carne naſcitura portendunt. Tertiam cibi partem his demere conferet, deinde cum uomuerit, quinq; dies ſic nutricato & abſtineto, quinq; deinde aliis diebus, cibum omnem reddito cum uomuerit rurſus eodem modo nutricato. Quod horum purum & humidum defecatumue cœlo hærere uideatur, ualere ſignificat, quoniam ex æthere quod in hominem deſcendit, purum eſt & defecatum, tale namq; animus perſpicit, quale deſcendit & intrat. Quod uero nigrum & non purum perſpicuumq; fuerit, morbum non plenitate uacuitateue ſignificat, ſed externa productione. Huic autem cōferet curſibus celeribus & citatis uti, corpus uti q̃ minimum emacietur, tabeſcat conliqueſcatue, ſpirituq; crebriore, quod aduenerit, excernatur, poſt curſus uero celeriter deambulato, ciboq; molli, leuiq; dies quatuor nutricato. Quod purum quis a deo ſe capere uideat, ad ſanitatem optimum eſt. nā ſignificat, quæ corpus intrant pura eſſe. Si quid uero contra, bonum non eſt, morbum enim uenturum in corpus portendit. Quare hunc ſicuti ſuperiorem curato. Sin autem in ſerenitate molli leniue aqua pluere uideat, nec ualde madefacere, nec uehementer grauiterue procelloſam eſſe & hiemare, optimum eſt. modicum enim cōmenſuratumue, purumq; ſpiritum ex aere hominem ſubire & intrare. Si uero contraria horum uideat, uehementer pluere, hiemem tempeſtatemue, grandinem & procellam eſſe cum aqua non pura, morbum ſpiritu non bono alicunde tracto portendit. Quare & hunc & ceteros ſic affectos, ſimiliter puſillo cibo nutricato. De ſignis quidem aſtriſq; cœleſtibus ſic gnarus doctusue prouideto, nutricatoq;, diiſq; ſupplicato ſoli cœleſti, ioui ſtatori cteſioue, mineruæq; ſtatariæ cteſiæue, mercurio & apollini. Hoc quidem in bonis optimiſq; ſignis & uiſis, ſed in contrariis diis amouentibus alioue conuertentibus, terræ, heroibuſq; mala pericloſaq; cuncta, uti amoueāt alioq; uertant. Salutem ſanitatemue & hoc æque portendit acute uidere & audire, tuto ſine metuq; uadere, currere, terram planam, læuem læuigatamue non ſaxoſam cultamq; optime uidere, arbores germinantes multiſq; fructibus onuſtas, cicurataq; domeſticaue per ſomnum uidere, currentiaq; flumina conſueto modo limpida puraue aqua ſolitoq; nec plus nec minus q̃q; expediat, præterea fontes, putei, ceteraq; omnia ſic uiſa ſalutem ſanitatemq; homini portendit corpuſq; rite

Sidera clara cum cadere uidentur.

Sidera fuſca.

Diuerſa ſiderum uiſa.

Purum cœlū uidere quid ſignet.

Dei dōa per ſomnum uiſa qualia.

Per ſerenum lenis pluuia.

Procelloſa tempeſtas uiſa.

Quibus diis ſupplicandum.

Signa alia præter cœleſtia uiſa.

pusq; rite habere, circuitusq; omnes actusue & excreationes, cibos, deiectiones, adiectionesue suo tempore & ordine adesse. Si quid autem horum contrarium uideatur, detrimentum nocumentumue in corpore uel esse, uel futurum portendit. Siquid uisus auditusue læsum uideatur, capitis morbum portendit. Quare matutino tempore & post cœnam cum superiore nutricatu plurimum deambulato. Si uero fauces magnaue & aspera arteria gutturue læsæ uideantur sentianturue, carnem non puram esse significat, plurimum ergo post exercitationes deambulato. Cruribus uero læsis, uomitu conuellito, plurimaq; lucta cum priore nutricatu utitor. Cum autem arbores sine fructibus & infœcundæ & non fructiferæ uidentur, seminis humani corporis corruptionem portendit, sin autem folia decidere uideantur, humidis frigidisq; humoribus corpus læditur, si uero germinent nec fructum ferant, calidis siccisq;. Quare hæc nutricatu sicco siccefacito calefacitoq;, madido uero humidoue frigidoq; illa madefacito frigefacitoq;. Si uero flumina non solito modo currere fluereue uideantur, sanguinis circuitum si plus solito fluant, redundantiam exuberantiamue, si minus, defectum portendit. Cibo nutricatuue parco hunc minuito, largiore illum augeto. Cum uero non pura limpidaue decurrunt, commotionem perturbationemue præsefert. quæ cursitationibus deambulationibusq; crebroq; spiritu anhelationeue agitata purgatur deiiciturue. Si uero fontes puteiq; uideãtur, spiritum uentumue circa uesicam & in ea significat. Quare lotium prouocantibus eam purgato. Mare uero perturbatum uidere, morbum uentris portendit. quem leuibus, mollibus, uentrem mouentibus leuabis purgabisue. Terra uero domusue si moueri uideatur, sano quidem uiro debilitatem imbecillitatemue significat, languenti uero salutem sanitatemue, statusq; in quo est, mutationem. Quare sano quidem nutricatum, uitæue genus mutare conferet. primo quidem si possit & admittat, uomito, deinde parce nutricato sensimq; ad pristinum deducito, sic enim corpus totum purgatur & euacuatur. languenti uero conferet nutricatu eodem uti. corpus enim ex præsenti statu mutatur. Terram aqua uel mari perfusam inundatamue per somnũ uidere, morbum significat plurima humiditate in corpore persistente. quare uomito, ne prandeto, laborato, siccisq; cibis utitor, deinde paucis nutricato. Sed nec terram nigram uidere, nec perustam, bonum esse uidetur, quod periculum est, ne uehemens mortiferumue malum nanciscatur, nam siccitatis redundantiam & excessum in carne significat esse. Quare labores, cibos siccos, calidos, acres acidosue lotium prouocantes demito & subtrahito, ptisanæq; succo & iure decocto, mollibus lenibusue siue delicatis paucisq; nutricato, potu uinoue plurimo, albo, diluto aquosoue utitor, plurimisq; balneis calidis, sed ieiunus non pastusue ne lauato, molliterq; delicateue quiescito desidetoue, solem frigusq; caueto, Terræ, Mercurio, Heroibusq; supplicato. Si uero quis mari, uel lacu, uel fluuio sese natare, uel urinari uideat, bonum nõ est. hu-

Spẽs uisusue et auditus læsus per somnũ uisus quid portendat.

Fauces læsæ

Visio arborum.

Fluminum uisio.

Fontes puteiq; per somnum uisi quid ferant.

Maris perturbati uisio.

Terra domus moueri si uidentur.

Terra perfusa quid uelit.

Terra nigra perusta si uideatur, malum est.

Ptisana

Terra mercurius heroesq; colendi

Quid natare urinariue portẽdat.

miditatis enim redundantiam exceſſumue ſignificat. Huic conferet mandare ſignificareue nutricatu ſicco laboribusꝗ utẽdum eſſe, ſed febrienti optimum eſt, calidum enim ab humidis reſtinguitur. Quicquid præterea circa ſe quis uideat ſolito modo ſuæꝗ naturæ congruenti neꝗ maius, neꝗ minus, optimũ

Veſtimenta uiſu bona.

ad ſalutem & ſanitatem eſt, ſeſeꝗ ueſtem albam calciamentaꝗ pulchra amiciſ ſe, optimum eſt. Quodcũꝗ uero membrorum maius uel minus fuerit, bonum non eſt. quare hoc quidem uitæ ratione diætaue maius reddito adaugetoue, illuc uero minuito. Nigra uero, morboſa periculoſaꝗ ſunt, quæ mollefacito

Noua uidere quid uelint mortuiꝗ uiſio.

madefacitoꝗ. Noua recentiaue mutationem ſignificant. Defunctos autem puros nitidoſue ueſtimentisꝗ albis indutos uidere, putumꝗ quid ab illis cape re, optimum eſt, ſalutem enim ſanitatemue portendit corporumꝗ & intranti um. de mortuis enim nutrimenta, incrementa, ſemina frugesue proficiſcuntur,

Mortuorum mala uiſio.

quæ pura defecataue corpus ſubire, ſalutem ſanitatemue portendit. Si uero horum contrarium quis uideat nudos uel denigratos atratosue uel non puros nitidosue, uel quid capientes, uel domo exportantes, comodum non eſt, mor bum namꝗ ſignificat, quæ ſi ſic corpus ſubeant, lædunt. Quare curſitationi bus deambulationibusꝗ multis eum purgato ciboꝗ molli leuiꝗ & uomitio

Deformata corpora uidere quid portendat.

ne nutricato. Quæcunꝗ uero mutata forma deformataue corpora per ſom num uidentur hominemꝗ terreant, ciborum non conſuetorum plenitatem, re dundantiam excreationemue, bilemꝗ choleramue periculoſumꝗ morbum portendunt. Quam ob rem uomito, quinqueꝗ dies, cibis ꝗ̃ leuiſſimis nõ mul tis, non acribus, non ſiccis, non calidis uictitato, laborumꝗ iis qui ad naturam faciunt, utitor, præterquam poſt cœnam, deambulationibus, ſiue quinetiam poſt cœnam deambulato calidisꝗ balneis lauationibusꝗ deſidia & quiete uti

Comedere potareue per ſomnum quid ſibi uelit.

tor, ſolem uero frigusꝗ caueto. Siquis per ſomnum ſibi ſolitos cibos come dere uideatur, uel ſolita potare, cibi nutrimentiue carentiam animiꝗ triſticiã ſignificat. Carnes autem ualẽtiſſimas ſiquis comedere uideatur, magnam abũ dantiam ſignat, non ualidas uero, paruam minoremue, quemadmodum enim cum comeduntur, bonæ ſunt, ſic & cum uidentur. quare ciborum quid ſubdu

Panes conditi quid.

cito, nam hoc nutrimentorum exceſſum ſignificat. Sed & panes caſeo melleꝗ confecti ſi per ſomnum comedãtur, ſimiliter portendit. Pura limpidaue aqua

Aqua pura per ſomnum potata bonum eſt.

ſi per ſomnum potetur, optimum eſt ſignum, nõ læditue, cetera omnia lædũt. Quæcunꝗ conſueta ſibi uidetur quis uidere, cupiditatem animi ſignificat.

Terror per ſomnum unde.

Quæcunꝗ terrefactus quis fugit, ſanguinis tumultuationem infeſtationemue præſiccitate portẽdit, corpus refrigerare madefacereꝗ confert. Quiſquis præ terea uel ſuperatur expugnaturue, uel aliquo uulneratur pungiturue, uel colli

Pugna ſomnifera quid ferat.

gatur, ſubcontrariam ambitus circuitusue corporei factam excreationem in ſultationemue portendit. Conferet ergo extenuare, deambulare, cibis leuio

Errare planũue graſſariꝗ quid in ſomnis ſit.

ribus uti, poſtꝗ uomitionem quinꝗ dies ſic nutricare & abſtinere. Sed & erro res graſſationeſꝗ ſi per ſomnos phantaſmataue cernantur, bonũ non eſt. Trã

ſitus fluuiorũ

ſitus fluuiorum,hoſtes armati,monſtra deformia ſi per ſomnum cernãtur,morbum uel furorem inſaniamue portendit. Quare iis qui ſic conflictantur & deprehenduntur conferet, pauculis cibis leuibus,mollibuſq; uti,poſtq; uomitionem,ſenſim placideq; dies quinq; ſic nutricare,laboribusq; naturalibus plurimis præterq̃ a cœna utitor,calida lauato,deſideto,ſolem frigusq; caueto, ſi quis autem his,quemadmodum ſcripta ſunt,utatur,ſanam uitam ducet. Hæc quidem uitæ ratio diætaue quemadmodum mortalis cum ſim & homo poteſt,per me & inuenta eſt & excogitata cum deorum auxilio.

Hoſtilia monſtra feraq; uidere per ſomnũ quid uelit

Sanis diæta cum dis inuenta.

HIPPOCRATIS DE SPECIE, ACIE VISVVE ET OPSIOS OCVLORVM CORRVPTA LIBER SERMOVE SEXAGESIMVS.

Vm quidem ſpecies,acies & uiſus oculorum ſuapte natura ſponteue corrumpuntur,ueneti coloris cyanitidesue fiunt, quod cum uenit,curationem non ſuſcipit. Quæ uero maris coloris thalaſſoideesue fiũt,ſenſim longo tempore perduntur corrumpunturue,ſæpeq; longo tempore alter oculus perditur corrumpiturue. Quamobrem huius caput purgato uenaſq; perurito,quiq; ſic per exordia curatur, huius malum ſiſtitur,in peiuſq; non procedit.Quæ autem inter ueneti mariſq; colorem ſunt ſi quidem puero fiant,cum adoleuerit,ſiſtuntur & abeunt, ſin autem ſeptem annis maiori,melius admodum magna,clara,proculq; uidet, nõ tamẽ clare perſpicit,ſiquidq; admodum oculis admoueat, aliud uero nihil. Huic purgatio capitis peruſtioq; conferet,ſanguinem uero his mittere,non confert nec in colore ueneto,nec marino. Lumen autem in oculis ſana ſpecie & acie puerorum mas feminaue ſit creſcente adhuc corpore,nunq̃ iuueris. Cum uero non creſcet,oculum ſpectato palpebraſq; radens extenuato, ſiq; egere uideatur,& intus urito ferramento non admodum candentis ſeu ignito, deinde crura diſtendito colligatoq;,ſellamq; menſulamue ſubter ponito, qua manibus firmetur,medium aliquis teneto,poſtea ſcapulares uenas captato,conſiderato conſignatoue,deinde craſſioribus ferramentis placide perurito ne ſanguis cum ures prorumpat,ſanguinem uero,ſi tẽpus uideatur, ante mittito poſterioraq; ad os uſq; perurito.Poſtea ſpõgiam oleo tinctam oleatamue ſuper ponito & inurito non ualde ad os uſq;,ſi uero ſpongia uſtione cauſterioue cõſumeretur,pinguiorem & craſſiorem alterã indito & inurito, poſtea melle tin

Species aciesue ſeu opſis cum corrumpitur qualis fiat.

C

Venetus mariſq; color oculorum.

Medela.

Curationem hãc obſeruato.

ctum arum superponito. cum autem uenam penitus non usseris, cum crusta decidet, similiter uena tenditur, tumet, cōpletur, salit pulsatue, cum sanguis subterfluit, si uero penitus usseris minus hæc omnia patietur. quod si primo minus perusseris, rursus perurito spongiamque uehementius super uenam fluentem positam perurito. crustæ namque bene perustæ citius decidunt cicatricesque ad os perustæ pulcrius ueniunt. Cum autem ulcera sanescunt, rursus inflantur, tolluntur, rubent plusquam cetera, sicutique eleuatæ tumentesue comparent, donec tempus superueniat transeatue, capite, pectore perusto similiter toto corpore ubi quid perustum sit. Cum autem oculi palpebras rades tergesue, milesiæ lanæ puro flore circa fusum conuoluto radito tergitoue, coronamque oculi conseruato custoditoue, neue ad chartilaginem usque peruras, caueto. Signum autem erit te satis ussisse tersisseue, cum sanguis non sincerus purusue, sed crueta aquosaue sanies defluet. Tunc medicamento linimentoue aliquo in quo æris flos sit, linito. post autem ustionem tersionemque cum crustæ deciderint ulceraque purgata fuerint pullulabuntque, lineam per uerticem frontisue supremam partem ducito secatoque cumque sanguis defluxerit, medicamēto quod sanguinē sistat cōglutinetue, linito. Huius autem & omnium ultimum siue primum opus est, caput purgare, palpebrasque cum crassiores turgidioresue sunt, quam suapte natura eē cōsueuerint, subtersecare quam lenissime pōt, postea ferramētis nō admodū candentibus cōseruata nō læsaue pilorum natura radiceue superurere, tenuiue æris flore perusto spargere, cum uero crusta deciderit, sicuti cetera curato. Cū autem palpebræ scabie laborabunt prurientue, æris floris glebulam cote terito, deinde palpebras eo linito spargitoue, postea squamam æris tenuissime tritam succo uuæ acerbæ percolato uase rubri æris cōmisceto, donec sicuti moretū polentaue crassescat, postea cum aruerit, trito tenuiter utitor. Lusciosus nyctalopusue medicamentum elaterium potato, caput purgato, ceruicem posteriore parte scalpro aperito, diuque sic purgatoue premitoue, deinde crudum bouis iecinoris frustulum unum duoue quam maximum poterit melle tinctum deuorato. Siquis oculis sanis non uideat, scalpro huic uerticem summamue frontem siue bregma aperito, cutem ab osse remoueto, os secato, aquam educito, deinde curato, sic sanescet. Malo autem oculorum lippitudiniue seu ophthalmiæ consueto passimque uaganti, capitis uentriculique inferioris purgatio confert sanguinisque missio, si corpus patiatur habeatue, cucurbitulæque horū dolorum si quibusdam admoueantur secundum uenas. Cibus modicus esto panis & aquæ potio, locoque obscuro cubato proculque a fumo, igne, ceterisque luminibus obliquis, quæ cuncta ualde caueto, modoque in dextra, modo in sinistra cubato, caput ne madefacito, siquidem non confert. Linimentum uero cataplasmaue quod præsertim destillationem compescat, non confert, si dolor non inest, tumoribus uero qui non doleant. Post acria doloris medicamenta data & inuncta cum dolor cessauit post medicamenti inunctionem, tunc linire & emplastrare

Palpebrarum curatio.

Scabræ prurientesue. Palpebræ qui curentur.

Lusciosus nyctalopusue qui curetur.

Medela cū quis sanis oculis non uidet.

Lippitudinis curatio.

emplaſtrare confert emplaſtratione ea quæ tibi cōferre uideatur. Sed neq; cō tente diu contueri confert, lachrimam enim prouocat, cū oculus nō poſſit ad uerſus clara lumina reſiſtere. Sed nec etiā clauſis oculis diu iacere confert, ſi p̄ ſertim calidū deſtillet quod retentum calefacit, quamobrem cum non deſtil lat & areſcit, tunc linito, quia confert. *Quid oculis male habētibus conferat.*

HIPPOCRATIS DE HVMORIBVS PERICHYMONIVE LIBER SERMOVE PRIMVS ET SEXAGESIMVS, QVEM ESSE HIPPOCRATIS NON NEGAT GALENVS QVAMVIS QVAEDAM NIMIS BREVITER, QVAEDAM NIMIS LONGE DIXERIT.

Olor autem humorum chromaue chymon, ubi non nimia copia redundantia ue caritasq; humoris & chymi ſit. *Difficilis humorum diſſertatio* qui qua confert deducendi ſunt & qua uergunt, niſi longinqua maturitas præceſſerit, quæ foras uel intro, uel alio qua expediat, tendat. Quod reſpectu aliquo & uerecundia facito ne imperitia malaue peritia, porrigo, defluxioue, ſiccitas uacuitasue inteſtinorm accedat, quæ ſuperiora nutriant, inferiora compleant, quæ ſua ſponte & aſcendant & deſcendant, quæ & proſint & noceant. Quare cognatas *Medici cōſideratio qualis eſſe debeat.* ſpecies reſpectato, regiones, loca, conſuetudines, ætates, anni tempora, tempeſtates, morborum intentiones & exceſſus, defectus remiſſionesue, quos deferant, uel non, & quantum, medicamenta, remediaue, lauationes, perfuſiones, cubationes in caput ne, an oblique & in latera cubent, quaq; maxime uergant, deductionesq; ſiue reuulſiones ad ſuperiora ne, uel contra ad inferna, qbusq; ſupna uel inferna ſicceſcāt madeſcātue, quibuſq; miteſcant lenianturue. Si ſubluant, cauendū eſt ne humorū diffuſio capiat inteſtina & interiora. quare aditus deſiccato, uētrē moueto, ſubluito, p̄fundito, fricato. Quibus ſedes ſuppurauerit, cōſpicito, medicamētū qđ diſcutiat admoueto, uel an ulcus ſit humorue qs ill.c cōſiſtat, ul' germē pullulatioue, ul' bulla puſtulaue, ul' inflatio, uel cibus, cibiue recremētū, uel fera beſtiolaue ſiue lūbricus tineaue,

uel æſtus caloriſue recrementum,uel quis alius affectus & paſſio. Quæ cũcta diligenter ſunt cõſideranda per ſeſene ceſſent, an tanq̃ ab æſtu uſtulationeue puſtulæ circumobducantur,quoꝝ quædã nocent,quædã proſunt.Quorũ forma figuraue,ſitus,motus,ſublimitas tumorue,ſtatus,reditus,ſomnus,uigilia cõſideretur. Quæq; in his faciunda,uel cohibenda non faciundaue præuenito, prædiſcito, p̃dicitoq;, numne conſuetudo & inſtitutio uomitionis in his ſit, numne per inferna facilis exitus & ſubductio,uel ſputi,ſaliuæ,muci,tuſſis,nauſeæ,ſingultus,lotii natura,ſternutamenti,lachrimarũ,pruritus,titillatus,uellicatus,tactus,ſitis,famis,uacuitatis,plenitatis,ſomni,uigiliæ,laboris, deſidiæ, corporis,mentis,diſciplinæ ſcientiæue, memoriæ,obliuionis, uocis locutioniſue,taciturnitatis,locellorum purgationes ſupnæ & infernæ, prorũpentia, conuertentia torquẽtiaue,craſſa pinguiaue,meraca puraue,ſpumoſa, calida, uellicantia lancinantiaue ſiue mordentia,uirulenta,uaria,radentia ramentoſaue,feculenta,cruenta,nõ inflãtia,cruda,cocta,toſta,ſicca, quæ defluant circũfluantue.Ferẽdi facilitatẽ difficultatẽq; proſpicito priusq̃ periculũ aduẽtet, quæ ſedare ceſſareue oporteat,uel non,maturitas quæ deſcenſus inferiorũ,ſuperiorum fluitatio,quæ de locellis proficiſcãtur ſordes auriũ,mollitudo mollificatioue,patefactio reſeratioue,uacuitas,caliditas,frigiditas,foris,intus,horum quidẽ,hoꝝ uero non.Cũ ſub umbilico quid torquet,lene tardũue ſit tormentum q̃rito,uel cõtra,oletula uero & excrementa qua uergãt,deſcendãt ne, ſine ſpuma ne ſint,cruda,cocta concoctaue,calida,frigida,fetida,ſicca, humida liquidaue,ſubolida,ſitis quæ antea nõ fuerit æſtus cauſaue ſontica alia patens latenſue perſpicito,lotiũ quale,nariũ humor qualis ſit,delaſſationẽ,iactationemq; ſiccitatẽ non conſuetã,ſparſum ne,rarũ,turbulentũ,denſum,crebrũ ſpiret,præcordia & ilia qualia,lumina oculiue ſint ne læſi,partes extremæ qui habeant,mutatio coloris acceſſeritne.Venaꝝ pulſus,frigiditas refrigeratioue, concuſſio,cutis duricia neruorũ,articuloꝝ iuncturarũue ſtatus,forma figuraue,cubationis modus qualis ſit lubens ne & conſuetus,uocis, mentis ne mutatio,pili, ungues qui habeant. Morbum ne facile ferat, an contra & non ſicuti decet oportetue, ſigna notæue hæ ſunt, corporis odor,oris,ſputi, auris crepitus, excrementi, lotii,ulceris,ſudoris,ſaliuæ, narium.Corpus ſalſum ne ſit, uel ſputum, uel nares nariumue pituita fluorue,uel lachrima,humoresq; cæteri ſimiles ne ſint undiq; quæ proſunt, quæ lædunt, conſiderato. qualia uiſa per ſomnos uideat ſomnietue,quid cum dormit,faciat perſpicue ne & acute uideat audiatq; cupiat ne loqui, reſpondere, petere, parere. Quæ cuncta conſiderato, quæq; commoda ſint ſalutemue portendant, ſint ne ualentiora pluraq; q̃ quæ contra, ſenſibus ne cunctis ſentiant patienterq; omnia ferãt, ſicuti odores, ſermones, ueſtimenta ſtragulaue. Status cubantium perſpicito, numne malum facile ferunt, quæq; ſponte ſua ueniunt proſint ne, uel contra decernant ne intus, quando & qui ſicuti crepitus uentusue, ſeu inflatio

Medicos quæ cõſiderare uelit

Tormentũ umbilici.

Quanta ſit hæc obſeruatio uidete

inflato. lotium quale, quantũ, quando, quæq́ʒ his cõtraria ſint & aduerſentur, quæq́ʒ affectibus & paſſionibus proxima, cõia, cõiuncta ſunt cõmunicantue, q̃ prima & maxime male habent & afficiunt. Statũ uero, modũ conſuetudinẽue languentis, morbiq́ʒ per exordia dignoſcas, quid per lotia decernatur & excreetur, qualia ſint ea, quæ cõcidentia & acceſſio caſusue, quæ coloris permutatio, quæ ſpiritus diminutio, cũq́ʒ his qui nutricatus & cibus, nũne ſimilia ſint q̃ prodeunt & demittunt, iis quæ porriguntur & intrant. Cũ primis uideto, q deceſſus exitusue, quæ lotia, quæq́ʒ p locellos excernantur, quæ ſaliua ſputum ue, quæ nariũ defluctio, oculorũq́ʒ qui ſudor, q ſuppuratus, ulcus, puſtulæ, q̃q́ʒ ſponte ſua, quæ p artẽ defluant ueniantq́ʒ, cuncta ne inter ſeſe ſimilia ſint, quæ decernunt, quæ proſunt, quæ lædunt, quæ diſſoluunt tolluntue. Quamobrem quædam circunfugiens auerſato & amoueto, quædã prouocato, quædã peragito, quædã admittito. Cæteraq́ʒ ſic obſeruato, cutis qualitatẽ, extremoꝝ præcordiorum, iliũ, articulorum, luminis oculiue & oris, ſtatus, ſomni ſomniorũ ue, qualia & quæ decernãt, q̃ñq́ʒ hæc moliaris, quæ ſuppurationes & abſceſſus quæ proſint cibis, poculis, odoribus, ſpeciebus uiſibusue, auditionibus, cogitationibus, demiſſionibus liquidis, calore, frigore. Quare ſicca madefacito, uda ſiccefacito punctionibus & unctionibus foris, intus, ſuperlinimentis ſuperemplaſtrationibusue, linimentis emplaſtrationibusue, fomentis. Sup his aũt ſuppoſitionibus ſtatus, modus, formafiguraue cubatiõis ſpectetur fricatio, curatio medelaue, labor, quies, ſomnus, uigilia, ſpiritus ſuperne, inferne. Cõibus, priuatis peculiaribusue, artificioſis, in acceſſionibus nec p̃ñtibus, nec futuris, nec in pedũ refrigeratione, ſed morbo declinante iam & declinato utitor. Nec in acceſſionibus quæ certis ſtatisue diebus circuituq́ʒ fiunt, munimẽta cibariaue porrigito, neq́ʒ ſumere cogito, ſed potius prioribus ante decretoriũ demito. Quæ decernunt pauloq́ʒ ante nuper decreuerũt, medicamentis potionibusue cæteriſq́ʒ concitamentis agitato uexatoue, nec quicq̃ʒ innouato, ſed ſic ſinito. Matura uero medicaminibus purgato & agitato nõ cruda nec p exordia, niſi res poſcat cogatue, plerũq́ʒ tñ non poſcit cogitue. quæ eo deducenda & agenda ſunt, qua cõferant, quæ copia multitudineue ne reſpectato, ſed donec qualia oportet facileq́ʒ feruntur, prodeũt, ſed ſi dũ hæc ages, male haberent, læderẽt moleſtarentue, alio uertito, uel deſiccato, uel reuellito remouetoue & eo deducito, cuius cauſa hoc fit, ſed cum primis ſuffecturus necne ſit languens cõſiderato. Sicca quidem calida ſunt, humida uero liquidaue, frigida, quæ uero ciẽt mouentue, contrario modo plerumq́ʒ habent. hæc quidem imparibus ſuperne fiunt, ſiquidẽ & circuitus acceſſionũ cõcuſſionũue morbiq́ʒ ſtatus talis ſit, plerũq́ʒ uero paribus inferne fiũt. Sic & q̃ ſua ſpõte proſunt, fiunt cõcuſſiones & acceſſiones niſi circuitus paribus fecerit, ſed in his quidem paribus, ſuperne fiũt, imparibus autem inferne. quod non ſæpe cadit, ſtatus tamen hi difficilius decernunt. Qui uero tempus congruum tempeſtiuumue præcedunt.

Quæ per exordia dignoſcenda.

Quæ lãguentes moleſtant.

Cubatio ſpectetur.

Quãdo porrigẽdum.

Hæc eadẽ in aphoriſmis dixit

Lãguentis uires ſpectentur.

Cõcuſſiones et decretoria qui fiãt

necessario sic habent, uti tertia & decima, uel quarta & decima fiant, tertia q/dem & decima inferne, quarta uero & decima superne. sic. n. ad decretoriũ fa/cit & cõfert, præterq̃ quod inferne plurimũ purgare oportet. hæc. n. proxime nõ sunt, uti sic decernãt, sed tardius ulteriusue, sed in grauibus acutisue multa rarius tentato & agito, quod penitus delassant. Per lõgas uero febres in articulis & iuncturis, uel secundũ maxillas auresue potissimũ suppurat absceditue.

Longæ febres quid ferant.

Qua quisq; dolet potissimũq; in parte superiore, nisi morbus lẽtus pigerue sit uel torpidus infernaq; petat, tunc potissimũ inferne suppurat & abscedit, cum pedes calidi hoc præseferunt, supne uero, cũ frigent. Qui uero recens ex mor bis cõualescent surgẽtue, si manus pedesue statim parte aliqua doleant, intus suppurabit & abscedet. quinetiã siquid ante morbũ doleat, eo sistet & absce/det, quẽadmodũ cecidit Perinthiis tussibũdis, anginosisq;. nã hæc mala eos/dem abscessus faciũt, quos & febres, corporiq; similiter euenit, cũ humores fri gore, uel aliqua alia re liq̃scunt, tabescunt & corrũpuntur. Quãobrem quibus anni tẽporibus quisq; humor uigeat floreatue, cõsiderato, quæq; morborũ ge/nera in his singuli creent, quiq; affectus & passiones in singulis morbis fiant. nã corporis partes qua morbus est, maxime laborãt naturaq; eo tẽdit, sicuti Lieno si qui sunt, maxime laborãt, naturaq; in his quid operatur et facit. nã fere semp mali coloris sunt, corpore languido suspiriosoq; cũ quid ad sese trahit, nisi fri goris intẽperantia hoc patiat, uel ciborũ, potionũ, somni, uigiliæ, uel amore desiderioue aliquo sicuti talorũ tesserarũue, uel arte, uel necessitate aliqua, laborũ tolerantia, & eorũ q̃ fiunt ordine aliquo, uel nõ certo ordine, mutationes si fiant de cõsuetis in nõ consueta, mẽtis animiue defatigatione, uel disquirendo, uel exercendo, uel uidẽdo, uel dicẽdo, uel siquid aliud est sicuti sunt curæ, tristitia, cupiditas, ira mẽtis imperiosæ, siquæ molestiæ fiãtuisu uel auditu, uel siquæ corpora inter sese cõtrita molestiã creent, sicuti molæ dẽtes cũ collidũtur, inter seseq; cõterunt, uel siquid pceps cauũue occurrat, crura labãt tremũtue, cũq; quid quod usui sit egeatue manibus tollitur, tremũt, coluber serpẽsue subito uisus pallescere facit, terrores, timores, pudor, uerecũdia, cura, uoluptas ira, cæteraq; talia q̃ similiter afficiũt, quibus eorum corpus subauscultet, quod est actioni motui & agitatiõi. His. n. subauscultat, quẽadmodũ est sudor, cordis palpitatio & agitatio, cæteraq; harũ uiriũ & facultatũ quæ foris prosunt, uel officiunt lædũtue, sicuti pũctio, perfusio, unctio, sparsio, emplastratio, la/narum taliũq; superligatio. Quæq; intus sunt, his subauscultãt, nõ solũ quæ foris sunt si intro tendãt & porrigant, sed & quæ in lanis cubatuq; sunt succidis aridisue, quodq; apud regẽ dicitur cuminũ uisu & odoratu, quæq; caput dedu cunt, perturbant, sicuti uerba sermonesue, uox & talia, mammæ, semen genita/le, locelli signa sunt p ætates, pfocationes, strãgulationesue singultus, tussis, cũ testes petunt. Quẽadmodũ est terra arboribus, sic uẽter animalibus. nã alit, ca/lefacit, frigefacit, cũ quidem uacuus est, frigefacit, cũ uero plenus, calefacit. quẽadmodum

Cõualescẽtiũ suppurationis signa

Perinthus.

Humorũ obseruatio.

Lienosi quid patiantur.

Quæ mentem uexent.

Molæ dentes collisi molestant.

Quæ crurũ tremorem et pallorẽ faciunt.

Quæ foris uel intus officiant.

Terra sata.

Venter animalia nutrit.

Ventris qualitas

queádmodum terra fimo ſatiata caloré ſatis ſubminiſtrat, cũ uero ſine eo eſt, frigus. Præterea uenter hieme calidus eſt, carné intus habet ſiccã, ſanã, non putridam, diuturnã. ſic & arbores ſub cortice ſicco, tenui ſimiliter, & animãtium q̃dam ſicuti teſtitudines, quicquidq; tale eſt. ſic & ætatibus, anni téporibus & annis deprehédas ſimiliaq; reperias. Nã uiuentia non conterũtur conſumuntur ue, modiceq; & téperate ſi rebus utãtur, melius habét & degunt. Queádmodum currés & recés aquula ſalit & ſcaturit, pmanés aũt & inueterata reſtagnat, ſedet, marceſcit. ſic & uétriculus cibũ trãſmittit, ſedimentũ uero tanq̃ uas aliqd retinet. Morboꝝ pterea modi diuerſi ſubeũt. Quædã. n. morboꝝ genera cógenita, cognata gétiliaq; & peculiaria & inſita regionibus, lociſq; ſunt, quæ diſcere ſciſcitãdo ſcire & obſeruare operæ ptium eſt, multis. n. de cauſis in his uigent, quas multi ſciunt. Quædã corporis qualitate diſpoſitioneue, quædam uictus ratione cibiſue, quædã morboꝝ ſtata cóſuetudine cóſtitutioneue, quædam anni téporibus gignuntur. nã regiones & loci qui téporibus anni quibuſdam male habent, morboꝝ hæc genera creant. ſiquidé anni tépora cũ inæqualia ſunt hoc eſt eodé die, nõ æque calét frigentq;, quod cũ fecerit, morbi per autũnum aliaq; anni tépora rata portione fient & erũt. Partim nãq; malis, fetidis, cœnoſis & paluſtribus odoribus creãtur. Partim aquis nó bonis, q his utũtur, calculoſi fere lienoſiq; ſunt, partim uétis bonis maliſq;. Tépora ergo anni qualia fuerint, tales erũt & morbi ſtatuſq; eoꝝ & modi qui de his proficiſcunt. Tépora. n. anni, ſi naturaliter ſuo tépore & ordine trãſigent, morbos bene decernentes & finiétes creabũt. Peculiares uero locoꝝ & incolarũ morbi ſtatim pſeferunt ſi quid tépora uariauerint & mutauerint, ſimiliaq; uel diſſimilia fuerint, q̃ eſſe cóſueuerint & debuerint. morbi nãq; mutantur diſſimiliterq; eunt q̃ conſueuerunt. Per autumnum enim ſi morbus arcuatus regiusue urgeat præſefert autũni inæqualitaté, modo teporé, modo frigus excœpiſſe ſecutũue eſſe, modo cõtra frigus, caloré teporéue. Si uero p æſtaté bilis uigeat, lienoſi plurimi fiunt, cũ auté & aer ſic erit, ſeſeq; adducet, morbi arcuati p uer erũt, motus. n. hic p hanc ſpecié ſimilis proximusq; huic anni tépori eſt. Cũ autem æſtas ueri ſimilis eſt, ſudores in febribus, modi faciles nõ graues linguæq; non ualde ſicceſcunt. Cum autem uer hibernat, hiems præpoſterat & tempeſtates, morbi quinetiam hiemales fiunt, tuſſibundi, pulmonici, anginoſi. Si uero ſuo tempore non incipiat & ueniat autũnus, ſed ſtatim hibernet tempeſtuoſusue ſit, ſicq; non iugiter ſequatur, morbos eoſdem non facit, quoniam ſuo tempore non cœpit & inæqualiter proceſſit. Cum itaq; tempora anni præpoſtera, non temperata, non diſcreta, non conſtantia fuerint, ſic & morbi prærũpunt & ante tempus decernunt & remanent. Quemadmodum anni tempora quæ morbos hos creant quandoq; redeunt, ſic & morbi repullulant. Quamobrem præconſiderato quomodo corpora habeant, cum anni tempora prærumpunt tempeſtatesq; & ea præoccupãt, Nam auſter ſiue notus auditũ graué malũue,

Teſtudinis qualitas.
Quid animalia tueatur.
Morborum naturæ.
Morborũ quorundam cauſa.
Morbus arcuatus quãdo uigeat
Bilis per æſtaté quid faciat.
Téporum anni præpoſtera mutatio quid ſit.
Ventorum qualitas.

capitis grauedinem, uisum hebetem, corporis torporem, delassationem & resolutionem facit, cumque hic præualet prædominaturue, hæc in morbis patiuntur & ueniunt, putrida fluidaque ulcera, præsertim os, pudenda, cæteraque talia hoc patiuntur. Sin autem Septentrio seu Aquilo Boreasue, tusses uigent, fauces exasperantur, uentres durescunt, lotii difficultates, laterum, pectorumque dolores consequuntur, cum autem hic præualuerit, mala hæc potissimum expectato tantoque magis, quanto uehementius flabit. post uero siccitates, æstus & pluuias, febres sequuntur uehementiores mitioresue prout hæc magna multaue fuerint, corporaque habuerint, quique humores uiguerint, cum hæc inuadunt, temporaque mutantur. Quin etiam maxime differt, sint austri septentrionesque sicci uel pluuiosi, magnum & hoc est. nam alius alio anni tempore, regione, loco magnus est. quemadmodum est, per æstatem bilis uiget, per uer sanguis, cæteraque talia. Temporum mutationes magnæ præsertim morbos pariunt. nam si temporibus anni mutationes magnæ sunt, sic & in cæteris omnibus fiunt. Quædam etiam mala uictus ratione, & ex additamento gignuntur. Tempora quinetiam anni sicuti certa, stata, tutaque non sunt, sic & uictus ratio, color & frigus, præsertim ex additamento, quin & ætates, quæ sic mutantur. Quædam etiam naturæ cum tempore mutantur, nam quædam æstate, quædam hieme, melius peiusue habent, quædam, prout sunt regiones, loca, ubi degunt. Aetates præterea, nutricatus, morborum status, per temporum mutationes, melius peiusue habent. Quin & anni temporibus, uictus rationem, cibaria, pocula congruentia porrigito. Si quidem hiems sit, quæ desidiosa ab opere est, matura, cocta conditaue rite, simplicia sint, quæ tunc intrant, magnum enim & hoc est. Per æstatem uero, quoniam tunc operamur & persolamur, cibaria uaria, non stata, dilutioraque uina, crebriora & poma porrigito. Præterea quemadmodum ex anni temporibus morbos est coniectari, sic & ex morbis aquas, tēpestates, uentos prænoscere est, & siccitates, septentrionem austrumque scilicet. Quod facile sit, siquis quæ consideranda sunt, cousideret. Si cutis asperitates quædam lepræue in languentis corpore sint, dolores laboresue circa articulos, uentos & siccitates portendit, cum uero membra pruriunt, aquas cæteraque talia. Quin & ex morborum circuitu, pluuiæ futuræ, & aquæ, & uenti prænoscuntur, continuæ ne & iuges, an tertio quoque die, sic & uenti. nam quidam iugiter & continenter flant, & inter sese reflant, multis diebus aliqui, paucis alii. Quidam & iidem stato circuitu flant, circuituque alio nonnulli, sicque hi morbis, morbique his respondent, similitudinemque trahunt. Nam cum aquæ & uenti parum durant, sic & morbi, cū uero totum ferme annum durant, sic & morbi producuntur, cumque uehemētes & magni sunt, sic & morbi, cum uero communi leniue modo & lento durant spirantue, sic & morbi procedunt. Per primas etiam aquas, cum post multam siccitatē pluuia & aqua futura est, de iis etiam qui morbo subter cutē laborant

Magna uentorū cæterarumq; rerum obseruatio.

Bilis per æstatē, sanguis per uer uiget.

Temporum mutationes quantū possint.

Tempore cōmodo fiant omnia

Posse et ex morbis et ex anni tēporibus et tēpestatibus omnia prauideri.

laborāt siue per hydropon, prædicere est, Cumq; magna uel alia pusilla signa comparuerint in uentorum positione, uel mutatione. nam tunc uel gliscit, uel remittit hic morbus, pro pluuiæ & aquæ qualitate. Quam ob rem sic in summa dicendum & deducendum est, morbos tales fore, quales pluuiæ & aquæ tempestates, uentiq; præcesserint. Similiq; modo intelligendum & auscultādum est, si quis cum diu uiderit & obseruauerit, prædicat quale fuit hibernū tempus, tales erunt uer & æstas. Colores etiam omnibus anni temporibus similes non sunt, neq; cum septentrio uel auster spirat, nec in omnibus ætatibus nec sibi quisquam semper similis est, nec cuiquam colore penitus, cæterisq;. Quare de coloribus cæterisq; rebus ex iis quæ uidemus & scimus & adsunt, nec mutantur, sic obseruandum, speculandum, & dicendum est, temporibus anni ætates similes esse colore & modo. Qui mariscas habent, laterum morbo, pulmonis uitio, cancro, furunculis, pustulis carnem forantibus termenthisue non corripiuntur, nec forsan cutis asperitate leprisue, nec fortasse uitiligine alphisue. Qui si non apto tempore curentur, statim & crebro his cæterisq; perniciosis corripiuntur. Cæteræ uero suppurationes sicuti fistulæ cæterorum remedia sunt, & acos quæq; suapte natura liberant cū super cōparent, liberantq; ab his tanquam sint quædam horum impedimenta cum accedunt. Quedam communicant, lociq; suspecti si labore doloreue, uel grauedine, uel re aliqua alia suscipiant, liberant. Quædam uicinitate prorumpentia ue quadam communicant, sanguis tamen non æquo modo defluit, sed humoris cognatione quadam talia spuunt. Quidam super his stato suoue tempore sanguinem emittunt, super aliis uero, quem admodum super his siue post hæc, cuius est siue non est uerisimile impedimentum & par super his. Quidam etiam cruenta spuunt. Quidam per anni tempus morbus laterum fit, biliosusq; morbus. Quibusdam secundum aures suppurat, quibus hoc per decretorium fit. Quod si non expurulet, sed euanescat malum simili modo & circuitu reuenit, postq; decretorium rursus tumescunt, & tolluntur & permanent, quemadmodum febres redeunt, quibus sperandum est, uti in articulos decumbat sistatur ue. Quidam lotium crassum album mingunt, sicuti filius Antigenis. Super laboriosis uero quartanis siue post, est cum tale prodit, & ab abscessu liberat, sin autem & super hoc sanguis de naribus abunde fluat, multo magis. Quorum autem in articulari modo, dextra parte dolitant intestina, lētoq; modo & quieto molestent, super autem hoc curare & liberare laboriosius & difficilius est.

Hydropon coniectatio.

Summa huius cōsiderationis.

Ficosi a quibus tuti.

Fistulæ remedia multorum sunt. Quæ naturaliter liberant.

Stata et anniuersaria prosunt.

Apostasies.

Lotium crassum albū quid faciat. Antigenes.

DE HIPPOCRATIS DE SPIRITALIBUS, VENTOSIS FLATIBUS VE SIVE PERI PHYSAON LIBER SERMOVE SECUNDUS ET SEXAGESIMUS.

Medicinæ qualitas.

Q Væ dum artes sunt, quæ iis qui eas sciunt possidentue, laboriosæ sunt, iis uero qui utuntur, utiles. nam uulgo rudibus ignarisue commune & hospitale bonum sunt, tractantibus autem ipsas, molestæ. Quarum artium ea est, quam græci medicinam iatricenue nominitant. Medicus enim iatrosue periculosa, grauia cognoscit & uidet, quæ suauia nec iucunda sunt, tractat & tangit, peculiaresq; molestias in alienis malis, calamitatibus & utilitatibus capit. Languẽtes uero per hanc artem malis maximis, doloribus laboribusue, molestia, morte liberantur. nam omnibus his liquido medicina lenimen & remedium esse deprehenditur. Huius autem artis mala non probandaue cognoscere difficile est, proba uero bonaue facile. Mala quidem & non probanda medicis tantum nota sunt, uulgo autem rudibus ignarisue nequaquam, corporis enim opera non sunt, sed mẽtis. Quæcumq; enim manibus tractanda sunt, iis consueuisse oportet, peritiã ue usumue parare, nam manuum usus doctor est maximus. De morbis autẽ obscurissimis & non uisis difficilibusq; & grauibus, opinione potius q̃ arte iudicatur, plurimum enim in his peritia ab imperitia differt. Quorum unum & potissimum est, cognoscere quæ nam causa sit, principium, & fons morborũ malorumue corporum. Nam siquis morbi causam cognoscat & uideat, dare & poterit ex contrariis conferentia corpori, cum morbos cognoscat, hæc enim potissimum suapte natura est medicina. Statim subitaue fames morbus est, nã quicquid hominem uexat, morbus est & uocatur. Quod ergo famis remedium est? quod famem tollit, quod est cibus siue comestio. Hoc ergo illud curato, sitimq; etiam tollit potio, plenitatem uacuatio, plenitas uacuationem, dolentiam indolentia, indolentiam dolentia, & uti unico uerbo concludam, contrariorum medicamenta sunt contraria. Medicina enim est additio & subtractio, subtractio superantiũ, additio deficientiũ. qui autẽ hoc optime facit, medicus optimus est, qui uero ab hoc plurimum abest, plurimum etiam abest ab arte medica. Hæc quidem in transgressu, & præter orationis futuræ propositum dicta sint. Morborum quidẽ unus est modus, qui tamen inter sese mihi differre uidentur, quandoq; propter locorum dissimilitudinem & alienationem. Quinetiam morborum omnium species & causa una & eadem est, quã post hac dicere conabor & tentabo. Corpora namq; & hominum & animalium cæterorum tribus nutrimentis nutriuntur, quibus hæc nomina sunt, cibaria

Vsus peritiaue, doctor et magister summus est.
Morbi latentes grauesq; opiniõe nõ arte cẽsentur.
Quid primum in morbis et quæ medela.

Cõtraria tollunt contraria.

Medicina quid.

Morbi oẽs similes dissimilesq; sunt et cur dissimiles.
Loci morbos dissimiles faciunt.
morborũ oĩnmodus species et cã una et eadem est.

baria, pocula, ſpiramenta pneumatаue. Quæquidem ſpiramenta cum in corporibus ſunt, uenti phyæue dicuntur & uocãtur, quæ cum extra corpora ſunt, aer dicitur, qui plurimum in omnibus quæ cadunt, poteſt. cuius uim conſiderare operæpretium eſt. Nam uentus eſt aeris fluens unda, qui cum uehementer flat, ui eius arbores conuelluntur, mare fluctuat, naues tãtæ magnitudini nõ aſſuetæ per altum iactantur. hanc quidem uim in his habet, qui non uidetur quidem, ſed ſentitur. quid enim ſine hoc ſit fiatue, uel cui rei abeſt, uel cui nõ ineſt? Quicquid enim inter terram & cœlum eſt, ſpiritus plenum eſt, conſpiraturq; & perflatur. Hic & hiemis & æſtatis cauſa eſt, per hiemem uero creber eſt & frigidus, per æſtatem lenis mitisue & tranquillus ſerenusue. Quin & Solis & Lunæ, & ſiderum aſtrorumq; uiam dirigit, ſpiritus enim nutrimẽtum ignis eſt, nam ſi ſpiritu ignis priuetur, non uiuit. quamobrem & Solis perennem curſum ſpiritus & aer perennis & tenuis eſſe facit. Quod uero mare ſpiritus particeps ſit, omnibus patet, ſiquidem animalia natantia ſine ſpiritu non uiuerent. Cætera autem alio modo & alibi per aquam & ex aqua ſpiritum trahentia participant, Lunaq; iu hoc ſedem & fundamentum habet, Terræq; etiam hic eſt uehiculum & ſuſtentamentum, nihilq; eſt quod hoc uacet. cur autem ſpiritus tantum poſſit & ualeat, alii dixerunt. Mortalibus uero hic uitæ & morborum cauſa eſt, tamq; corporibus cunctis uſus ſpiritus neceſſarius eſt, uti ſi cæteris aliis rebus cunctis careat quis & abſtineat cibo & potu ſcilicet duos treſue & plures dies, uiuere poterit, ſed ſiquis ſpiritus in corpora meatus claudat & intercipiat, paruo diei ſpatio peribit, tã magno uſui ſpiritus ẽ corpori. Præterea cætera omnia homines agere ceſſant, plena namq; mutationum eſt uita, tamẽ hoc ſolum mortalia omnia ſemper agunt, ſpiritum enim modo trahunt, modo emittunt. Quod autem magna ſit communicatio communiſue uſus & neceſſarius ſpiritus aeriſue cunctis animalibus dictum eſt. Poſt hoc uero ſtatim dicendum eſt par nec ueriſimile eſſe morbos aliunde gigni, q̃ cũ hoc plus uel minus, uel multum ſimul, uel morboſis inquinamentis infectum in corpus penetrat. De negotio quidem hoc ſatis mihi hæc ſunt. Poſtea autem ad opera ipſa oratiõe deueniã morboſq; oẽs huius eſſe & filios & nepotes demõſtrabo. Primum quidem de febre communi maxime morbo auſpicabor. Morbus. n. hic cæteris omnibus adſidet aſſecla comeſue eſt, quod uulnera cæteraq; lædẽtia demonſtrant, nam poſt eorum inflammationẽ febris ſtatim ſequitur, poſtq; inguinum tumorem. Duo uero ſunt potiſſimum febriũ genera, uti hac quoq; diſcurram, unum commune quod ab omnibus peſtilentia uocatur. Alterũ qđ malo nutricatu peculiare iis fit qui male nutricantur & uiuunt. Horũ utriuſq; cauſa eſt & actor ſpiritus aerue. Communis ergo febris propterea talis eſt qđ omnes eũdem ſpiritum trahunt. ſimiles autem febres gignuntur cũ ſimile corpus ſimilis ſimiliterq; & æque miſtus ſpiritus intrat. Sed forſan quis dicat cur non omnibus animalibus, ſed uni generi tantum tales morbi fiunt. Quoniam

Tria ſunt quæ corpora hominũ et animaliũ cunctorũ ſuſtentant. Spiritus, uentus aerue quid ſit et poſſit.

Spiritu aereue cuncta uigent.

Lunaq; et terra hoc uehitur.

Morbi hinc creãtur.

Spiritus uſus qui neceſſarius ſit

Cibo et potu carens nõ ſtatim perit, uti ſpiritu carens.

Spiritus ſemper trahitur uel emittitur.

Morbi unde ſiũt

Duo potiſſimum febrium genera.

Cõis peculiariſq; febris cauſa.

dicat quis corpus a corpore, natura a natura, nutricatus a nutricatu differt, cunctis enim animantibus eadem non conferunt & conueniunt, sed aliis alia. Cum ergo spiritus & aer iis inquinamentis cōpletur quæ humanæ naturæ hostilia sunt, tunc homines languent, cumq; alicui animalium generi spiritus nō commodus obrepit, tunc eo morbo corripitur. Qui sint populares & cōmunes morbi, curq; & quomodo quoue gignantur, dictum est. Quæ uero febris malo nutricatu gignatur, tibi dissertabo. Mala quidem uiuendi ratio hæc est, cum quis plures cibos, uel siccos, uel udos liquidosue & plures q̄ ferre possit, corpori dat, laboremq; nullum copiæ huic opponit, cumq; uarios & inter sese dissimiles cibos infarcit & immittit. Nam dissimilia tumultuantur & dissident inter sese, quædam enim citius, quædam tardius cōcoquuntur digeunturue. Cum multis etiam cibis necesse est & multum spiritum intrare, cum omnibus enim quæ comeduntur & potantur, spiritus uel plus, uel minus in corpus penetrat, quod hac re demonstratur. Nam post multos cibos & potus plurimi statim & nauseant & ructant, spiritus enim inclusus cum bullas & repagula, quibus continetur, fregit, recursitat. Cum ergo corpus multorum cibariorum plenum est, spiritusq; multa plenitas fit, cibis intus remoratis diutius, qui præ copia cum transire non possint, remorantur. cum enim uentriculus inferior clauditur, spiritus physæue corpus totum perreptant percurruntue, sanguinolentasq; potissimum partes petunt, quas refrigerant, quibus refrigeratis, corporis & sanguinis ubi radices & fontes sunt, corpus totum refrigerant, quibus locis & sanguine frigefactis, corpus totum horret. Propterea primum ante febres horrent, tantoq; magis quanto maior copia spiritus flatusue prorumpet, corpusq; deinde hoc modo tremit. sanguis. n. horrorem timēs & fugiens, corpusq; totū perreptans ad loca calidissima confugit & currit. Præterea diuerso modo & horrent & tremunt. nam cum sanguis partes extremas deserit, carnes & intestina tremunt. Quædam enim corporis partes multi sanguinis sunt, q̄dam pauci, quædam exangues. Partes ergo pauci sanguinis & exangues nō cōtremiscunt, sed saliunt & quatiuntur micantue, calore namq; carent & deseruntur. Quæ uero multi sanguinis sunt, præ sanguinis copia tremunt & inflammantur, sanguis enim cum multus est quiescere non potest. Hiant autem ante febres, cum spiritus & aer multus intus congregatus & cumulatus una totusq; superiora petens os ui aperit & dehiscere hiareue facit, hac enim facile prodit. Nam quemadmodum de cortinis ahenisue feruentibus uapor multus prosilit, sic corpore calefacto spiritus aerue conclusus & ui latus per os ꝑdit & exit. Membraq; etiam articuliue & iuncturæ ante febres resoluuntur, nerui namq; tepefacti distant & laxantur. cum uero sanguis una coactus & congregatus concaluit, spiritus qui sanguinem refrigerauit, rursus calefit qui calore superatus ignescit accenditurue, corpusq; totum ualidius calefacit, sanguisq; eum coadiuuat. Præterea quod accēsum & ignitū erat, liquescit spiritusq; inde fit,

Febris mali nutricatus et qui sit malus nutricatus

Physa.

Horroris tremoris hiatusq; cā.

quo ad corporis meatus prorumpente, ſudores giguuntur. Spiritus enim cum conſiſtit, in aquam uertitur, per meatusq; prodit, quemadmodum de feruentibus aquis uapor, ſi uero durum quid offendit, craſſeſcit denſaturq;, guttæq; prorumpunt. De corporibus illis quibus ille uapor impegit, dolores laboresue capitis una cum febre fiunt, quod ſanguis anguſte prodit & permeat. ſpiritus enim completur, qui cum multus eſt & calefactus, dolorem capitis facit. nam ſanguis calidus cum ſit, coactus ui, celeriter per uiam anguſtam tranſire nequit, multa enim impediunt & ſiſtunt, propterea etiam tempora pulſant, febres ergo ſicuti dixeramus fiunt, unaq; cum his dolores morbiq; cæteri. Sin autem conuoluoli doloresue tenuis & ieiuni inteſtini ſeu heilei cōuolucraue alia torminaue ſiue trophi, confirmataq; alia, ſpiritus flatusue in cauſa eſſe cūctis patere reor, nam horum omnium cauſa eſt ſpiritus diſcurſio. Qui cum in locos tenellos, non conſuetos, non tactos alias perrupit, ueluti telum aliquod ſagittaue penetrat, hæret infigiturq; & per carnes perrumpit, præcordia quandoq; & ilium utramq; partem petit. Foris propterea fomentis calefacientes, dolorem laboremue lenire nitūtur, calore namq; rarefacto corpore, ſpiritus fomenti ipſius dolorum aliquam requiem facit. Quis forſan dicat quonā modo profluuia deſtillationesue propter ſpiritus fiunt, quemadmodumue ſanguinis eruptionum quæ circa pectus in pectoreue fiūt, hoc cauſa eſt, puto me & hæc propterea tum fieri demonſtraturum. Cum uenæ capitis, ſpiritus aerisue complentur, primo quidem caput ſpiritu uehementer grauatnr phyſaue inſita, poſtea ſpiritus per ſanguinem propter uiarum anguſtiam, uolutatur ſanguinisq; tenuiſſima pars per uenas exprimitur, quæ liquida humidaue cum multa in unum coiuit per cæteros meatus fluit, quoq; corporis ſic coactum puenit, morbus eo ſiſtitur gigniturue. Cum autem hæc moleſtia laborue ſpeciem aciemue oculorum petit, oculi laborant, ſi aures auditionesue, morbus & illic gignitur, ſi nares, grauedo mala pituita deſtillatioue fit, ſi pectus, raucedo præfocatioue creatur. Nam pituita humoribus acribus commiſta quocūq; prorumpit, locos non conſuetos lancinat ulceratue. Si fauces cū tenellæ ſint, hæc deſtillatio petat, eas exaſperat, ſpiritus enim cum per fauces exit & ſpirat, de pectore uenit eodemq; itinere redit. Cum uero hæc deſtillatio defluctioue ſpiritui progredienti occurrit, tuſſis ſupergignitur pituitaq; ſuperne reiicit quas ob cauſas fauces lancinantur, ulcerantur, exaſperantur, calefiunt, quæ calefactæ de capite humorem trahunt, caput uero de reliquo corpore trahēs & ſumens his præbet. Cum autem deſtillatio rheumaue ſic defluere conſueuit, meatuſq; tanq̃ canaliculi tubuliue currunt & perfluunt, pectori dedunt, pituita uero cum acris ſit, in carnem prorumpens ulcerat uenaſq; refringit. Cum aūt ſanguis alienum locum perfundit, ſi illic moratur, putreſcit pusq; efficitur, qđ neq; ſupra redire poteſt, nec infra deſcendere. ſupra namq; facilis uia non eſt, cum accliuis ſit, cumq; res humida liquidaue ſit, grauis penituſq; alia q̃ prius

Sudor qui creetur.

Capitis dolor cū febre cur fiat.

Pulſus tēporum cur.

Heilei ſtrophiq; unde.

Calor fomenti foris appoſiti quid faciat.

Deſtillationis cā

Fauces qui exaſperentur tuſſiſq; fiat.

Sanguis cū putruit pus efficitur.

fuerat, deorſum uero tendere ſæptum præcordiorum uetat, quoniam deſtillatio ſine ſpiritu reuulſa reſciſſaue ſcinditur dehiſcitue. Quæ autem uel ſponte ſua, uel propter dolores laboreſue refringitur reuelliturue, ſponte quidem ſua cum ſpiritus uenas penetrat, ſanguiniſq; locum meatibus anguſtũ facit, tunc enim ſanguis coactus & compreſſus cum multus eſt, qua maxime procũbit, meatus frangit, qui cum multus eſt, prorumpit doloremq; facit, ſpiritusq; uenas complet. nam locum affectum & laborantem ſpiritum continere neceſſe eſt, cæteraq; ſupraſcriptis ſimilia fieri. Sciſſuræ uero cunctæ fragmentaue propterea fiunt, cum aliqua ui carnes inter ſeſe diſcedunt & diſtant, quam diſtantiam ſi ſpiritus intrat, dolorem facit. Si uero per carnes ſpiritus diſcurrat, corporis meatus rarefacit. Nam una cum ſpiritu humiditas penetrat, qua corpus madeſcit, quo madefacto carnes tabeſcunt & ſubliqueſcunt, tibiæ tumeſcunt, malumq; gignitur, quod aquæ ſubter cutem hydropsue dicitur. Quod autem ſpiritus morbi huius cauſa ſit, maximum hoc argumentum & ſignũ eſt. Nam cum quidam male pernicioſeue habentes ſubluiſſent, multa aqua exiuit, quæ cum ſpiritu tumeſceret, multa uidebatur, cum uero ſpiritus diſceſſit, pauca minorue remanſit ſicuti uidebatur, cum tamen eadem eſſet. Signũ præterea huius rei & aliud hoc eſt, quod cum quis uentrem penitus euacuauit, uix tres dies prætereunt, cum rurſus completur, quidnam aliud compleuit niſi ſpiritus uentusue? Quid enim aliud tam cito compleſſet? cum non multum comederit potaueritue. quinetiam nec carnes cũ tabuerint, ſolumq; oſſa, nerui, uenæ, fibræ remanſerint, cauſa poſſunt eſſe tantumq; replere, cauſa ergo ſubter cutem aquæ hydroposue dicta iam eſt. Siderationes autem guttæue ſeu apoplexiæ ſpiritu etiam fiunt. Nam cum ſpiritus multus & frigidus carnes penetrat quæ corporis ſenſilia non ſunt, corpuſq; totum perreptat, hominem totum ſiderat percutitue, ſi uero partem, eam ſiderat & percutit læditue, cumq; ſpiritus diſceſſit, morbus ceſſat, cum permanet, & morbus permanet, cum uero ſic habent, crebro hiant. Morbum etiam, qui ſacer comitialisue dicitur, mihi uideor & hoc præbere, ſeu ſpiritum & hunc gignere, quibus autem rationibus perſuadear, iiſdem audientes perſuadere conabor. Puto quidem eorũ quæ in corpore ſunt, nihil magis ad prudentiã facere & conferre q̃ ſanguinẽ, q dũ in ſua figura pſiſtit & permanet, prudẽtia etiã pmanet, quo pmutato prudẽtia ẽt pmutatur & procidit. Qđ autẽ hæc ſic habeãt multa teſtantur. Primũ quidẽ ſomnus qui cunctis uiuis cõis eſt, ſuo teſtimonio ſuperius dicta confirmat, qui cum corpori ſubrepit, ſanguis refrigeratur. Somnus enim ſuapte natura frigidus eſt & frigefacit, ſanguine uero frigefacto, tardius per meatus & membra diſcurrit. Quod hinc patet, corpora enim tunc grauata deponuntur, cuncta enim grauia terram & ima petunt, luminaq; oculiue accenduntur, prudentia uariatur & altera fit. præterea quædam opiniones, uiſa & imagunculæ per ſomnum diuerſantur, quæ quidem inſomnia uocitantur. Quin & p temulentiam

Locus affectus ſpiritu uexatur. Sciſſuræ carnis fragmẽtaue. qui fiant et Hydrops.

Siderationis apoplexiæue cãquæ

Sacer morbus comitialisue qui fiat.

Sanguis quid poſſit.

Somnus qualis

Inſomnia.

temulentiam, cum sanguis repente crescit, animi prudentia concidit, pruden/tiaq; animi cogitata præsentiumq; malorum obliuiscuntur & futura bona fo/re sperant. multa præterea possem dicere per quæ sanguis permutatus, prudẽtiam quoq;, sensum & mentem uariauit & permutauit. Siquidem ergo sanguis penitus perturbatur, sensus, prudentia & mens penitus perit & perditur. nam affectus, perturbationes & passiones & agnitiones, quædã consuetudines sunt. Cum uero de more consueto consuetudine ue discedimus, sensus, mens prudẽtia ue nobis tollitur. Quamobrem dico sacrum morbum comitialem ue sic fieri. Cum spiritus multus per corpus totum & sanguinem currit & miscetur, multifariam uenæ sæpiuntur & obturantur, cũq; spiritus multus aerue crassas ue/nas multiq; sanguinis prorupit & petiuit illicq; remansit, sanguis prodire & discurrere prohibetur, hac quidem permanat, hac uero languide & tarde prodit, hac celerius. Dissimili uero sanguinis uia per corpus facta, dissimilitudines quoq; multæ per corpus fiunt. corpus enim totum undiq; contrahitur & affi/citur, partesq; corporis, sanguine turbæ huic & commotioni subministrante, perturbantur, sanguinisq; diuersatione, corporis undiq; diuersationes fiunt, tẽporeq; hoc sine rerum omnium sensu sunt, surdi eorum quæ dicuntur, cæci eorum quæ fiunt, doloresq; nullos sentinnt. spiritus enim aer ue sic commotus & perturbatus sanguinem commouet & coinquinat & inficit. Spuma uero per os non ab re discurrit. spiritus enim aerue cum faucium uenas penetrat, ipse quidem exit, sanguinisq; tenuissimam partem secum educit, quæ cum liquida huda ue sit, albescit uersando commiscendo ue. per membranas enim tenues spiritus aerue cum exiuit purus & sincerus, albus comparet, proptereaq; spu/mæ omnes albæ suut & uidentur. Quando autem qui hoc morbo corripiun/tur, molestia hac liberantur, dicam. Cum laboribus his corpus exercitatum & uexatum calefit, sanguis etiam calefit, qui calefactus spiritus calefacit, qui calefacti dissoluuntur, sanguinisq; statum consistentiamue dissoluunt, qui partim cum sanguine, partim cum pituita prosiliunt, spumaq; non amplius feruente sanguineq; cõsistente, quieteq; & tranquillitate facta in corpore, morbus ces/sat & sedatur. spiritus ergo per hæc omnia modis multis morbi huius causa potius esse uidentur, cætera uero cuncta cum his & post hos aliquid causari si/ue causam aliquam præbere. Quamobrem cum hoc morborum causa sit quod demonstraui, nam morborum causam, me demonstraturum promiseram, spiritumq; & in his, & in aliis rebus multis, & in animaliũ corporibus multũ posse demonstraui, sermonemq; ad morborum & ægritudinum notionem produ/xi, quæ ueram & patentem causam & materiam haberet. De morbis aũt ægri/tudinibusq; cæteris si dixissem, longior quidem oratio fuisset nihiloq; minus ueracior, sed cui minus fidei haberetur.

Temulentia quomodo sensus uariat.

Sacer morbus sic fit.

Sãguis quid possit et faciat.

Comitiales cur nihil sentiant.

Comitialiũ cur os spumescat.

Spiritus quid faciant.

Spiritus animalium corpora moderatur.

HIPPOCRATIS DE CARNIBVS LIBER SERMOVE TERTIVS ET SEXAGESIMVS

Cum de carnis membrorũq; creatione dicturus sit quid repetat uideto.

Anima cæteraq; cuncta hominum et animalium de cœlo sunt.

Calidum calorue sol et æther quid possit.

Terra.

Spiritus aerue.

Aqua.

Ossa unde.

Nerui qui facti.

Membrana cutisue.

Fauces stomachus intestina uẽter sedem usq; caua cur.

Vesica.

C Ommunibus equidẽ sententiis & opinionibus tũ eorũ qui prius fuerũt, tũ meis hactenus usus sum, nã necesse fuit cũ de medica arte tractaremus, principiũ cõe plurimorũ sententiis & opinionibus ꝓponere. De cœlestibus aũt rebus & sublimibus mihi nihil dicẽdum uidet̃, nisi quatenus homines aĩaliaq; cætera, q̃ in terris degũt & gignũt̃ nataue sũt, principiũ & originẽ inde habere demõstrabo, qd̃q; aĩa de cœlo ẽ, qd̃q; dolere, lãguere, mori, qcqdq; boni maliue ĩ hoĩe est, de cœlo ꝑficiscit̃. nũc uero sentẽtias opinionesue meas patefaciã. Profecto mihi uidet̃ illud, quod calidũ calorẽue dicimus, quid non mortale esse, cũctaq; sentire, intelligere, uidere, audire, ꝑsentia præteritaq; & futura nouisse. Quod cũ plurimũ oĩa ꝑturbata cõfusaq; forẽt, ab cœteris sese separauit & seiũxit, supremãq; circinationẽ circulũue petiuit, qd̃ prisci mihi uidẽtur æthera noĩasse. Pars aũt altera, q̃ terra dicitur, locũ infimũ sibi petiuit & elegit, q̃ siccũ qd & frigidũ est, plurimũq; mouetur & agitatur, q̃ tñ qñq; multũ calefit. Tertia uero pars q̃ spiritus aerisue nomẽ nacta est, mediũ locũ cœpit, quæ calidũ & humidũ qd est. Quarta uero pars quæ humidissimũ & crassissimũ est, terræ locũ ꝓximum occupauit. Cũ hæc aũt terrã circũdẽt inter seseq; cõmoueãtur, coagitẽtur & cõturbẽtur, terrã qñq; multum calefaciũt, sed alibi multũ, alibi parũ. Tẽpore uero procedẽte, calore terra siccefacta, q̃ in ea remãserunt, putredines quasdã tãq̃; tuniculas cõtrahunt, q̃ multo tpe celefacta, qcqd putredinis terræ remãsit, qd̃ pingue & humidum aliquatenus esset, subito perustum est, & ossa fecit. Quæ uero magis glutinosa fuerũt & frigidi frigorisue participãtia, calefacta puri nõ potuerũt, nec etiã frigido frigoreue refrigerari, peculiarẽ ideo cæterisq; nõ similẽ figurã sibi sumpserũt, neruosq; ualidos fecerũt, non enim in eo multũ frigidi erat. Sed uenæ plurimũ frigidi habuerunt, frigidiq; huius quoquo uersus siue circũquaq; glutinosissimũ quod fuit calido perustũ, mẽbrana & cutis effectũ est, frigidũ uero, quod erat, calido superatũ, dissolutũ est, propterea q; humidũ liquidũue remãsit & factũ est. Similiq; modo fauces, supior uẽtriculus stomachusue, uẽter intestinaq; ad anũ usq; caua sunt. nã frigido cõtinẽter calafacto, glutinosum illud, quod circũdederat, mẽbrana tãq̃; tunica circumamiciuit, humidũ uero, quod intus fuit, cũ in eo non multum pinguis glutinosiq; esset, superatum, humidum liquidumue factum est. Simili ratione & uesica facta est, nam frigidum multum, quod circũdabat, cũ remansisset, calido

lido calefactum, dissolutum est, humidumque siue liquidum euasit, utpote cum nihil in eo pingue glutinosumque esset, quicquid circundabat, tunica factū est, cauaque cætera modum eundem habent. Vbi autem plus glutinosi q̃ pinguis fuit, membrana sicuti tunica factū est. Vbi uero plus pinguis q̃ glutinosi fuit, ossa factum est, quorum hæc ratio est. Vbi quid glutinosi non inest fuitue, pinguis autem & frigidi multum, citius propter pingue perustum est, ossaque durissima, siccissima, asperrima, morosissima, compactissima facta sunt & fiunt. Vbi uero pingue glutinosumque pari ratione & modo inest, hinc ossa cauernosa, caua fistulosaque gignuntur. De his quidem sic habet, frigidum quidem constringit, calidum uero dispergit, longoque tempore & siccefacit, ubi quid pinguis inest, citius his perurit & persiccat, ubi quid glutinosi cum frigido sine pingui inest, non uult non potestue siue non consueuit peruri, sed tempore calefactum cogitur constringiturue. Cerebrum quidem frigidi glutinosique sedes, arx, & metropolis est, calidum uero pinguis sedes, arx, & metropolis est, quod calefactum primum omnium diffunditur & pinguefacit. Cerebrum propter hoc, quod pinguis minimum habuit, glutinosi uero plurimum, calido peruri non potuit, sed temporis spatio membranam sicuti tunicam sumpsit, circa uero membranā hanc ossa sunt, quatenus calidū superauit, & in quibus pinguis aliquid inerat. Medulla uero spinæ de cerebro descendit, plusque pinguis q̃ glutinosi in ea non inest, quemadmodum nec in cerebro, propterea medulla uere dici non potest. Nam cæterorum ossium medullæ similis non est, membranam tunicamue sola habet, cum illa non habeat. Clarius præterea signum dabo. siquis neruosa glutinosaue, cæteraque similia torreat, ustulet decoquatue, non ustulantur, nec decoquuntur, pinguis enim minimum habent, cætera uero q̃ primum & ustulantur & coquuntur. nam crassum & pingue celerrime perustulatur, assatur, coquitur, & igne consumitur & liquescit, sic & intestina mihi constare uidentur. De uenis autem prius mihi dictum fuit. Cor autem plurimum glutinosi & frigidi habet, quod calido calefactum, caro glutinosa, solida, & dura factum est, membranulamque circa habet, cauumque est non sicuti uenæ, cum uenarum cauarum magnarumue caput sit & origo. Nam duæ cauæ uenæ magnæue de corde proficiscuntur, quarum una dicitur arteria, caua altera & magna uena est, quæ cordi cohæret. Cor plus calidi habet q̃ caua uena, spiritusque conceptaculum, castellum, & penus est, quæ duæ uenæ plurimas alias per corpus spargunt. Quæ autem ualde caua est & magna, cordique cohæret, per præcordia, uentrem totum currit, & in utrosque lumbos, rhenes, coxendices scinditur, partesque alias petit, crusque utrumque quin & supra cor ipsum, & in utramque ceruicis partem immittitur, in caputque reflectitur, ac in utraque tēpora scinditur. Posset quis & magnarum uenarum numerum recensere, sed uti unico uerbo dicatur, plurimæ uenæ p corpus totū ab arteria & caua uena spargunt. Cauæ ualde maximæque sunt illæ uenæ, q̄ cordi, ceruici, capiti cohærent

Ossa qui fiant cynaque.

Cerebrum quale.

Cerebri tunica.

Medulla spinæ cur proprie medulla non sit.

Cordis natura.

Arteria uenaque altera magna unde.

Venulæ corporis unde meaneunt. Quæ magnæ uenæ.

Cor calidum est. ſubterq́ꝫ cor ipſum coxendices petunt. Plurimum uero calidi & in corde & in uenis propter hoc ineſt, cor enim cum omnium quæ in corpore ſunt calidiſſimũ ſit, ſpiritũ in ſeſe continet habetue. Quod aũt cor ſpiritusq́ꝫ eius calidus ſit, quisq́ꝫ facile deprehendat, cor enim & uenæ ſemper mouentur & agitantur, calidiq́ꝫ plurimum iu uenis propter hæc eſt, quod cor ſpiritum habet, trahit & continet calidiſſimumq́ꝫ omnium eſt, quæ in homine ſunt. Eſt & alio modo hanc rem cognoſcere. ſiquis ignem accendat cum uentus in eum flat, flamma uaporq́ꝫ eius calidus mouetur, agitatur, ſentitur modo plus, modo minus, ſicq́ꝫ cor uenæq́ꝫ modo plus, modo minus mouentur & agitantur. cũ autem uentus nullus flatusue ignem agitat & mouet, nihil mouetur, ſimili modo hoc in nobis fieri cognoſcere poſſumus. Præterea frigidum frigusue calidi caloriſue nutrimentum eſt, puerq́ꝫ ſiue fœtus cum in matris utero eſt, labiis clauſis ſugit & attrahit de matris uulua locelliſue nutrimentum, ſpiritumq́ꝫ cordi præbet & immittit, qui quidem calidiſſimus in puerulo eſt, cumq́ꝫ mater ſpirat reſpiratue calidum caloremue motumq́ꝫ corpori cœterisq́ꝫ eius membris omnibus præbet. Si uero quis petat quo pacto quiſquam hoc ſciat? quod puerulus in matris utero hoc agat, quis hoc reſpondeat, quod pueruli, cum in lucem, dantur & eduntur, ſtercus in inteſtinis habere uiſuntur, ſimulq́ꝫ ac editi ſunt, oletant tam pueruli q̃ꝫ brutula animantia. Quod ſi non eſſet, nunq̃ꝫ, cum primum puerulus natus eſt, matris mammam ſugere ſciret, niſi hoc in matris aluo didiciſſet. De cordis quidem & uenarũ motu ſic habet. Pulmo uero cordi ſic additus eſt. Quãtulumcunq́ꝫ humidi humoriſue glutinoſiſſimũ inerat, cor calefaciens q̃ꝫprimum deſiccauit, quod tanquam ſpumam ſpongiãue, cauernoſum fiſtuloſumue reddidit, uenulasq́ꝫ plures per eum ſparſit, uti quicquid frigidi frigoriſue in glutinoſo eſſet, calido caloreue liqueſceret, humidumq́ꝫ liquidumue redderetur, quodq́ꝫ de glutinoſo remaneret, tunica pelliculaue fieret. Iecur autem hoc modo conſtitit. Cum calido caloriue multum humidi liquidiue ſine glutinoſo pinguiq́ꝫ remanſiſſet, frigidumq́ꝫ calidum ſuperauit, quod ſeſe compegit conſtrinxitue, cuius rei ſignum argumentumq́ꝫ hoc ſit mihi. Cum quis ſacram uictimam hoſtiamue mactat iugulatue, ſanguẽ, donec ea calida eſt, liquidum defluit & manat, cum uero frixit, coit & conſtringitur, quod ſiquis agitet, non coit, fibræ enim quædam frigidæ glutinoſæq́ꝫ in eo ſunt. Lien uero ſplenue hoc pacto ſurrexit conſtititue. Cum calido glutinoſoq́ꝫ calidi quidem plurimum, frigidi uero puſillum in eo remãſit tantum quantum glutiuoſum cogeret & conſtringeret, quod ſunt fibræ, quæ in liene ſunt, propter quas lien mollis eſt fibroſusq́ꝫ. Rhenes uero ſic contumuerunt & conſtiterũt. Puſillũ glutinoſi, ſed calidi, frigidiq́ꝫ non parũ remãſerat, quod frigidũ cõpegit & ſtrinxit, duriſſimũq́ꝫ & denſiſſimũ omniũ inteſtinoꝝ factũ eſt, coloriſq́ꝫ rubri puſillũ reſtitit, quod caloris calidiue nõ multũ remãſit. Carnis quoq́ꝫ ratio eadẽ eſt. Frigus frigidumue in unum conuenit & coiuit, carnemq́ꝫ

Cor et uenæ ſemper agitantur.
Qua ſimilitudine cõfirmet hoc uideto.
Frigus calorem nutrit.
Puerulus in utero quid faciat.
Qui hoc confirmet aſpicito.
Pulmo.
Iecur.
Qui hoc aſſeueret uideto.
Cur ſanguis coit.
Lien.
Rhenes.
Caro.

carnemq; fecit, glutinosum autem in foramina cauernasq; abiuit, in quibus tanq̃ in magnis uenis humidum degeret. calidum aũt corpore toto spargitur tantumq; frigidi inest, quantum humidum & liquidum cogat, quod calore calidoue tamen superatur dispergiturq;. Quod autem humidum calidũ sit, hæc est demonstratio. siquis corporis partem quamuis secet scindatue, sanguen calidum liquidumq; donec corpus calidum fuerit defluet, cum auté suo, quod inest, & eo, quod extra est & uenit, frigore frigidoue perfrigeratur & perflatur, corium membranamq; superducit & superinduit, quam siquis demat, quiesce req; aliquantisper sinat, statim alteram creari surgereq; uidebit, sicq; siquis crebro faciat, frigus frigidumue semper tuniculam superinducet. Propterea uero plura de hoc dixi, uti demonstrarem summam & extremam corporis parté præ spiritu & aere frigoreq; & uentis prorumpentibus & spirantibus, pelliculam necessario superinducere. Sic & articuli iuncturæue superadditi sunt. Cũ autem ossa constiterunt, quæ horum pinguia fuerant, statim perusta sunt, quémadmodum supra dictum fuit, quicquid autem horum glutinosum fuit peruri non potuit, sed inter perustum desiccatumq; remansit, neruiq; calore sputum mucusue factus est, mucus uero, quatenus glutinosissimũ, humidissimũ liqdissimũue fuit, qđ calefactũ cũ humidũ & liqdũ esset, crassius factũ est, de hocq; sputũ mucusue siue gumi redditũ est. Vngues aũt de glutinoso facti sunt, de ossibus em̃ & articulis semp qd humidissimũ & liqdissimũ stillat, qđ calore pcalefactũ, siccũ, glutinosumq; redditur, quod foris in ungues desinit. Dentes præterea ultimo loco gignuntur, quod de capitis ossibus maxillarumq; pinguis glutinosi quod inest, incremẽtum fit & augetur, caloreq; siccescit, peruritur, & absumitur, dentesq; redduntur duriores & dẽsiores q̃ cœtera ossa, quod in his nihil frigidi inest. Quibusdam tamen in matris locellis & uulua nutrimẽti copia primi dentes giguuntur, quibusdam uero postq̃ editi sunt, & lac sugunt. Cum autem hi decidunt, cibi potusq; copia decidunt, siquidem cum ad primi cibi annos deuenerunt, decidunt. Est autem quibus & prius decidant, si morboso nutrimento pullularunt, plurimis tamen, cum ad septem annos peruenerunt. Qui uero postea nascuntur & pullulant, consenescũt, nisi morbo aliquo corrumpantur & tabescant. Propterea uero post hos alii suboriuntur, qđ in maxillis solis ossium uentriculoq; inferiore quædam uenulæ sunt, quæ nutrimentum ossibus subministrant, ossa uero qualia sunt, tale reddunt incrementum & augmentum, cœteraq; cuncta qualia sunt, tale reddunt incrementum. Nam uenæ, quæ de uentre intestina petunt, quo cibus & potus congeruntur, cum hæc feruent, quod tenuissimum, humidissimum, & liquidissimum est, de uentre & intestinis attrahunt, quæq; in superiore uentriculo sunt, cibo potuq; calefacto & feruente. Cum uero hæc de superiore uentriculo ad inferiorem & intestina peruenerunt, commutantur stercusq; redduntur, cibus autem cum eo peruenit, dat & conseruat cuiq; eam figuram formamue, quam habuerat.

Humidum liquidũue caloris quid habet.

Tuniculam spiritus aerue et frigus semper superinducit.

Articuli iuncturæue.

Nerui quid reddant.

Vngues.

Dentes.

Dentati cur nascantur.

Maxillæ solæ ossium uenulas habent, uentriculusq;.

Stercus qui fiat.

Cibus et potus oia irrigant conseruãt et augent

Nam cibo potuq; singula perrigata crescunt & augentur calidum, frigidum, pingue, glutinosum, dulce, amarum, ossaq; & cætera cuncta, quæ in homine sunt, propter hoc dentes ultimi gignuntur. Dictum uero mihi & prius est, maxillas solas ossium, uenas habere, propter hoc nutrimenti plus q̃ cætera ossa trahunt, quæq; nutrimenti plus habent, fluorem multum etiam habent fluctionemue simul, nutrimentumq; & incrementum tale pariunt, qualia & ipsa sunt.

Puer qui sanus degit.

Puerq; eatenus sanus degit & adulescit, quatenus eius incrementum, & adulescentia comparet, dentiumq; maximi tunc nascuntur, cæteriq; cuncti cum deciderunt, renascũtur, quiq; multo nutrimento matris, in locellis nati fuerant.

Termini ætatũ.

Puer uero quisq; ad tertiam usq; septimanam annorum hebdomadaue crescit & adulescit, post hanc autem ad quartam usq; & quintam Iuuentus est, quarta uero septimana duo dentes plerisq; nascũtur, qui prudẽtiæ sophronisteresue dicuntur.

Capilli piliq; qui creentur.

Capilli uero sic gignuntur. Quicquid glutinosi habent ossa, quæ cerebrum circundant, unde hoc incrementum proficiscitur, quemadmodum & in neruis fit, cutem uersus penetrat, & hos frutificare facit, sed in eo glutinoso nihil pinguis inest, nam si inesset calore putreretur & consumeretur. Quis forsan mirabitur cum in alis, pectine, corporeq; toto, ubi glutinosi nihil potest esse, multi pili nascãtur, quo pacto uerum hoc esse possit. tamen omnino sciãt, ubi pili sunt, quid illic glutinosi esse, modoq; simili calore adiuncto pilos fruticare.

Auditus qui fiat

Præterea uero quisq; hoc modo audit. Cum uocis sonitus, resonantia, & strepitus capitis os durum, siccum saxoq; simile, quo aurium foramina tendunt, quod cauum, cauernosum fistulosumq; est, percutit, sua duritia resilit resonatq;. Pellicula tamen tenuis, telæq; araneorum similis, auditioni locoue audiendi os uersus prætenditur, quæ cuiuscunq; alius pelliculæ siccissima est. Multa quippe signa & argumenta dari possent, dura siccaq; resonare, quæ cũ maxime resonant, tunc maxime audimus. Quidã uero cum huius rei naturam scriberent, cerebrum esse, quod resonaret, dixerunt, quod nullo modo fieri potest, cerebrum enim humidum est, membranaq; tuniculaue humida crassaq; circunuoluitur, quam capitis ossa circũsæpiunt, nihil enim humidum, sed siccũ resonat, facultatemq; audiendi facit.

Odoratus causa quæ.

Cerebrum uero cum humidum sit, odorãdi facultatem præbet. odorem enim cum rerum siccarum spiritu & aere p gurgulionem qui & ipse siccus est, ad sese trahit, & ad cauas narium partes remittit, quem nulla caro, nullum os impedit, sed chartilago quædam tenera spongiosaq; percutitur. Cum narium caua sicca sunt, tunc maxime meliusq; rerũ siccarum odorem capiunt, nullum autem aquæ nisi putrescat, quoniam cerebro humidior est, nam aqua cæteraq; cuncta putrefacta crassescunt. cum uero nares humescunt, odorem nullum sentiunt, nullam enim spiritus aerisue partẽ tunc ad sese trahunt. Modo simili, cum cerebrum humoris plusculum traxit, in palatum, fauces, pulmonem, reliquumq; uentrem & corporis alueum reiectat, quod homines ipsi sentiunt, seseq; humorem de capite in has partes aiũt

ſentire,cum defluit,corporiſq; etiam cæteras partes fluctio illa deſtillatioue petit, calorq; inde fugatur. Quiſq; præterea uidet, quod de cerebri membrana duæ uenulæ in oculos per utriuſq; oculi os penetrãt,quæ humorem tenuiſſimum glutinoſiſſimumq; tanq̃ per colum in oculos mittunt, quem tranſlucidum & perſpicuum oculi ſpiritu flatuue aeris membranula quadam circũ ueſtiunt,queadmodum & de cæteris tuniculis membranulisue diximus. Plures præterea tuniculæ tranſlucidæ oculis prætenduntur, quæ illis neceſſariæ ſunt. Nam hoc tranſlucido & perſpicuo lumen ſplendet,cunctaq; limpida, clara,perſpicua ſplendent, uidereq; faciũt,quod uero clarum non eſt,nec ſplẽdet,oculi non uident. Quod autem album circa oculos eſt,caro eſt. Quæ uero pupilla aciesue oculi dicitur,nigra uidetur eſſe,quod in abdito eſt, tuniculæq; nigræ circunueſtiunt.tuniculas uero dicimus,quod tanq̃ pellicula ineſt, uiſu tamen ipſo nigra non eſt,ſed alba,tranſlucidaq; & perſpicua. Humor autem oculi glutinoſus eſt.nam ſæpe uidimus oculo diffracto humorem glutinoſum defluxiſſe,dumq; calidus eſſet,liquidum & humidum, cũ uero refrixiſſet, aruiſſe, tanq̃q; thus tranſluxiſſe tam hominũ q̃ brutorum. Oculum autem incurſantia cuncta,uentos prorumpentes,clara cuncta ſiue in ſeſe ipſo ſint, ſiue aliunde alioue immittãtur,trahere,reiicere,uidere propterea ſcimus quod corporis unius eſt & coloris,quemadmodum os uultusue,lingua,uẽtriculus,aluus quæ humida eſt. Loquitur etiam quiſq; ſpiritu flatuue, quem corpus omne ad ſeſe trahit, plurimamq; partem ad eius caua, quod foris uanum ſonitum facit,caput enim reboat & ſuperintonat, lingua uero componit,fingit & articulat,quod faucibus inhærens,ſæpiens, palatumq; percutiens & dentes clarã reddit uocem,& uerba.nam lingua niſi hoc faceret,nunq̃ quis clare loqueretur,ſed omnia ſuapte natura,uoce una & loquela ſimili eſſent,mutiq; qui naſcuntur teſtimonio huic rei ſunt, qui loqui neſciunt,& non poſſunt,ſed unam ſolam ſimilemq; uocem emittunt. Nec,ſiquis ſpiritum emittens loqui conaretur,poſſet,quod homines qui clara & alta uoce loqui uolunt, demonſtrant. ſpiritum enim flatumue foris trahũt foraſq; trudunt, claraq;, magna & alta uoce loquũtur tanq̃ ſpiritus ipſe reſonet,deinde uox ſenſim decreſcit marceſcitue. Similiq; modo cantores citharœdiue cum illis opus eſt clarius & altius canere,ſpiritum intro ſummopere trahunt & colligunt, plurimũq; pronuntiationem intendunt,ſicq; clara, magna, & alta uoce ſonant canuntue tanq̃ ſpiritus ipſe recinat reſonetue, cum uero ſpiritus defecit, ceſſant. Quin ex his clarũ eſt ſpiritum eſſe qui loquatur & reſonet. Quandoq; enim eos uidi,qui ſe penitus iugulaſſent, gurgulionem gutturue totum ſecaſſent,qui etſi uiuerent,nihil tamen loquebantur,niſi quis gurgulionem obturaſſet,ſicq; loquebantur. Clarum autẽ & hoc eſt, quod gurgulione guttureue ſecato ſpiritus foris ad caua loca trahi non poteſt, quinimmo foras exilit illo ſecato.de uoce quidem pariq; modo & de locutione ſic habet. Hominis uero ſpatiũ temporis in matris

Viſus qui fiat

Viſus quæ cã ſit.

Pupula qualis.

Oculi humor qualis.

Locutio uoxq; qui paretur.

Muti hoc cõfirmant.

Cãtorũ exemplã uitruuius hinc ſumpſit

Spiritus locutionem et uocem præbet.

Cõceptus in utero quotus.

uulua & locellis conformandi septem dierum est. cum primum enim genitale semen in uuluas locellosue deuenit, septem diebus habet, quod corpus habere debet. Quis fortasse miretur, qui hoc sciam. De scortis multa hoc modo uidi didiciq;. nam quædam publicæ meretrices, cum uiri sese inierũt, sæpe scire student, quando concœperunt, quod cum resciuerunt, perdunt, quod cum fecerunt, caro quædam inde salit, quam in aquam si mittas, illicq; contempleris, membra cuncta habere deprehendas, oculorumq; loca, nasus, aures, manus & earum digiti, pudenda, genua, poplites, crura, pedes & eorum digiti, corpusq; totum clare perspicitur. Peritis etiam harum rerum fœminis liquido clarum fit cum concœperint. nam confestim horrent, calefiunt, dentes infrendunt, omnesq; articulos conuelluntur, corpusq; totum & uuluam tremor & torpor inuadit. quod illis cadit quæ puræ, biliosæ & nõ humidæ sunt, si quæ uero crassæ, mucosæ, stupidæ sunt, plurimæ hoc non sentiunt nec patiuntur. hæ quidem hoc mihi demonstrarunt. multa præterea me usus docuit per meq; didici. Clarum & ex hoc est, quod hominis in utero conformandi tempus, septem dies sunt. siquis septem dies nihil comedat, nec potet, plurimi quidem his diebus moriuntur, nonnulli tamen ulterius procedunt, nihilo tamen minus pereunt, nonnulli etiam uti supersint & uiuant, uescendo potandoq; conantur, sed uentriculus amplius non admittit, his enim diebus clauditur & cohæret, quare & hi moriuntur. Est etiam & ex hac re hoc coniectare, puerulus fœtusue septimo mense in lucem si edatur, uiuit, habetq; rationem & numerum uere & exacte ad septimanas respondentem, mense autem octauo nullus unquam uixit, sed nono decimoq; mense si nascatur, & uiuit, & uerum numerum ad septimanas respondentem habet. quatuor enim septimanarum decuriæ, dies septuaginta & ducenti sunt, sed ad septimanarum decuriam dies septuaginta desunt. Septimanus præterea partus tres septimanarum decurias habet, tres autem septimanarum decuriæ, decem & ducẽti dies sunt. Morbi quinetiam grauissimi sic hominibus fiunt, quibus enim diebus morbi decernũt languẽtes, iisdẽ uel pereũt, uel sanescunt, tertianæ uero diebus undecim, una & dimidia septimana, quartanæ septimanis undecim, quintanæ duodeuiginti diebus septimanis duabus & dimidia. cœteri nero morbi non adeo prænoscuntur, uti quoto tẽpore languentes sanescant, prædicatur. Sic etiam habent & capitis magna uulnera, cœteriq; corporis quartana quartoue die inflammari incipiunt, septimana uero duouedeuiginti quatuor & decem diebus inflammatio cessat. Si uero quis diligenter curetur temporeq; hoc magnorum capitis uulnerum inflammatio nõ cesset, homines hi moriuntur. Quinetiam forte quis non peritus & hoc miretur puerulos septimo mẽse nasci, quod ego sæpius uidi. quod si forte quis neget, obstetrices, quæ parientibus adsunt interroget, hocq; uerum esse sciet. Est autem & aliud argumentum. Pueri dentes anno septimo uel peracto complent, sunt autem ratione & numero septimanarum decuriæ, sexaginta & trecentæ.

Scorta quæ docuerunt.

Cõcœptus signũ.

Quota inedia.

Septimestris partus.

Prænotio morborum.

Capitis uulnera.

Dentes pueris quando renascũtur.

centæ. Naturæ uero necessitatem, quod horum singula in septem digeruntur, alias dicam.

HIPPOCRATIS DE MARISCIS HAEMORRHOIDIBVSVE LIBER SERMOVE QVARTVS ET SEXAGESIMVS.

Mariscarum hæmorrhoidumue morbus sic quidem gignitur. cum bilis pituitaue sedis uenas petit, sanguis uero qui in uenulis illis inest, calefit, uenulasq; calefacit, quæ calefactæ sanguinem de proximis uenis trahunt & complentur, quæ plenæ sedis interiora tumefaciunt, capitaq; uenularũ circum subextuberant, cumq; oletulo prodeunte franguntur sanguinemq; illic congregatum ui eiiciunt, potissimũ uero cum oleto, quandoq; & sine eo. Quas quidem sic curato. primum quidẽ ubi sint uideto, deinde sedem secato, abscindito, maturefacito, putrefacito, suito, colligato, sed hæc grauissima uidentur esse, nihil tamen lædes. Quod cũ facere uelis, septem octoue ferramenta præparato longa, palmo crassa sicuti crassum specillum, quæ summa parte reflexa sint & lata, quemadmodum est paruus radius obolusue, medicamentoq; præpurgato, hominemq; resupinato, subterq; puluillum dato, lumbiq; maxime promineant, digitisq; sedem quam maxime educito, candentiaque ferramenta admoueto, quoadq; siccaueris, perurito, nullamq; non ustam relinquito. Quas quidem facile deprehendas, sedis enim interiora circundant, liuidæq; sicuti uuæ acini tument, cum sedeq; eductæ sanguinem eiaculantur, quas, cum earum capita perures, digitis continebis ne dimoueantur. Sint qui caput & manus eius contineant, ne dimoueatur, qui uero peruretur clamet, sic enim sedes magis extuberabit. Cum autem perusseris, lentem eruumq; aqua decoctum tenuiter terito, super linteumq; dato, quinq; sexue dies superponito, septimo autem spongiam mollem q̃ tenuissime scĩdito latã quoquo uersus digitos sex, linteũq; tenuissimũ, læue, purũ, melle tinctum superponito, qđ spõgiæ magnitudinẽ nõ excedat, sinistræq; manus indice subterdato mediam spongiã teneto, lanamq; superponito, melius uti in sede permaneat, uittamq; tæniamue in ilibus religatam de posteriore parte subter coxas trahito, subterq; umbilicum religato. deinde medicamẽtum, quod dixeram, non minus quam uiginti dies superlinito, carnem uti densam ualidamq; reddat, semelq; die polentam uel milium, uel furfurum lauamẽtum sorbeto, & aquam potato, cum uero de sella surrexerit, aqua calida subterluito, tertio quoq; die lauato. Mariscas etiã & hoc modo curare poteris. quã maxime sedem educito, calida foueto, deinde summam mariscarum partem

Causa mariscarum.

Curatio quæ.

Parcus uictus his prodest.

Curatio alia.

aperito secatoue, superq; hoc medicamentum ponito, combustum æris florem pertritum cum lotio in æneo uase subactum, sole tostum, tenuiter tritum, linamenta spleniaue tincta oleo superdato, spongiam superligato. Tertio hoc etiam modo mariscas curabis. cum sanguinolento tumori digitorum articulo simili condylosiue sanguinolentæ, sicuti carica morumue, adnascitur, multũ hic tumor condylosisue foras exit. quod cum fuerit, hominem super utraq; genua reclinato & collocato, hancq; rem oculis captato & considerato, tumorẽ enim inter nates deprehendes secundum sedem sanguinem emittentem, qui si digito cedat, tumorem hunc condylomaue pressato & auferto. quod facilius facies q̃ cum ouem excoriando digitum inter corium & carnem mittis. quod loquendo latenter facies. Cum uero tumorem hunc condylomaue sustuleris, sanguis necessario defluet, quẽ aspero uino, quo galla maduerit, perluito sanguinemq; & tumorem condylomaue simul sistes, quod quanto uetustius, tanto facilior erit medela. Si uero hæc res condylosisue altius sederit introue cesserit, specillo captato, neue specillum cum immites te decipiat caueto. nam cum demittitur, tumorem condylosinue complanat & pressat, quod si sæpius demittatur & reducatur, rem patefacit, quod cum fuerit, digito ueratri nigri puluerem immittito, tertio deinde die uino aspero perluito. Si uero postq̃ tumorem hunc condylosinue sustuleris, sanguis non deflueret, ne mireris. nam si manus uel crura in articulis ipsis & iuncturis seces, sanguen non defluet, si uero paulo supra uel infra cauas uenas sanguine scaturientes inuenies, quas non facile comprimes. sic & mariscam hæmorrhoidaue sedis, si supra uel infra tumorem condylosinue seces, aperiasue, sanguen defluet, si nero tumorẽ ipsũm, non defluet. Siquidem hoc pacto sistetur, bene habebit, si minus, urito, ne tamen ferramento candenti tumorem pertingas caueto, sed proxime dato, siccato, floremq; æris ex lotio superponito. Quarto uero modo mariscas si cures, combustoria causteriaue, sicuti fistulam medicamentariam calamisconue pharmaciten conficito, ferramentumq; candens in eam demittendum coaptato. deinde fistulam auliscõue in sedem dato, per eamq; candens ferramentũ demittito crebroq; remoueto, melius uti ferat, neue præ calore ulceret, sanæq; uenulæ siccescant. Si uero nec urere nec secare uelis, multa calida prius foueto, sedemq; mollefactam educito, deinde murrham pertritã gallam combusti aluminis Aegyptii partẽ unam & dimidiam ad alia terræq; nigræ meláteriesue alterum tantum misceto siccisq; his utitor. Marisca uero hæmorrhoisue medicamentis his quemadmodum corium ustulatum contrahitur, donec autem omnes discutias, hæc facito, dimidiumq; ad hæc lapidis æris chalcitidosue combustæ eadem faciet. Si uero glandulis suppositiis balanisue curare uelis, sic eas conficito. sepiæ os comburito, plumbaginis molibdænesue tertiã eius partem misceto, bitumen, alumen, floris æris paulum, gallam, æris eruginis paulum melle decocto, hæc subigito, glandulamq; oblongam balanõue conficito, donecq;

Splenia.
Tertia mariscarum curatio.
Condylosis.
Cndyloma.
Cur sanguis quãdoq; de his sectis non defluat.
Condylosis.
Curatio quarta.
Calamiscos pharmacites.
Auliscos.
Medela lenior.
Glandula balanosue.

tō,doneecꝗ euanefcant fubter dato.multa deinde calida, qua quid odoratum decoctum fit,foueto,ficuti eft tamarice myriceue,quidue fimile. poftea cum fedem foueris,maximeꝗ eduxeris,lithargyro cōbufto,galla,oleo, anferis pingui,uino albo,commiftis perlinito. *Myrice.*

HIPPOCRATIS DE CORPORVM SECATIONE ET INCISIONE SEV ANATOME LIBER SFRMOVE QVINTVS ET SEXAGESIMVS MVTILATVS

P Arte faucium ab utraꝗ arteria gurgulioꝗ & guttur pullulat & glifcit,in fummamꝗ pulmonis partem finē facit, circulifꝗ quibufdam inter fefe connexis fimilibusꝗ conftat. Pulmo autem ipfe conuerfus & uergens in finiftram partē, teftudinem chelynue complet facitꝗ fubtumulosꝗ fub / uerticesue feu hypocoryphofias quinꝗ habet, quas fibras lobosue dicunt,colorisꝗ fere cineritii eft,plurimumꝗ cōpactus compunctusꝗ fuapteꝗ natura pertufus perforatusue,Corꝗ in eius medio locatur & fitum eft,quod in homine rotundius eft ꝗ̄ in cæteris animalibus.Corde autem ab ipfo plurimus meatus chartilagineus & fibrofus iecur petit, cūꝗ hoc uena quæ magna dicitur,per quam alueus totus fuftentatur & nutritur.Confine uero & uicinum fimileꝗ fere cæteris cunctis eft iecur,quod cæteris fanguinolentius eft duosꝗ fubtumulos fubuerticesue habet, quas portas fibrasue feu pylas uocitant,quæ qdē dextra locanť, uenaꝗ de hoc cuneata fcalenaue rhenes petit.Qui rhenes inter fefe confines,coniuncti fimilesꝗ funt,coloreꝗ ouillis fimiles,tubuli uero canaliculiue de his cuneati,ueficæ fummum uerticem petunt.Quæ uefica tota neruofa,magna uentriofaꝗ eft,medioꝗ loco intus hæret,fexꝗ ferme conceptaculis intus per medium redimitur & ornatur.Palatum autem & gurgulio gutturue & gula principium de lingua fumit, & in uentriculum finit,quem in marcido digeftorioꝗ uentriculo gulam osue anguftum feu ftomachum dicunt.Spinam autem uerfus poft iecur, præcordia fita funt.Cofta autem ex finiftra nothaue lien incipit,qui pedis humani ueftigio fimilis eft.Cœlia uero fuperiorue uentriculus finiftra iecori adiacet, qui neruofus totus eft.Cœliæꝗ huic uentriculoue quoddam inteftinum cohæret, quod nonnulli colon uocitarunt,paruum,cæteris fimile,longitudine circiter duodecim cubitorum,finibus multis conuolutum,per quod cibus tranfmittitur.Colo uero huic podex carnofus annectitur,qui quidē ultimus eft,& in ultimam fedem dactylionue definit,cætera uero natura ipfa digeffit. Nec plura

Arteria et gurgulio. *Pulmo.* *Chelys.* *Cor.* *Vena magna.* *Iecur.* *Rhenes.* *Vefica.* *Gugurlio.* *Stomachus.* *Præcordia.* *Lien.* *Cœlia uentriculusue fuperior.* *Colon podex fedes.*

his probè lector inueni. Quæ uero de corde sequuntur, separata fuerant, quæ omnia cum iis, quæ de carnibus membrorum ue creatione dicuntur, mihi ponenda uiderentur.

HIPPOCRATIS DE CORDE LIBER SERMO VE SEXTVS ET SEXAGESIMVS

Cor quale.

Cordis tunicula.

Pulmo cor humectat.

C

Or autem figura metæ cono ue siue pyramidi simile est, colore autem admodum rubro purpureo ue siue phœniceo, tuniculaq; tenui & læuigata circundatur, madenti tantum lotio, uti cor sese in uesicæ lotio uolutasse putares, qd hac de causa factum est, uti ualde cum custodia uigescat. Humectum uero est, siue humorem quantum satis est habet, quod calefacto remedium est, quodq; cum de pulmone sumpsit, potauit, sorpsit, consumpsit, sicuti lotium emittit. Nam cum quis potat, in uentriculum stomachum ue demittit, qui lagunculæ similis est, tantumq; capit quantum appetimus, sæpe tamen cum quis auide potat, in fauces & arteriam decurrit, quod molestat tussiculamq; mouet, poculum enim si plus est q̃ qd̃ transmitti possit, arteriæ operculum epiglosisue reiectat. Hocq; argumento sit, siquis cœruleum minium ue cum aqua misceat, sitientiq; ualde propinet porculo præsertim, minime enim hoc animal cautum est & mundum, quem siquis statim iugulet, fauces eo pigmento poculoq; coloratas & infectas reperiet, quare hæc manuum actio chirurgiaue nõ omnium est, de potu ergo nobis credendum est. Quamobrem siquis hominis fistulam gurgulionem ue probe procuret, aquam porrigat, quæ si nimia sit, turbat, uexat, tussiculamq; commouet, quæ respirationi occurrit. nam quod cum impetu influit, spiritus illi non occurrit præsertim si secundum repagula spondulas, & parietes influat, sed occursus ille læuigatam illi uiam præbet, quem humorem cor de pulmone cum spiritu & aere deducit & attrahit, quem necessario medelã esse oportet, retroq; qua duxit agere. humoris uero huius partem in suum culeum sinum ue reiectat & respuit, partem uero cum spiritu ipso foras trudit, hacq; uia modo ue cœlum dissecat, diuidit, scindit, cum spiritus recursat. Merito autem, rite, & iuste recursat, nam hæc hominem nõ nutriunt, quo nam pacto uentus & aqua, cruda cum sint & non mitia demulsa ue & mitefacta, hominem nutriant & sustentent? sed potius moderamen est insiti cognatiq; affectus & passionis. Sed uti ad rem de qua sermo fuerat, redeamus. Cor torulus & musculus est admodũ ualidus non neruo, sed carnis pileo & integumento, duosq; sinus & uentriculos utrinq; diuisos habet circuitu & uallo uno, qui sinus nihil inter

Stomachi effigies.

Epiglosis.

Porculi exẽplũ.

Cor quid.

Duo cordis sinus.

inter sese similes sunt. Quorum unus in parte dextera os uersus positus est, q cum uena una cõicat, cor em̃ totũ in sese redigitur, hisq; sedẽ facit & præbet, quin & hic latior est ac mollior multo q̃ alter, nec in ultimã usq; cordis partẽ penetrat, sed mucro postremus, solidus & integer relinquit tanq̃ foris adsutus & additus. Sinus uero alter supne recta & cõtra sinistrã mammã situs est, quo loco sese saliẽdo pulsando ue demõstrat. circuitũ aũt & uallũ crassum habet, sed intus tãq̃ scrobicula fossicula ue abrodit & excauat, cuius forma pilo mortario ue similis est. Quin & pcliue & facile pulmonẽ intrat, cuius circũiectus caloris intẽperãtiã moderat & cõpescit, pulmo nãq; suapte natura frigidus est, qn etiã & respiratione refrigerat. Sinus em̃ hi utriq; intus dẽsi hispidi ue sunt tãq̃ subrosi & subexcauati, sinisterq; magis q̃ dexter, calor em̃ in dextero naturaliter nõ est. quare mirũ est sinistrũ cũ intẽperãtiã spiret, asperiorẽ & densiorem esse, dẽsitasq; hæc apposita & astructa est caloris roborisq; custodiæ causa. Qui sinus nõ patẽt, nisi qs aures & caput cordis pcidat, q̃ si pcidãtur, patẽt, geminaq; in singulis sinibus ora sunt, crassaq; uena de uno decurrit, q̃ si secet, speciẽ uisum ue fallit. Sinus hi fontes & fluuii hoĩs naturæ profecto sunt, hinc nãq; uenæ p corpus totũ cursitãt, qbus pectoris & corporis alueus perrigatur, quæq; homini uitã pbẽt, q̃q; si nõ currãt & recurrãt, perimũt. Secũdũ aũt uenarũ scaturiginẽ corpa q̃dã mollia tenera ue, cauernosa fistulosa ue sinus obnubũt & obeũt, quæ cordis aures nũcupãtur, q̃ ptusæ pforatæ ue nõ sunt, nã hæ nõ audiũt, sed q̃dã instrumẽta sũt, qbus natura spiritũ aerẽ ue rapit. Quod figmẽtũ optimi artificis esse cẽseo, q cũ uidisset hoc uiscus & intestinũ solidũ factitia pfusione futurũ, totũq; attractoriũ fore, spiracula illi apposuit, sicuti fabri argẽtarii catillis folles admouẽt, qbus manu agitatis spiritũ his iniiciãt. quod cordis agitatio assidua cõfirmat, testimoniũq; & argumẽtũ his meis uerbis pbet, nã cor semp agitari uideas & sẽtias, suapteq; natura cordis aures modo turgẽt, modo relaxãtur. Propterea dico & sentio uenulas in cordis sinũ sinistrũ, spiritũ mittere, magnã aũt arteriã in dexterũ, nã quod molle tenerũ ue est, magis attrahit relaxatq;, quare nobis magis opus fuit utilius ue supiacentia cordis repagula refrigerari, nã calor in dextris nõ est. quãobrẽ nõ facile pter insitũ affectũ passionẽ ue hæc instrumẽta suscipiũt, ne ab iis q̃ penetrãt & intrãt, penitus superẽtur. Cordis aũt sermo q restat remanet ue, mẽbranæ tunicæ ue nõ apparẽtes sunt, opus & negotiũ maxime amãdũ, necessariũ, & utile. Nã q̃dã aliæ mẽbranæ & tuniculæ in cordis uẽtriculis & sinibus sunt similes araneis, quæ prætenduntur & cingunt undiq; cordis ora solidam cordis partem petentes & permeantes, quæ mihi uidẽtur tenores & robur uisceris huius esse, uasculorumq; eius & instrumentorum, principiumq; magnis uenis & ahortis præbere. Quarũ par unũ foribus tanq̃ tormentũ & machinamẽtũ quoddã apponitur, tresq; mẽbranæ summo tenus, uti dimidia circuli pars, his adhærent, quas attẽte siqs pspiciat, mirabit queadmodũ ora magnarum uenarum ahortarum ue

Pulmo cordis calorẽ moderatur.

Cordis sinus quales.

Fons hominis uitæ.

Cordis aures.

Creatoris optimi summum opifitium cor est.

Venæ sinum sinistrum perflant. Arteria magna dextrum.

Cordis reliqua.

Vena ahorta.

Cor nihil afficitur.

finemq; & transitũ claudãt, corq; mortui siquis gnarus perspiciat, ueteré ornatum & sitũ demat & reclinet, hæc deprehédet. Præterea humor aquaue, flatus tumorq; in cor nõ penetrat, quod sinistræ partis magis est, nã illic rite, uerius, firmiusq; hæc natura molita est. Mens nãq; sensus, & ingeniũ hominis in sinistro cordis sinu uẽtriculo ue positus est, cæteræq; animæ hic imperat. cibis autem & potu qui de uẽtriculo ueniãt, nõ alitur, sed puro colidoque fotu q sanguinis defecatione ueniat, cœterisq; nutrimẽtũ præbet subministrat ue, quod de iis quæ proxime sanguiné tangũt, sumpsit splẽdoré & radios iniiciés, distribuensq; ceu de uẽtre intestinoꝝ nutrimentũ, hocq; naturaliter, nequa ue mora cibis illic fiat, ne ue in arteriã deerrét, iter illud clausit. Nã magna arteria uentré & intestina pascit, ciboq; & uictu nõ primario & principali farcit. Quod uero sanguine q uidetur, magna arteria nõ alatur, ex hoc patet. si cõpacto, cõgelato mortuo ue animãte animali ue sinister cordis uẽtriculus aperiatur, sine sanguine reperietur, nihilq; in eo præter saniei flauæq; bilis aliquãtulũ, mẽbranæq; iam dictæ cõparebũt. Parua auté arteria, cordisq; dexter sinus sine sanguine penitus nõ sunt. meo quidé iudicio uas hoc intestinũ ue seu instrumentum mẽbranis originé præbet. Præterea quod de dextro fertur cũ mẽbranarũ cõcursu & hoc quidé cõiũgitur, sed ꝓpter imbecillitaté non ualde penetrat, sed in pulmonis sanguiné aperitur, uti his alimentũ præbeat & subministret, clauditurq; in cor, sed non penitus & tam cito, uti spiritus aer ue penetret non ualde multus, calor eñ hoc loco, frigoris opera superatus, ualidus nõ est. Sanguis eñ suapte natura calidus nõ est, nã aliud nihil est q̃ aqua, sed calefit, calidus tamen suapte natura plerisq; esse uidetur. hæc autem de corde dicta sint.

Mens cæteræ animæ imperat.

Arteria magna gurgulio ue et guttur intestina pascit.

Arteria parua.

Sanguis calidus naturaliter non est.

HIPPOCRATIS DE MEDICI VVLNERARII MVNERE CATIATRION VE LIBER SERMO VE SEPTIMVS ET SEXAGESIMVS

Quæ mediens uulnerarius præstet.

q

Væ per exordia medicus uulnerarius pspicere debet, hæc sunt. Primo similia dissimilia ue ne sint cũ cæteris & inter sese, q̃ p exordia tractaturus est, maxima ne, facillima, penitusq; cognita sint, cognosci, pspici, curari ue possint, q̃ uidere, tãgere, & audire licet, q̃q; uisu, tactu, auditu auditione ue, naso, lingua, mẽte, sentire & cognoscere est. q̃ cũ cognita & præuisa penitus sunt, semp sibi & omnibus patebunt. Quæ auté ad uulnerũ manus tractationé chirurgiam ue, medicũq; uulnerariũ pertinent, necessaria ue sunt, hæc sunt. Languens, agens, ministri, instrumenta, lumen, quo loco, quomodo, quæ, quibus, quemadmodũ, quo loco, corpus, cõ-

moda,

moda,necessaria,tépus,modus,locus,agens sedés uel stās modice ad sese, ad id quod manu tractatur,ad lucē. Lucis aūt duæ species sunt,cōmunis,artificia lis quæ in nobis est. Quarum utriusq; duo sunt usus uel ad lucem,uel sub lucē. Sub lucē autē exiguus est usus perspicuaq; mediocritas. Sed ad lucē ex ea quæ adest luceq; confert quod manu tractatur ad splendorē,perspicuitatē,lucēq; conuertere,præterea quæ uel latere oportet,uel uidere turpe est, pacto quidē hoc,quod manu tractatur,luci contrariū sit & opponatur. qui uero manu tra/ ctat manu tractato contrarius sit & opponatur, dū ne lucē auferat & obscuret, sic enim agens uidebit,quodq; manu tractatur nō uidebitur. Siquidē manu tra ctās sedeat,manu tractati pedes parū īter sese distātes cōtra sua genua statuat, paulū uero supra inguina eius genua,cubitos autem & brachia supra humeros paulo situ,positione,& appositione. Quo aūt ad stragula,uestiméta, lintea,fa scias,bene,rite,discrete,commode,æque, similiter sternātur,uoluātur,ligētur cubitis,humeris. Quod uero manu tractatur uel ante,uel post,uel prope, lon/ geue uel supra,uel infra,uel hinc,uel hinc,uel mediū tractatur. Si uero ante & prope uel protinus & longe,cubitus & brachiū eius terminus & confiniū esto. Si ante genua,quæ ne permutato,præterito præuaricato ue. Si retro, ad latera costas ue. Si supra,ne mammis altius summas manus statuito & habeto. Si sub/ ter & infra,ne pectus infra ad genua habeto. Si mediū,summas manus brachia uersus obliquato. Si hinc uel inde,ne extra sedē suā locū ue pro uolutationis & uersationis rata portione corpus partēq; eā corporis quæ in opere est & tra ctatur,promoueto,stāsq; stantē & incedētē perspicito nū satis & æque pedi/ bus utrisq; incedat stet ue. Sin autem altero superincedentem læsum ue, cu / res,hoc agito seruatoque ne manum parte læsa moueat agitet ue ne genua al/ tius ad inguina tollat,cūctaq; sede sua uti persistāt,confiniaq; cætera seruato. Manu uero tractatus uel stās,uel sedēs,uel iacēs uel q̄ facillime poterit,corpo re parte ue corporis manu tractāti subseruito & subministrato & obtēperato. Qui uero manu tractat,formā figurā ue conseruato,subsolutionē, dilapsionē, substationē,contritionē contrariā caueto. Quiq; manu tractatur,formā figurā ue & speciē manu tractati ꝓbitione,tractatione,habitu,situ præsenti & futuro ꝓuideto uti conseruet. Præterea ne ungues,digitorum uertices partes ue sum/ mas superēt superētur ue,curato,plurimūq; summis partibus pollicis & indi/ cis utitor,qn̄q; manu tota plana,demissa,leni placida ue & subuersa,cōtrariaq; digitorum agilitate pollicis cū medio uel indice. Quibus aūt distorti læsi ue sunt uel cū nascerētur,uel cū male nutricarētur,uel alia re,ii hāc rē ne faciūto exercēto ue. Pollicē cūctis præstare clarū est. Cuncta,una uel utrisq; manibus peragito,similes enim inter sese sunt utræq;. Qua nā optime,rite,honeste,cō/ mode,celeriter,sine labore dolore ue utaris,tu tecū putato & cōsiderato, Quæ nā instrumēta,qualia,quādo,quomodo parētur, dicetur,ne tamen impedimē tū sint retardēt ue cū opus sit,parata habeto,ne aliunde petātur. Qui uero cor/

Lux duplex.

Quæ chirurgo prospicienda.

Quæ sint manu tractati.

Chirurgi opera.

Digiti et ungues chirurgi quales esse debeant.

Instrumenta parata sint et ministri.

pus tractaturus est,min istrum habeto,qui cũ iusseris,faciat paratus ue sit. Qui uero languentẽq; circũstabunt,partẽ affectã & læsam tractaturo maxime accõmodẽt,cætera corporis ne dimoueãtur,contineãt,taceãt, sed illi qui præest, auscultent. Præligationis autem superligationisq; duæ species sunt. Vna quæ coarctat & impedit, quæq; operatur & ad rẽ facit. Quæ operatur, cito, sine labore,dolore,cõmode,abũde perficit,cito autẽ,cũ rem statim expedit,sine labore & dolore,cũ facile peragit,copiose autẽ abũde ue, cũ ad cuncta præsto est,cõmode uero,suauiter,placide,iucunde,pulcre uisu. Quibus autẽ exercitationibus hæc parẽtur,dictũ est. Quæ coarctat,operatur,optime,pulcre honeste ue facito,pulchre quidẽ & honeste,simpliciter,molliter,& leniter,optime uero & rite,bene discernẽs,separãs similia paria ue,silr,pariter, uel dissimilia, nõ paria dissimiliter,nõ pariter. Species pterea colligationis & supligationis sunt hæ,simplex,circũducta bene rotũda ue seu eucyclon similis rastro & tegumẽto sceparnõ ue sima simõ ue,oculus ophthalmus ue,quadrata nõ æque recte ue siue rhombos,q & semirecisus hemitomos ue dicitur. Quare speciem speciei passioniq; colligãdi supligãdi ue accõmodato. Duæ qdẽ species colligationis optimæ sunt,causa qdẽ roboris,uiriũ,& firmitatis,una quæ uel cõpressione uel copia linteoꝝ fasciarũq; constet,cũ sola colligatio p sese curat, quæ curatis & ministris subseruit,altera. Cũq; maximũ & potissimũ sit colligatio,quædã lex & modus his adhibeatur. nã colligamus comprimimusq; ne colligata & subiacẽtia dilabãtur & rebellẽt,non uti cohæreat & configat, sed uti commodetur & coaptet, qd colligamus,non uti cogatur. Minus uero media colligẽtur,minime aũt extrema. Colligamẽtũ uinculũ ue seu hamna, suturãq; rhãma ue non infra,sed supra distribuito exhibitione,diuisione,respectu, habitu,continẽtia,colligatione,compssione. Principia uero capita ue fasciarum sup uulnus ne ponito sed hinc uel hinc. Colligamẽtũ aũt & uinculũ loco trito frequẽter ue agitato,ne ponito, ne uacuo & otioso hæreat. Sutura uero rhamma ue mollis nec magna sit. Quæ loca colligãda sint,ligamentũq; uinculũ ue contineãt,facile pspicitur & cognoscitur. Nã decliuia & acuta uinculũ omne fugiũt,quẽadmodũ est sũma capitis pars,tibiæq; inferior. Cũ dextera colligas,uinculũ sinistra tẽdat,cũ sinistra,dextera pter caput,qd recta & unico modo colligatur. Quæ uero contraria inter sese sunt,duobus pncipiis capitibus ue colligato,quoꝝ unũ de simili ad simile & pmanẽs ducito,quẽadmodũ & capitis mediũ,& siqd tale colliges. Quæ uero crebro mouent & agitantur,quẽadmodũ sũt articuli iũcturæ ue,quo loco conflectũtur, q̃; minima & statissima uincula circũducito,quẽadmodũ est poples. Quo uero circũtẽduntur simplicia & lata, sicuti est patella mola ue super genu, præterea lubricis, mollibus tenellis ue corporis partibus & multum agitatis uincula superiacito uti circunstantia comprehendas, uinculumque totum confirmes & resumas, quemadmodum est genu superior & inferior pars. Capita

Qui cuncta tractes.

Vinculorum ligationum ue species.

Modi ligandi et suendi.

Quæ loca facile ligentur.

Capita uolutæ uolutatiōis ue ſeu tegumēti ſolida, æq̄lia, ſincera, diſcreta ſunto. Quæ uero ꝓbe caſura ſūt, citius decidūt q̄ȝ q̄ cōtra, q̄re ꝑdicta ne ꝑmito q̄dē, ne citius q̄ȝ opus ē, decidāt. Quoꝝ āt ſupligatio uel ſubligatio tenet̄ & hæret uł utraq́ȝ, cāq́ȝ ē ne coaleſcat, ſiq̄dē ſubligatio, q̄ d̄fecerūt cōpeſcito, q̄ ſparſa ſūt cōtrahito, cōtracta diſꝑgito, tortuoſa dirigito, uel cōtra. Præpatio uero hæc eſto. molles faſciæ lītea ue tenues, puræ, leues, latæ, ſine ſuturis & exceſſu ꝓminētia ue ſanæ melius uti cōtineāt, ſiccæ ne ſunto ſed eo humore madeſcāt quo ſingula coaleſcūt, uti cōtingāt q̄dē, minime uero cōprimant, curato. Prīcipiū de pte ſana facito, & ultra uulnus finito, uti quod ſubeſt, exſugat̄ nec aliud ſupcoeat ſupcolligat̄ ue. Si recta erūt, recte ſupligato, ſi tortuoſa & obliqua, tortuoſe & oblique ne moleſtet curato, ne ue ꝑmāt, alienēt & recrudeſcere faciāt, uti cū coaleſcēt ſuū locū, ſitū, figurā & formā retineāt, quēadmodum ſūt muſculi, uenæ, nerui, oſſa, quæ ſua naturali figura, forma, loco, ſitu, habitu, mō nō laborioſo moleſto ue colligato, reſumito, locato, q̄ uero rebellāt & recrudeſcūt, cōtra. Quæ dilatātur ſpargunt̄ ue cōtrahito, cæteraq́ȝ ſił'ia ſiłr tractato. Quæ multū relaxātur, cōprimito, ꝑmo q̄dē paulū, poſtea magis. terminus & ſignū eſto, cū maxīe ſtrīgūt, ꝑmūt, tangunt. Quæ nimis cōpreſſa cōſtricta cōtracta ue ſūt, relaxato ſi cū inflāmatiōe ſūt, ſi nō inflāmata ſint, nō. Præparatio uero curatioq́ȝ eadē eſto cōtraria colligatiōe & ſuperligatiōe, q̄ recta debēt eē, ſi tortuoſa ſūt, dirigito, & contra, cæteraq́ȝ ſiłr agito. Quæ loco ſuo diſceſſerūt, rebellauerūt, colligatiōe, ſupligatiōe, cōglutinatiōe, reſūptiōe reducito, cōtraria uero, cōtra. Quæ fracta ſūt, linamētoꝝ, puluinoꝝ lienis forma ſplenion ue, lōgitudīe, latitudīe, craſſitudīe, copia multitudīe ue curato. lōgitudo tāta ſit quāta eſt colligatio ſupligatio ue, latitudo triū uel quatuor digitoꝝ, craſſitudo, triplex quadruplex ue, copia, multitudo & grāditas uti cū circūducet̄ ne ſupet deſit ue. lōgitudinē in directū uti dirigas, circūducito, latitudo & craſſitudo ne deſit cōſiderato, multa ſimul & aceruatī ne īiicito, multis ne cōpleto. Duæ ſūt faſciaꝝ colligatiōes ſubligatiōes ue. Prīa de inferna pte læſa, ſupne finiat. Scd̄a de ſupna pte læſa ſubter deſinat. ps læſa maxīe cōſtringat̄ & cōprimat̄, poſtrema minime, cætera rata portiōe rōne ue. Colligatio & ſupligatio ſanæ ptis plurimū cōprēdat. Colligationū & ſuperligationū copia, multitudo ue, lōgitudo, latitudo, craſſitudo talis eſto. Copia q̄dē multitudo, grāditas & quātitas ne minor q̄ȝ læſa ps eſto, nec ferulis īhæreat, nec grauet, nec circūfluat, nec emaciet. Lōgitudo & latitudo triū, uel q̄tuor, uel q̄nq́ȝ uel ſex cubitoꝝ q̄dē lōgitudo, digitorū aūt latitudo, circuitiones firmamenti totidē ſūto, q̄ ne ꝑmāt, molles tenues ue ſint non craſſæ, non duræ, q̄ latitudīe, longitudine, craſſitudine patienti conueniant. Tabellæ ferulæ ue læuigatæ ſint, æquales, planæ, retuſæ ſimæ ue poſtremaque parte qua ſuperligantur paulo minores, craſſæ uero qua fragmentum exceſſit. Quæ ſuapte natura curua nec carnoſa ſunt, quemadmodū digitorū articuli & iuncturæ talus ue,

Modus ligandi.

Quid in fractis agas uideto.

Modus faſciandi hæc.

Tabellæ ferulæ ue.

ne situ, positione & asperitate superemineant & extuberent, caueto. Confirmamenta ne premāt nimis & stringant, curato. Primo ceratū molle, lene & aequale sit & purum, quo circunducatur, multa calida foueatur, quae ita calida sit, uti manu feratur. Copia & quantitas optima ea est quae plurimum demittat & extenuet, carnemq; modice augeat, teneram mollem ue faciat. Modus, tempus ue perfundēdi & fouendi est cū adhuc pars laesa tumet, priusq̄; residat & concidat, cum uero resedit & concidit cassato, nam per exordia tumescit & tollitur, deinde flaccescit & extenuatur. Positio mollis, plana sit, non refluens & reflexa, sed corporis partibus quae prominent & protuberant commoda, quemadmodum est talus, coxendix, uti nec refringatur nec abfringatur. Pars laesa nec conteratur, nec conuertatur. Tubulum canalem ue seu capsulam & solena cruri toti uel dimidio subiicito, qui partem laesam & affectā spectet tueaturq;, caeteraq; cuncta quae palam laedunt. Praebitio, remissio, distentio, contētio, caeteraq; naturae accommodata fiant. natura quidem in operibus actione operis consistit & constat, quodq; res poscit & uult, consideretur. Praeterea num ne ea res, quam tractas quieta, demissa, otiosa sit, perspicito, uel agitata multū, cum caeteris ne communicet. Quietas res, uel agitatas sic perspicito, num ne positiones, directiones rectas habeant, quemadmodum est manus. Cōmunicatione communi ue re distentionem, contentionem, conflexionem perspicito, quemadmodum est proxima curuaturae cubiti pars ad brachium. Consuetudine uero, cum demonstrabis crura nihil melius ferre q̄; distentionem & extentionem. Caeterae uero formae, situs & positiones non ita conferunt, nam ab hac & in hac citius, diutius, melius habent & habebunt, si non mutentur. Quaedam uero mutatione, permutatione de extentione in aliam formam ad habitum & positionem melius habent & habebunt, sicuti musculi, uenae, nerui, ossa, quae tamen uel maxime iuuantur si rite disponantur, habeantur, tegantur. Distentio potissimum crassissima maximaq; & ubi utraq; secunda secundo ue loco haec sunt, iuuat. Quaedam si subter distendantur & disponantur, minime iuuantur, quaedam, si superne. Magis uero q̄; modus & mensura poscit, qd agere, laedit praeterq̄; pueros, hos enim paulum habere & continere procliue & necesse est. Directionis exemplum & indicium esto, siquid cognomine, coniugatum, par, simile, sanum consideres. Contritio uero fricatio ue siue tractatio soluit, stringit & ligat, carnē auget & minuit, quae si dura & aspera sit, stringit & ligat, si mollis, soluit, si multa, minuit, si modica crassefacit. Praeterea sic haec superligato. primum uti superligatus dicat parte laesa se maxime premi constringiue, postremis uero partibus, minime, copia, multitudine quantitate ue fasciarum & uinculorum, quae satis sit, non ui & uehementia, se commode quiescere, mouere, non compleri, non premi quantitate copia ue fasciarum & uinculorum, non ui & uehementia. Primo quidem die nocteq; magis paulo, secundo minus, tertio laxius remissius ue premi, postridie tumor mollis in partibus

Capsula solenue. *Manus qua positura gaudeat.* *Musculi, uenae, nerui, ossa.* *Quid laedat.* *Fricatio quae.* *Celsus et hoc digessit* *Ligationis modus.*

bus extremis inueniatur,tertio uero die pars ligata, si soluatur,gracilior depre/
hendatur,hocq; per ligationes omnes eueniat. Postea uero superligatione,si ri
te se superligatum esse dicat,petito,deinceps magis & pluribus stringito pre/
mitoue,tertio magis etiam,& pluribus,septimo uero die post primā ligatio/
nem,soluta,gracilia & extenuata,demissa & laxa reperiantur. Tabellæ uero fe/
rulæ ue si gracilia sine pruritu & ulcere sint, usq; ad uiginti dies post læsioné
alligentur. Si uero quid suspiceris,medio tempore soluito,tertio quoq; die fe
rulas confirmato. Positio,resumptio,demissio,superligatio uti sit forma quā
membra poscunt,curato. formarum figurarum ue capita sunt consuetudo,natu
ra membri cuiusq;. Species autem & læsio membrorū dignoscitur cursu , uia,
statu,cubatione,opere,remissione,lassitudine. Nam natura,usus,exercitatio su
perat & confirmat,otium autem & segnitia tabefacit. Copia uero multitudi/
ne,quantitate & numero fasciarum & uinculorum potius q̃ ui & uehementia
comprimito constringito ue. Quæcunq; luxationes,diffusiones,fractiones,cō
uulsiones,tumores sine inflammatione sunt, sanguinis plurimum de uulnere
& parte læsa ad corporis superiora trahitur & mittitur,pusillum quid ad infer
na,dum ne manum si ea læsa sit,habeat teneatue,nec crus per exordia sed stās
positum & iacens in uulnus & maxime in eo sidat & hæreat,postrema minime,
quæ medio loco sunt,modice,postremum ad corporis superiora deducito di
stribuitoq; superligatione,compressione. Quin & hæc copia multitudine ue
linteorum,fasciarum & uinculorum potius q̃ ui & uehementia compescito &
stringito. Maxime uero his cōueniunt lintea,uincula,fasciæ tenues,leues,mol/
les,puræ,latæ,sanæ,uti & sine ferulis teneātur,multaq; calidæ perfusione uti
tor. Quæcunq; deciderunt luxarunt ue,uel conuersa,distorta,cōuulsa uel per/
rupta sunt,uel per interualla distant,uel incuruata,qualia sunt supercilia , par/
tes inferiores oculorum,malæ genæ ue,quæq; in alteram partem repunt librā
tur ue,unde deciderunt,eo trudito,illicq; contineto,ne dilabantur, in contra/
riam ue partem repāt,& superligato,sed prius magis paulo pressato q̃ par est,
superligationibus,puluillis in lienis figuram redactis splenesi ue formis mo /
dis ue,contentione,tractatione fricationeue,directione,superq; his multa per
fusione. Minutiones uero,quæ non multum sanæ partis occupauerint , statim
superligato,uti si sua sponte minuantur,uel alieno habitu contagioneue & su/
perligatione permutentur,ad incrementum declinent,carniumq; reparationé
& reformationem faciant. Melius autem est inferiora superioribus alligare, si/
cuti tibiam coxæ,crusq; læsum ad sanum ligare,uti magis simile fiat & sit , si/
militerq; otium agat & quiescat moueaturq;, similiq; modo , nutrimento uel
excludatur,uel suscipiatur. Linteorum uero copia,non constrictione compri/
mitur. Quod primo maxime constrictum & colligatum est, laxato, uti uersa/
tione & agitatione fricationeq; carnulenta carnem ue creante perfusioneq; si/
ne ferulis utatur. Capitis uero,pectoris,costarum similiumq; colligaméta fir/

Ferulæ.

Qui hæc efficiant.

Lintea qualia.

Splen puluillus ue.

Ligatura modus.

mamenta stabilimenta ue sic perficito,pulsus uti discurrat spiritus ue perlabatur.Quæ uero distarent,dimota luxata ue forent, quemadmodum in capitis ossibus suturis ue contingit,sic ea confirmato,ne tussi,singultu motuue alio cõcutiantur,quemadmodum est & caput,& pectus,quæ seruato modo mensura ue colligato & confirmato.Si qua uero maxime constringendum & comprimendum foret,mollem lanam,quantum rei affectæ quadret cõueniat ue, subterponito,colligato & stringito,quatenus pulsus spiritus ue discursus non impediatur,nec etiam tam laxe,uti quæ distant luxauerunt ue,non cohæreãt. Curatoq; præterea, ne sternutamenta tussesque couellicent, sed firmo modo permaneant.

HIPPOCRATIS DE OSSIVM NATVRA LIBER ET SERMO SEXAGESIMVS OCTAVVS

Alis autem est ossium natura,situs & positura. Digitorum quidem & ossa,& articuli seu iuncturæ simplices sunt.Manus autem,& pedis multa sunt ossa non simplicia,modoq; alio alia coagmentata,connexa & coarticulata,maxima uero sunt,quæ supremo loco sita sunt. Calcis autem calcanei ue taliq; unum ,quod prominet, cui magnus neruus annectitur,tibiæ uero,duo superne & inferne connexa,quæ medio loco paulum distant protuberantq;, secundum uero paruum fusum tractylon ue seu digitum dactylon ue paulo tenuius est. Plurimum autem secundũ genu distant,minorq; clausura uersura ue est,magnusq; neruus hæc p exterioré poplitum partem transit.communem uero connexionem,subter qua pes mouetur,habent,superiore loco secundam,qua genu coxæ nectitur,cum superim posita mola patella ue tertiam, qua superior articulus coxæ simplex, firmus, oblongus,digiti curuati modo similis condylodes ue,curuus extra & ante mouetur,& agitatur.Caput autem huius & connexio rotunda,qua neruus in coxédicis articulo nectitur & committitur,suboblique subtortuose ue & hic committitur,minus uero,sed par & simile quid humero capiti ue brachii est. Coxendix autem magnæ uertebræ,quæ secũdum os sacrum podicem ue est,uinculo chartilagineo neruosoq; committitur.Spina uero de sacro osse magnam uertebram usq; curua recuruata ue est.Vesica autem geniturаq; membrum ue genitale,podicisq; pars,quæ huc declinat, de hoc autem præcordia usq; recta obliquataq; seu ithylordos tendit,lumbiq; secundum hoc sunt. Hinc auté magnam uertebram usq; quæ supra scapulas est, recta curuaq; est ithycyphes ue, magisq; uidetur,q̃ sit.proiecturæ nanq; & eminétiæ quæ post uertebras sunt, hac

Manus pedisq; ossa et articuli. *Mola genu.* *Vertebra magna.* *Sacrum os.* *Spina.* *Ithylordos.* *Ithycyphes.*

hac altiſſimæ ſunt. Ceruicis uero colli ue articulus curuus, obſtipus eſt, cuius uertebræ parte interiore pares æquales ue inter ſeſe ſunt, parte uero exteriore, chartilagine neruisq; continentur. Coagmentatio autem coarticulatio ue earũ in poſteriore tergi parte eſt, proiecturam enim extuberationem ue parte poſteriore habent acutam, quæ ſupernexionem chartilagineam habet. Hinc neruorum decliuis annexio progreditur, quemadmodum & muſculi de ceruice, lumbos uſq; prope connectuntur, qui coſtarum & ſpinæ medium complent. Coſtæ uero ſecundum uertebrarum connexiones, neruulo quodã, qui de ceruice in lumbos uſq; progreditur, parte interiore committuntur, parte auté anteriore, ſecundum pectus, lãguidum, uescum, tenerum, procuruatum præ cũctis animantibus, peranguſtum, in tumorem uergens poſtremum habent, nam homo parte hac anguſtiſſimus eſt. Qua uero coſtæ non ſunt, proiectura quædam tortuoſa, breuis parua ue, & lata eſt, ſingulisq; uertebris, hæ neruulo quodam committuntur. Pectus uero crate continua ſibi connectitur, tortuoſasq; & obliquas connexiones habet, qua uero coſtæ committuntur, languidum, uescum, chartilagineumq; eſt. Claues autem iugulum furcillæ ue pectoris rotundæ ſunt, parteq; anteriore pectus uerſum, paruas & breues agitationes habent, ſed humeri ſummam partem uerſus crebras maioresue, ſummum autem humeri ſcapulis oritur & connectitur diſſimiliter plurimis. Scapulæ uero ſpinã uerſus chartilagineæ ſunt, cætera fungidæ, ueſcæ languidæue, foris uero non æquales, nec planæ ſunt, ceruicemq; & acetabulum chartilagineum habent, quo coſtæ mouẽtur, quod facilius q̃ cætera oſſa præter brachii luxat loco ue mouetur. Huius autem acetabulo caput rotundum, chartilagineum, fungidũ, ueſcum languidum ue neruulo quodam committitur, quod extuberat foriſq; connexum eſt. Parte autem anteriore tortuoſum, obliquum & non rectum eſt acetabulum uerſus, ſed brachium uerſus latum eſt digiti replicati nodo ſimile condylodes ue, ſolidum, firmum, metæ ſimile, poſt uero retro ue curuũ, quo corona poſtrema ue brachii pars, cum manus tenditur, hæret & ineſt. Quo & neruus torpidus tendit, qui de cubiti mediorum oſſium connexione ſiue medio loco naſcitur, committitur, finitur. Manus quidem oſſa ſeptem & uiginti ſunt, pedis uero quatuor & uiginti, ceruicis autem & colli magnam uertebrã uſq; ſeptem, lumbi quinq;, capitis autem cum proſpectu oculis ue octo, cum unguibus autem octo & cẽtum. quæ nos de hominis oſſibus didicimus & obſeruauimus, hæc ſunt. Supra clauem uero pectoris ue furcillam, uertebræ cum magna ſeptem ſunt, quæ ſecundum coſtas ſunt, totidem quot & coſtæ duodecim ſunt, quæ ſecundum ilia ſunt extra quo et coxendices cum lumbis quinq;. Semen autem ex utraq; ueſicæ parte ſicuti fauum pullulat. De his uenæ de utraq; urinariæ fiſtulæ parte pudenda petunt. Potus autem per fauces gurgulionem ue uentriculum ſtomachum ue, gurgulio pulmomem & arteriam, de his ueſicam poſtremam. Quinq; ſunt fibræ iecinoris. Fel uero quartæ fibræ

Ceruicis. *Neruorum.* *Coſtæ.* *Pectus.* *Claues pectoris.* *Scapulæ.* *Caput humeri.* *Neruus torpidus.* *Manus pedis cæterorumq; oſſa.* *Vertebræ.* *Coſtæ.* *Semen genitale fauo ſimile.* *Potus quo tendat.* *Gurgulio.* *Iecur.* *Fel.*

Cor. hæret,quod præcordia petit,pulmonem & cor. Cor autem tunica circundat, membra uero communiter maiora habet ſinus ue,de mediis autem membris *Rhenes.* pendet,hæc autem de neruis,ſpina ſub uentrem tendunt.Rhenes uero de ner/ *Cordis fons.* uis ſpina & arteria.Cordis autem fons omnibus cognatus eſt membris. Nã ab *Venæ.* eo uena una per præcordia,iecur,lienem,rhenes,coxendicem,ſuram, talũ pe/ tit.Altera uero de corde ſub iugulas claues,alas,caput,naſum, frontem ſecun/ dum aures,humeros,ſcapulas,pectora,uentrem,per cubitum alia per alas,cubi *Nerui.* tum,talum petit.Neruorum autem prognatio pullulatio ue de occipitio uſq; ſecundum ſpinam,coxendicem,pudenda,coxas,ſuras,pedes. Quidam manus petunt,quidam carnes,quidam brachia,quidam aciculam,quidam pollicẽ pe tunt, quidam de carnibus cæteros digitos,quidam per ſcapulas,humeros, pe ctora,uentrem.Quidam ſunt oſſium uincula de pudendis ſecundum ſedẽ unus, acetabulaq; unus,ſuper coxam unus,ſubter genua unns,qui magno neruo com *Venæ rhenum.* miſcetur,pedes & calcem petit,unus aciculam ſeu radium.Cæteræ autem ue/ næ bifariam in rhenes utrinq; diuiduntur quos penetrant, qui cordis formam habent,cauiq; ſunt,quorum caua magnas uenas uerſus tendunt,de quibus oriũ tur,de his uenæ ueſicam petunt.Potus uero per uenas in rhenes trahitur,poſt/ ea per rhenes tanq̃ per colum aqua emittitur,& ab his in reliqua deditur inte/ ſtina,quæ his proxima ſunt.Spongioſum nanq; ab his iter eſt in ueſicam, ubi *Lotium cur rubeat.* percolatur lotiumq; a ſanguine ſeparatur,hacq; de cauſa rutulum eſt.nec enim uenæ aliæ q̃ dictæ rhenes petunt,nec erat aliud,ubi potus colliquaretur, qua *Venæ coſtarum.* tenus ego noui & obſeruaui.Venæ quæ circa coſtas tendunt,ſub unamquanq; coſtam ſunt non ad caput ſed potius ſub eo & ab arteria, quæ ſubter fluens ſin *Vena cordis.* gulis coſtis deditur.De craſſa autem & magna uena,quæ de corde uenit, una dextrorſum incluſa recurrit, deinde per medias uertebras una uſq; ad ſummas coſtas proficiſcitur coſtis æque ſeſe non dedens,dexteris & ſiniſtris diuiſa,ſed *Venarum digeſtio.* tamen pares & æquas uenulas præbet,ſupra quidem in dexteris ſcinditur. Se/ cundum autem utrãq; clauis iuguli ue partem duæ uenæ ſupra,duæ ſubter pe ctus eunt,quæ partim dextera,partim ſiniſtra diſtribuuntur & diuidũtur, duæ quidem collum magis petunt,duæ uero cor,quæ partim dextera partim ſini/ ſtra ſubter coſtas diſtribuuntur donec illi quæ de corde recurrit, commiſcean *Arteria.* tur.Quæ uero ſanguinolenta eſt,propterea ab arteria ſeparatur, quoniam ſu/ blimis & alta hoc loco eſt,cum per cor tranſeat & ſubter coſtas.Quæ uero ſan guinolenta eſt & hæmorrhous,magnaq; & craſſa dicitur uena, uertebris rurſus ſe ſe dedit,hucq; tendit & hæret,nec pendet ſublimis ue eſt, ſicuti quæ ſupra eſt,cum per iecur tranſeat.Præterea ſecundum lumbos,ſupra eſt arteria, ſub/ ter autem uena ſanguinolenta,quæ de iecore per præcordia tranſit, ſublimis, dextera cordis ſimplex fertur claues uſq; præterq̃ quatenus cordi miſcetur cõ municat ue,diuiſa & fluitans in ipſo,partim cordis ſinum & uentriculum pe/ tit,poſtea de corde parte ſiniſtra ſecundum ſpinam ſimplex reſidet. Quæ ad

ſuperiores

ſuperiores corporis partes recurſitat ſupremas uſq; coſtas, ſciſſioneſq; a ſeſe facit & habet protenſas ſecundum ſingulas coſtas ſecundum naturam quæ ad pectoris curuaturam & connexionem uſq; tendunt,& dextra & ſiniſtra,rectū q; eius in uertebra magis eſt & tendit q̄ arteriæ tenor tenus ue ſeu robuſta pars & uenæ,quæ de iecore uenit.Cordis uero partem inferiorem uerſus, tenor rectus de ea magis in uertebra eſt q̄ arteriæ tenor.Tenor autem alius ſecundum cor eſt,præcordiorum partes inferiores uerſus conuertitur ad ſpinæ altiora & connexa,hinc ſingulæ ſciſſiones in rectum ſuperferuntur per oſſa carneſq; cedentes inter ſeſe repellentes ue.Craſſæ uero & magnæ uenæ ſic habent & ſitæ ſunt.De oculo ſecundum cilium per tergum ſecūdum pulmonem ſub pectus una tranſit,de dextro quidem in ſiniſtrum una,de ſiniſtro autem in dexterum altera,quæ uero de ſiniſtro,per iecur in rhenem teſtemq; deſcendit,quibus uenis & os & pudenda complectuntur.De mamma uero dextra in ſiniſtrum coxendicem & crus una deuenit,de ſiniſtra autē in dexteras partes altera. Dexter autem oculus de ſiniſtro ſuſcipit,teſtiſq; ſimiliter de dextro ſiniſter,& de ſiniſtro dexter uenam ſuſcipit.Craſſiſſimæ quidē uenæ maximæq; naturaliter ſic digeruntur.Quatuor præterea uenarum paria ſunt in corpore. Quarū aliquæ de capitis parte poſteriore foras per ceruicem ſecundum ſpinam hinc & hinc in coxendices & crura deueniunt,poſtea per tibias,foras in talos & pedes deſcendunt.Sanguinis ergo miſſiones,tergi coxendiciſq; dolore, de poplite taloq; foris fieri oportet.Secundæ autem uenæ de capite ſecundū aures per ceruicem,quæ iugulares dicuntur,parte interiore ſecundum ſpinam utrinq;,ſecū dum lumbos in teſtes coxaſq; poplitumq; partes exteriores,per tibias deinde taloſq; interiores pedeſq; feruntur.Lumborum ergo teſtiumq; dolore, ſanguinem de poplitibus taliſq; interioribus mittito.Tertiæ autem uenæ de temporibus per ceruicem in ſcapulas,deinde ſimul in pulmonem deferuntur perueniuntq;,quarum una de dextris ſiniſtra ſub mammam,lienem rhenemq; petit, contra altera,ſed utræq; in podice finiunt.Quartæ autem uenæ de capitis parte anteriore oculorumq; ſub collum claueſq;,poſtea de brachiorum parte ſuperiore ſub conflexuras,deinde per cubitos & radios manuumq; iuncturas digitos petunt,deinde rurſus de digitis per manuum uolas,per cubitorumq; flexuras,brachiorumq; partem ſubteriorem,alas coſtaſq; ſuperiore parte petunt, quarum una lienem petit,iecur altera,poſtea ſuper uentrem utræq; in pudendis finiunt.Craſſæ quidem & magnæ uenæ ſic ſuapte natura digeruntur.Plurimæ præterea uenæ multifariæq; de uentriculo per corpus digeruntur, per quas nutrimentum corpori ſubminiſtratur.De craſſis præterea & magnis uenis petunt uentriculum,corpuſq; reliquum uenulæ quædam partim extra, partim intra,quæ inter ſeſe communicant,deduntq;,quæ extra ſunt interioribus, quæ intra exterioribus.Sanguis ergo per hos modos mittatur, ſtudēdumq; eſt & danda opera,uti procul a loco dolore affecto ſanguiniſq; coactione, uena

Qui uenæ ſcindantur.

Tenor tonuſue arteriæ et cordis

Venarum permutatio.

Venarum paria quatuor alia.

Venarum deſcenſus.

Secundæ.

Tertiæ.

Quartæ.

Plurimæ præter ea uenæ de his manant.

Qui ſanguis mittatur.

Hepatis uena. pertundatur, sic enim magna mutatio subito non fiet, consuetudinemq; mutabis, ne amplius eo loco sanguis coeat. Hepatis auté uena subter uertebras, rhenes, magnam uertebram petit, deinde sublimis per præcordia, cor. Quædam alia recta claues petit, quædā deinde collum, quædam scapulas, quædā subter flexæ secundum uertebras costasq; declinant, de sinistris quidem una secūdum claues, de dextris uero locum eius quendam una, alia utrinq; reflexa, alia paulo inferius flexa, quo illa deficit costis se dedit donec uenæ, quæ de corde ipso uenit, occurrat. Dextra superflexa subterq; reflexa uertebras petit, donec peruenit unde cœpit tolli, sese costis dedens cæterisq; omnibus hinc & hinc scissiones secundum unamquanq; sese dedens cum una sit, de corde quidem in sinistris locum quendam magis petit, postea sub arteriā donec absumatut, descendit, unde hepatitis uena sese sustulit. *Venarum distributio uaria.* Prius tamen q̄ eo perueniat secundū duas postremas costas bifariam diuiditur, quædam hinc & hinc, quædam uertebras petens consumitur, quædam recta per claues tendens supra arteriam trāsit & est, de hacq; quemadmodum ea, quæ secundum lumbos sub arteriā transit, de hacq; in iecur prorumpit, quædam portas primas ue iecoris partes fibramq; lobon ue, quædam ab hac alio prorumpit paulūq; subter præcordia, quæ suapte natura iecori cohærent, nec facile separantur. Duæ præterea uenæ de clauibus mouentur, quædam hinc & hinc sub pectus, pectinem petunt, quo dehinc nondum noui, præcordia uero secundum uertebram, quæ costis committitur, qua rhen de arteria hac reuoluitur. *Arteriæ.* Arteriæ uero de hoc hinc & hinc manant, quæ modum arteriarum habent, hacq; de corde recurrenti hepatitis uena committitur & finem facit. De qua per præcordia duæ maxime altæ hinc & hinc feruntur, quæ multifariam per præcordia diuiduntur, circaq; hæc sunt & commiscentur, supra uero præcordia magis hæ patent. *Tenores.* Duo uero crassi tenores siue nerui de cerebro sub os magnæ uertebræ superne magis stomachum uersus, de utraq; arteriæ parte præteriens uterq; sese init & committitur miscetur q; uni similis. *Præcordia.* postea uertebræ præcordiaq; hic connectuntur finiuntq; tanq̄ indiscreti, de hacq; connexione iecur lienemq; uersus tendere uidentur. *Tonus alius.* Tenor autem & tonus alius neruus ue de utraq; uertebrarū parte, quæ secundum clauem sunt, per spinam tendit ex obliquo uertebræ, qui costis sicuti uenæ, deditur & distribuitur. Quidam ad lactes mesenterion ue per præcordia mihi tendere uidentur, ubi ipsæ desinunt & deficiunt. Præcordia rursus unde manant & prorumpunt, quia continua hæc & connexa sunt secundum & per medium sub arteriam, reliquum secundum uertebras, sicuti uenæ, deditur donec in sacrum os podicem ue euntes consumuntur. *Quid ossa nerui caro cutis uenæ corpori præstēt.* Ossa quidem corpori statum, rectitudinem, habitum, formam & speciem præbent & præstant. Nerui uero conflexionem, contensionem distensionemq;. Carnes uero cutisq; colligationē, contentionē continētiam ue omniū. Venæ per corpus sparsæ diffusæq; spiritum, fluctionem fluorem ue, motum & agitationem præbēt. Multæ

uero

uero de una pullulant, quæ unde incipiat, & ubi finiat, nescio, nā ducto facto ue circulo principiū nō reperit. Cuius germina, pullulatiões & stolones unde tollantur & initiū sumant, corporisq; ubi finiant & una his uti concors sit, quibusq; locis digerātur, dissertabo. Capite quidē medio per transuersum uenula una lata, tenuis, sanguinis non multi circūiacet & inest, cerebroq; secundū suturas harmonias ue multæ tenues uenulæ radicantur & insitæ sunt, circaq; caput totū, frontē usq; & tempora quadrifluuiantur. Quarū una de capitis posteriore parte foras secundū spinæ cutem recta tendit, hinc uero secundū exteriorē & interiorē uenā earū quæ in iugulis sunt, demittitur, transq; auditionē aures ue mento diuiditur, quæ foris crassa est. De hac multæ tenues linguam petūt, præter eam quæ sub lingua est, & eā quæ sub maxillares, quæ crassa est, per clauemq; transit & subter scapulas, hacq; de ea uena quæ superhumeralis dicitur, uena pullulat, quæ per neruū eum transit qui subter humeri summā partē est, quæ sanguinolenta est, difficulterq; curatur si dehiscat frangatur ue & conuellatur, huic enim latus neruus connectitur chartilagoq; hac parte est. Medio autem horum loco membrana spumosa est. nam cum locus carnosus non sit, carnemq; non creet, facile frangitur, quo cum sanguis concurrit, locum latum nactus non abigitur sed durescit, quod cum fit, morbum & laborem dolorem ue præbet, quæ quidem transit finitq; qua prius dixeramus. Subter scapulas alia pullulat, sub mammisq; deditur uenis crebris, tenuibus, sparsis, perq; superhumeralem chartilaginem perreptans, subter distributa brachium petit musculum sinistra habens, dextra uero scinditur circa humerum cubitiq; superiorem partem, deinde cubiti partem utranq; penetrat, postea manus iūcturam, hinc iam sparsa per manum totam pererrabunde firmatur & radices iacit. Princeps autem & archæa uena, quæ secundum spinam sparsa per medias scapulas trāsit, iugulasq; & fauces petit & in cor immittitur, quæ de sese uenam satis magnam capitumq; multorum emittit secundum cor, de quo uersus os tendit, fistulamq; facit, quæ magna arteria propter pulmonem dicitur, sanguinis uero parum habet, spiritus multum. lato nanq; loco uiscerisque raritate, multis partibus & locis pulmonis inuehitur, cætera uero chartilaginea est. Quare siquid non consuetum pulmonis in hos meatus, uel potus, uel quid aliud penetret, spiritus ue & sanguinis meatus uexat, utpote cum uenæ tales sint uiscusque spongiosum, quod humoris plurimum capit, supraque cohæret & est, consuetorum enim humorum & intrātium lex est & moderator. Quin & sanguinis per has uenas non multum currit, nec celeriter incedit uti prorumpentia pellat, quæ si non subducantur sed permaneant, concallescunt & durescunt, quæ dissoluūt & abigūt qcqd nutrimēti ingerit, gutturq; excludit clausisq; hoc callo duricia ue meatibus cito spiritus ītercipit, uel difficulter spirat siue tachypnoea, uel dyspnoea corripit & habet, cū hac uia spm̄ mittere & trahere neq̄ant.

Vena capitis. *Capitis uenæ quadripertitæ.* *Vena sub lingua.* *Neruus chartilago.* *Membrana spumosa.* *Mammarum uenæ.* *Princeps et archæa uena.* *Magna arteria.* *Tachypnœa.* *Dyspnœa.*

Asthma tabes sicca. Quãobrem hi morbi gignuntur,spirandi difficultas asthma ue,tabes siccæ.Si uero plurimus humor in his consistat superetq; uti quod crassefactum est,non cogatur,pulmonem proximaq; marcefacit, purulenti tabificiq; fiunt, tamen *Purulenti.* hæc mala aliis de causis gignũtur. Hinc uena hæc pulmoné occupat,pq; duas *Vena quæ pulmonem petit.* magnas fibras ad inferiora uersas sub pcordia spinæ suptenditur,q̃ alba neruosaq; est,p aliasq; corporis cõdẽsati partes,uenulas mittit,tenoréq; siue robur & *Entona.* entona crebris uenulis p uertebras in tergi spinæ ue medullã mittit. Plurimæ *Venulæ aliæ multæ.* præterea uenulæ aliæ tẽdũtur sparguntur q; cæteris oĩbus corporis partibus, quæ singulæ spinã petũt,sanguinéq; tenuissimũ defecatissimũq; adducentes, huc eructãt,euomũt & iaciũt.Quæ uero in superiacẽtes ramulos brachiola ue tẽditur,eodẽ cõducit,indeq; in rhenes radices iacit tenuibus fibrosisq; uenulis secũdũ ultimã nothan ue costã,hincq; discedẽs & cõtendẽs dẽsatur,postea in *Vena neruus fit.* neruũ redigitur secũdũ podicẽ,præpinguẽ & crassum in adducẽtes & cõgre- *Parastatæ.* gãtes uesicã testes parastatas & assistẽtes cõnectit,radicibusq; cõfirmat multũ cõplicatis,tenuibus,solidis fibrosisq; uenis.Hinc eius crassissimũ rectissimũq; *Caulis pudendorum.* retrouersum ĩ scapũ caulẽ ue redigit,quod pudẽda est,qđ ĩ reflexione ad hæc eadẽ coarctatur,per pectinéq; supra,subter uẽtris pellẽ uenæq; ipsius in eas p- *Pecten.* rumpit,quæ subter tẽdũt & ferũtur,quæ inter sese alternatim inuehũtur,connectũtur p pudẽdaq; trãseũt uenæ crassæ, tenues,dẽsæ,crebræ,tortuosæ.Fe- *Feminis quæ distribuantur uenæ hæ.* minis uero hæc in uuluas uesicã fistulã urinariã cõtẽdit,hinc aũt recta tendit. Feminis quidẽ circa uuluas coarctatur,uiris aũt circa testes spargit. Propter hãc uero naturã uena hæc plurima fœcũda cõcipit. plurimis eñ defecatissimisq; partibus nutritur,sanguinis pauci cauaq; est,neruosa & crassa, spiritalis cõtendẽsq; sub pudẽda uenulas spinam uersus tẽdẽtes ui præcipitat & cogit, quas uero nõ pcipitat,tãq̃ cucurbitula ad sese trahit,uenæq; superiori dedit. De cæteris aũt corporis mẽbris & partibus in hãc stillãt & colliquãtur,pluri- *Voluptas coeuntibus qui fiat.* mum uero sicuti dictũ est,de medulla cõgregatur.Propterea coeũtibus uoluptas accedit,quod cum hæc uena seminis genitalis, subcruẽti, spiritalis plena est,per id tẽpus calefit,ppellit,subterq; semine fluẽte,quæ in sese insunt constringit,spiritus uero q inest præsensq; uis caliditasq;, uenularũq; undiq; cõtinens cursus pruritũ titillatũ ue iniicit & intus creat.Vena aũt,q̃ per sese pullu- *Venarum diuersa distributio.* lat,perq; interscalpiũ iugulã secũdũ spinã transit, sparsa multis uenulis costas uertebrasq; implicat,p carnesq; alternatim cõdẽsatur,uti nutriat & sanguinaria sit,q̃ secũdũ nates trãsit p musculũ sub coxã debacchatur & subseruet. Secundũ uero nates in coxæ acetabulo secundũ caput uena pforatur, quæ coxæ femori ue respirationẽ pbet ultra coxã secundũ genu flexionẽ & poplitẽ uersus. Alterã uero secundum inguen multiradicem demittit tractatuq; difficilẽ. Quæ uero p musculũ tẽdit,circa genu spargit,pq; tibialis ossis sũmã ptẽ,uenã in fistulæ formã redigit, q̃ medullã nutrit, pq; tibialis ossis ptẽ ĩferiorẽ uehit scdm pedis colligationẽ & cõnexionẽ. Quæ uero p genu patellã epigunitidos ue

dos ue partéq; superioré ad interiora per tibiæ musculū feruida distéditur & explicatur,crassa sanguinariaq; per tali parté interioré trāsit, hicq; circa talum neruūq; uenas indiscretas contrahit,quæ subter talū pedéq; currit hicq; pplicata sub pollicé sistitur,duplicéq; sanguinariā uenā supne sub cuté de talo cōflectit,crassefactaq; cōparet secūdū tali interiora,supraq; distribuitur secūdū suræ radiū oppositū,secūdū uero surā uti fundā facit,hinc reliquū secūdum genu interiora téditur,supiacit & genu patellæ & epigunitidi uenas,secūdūq; genu patellæ & epigunitidos interiora sup cauū cōplicat uenā,quā siqs uellicet,statim biliosam sanié cōducit & emittit,quæ secūdū interiora cauūq; genu prorūpit,multasq; cōplicatasq; uenas poplitibus dedit. Quæ uero hinc tédūt sub coxæ neruos trāseūt,radicéq; in testes & anū iaciunt, circaq; sacrū os extenuātur in unūq; redactæ circūtédūtur. Quæ uero puenit & trāsit secundū genu parté interioré supra secūdū coxæ interiora tédit in inguen,& p coxédicé ultra spinā uersus lūbū extra habés,crassa,lata, sanguinaria supra eructat ī iecur,p carnéq;,sanguinariā parté perflās rhené cōtinet dextrā iecinoris fibram uersus,quæ sub iecinoris partes diuisa crassam uenā uersus scindit̄. Sin autem subaccésa parté crassioré iecinoris uersus,qua fel est siue chole cum radicibus multis p iecur ramulos mittés pars eius per interiora uehit̄. Duæ aūt uenæ inter duas latiores fibras explicātur. Quarū una per uertices summas ue partes & cuté umbilico detéta deducit̄. Altera uero premés spinā rhenéq; in uesicā pudendaq; prorūpit ancoras ue iacit,de coxédice incipiés in pectine finit. Multæ prætera uenæ p costas uertebrasq; pererrāt,quæ spinā anuli modo perne stunt,piecturasq; & agnationes,p easq; sanguiné emittūt,uentréq; & intestina peruolutāt. Quædā de pectine in māmas, guttur,humerorū summas partes tédentes dilatātur. Quæ uero secūdū iecinoris parté crassioré peruenit, supraq; fel in fistulæ formā redigit,sub spinā distribuitur,p præcordia trāsit. Vena autem quæ de sinistris mouetur,cætera qdé naturā eādem cōfirmat radicat ue, quā ea quæ de dextris in sinistra tédit,iecur petés nō eiicit sed in liene figitur secūdū eius caput,quod in eius parte crassa est,deinde penetrat araneolam lienisq; sanguinarias uenas,totus aūt hic ex ométo tollit̄ ,suisq; uenulis sanguinariū reddit. Quæ uero de lienis capite in spinā mittūtur,p pcordia tédūt, hinc uero dextra sinistraq; sub pulmoné puoluunt̄,sanguinariæ uero sub eū tédunt & in eū reuehūtur. Quæ aūt pauci sanguinis & tenues sunt,de pulmone p interiora eūtes cū ille suapte natura rarus sit,cor petūt,utpote ab eo emūctæ, circa eius aures cōpescūtur,& in eius caua sinus ue interiores defluūt,prioresq; & hæ in ipsum prorumpunt,meatus enim angustia sistitur, uti de toto corpore fibras habeat. Propterea corporis totius sensus circa pectus est potissimus,colorumq; mutationes fiunt,uenas hoc constringente laxanteq;. Cum quidem laxat,colores rubri,boni,nitidi & translucentes fiunt, cum uero stringit,lutei,pallidi,liuidi,quos permutat prout cuiq; adsunt.

Fel chole ne.

Fel.

Vena quæ de sinistris dextra tēdit.

Lien.

Cordis aures.

Sensus corporis totius cur in pectore sit.

HIPPOCRATIS DE LVXATIS SERMO SEXAGESIMVS NONVS

Luxatio maxillæ.

m

AXillæ quidẽ sæpius conuellũtur & restituũtur, sed rarius luxant & excidũt, maximeq; iis luxãt & excidũt, qui multũ hiant, nam nisi quis ualde hiet, nõ excidũt. Quod propterea cadit, quoniã nerui qui utrinq; colligãt, uel laxantur, uel nõ cõcedũt, luxatq; uel altera, uel utraq; quod maxilla inferior mõstrat. Si tantũ altera luxauit, dentes inter sese tortuose nõ respõdent, nec cõueniũt, nam cõtrario modo uertitur q̃; qua luxauit, nec dẽtes cõuenire possunt. Sin aũt utræq; luxauerint prociderint ue, magis inter sese respõdẽt & cõueniũt, minus eñ tortuose sunt, quod dentium extrema monstrant, superiores enim inferioribus recta non respondent. Si utræq; ergo luxauerint, statimq; non reponantur, decimani hi potissimum pereunt. continua enim febre, somniq; lento & tardo marcore capitisq; grauedine premuntur & corripiuntur, musculi enim hi tales sunt, uti tendantur, uenterq; citatur, pauca puraq; demittit. sin autem uomant, eadem uomũt, siquidem altera luxauit, minus lædit, similique modo utræq; reponuntur. Caput qdẽ hoĩs uel iacẽtis, uel sedẽtis qs prẽdito, medicus utrasq; maxillas manu utraq; capito intus & extra, aliquãtisper tractato, deinde recta retrorsum trudito, corpusq; cõmoueto & agitato. lenibus curato, situ, statu, forma, mẽti resumptione, linitione & alleuatione utitor, nã hæc ad hãc repositionẽ faciũt.

Qui maxilla reponatur.

Humeri luxatio.

Humerus aũt subter & infra luxat & excidit, nã aliter nondũ audiui, tamẽ qbusdã uidet̃ & ante luxare. Quorũ carnes q̃ circa hũc articulũ sunt, emaciãtur minuũtur ue ꝑpter naturã. Quod ꝑ hyemẽ boues, q macilẽti sunt patiũtur, magis eñ macilẽtis luxat siccisq; & gracilibus, qn & iis, q hudos sine inflammatione hos articulos habẽt, hæc eñ cõtumescere facit. q uero boues reaptãt, errãt & fallũtur, quoniã ob usum & necessitatẽ, quẽadmodũ crure bos utat̃ & iactet, nos latet. Q̃dq; hoc cõe fit boui cũ hoĩe, sitũq; & formã eandẽ habeat homo & boues, quodq; boues ꝑ hyemẽ macilẽtissimi sunt, homericũ illud testimonio sit. Quicũq; ergo humerũ in alã luxarũt, cubitus his ab ala discedit & latere, distorqueturq;, brachiũq; ad aurẽ tollere nõ possunt, siquaq; tollere & agere conantur, nõ possunt, qbus qdẽ repositus non fuit. Quibus aũt maxime luxat & excidit, & quomodo habeãt dictũ est. Quibus uero per ortũ luxauit, ossa huic proxima corripiuntur breuiora ue redduntur, quod & Anci Galiangones ue patiũtur, quibus & cubitus & manus corripitur, quæq; proxima sunt, emaciantur & excarnantur, superiora uero nihil minuuntur. Quæ uero contra luxationẽ sunt & quæ adolescendo crescerent, maxime minuuntur. Minus uero cuidam eorũ, qui sub ortu luxarunt, minuũtur, agnataq; his minus alta & profunda fiunt secundum articulos. Sed recens genitis secundum humerum maxime protuberat, uti luxata uideantur. Sin autem iam adultis luxauit, ossa non minuuntur, nam alia

nam alia non habent,quæ ſimul æque creſcant & augeantur,ſed carnes minuũtur,quæ ſiugulis diebus & augentur & minuuntur,& per ætates & in quas coguntur & poſſunt formas. Signum præterea eſt,humeri ſummum reuulſum & cauum, quoniam cum humeri ſummum reuulſum eſt , cauum etiam eſt, quod putant brachium luxaſſe & excidiſſe.Caput autem eius ſub ala comparet,nam tollere non poſſunt, neq; hac & illac agere ſimiliter & humerus alter mõſtrat, cuius hæ ſunt repoſitiones.Pugnũ ſub ala dato,caput in ſuperiora propellito, manum autẽ in pectus deducito,ſed & retrorſum circũagito , tutius uti utrinq; ſtatuatur.Quin & capite quidem ad humeri ſummum,manu uero ſub ala datis,caput brachii ſubtrudito.Cubitum etiam genibus propellito,uel pro genibus,cubitum alterũ adigito,ſicutique prius peragito,uel ſub humerũ ſedeto, tuumq; humerum alæ ſupponito,uel calce,cũ alam compleueris, protrudito dexteræ dexterum,ſiniſtræ ſiniſtrum ſupponito,uel piſtillnm,uel quid ſimile, uel tabella ſpatula ue lignea capite rotundo manum uſq; diſtendatur ſubligeturq; uel ſcalam eius ue paxillũ ſubter dato.Curatio , ſtatus forma ue,brachiũ ad coſtas dato,manus ſummam ad humerum non læſum, deinde ſuperligato reſumitoq; & quieſcito.Si uero non reponatur,humeri ſummum,emaciatur & extenuatur.Cum autem humeri ſummum conuulſum eſt , luxati ſpeciem præbet,nihil tamẽ minuitur & priuatur.Sin aũt reſtituatur, ſtatus forma ue eadẽ, quæ & luxato datur ,curatioq; ſuperligatio,reſumptio,ceſſatio,linitio de lege more ue ſeu cõſuetudine.Cubiti aũt articulus cũ luxauit,coſtas uerſus , uel foras ſpectat,ſi coſtas uerſus,pars eius acuta in brachii cauo remanet , quod cum eſt,recta diſtẽdito,quodq; prominet,retrudito.Cũ aũt hac uel illac penitus luxauit,qua brachiũ cõmittitur,diſtẽdito ſuperligatoq;,ſic enim pars curua tortuoſa ue cubiti nõ prohibebit.Potiſſimũ uero hic coſtas uerſus luxat prolabitur ue,quod cũ eſt,dirigito,caputq; ne coronã tãgat,plurimũ abducito,ſublimeq; & alte circũagito circunflectitoq; ſtatim recta ne cogito, ſimulq; cõtra trudito,& in utrãq; ſedẽ locũ ue perpellito.Simulq; cõtulerit cubitũ flectere partim ſupine,ptim decliue,curatio hæc eſt,ſtatus modus ue ſeu forma hæc. Manus ſummũ altius paulo,q̃ cubitũ ſtatuito,brachiũ aũt coſtis admoueto, ſic eñ reſumptio,poſitio,natura,unctio & uſus in cõi facile ferẽtur, ſiquidem non male coaleſcet calleſcet ue,celeriter enim coaleſcit calleſcit ue . Medela uero linteis faſciiſq; ſecundum morem & legem articularẽ fit,celeriterq; ſuperligato.nam cubitus ualde cito recrudeſcit & rebellat , ſi febris cum dolore,æſtu,uomitu bilioſo ſuperacceſſit.Cubiti præterea articulus torpedine retro luxat,ſecundo autem loco & ante curatio eadẽ adhibetur. Cũ autẽ retrorſum luxauit,diſtendito,ſignũ eſt,cùm diſtendere non poteſt . Cũ ante luxauit, flectere curuareq; non poteſt,quid durũ conuolutũq; huic apponito, circaq; hoc ſubita diſtentione flectito.Signum aũt oſſium diſtantiæ & luxationis eſt, cum uena brachii tangenti diuiſa ſentitur , hæc autem celeriter coaleſcunt

Humeri luxati repoſitio.

Cubiti luxati reaptatio.

Cubiti reaptatio.

Cubiti luxatio uaria.

Cubiti luxati ſignum.

Qui per ortũ luxarunt, quid patiantur.

& ferruminantur. Qui uero per ortum luxarũt, ossa his sub læsione cubito proxima multo breuiora redduntur, manus secundo loco, tertio digitorum. Humerus autem brachiumq; ualidiora propter nutrimentum sunt. Manus altera propter usum & opera multo ualidior est, siquidem foras luxauit, intus, sin autem introrsum caro minuitur semper contra q̃ luxauit & excidit. Cubitus si foras introrsum ue luxauit, subito & agili statu forma ue cubitoq; communi distendatur brachium uersus & alã, cui quid molle subdito, mitellaq; suscipito, & de collo suspendito. Secundum autem articulum de eo ue quid graue suspẽdito, manibusq; cogito retrudito ue & coaptato. subleuato autem articulo reposito ue, deductiones & coaptationes plantis & uolis manuum fiant, quæ simul & in distentione & in cæteris facito. Si uero retrorsum luxauerit, confestim distendito, manibusq; dirigito & coaptato, simulq; & in directione distẽtioneq; & in cæteris hæc facito. Sin autẽ antrorsum exciderit, linteum fasciã ue satis magnam multumq; circunducito conflectitoq; simulq; dirigito. Sin autem in alterutram partem delirauerit, cum direxeris simul utraq; facito. Curationis autem & medelæ cõmune est status, habitus, forma modus ue seu schema & superligatio, nam communi distentione cuncta redire & reponi possunt. Quædam præterea repositiones & iniectiones subleuando reponunt, quædã circũagendo, quædam distendendo, quæ pro modo & forma luxationum & excessionum hac uel illac celeriter adhibeãtur. Manus autem articulus uel introrsum, uel foras luxat. Signa uero patent. si quidem introrsum luxauit, digitos flectere nequeunt, si uero foras, cõtendere distẽdere ue. Qui modus uterq; manu super mensam tabellam ue posita reaptatur, digitosq; capiendo partim tendito, partim retendito, quodq; ꝓminet simul uola calce ue trudito, sin autem supra, uel subter luxauit, secundum alterum os quid molle cumulatũ supponito, siquidem supra manum, conuertito, sin autem infra subter ue, resupinato. Medela uero linteis & fasciis peragitur. Tota quin etiã manus uel intro, uel foras, uel hac uel illac prolabitur, sed intro potissimum. Quandoq; & proiectura processus ue mouetur & luxat, quandoq; & alterum os distat. His ualida contentio facienda & adhibenda est, quodq; prominet, trudito, & alterũ retrudito, duasq; species modos ue peragito simul & retro, & in obliquum transuersum ue, uel in mensa tabella ue manibus uel calce. Quæ uero nõ bene reponuntur rebellant ue seu relabuntur, deformia redduntur, tẽpore tamẽ ad usum ualida fiunt. Medela linteis & fasciis perficitur, cũ manu & cubito ferulas digitos usq; ponito, quæ in ferulis posita sunt, crebrius q̃ fracta soluito, perfusio neq; multa utitor. Qui uero per ortum, manum luxarunt, breuior ea fit contrahitur ue, carniumq; minutio contra casum fit. Si iam adulto luxauit, sua magnitudine ossa permanent. Digiti uero luxamentum clarum est, nec scribendum est, quem & quos in mensa tabella ue statutos recta contẽdito, quodq; prominet trudito. Medela conueniens linteis, fasciis, superligatione peragitur, qui si non

Cubitus anconis ue uaria luxatio et coaptatio.

Curatio quæ.

Manus luxatio.

Repositio.

Tota manus palma ue mota.

Processus eius.

Concinnatio.

Per ortum luxatio.

Digitorum luxatio.

non reponatur,foras extuberat callum ue obducit. Quæ uero per ortum, uel per adulescentiã ossa luxant,sub luxatione contrahuntur & breuiora fiunt,carniumq; diminutio sinus ue contra maxime,q̃ qua casus sit & luxatio. Sin autẽ adulto luxant ossa,sua magnitudine permanent.Coxæ uero femoris ue membrum & articulus quatuor modis luxat & excidit, sed plerunq; introrsum,secũdo loco foras,cætera uero similiter.Signa commune quidem,alterũ crus, peculiare uero & proprium moti introrsum hoc est. Caput femoris in uentre sentitur,cum tangitur,dissimiliterq; flectunt,crusq; multo longius uidetur, nisi in medium utraq; agens extendas,nam pes & genu foras spectant.Si uero per ortum uel per adulescentiam coxa luxauit,contrahitur,tibia uero minus,cæteraq; rata portione,carnes autem foris maxime minuuntur.Qui tardius eriguntur & sanescunt,cũq; sani sunt,in crus sanum uoluuntur & excipiuntur, si uero cogantur & conentur,uno duobus ue bacillis gradiuntur,crusq; subleuant,quod quanto minus est,tanto facilius uehũt.Sin autem iam adultis hoc eueniat,ossa quidem permanent,carnes quemadmodum dictum est,minuuntur. cum autẽ uadunt,errabunde & conuolute sicuti boues,gradiuntur, cũq; coxendice careant,exischii sint,in sanum crus ilia curuantur,quod necessario subit, uti uehat,hoc uero conscendit,uti uehatur,nam uehere nequit,sicuti pede sauciati. Secundum uero sanum crus super eo ue bacillo tortuose & oblique corpori committuntur,contra ue claudicant.læsum autem,manu super genu posita, mutatione uti corpus uehat,cogunt,coxendice uero,si subter utatur, subterq; minus ossa minuuntur,carnes uero magis. Moti autem extra,contraria & signa & status sunt,genuq; & pes extra parum spectat & uergit.Quibus autem per ortum & per adulescentiam hoc euenit,similiter ossa non coaugescunt, coxendixq; similiter non crescit,sed altiore quadam tenus,nec similiter utitur.Quibus autem foras sine inflammatione crebrius excidit, hi liquidiore & agiliore humidioreue crure utũtur,sicuti manus pollex,qui maxime suapte natura excidit.Quibusdam magis uel minus excidit, quibusdam facilius uel difficilius, quibusdam spes est,uel metus celerius excidere,quibusdã sæpius excidit, medela huius est.Quibusdam & per ortum,uel adulescentiam,uel morbum, quo potissimum excidit,quibusdam os sideratur læditur ue,quidam nõ omnia patiuntur,minus tamen,q̃ si introrsum luxet læduntur.Si rite curentur, plano toto ue pede uti gradiantur,nec iactent,multa curatione peragitur. Puerulis uero si non reponantur & negligantur,male afficiuntur,si curentur, iuuantur uti planis totis ue pedibus incedant,minus autem quid emacientur & minuantur. Quibus autem hæc utraq; ossa sic exciderunt,hi hæc patiuntur, satis quidem carnosi redduntur præterquam,quod foris declunes exengluti ue esse uidentur,coxæq; distorquentur intro,nisi ossa siderentur & lædantur, superiore ue coxendicum parte gibberentur,hi quidem sani degunt,sed corpus nõ crescit, nisi caput.Quibus autem retro luxauit,signa hæc fiũt, molliores ante sunt,sed

Coxæ luxatio.

Coxæ per ortum et adulescentiam luxatio.

Exeschios.

Luxatio extrinseca coxæ crebra cur.

Pollex huic similis est.

Diuersa huius luxatio et per ortum adulescentiã morbum.

Puerulli in his nõ negligendi.

Coxæ utriusq; luxatio.

Luxatio huius et in posteriora.

Quæ in his non flectuntur. *Superior articulus dux est.* *Cõmunicatio huius.*

retro prominet, pes rectus permanet, sed nisi cum dolore conflectere queunt, minimeq; distendere, crusq; his contrahitur, & breuius fit. sed nec poplité, nec inguen, nisi ualde tollant, distendere uel flectere queunt. Superior enim articulus in plerisq; dux est, primusq; hic cum cæteris communicat, cũ articulis, neruis, musculis, intestinis, uoluis, cæterisq; similibus, coxendicisq; os clunes & nates petere nequit, quiaq; non distendunt, propterea cõtrahitur, carnesq; totius cruris in omnibus minuuntur. quibus uero maxime, quo ue modo, dictum est.

Crebra agitatio his prodest. *Luxatio extrinseca uel intrinseca quid faciat.*

Corporis pars quæq; luxata si agitetur, magis ualet, si nõ, male habet, nisi dolor, inflammatio febrisq; uetet. Quod præterea foras luxauit, carnemq; cedentem petiuit, contrahitur. quod autem intro superq; os eminens, granditur & lõgius fit. Siquidem adultis non reponatur, curuati in inguina uadunt, poplesq; alter curuatur, pectus uix mouent, manu crus prendunt, cũ sine bacillo uadũt, quod si longiusculum sit, non uadunt, & si uadunt, pusillum quid & breue dimouentur. carnium auté diminutio iis qui dolent laborantq; luxatioq; in priorem partem fit sana parte, rata portione fit.

Luxatio in ortu, adulescentia, morbo qui tractet

Quibus autem per ortum, uel adulescentiam, uel morbum luxauit, de quibus dictum est, & dicetur, magnopere ii afficiũtur propter neruorum & articulorum desidiam, genuq; ob iam dicta, male habent, quo contracto, hi uno uel duobus bacillis gradiuntur, crus uero sanum carnosum satis est propter usum & defatigationem.

Luxatio anterior uel posterior qui differat.

Quibus autem in anteriorem partem luxauit, contraria signa fiunt. posteriore enim molle est & cauum, ante uero prominet, crusq; hi minime flectunt, sed maxime distendũt, pes rectus est, crus alteri par est, sed calcis postrema cõtractior est. Maxime uero hi dolent, lotiumq; statim in his luxamentis ualde comprimitur, quoniam coxendix loca præcipua premit, quo anteriora distenduntur, nec coalescunt, sed morbosa fiunt, celeriterq; tabescunt & senescunt, posteriora uero contrahuntur. Quibus autem adultis iam sic luxauit, calce recto uadunt, quidam non possunt, & si ualde conentur & trahunt, multum procedere, carnes autem & reliqua his non minuuntur, cuius rei motatio & usus causa est. Qui crus totum in posteriora distendunt, erectiores uadunt, modicoq; bacillo parte læsa egét.

Luxatio per ortum cruris coxæq;.

Quibus uero per ortum luxauit, cum adoleuerunt, si rite curati fuerint, usus, qui adultis, præstatur, curatis uero negligenter, crus parum distenditur, q̃ primum enim articuli recti callum obducunt, carnes autem & ossa rata portione minuũtur & contrahuntur.

Manus tabella mochlos distendunt diriguntq;. *Luxatio coxæ uarie reponitur.*

Coxæ uero femorisue luxati communia hæc sunt. distentio uehemens & directio, quæ uel manibus, uel tabella, uel libraméto mochloue fit, quo ad interiora rotundo, lato uero ad exteriora utitor, sed exteriora potissimum sic curato. Quæ auté introrsum luxarunt, & uentriculis sub coxæ siccam partem datis reduces, cruraq; distendes & colligabis, pedibus paululũ inter sese diuaricatis distantibus ue. postea sic complexa distendito, eleuato, simulq; utraq; dirigito, quod & in priora luxatis cæterisq; satis est, minime uero foras moto, ligniq; sicuti humero luxato manum usq; subtensio, quibus intro,

cæteris minus. Quæ autem uel ante, uel retro luxarunt, manu uel pede, uel tabella coges in sua sede manere cum distentione. Genu quidem cubito facilius restituitur, quia facile plicatur & distenditur, quare luxat facile, reponiturq;, luxat quidem sæpius intro, quin & foras, & retro. Quod siquis citius & uehementius complicet, distendat, calcitret, reponat, uel lintei globulum in poplite fasciato, circaq; hunc cito & uehemēter genu flectito & reduces. Quod retro luxatum potissimum reponit, potest & modice tendendo, sicuti cubitus, quod retro luxauit, reponi. Quod uero hac illac ue luxauit, complicatio, uel distentio, uel calcitratio reponit, quæ potissimum, quod retro prolapsum est, reducit. Quin & modica directio distentioq; reponit, sed directio communis est omnibus. Si uero cum retro luxauit, non reponatur, hi flectere nequeunt, quin nec cæteri multum, coxæ uero uero tibiæq; os anterius minuitur. Sin autem intro luxauit, magis diuaricantur, nam exteriora minuuntur. Si uero foras, cōtra magis intro curuantur, sed minus claudicāt, crassius enim os uehit & sustinet, quæ uero intus sunt, minnuntur. Qui uero sub ortu, uel adulescentia luxarunt, sicuti priores afficiuntur rata portione. tali autem ossa luxata, distētionis & directionis uehementioris utraq; facientis, q̄ manus egent, quod omnibus commune est. Pedis uero mota uellicata ue ossa, sicuti manus ossa sanantur, communicantiaq; in tibia & uellicata si non reponantur, male habent, pedisq; sub ortu uel adulescentia ossa luxata, sicuti ea quæ in manu sunt, tractantur. Qui uero de loco altiore deciderunt desiluerunt ue in calcem, uti ossa discutiātur, uenæ diffundantur confundantur ue, nerui confringantur conuellantur ue, quod cum euenit, periculosissimum grauissimumq; est, siquidem periculum est, ne hæc siderata, maleq; affecta omne æuum & uitam negotium facessant, diuulsaq; ossa & distorta, neruiq; cum his communicantes & hærentes ne remaneant, si præsertim hæc uulnerent, cutem ue secent, qualia in coxa tibiaq; ueniunt neruis dissolutis, qui cum his communicant uel alia negligenti declinatione & re, si præsertim calcis pars nigrescat, quod recrudescere rem & rebellare maxime facit. Quandoq; & supersideratio, læsio putredoq; fit, febresq; pergraues, tremulæ, singultosæ, mentem quæ tangunt, citoq; tollunt, magnarumq; uenarū liuores & cancri fiunt. Signa uero recrudescentiū & rebellātium sunt, si diffusa & sparsa hæc sunt, quæq; circa sunt, nigricantia, subdura subraq;. Nam si cū duricia liuescant, periculum est, ne nigrescant, si uero suppurulēta, mollia, diffusa, & sparsa, quæ liuescunt, sint, uel sublutea molliaq;, hæc optima in his omnibus sunt. Medela autem est, si sine febre sint, ueratro purgare helleborissare ue, si minus, non, sed mulsum acetum suaue propinato, motosq; articulos componito, superligato, multoq; magis hæc in fractis facito, plurimisq; linteis & fasciis utitor, mollioribusq; minusq; stringito, & premito, plurimaq; calida calcem talum ue circunfoueto. Status autem, & forma modus ue hic esto. superligatione calcem nimiū ne stringito, sed supra genu deducito, beneq; illic

Genu luxatio.

Luxatio horum sub ortu.

Desilire decidere ue de loco altiore super calcem quid faciat.

Curatio quæ.

Pedis luxatio. componito,ferulis autem tabellis ue ne utitor.Cum uero pes luxauit,ſolus uel cum talo,qui magis introrſum prolabitur,ſi non reponatur,cum tempore macileſcit & extenuatur luxationis contraria parte,quemadmodum coxendix, femur,coxa tibiaq; qui ſicuti manus iunctura reponitur,ſed ualentius diſtenditur.Medela uero fit,ſicuti lex & modus cæterorum articulorum poſcit,minus autem q̄ manus iunctura,recidit rebellat ue,ſi quieſcat, cibus quidem minor porrigitur,nam otiantur.quæ uero per ortum & adoleſcentiam luxarunt, pari modo ſicuti ſuperiora & afficiunt & tractantur.Præterea ſub ortu parum luxata quædam dirigi poſſunt,pedis præſertim obliquitas,cuius non unus modus eſt.Medela uero huius,ceratum unguentum ue rheſinoſum, multa lintea faſciæq; tabella lamella ue plumbea nō corpori ſuperligata,ſubleuatio & reſumptio,ſtatus & forma cōcordēt.Si uero luxata fracta ue uulnus fecerint & promineant,melius eſt non tangere,ſed ſic ut habent,ſinere, tamen ne pendeant, nec cogantur ſtringantur ue.Medela uero,piceata medicamenta & unguenta ſint,uel penicillis & linamentis uino tinctis utitor & calidis,nā frigus his omnibus hoſtile & infenſum eſt.Per æſtatem uero foliis circundato, per hyemē ſuccida lana,tegumenti cauſa,ne linito emplaſtrato ue,ne ue ſuperligato. Cibus tenuis porrigatur,frigus,pondus,preſſio ſtrictio ue non neceſſaria & uiolēta abeſto,ſtatus uero,forma,ſeries & ordo neceſſarius eſt, contraria uero omnia ſcito pernitioſa his eſſe.modice uero & negligenter curata,turpiter & indecenter claudicant.Si uero pes ad pedes & contra pedum uſum uertatur conuellitur & moleſtat,ſi quo ue alio uertatur,rata portione uexat,tamen oſſa non multum diſtant,parum enim denudātur,tenuemq; & hulcerationem & cicatricem obducunt.Maxima uero horum periculoſiſſima ſunt, quæq; maxime ſupra ſunt,ſpes uero ſalutis ſola eſt,ſi non reponantur præterq̄ſi ſecundum digitos manumq; ſummam ſint.Quæ pericula ſint,prædicito, reponereq; tentato ſed primo ſecundo ue die,ſi minus,decimo,quarto autē,nullo modo, quæ reponant,libratiunculæ mochliſci ue ſunt.Medela uero ſicuti capitis oſſa,calor,ſed ueratro ſtatim,& cum repoſueris,melius eſt uti.Cæterum ſcito, ſi hæc reponantur,ſi ſupra ſuperiore ue parte ſint,celerrime mortem ſequi. Pes uero cum ſic exceſſit,dolor neruorum ſpaſmus ue, cancer & gangræna ſubrepit. ſi reponatur etenim quidq; horum ſuperueniat, ſi reiicias ſpes ſalutis eſt, ſiqua ſpes eſt,nam cum dimittuntur,hæc non fiunt,ſed cum tenduntur. Si qua uero de articulis & oſſibus abſciſſa ſunt,non ſupra,ſed uel ſecūdum pedem,uel manum proxime ſuperſunt,niſi ſtatim magno animi deliquio pereant. Medela q̄ capitis,& calor.Siderationis quidem,læſionis,& putrefactionis carnium & in his & in uulneribus cauſa eſt,ſanguinis fluxus remoratus,fracturiſq; oſſium cōpreſſus,uinculiſq; & ligationibus nigritia.Quibuſq; coxæ pars brachiiq; os decidit,& caro decidit,plurimi tamen ſuperſunt,cæteraq; latu facilia accedunt. Quibus autem fractis oſſibus carnes ſubito circū dehiſcūt, qua denudata ſunt oſſa,

Pedis in ortu luxatio et obliquitas.

Quæ concinnēt.

Si luxatio fractio ue uulnerēt.

Pedis luxatio cū uulnere.

Caſus oſſis et carnis.

ossa,decidunt sed tardiuscule. Quare sub uulnere sani corporis quid demito, cauentem enim & timentem dolor præperimit,simulque cum animi deliquio defectu ue multi pereunt.Coxæ quidem os ex hoc resolutum cũ est,die octogesimo decidit,tibia uero cum subtracta est,uigesimo, mediaque eius ossa sexagesimo,cum uero ex his resoluta sunt, cito tarde ue prout medicæ pressiones fuerint,cætera uero quæ placide tractantur,ossa eorum non decidunt, carnibusque non denudantur.Quare hæc lenius & superne magis suscipiantur & tractentur,nam plurima magis formidolosa sunt,quàm periculosa peioraque. Medela uero lenis cum tepore fit,cibus optimus & perparcus,periculũ sanguinis fluctionis frigus adducet.Status autem forma modusque sunto,ne relabantur.dein de substragulum subsedimẽtum ue puris causa planũ subdetur,quæque his conferant,& cum nigricant.Præterea sanguinis fluctiones,difficultates intestinorum multæ & uehementes per decretorium,sed non multos dies uexant, quãuisque febricitẽt,cibum tamen non ualde auersantur,quos tunc nihil euacuato. Vertebrarum autem luxatio gibberositas ue introrsum mortifera est, lotium enim prohibet,torporemque adducit.quæ uero harum foras plurimum luxarunt,minus lædunt,quàm quæ concussæ non prominẽt,sibi enim ipsis decernũt, sed illæ plurimũ corpus uexant,præsertim si loca præcipua & periculosa molestent,quales sunt costæ.Quæ fractæ si sunt,febriculam,sputum sanguinis,siderationem putrefactionem ue & læsionem adducunt,siue una sit,siue plures. Quæ fractæ si non sunt,medela facilis est,si febris non sit,ne uacuato, sed deligato,prout horum lex,ritus,& consuetudo poscit.Callositas autem & ferruminatio diebus uiginti fit,tenerum enim quid est,fungidumque & uescum. Si uero penitus & utrinque sint fractæ,pustulæ tubercula ue,tussis,pus hos uexant, costæ siderantur,læduntur & putrescunt, singulis enim costis utrinque tenores nerui ue tenduntur,qui per omnes eunt.Quæ uero per casum comminuuntur, minus dirigi possunt,præsertim quæ supra præcordia sunt.quibus uero pueris hoc euenit,non coalescunt crescunt ue,& augentur simul,sed ueluti caput, manus,crura persistunt.Si uero adultis gibbus fiat,malum statim discutit, sed per tempus aliquod refricat,quo & iunioribus sed minus male cacoethos ue habet.Sunt tamen qui patientius & non laboriose ferant,sed hi,q carnosi & præpingues sunt,sed horum pauci sexagesimum usque annum uiuunt,quin & distorquentur.causa uero cum cæteris est,status schema ue,quibus iacent & statuuntur.Quæ prænoscantur,nam sanguen plurimi spuunt,purulentique fiunt.Meditatio uero & medela est,deligatio,sicuti lex horum ritus ue & consuetudo poscit.Cibus primo perparcus & optimus porrigatur,deinde mollescito, quiescito,sileto,status schemata ue commoda sunto,uenter subducatur,uenus abesto. Sed quibus sanguis minus cum dolore redditur,quàm in fractis consueuit, magis cum temporibus redire solet.Quibus uero mucosum quid relinquitur, cũ doloribus submonet.Medela,perustio os usque non ipsum & idem. Si uero quid

Luxatio uertebrarum introrsus peior est.

Costarum læsio.

Spinæ protuberatio.

Sexagesimum annum pingues nõ excedunt.

Quibus ignis detur.

medio loco relinquatur,nec transfuratur,siue superna tantum parte sideratio, læsio putredo ue sequitur.Quæ cuncta dicentur,quæ penetrant,uidentur non uerbis,cibaria,pocula,tepor,frigus,status schema ue, quodque medicamenta quædam sicca sunt,quædam humida liquida ue,quædam burra rubra ue,quædam alba,quædam nigra,quædam aspera super uulnus, cibusq; similiter. Lex modus ue repositionis directionisq; est,libra mochlos ue, cuneolus spheniscus ue,succula hyponos ue seu asellus hyponiscus ue, qui reducit, libra uero adducit.Quæ uero reponenda dirigenda ue sunt,distendito, statuq; schemate ue,quo mansura coalituraq; sunt,trudito,quodq; luxauit & excidit,eo pellito,unde luxauit & excidit,quod uel manibus,uel subleuamento, uel sucullis, uel circa quid perages.manibus quidem recte singulas partes tractabis,manus iuncturam cubitumq;,manus quidem iuncturam,cubiti recta satis est pellere, cubitum uero,brachium uersus flectere & curuare,uti secundum brachiũ consistat,quod per manum subtenditur.Digitos auté uel manus,uel pedis his similiter coaptato,manusq; iuncturam,eiusq; protuberationem uti emineat,curato truditoq; & retrudito,cætera quidem satis est manibus pellere. Quæ uero prominent,calce,uel manus palma in suam sedé pellito super aliqua re posita,dum sub eo,quod prominet,quis mollis conueniens globulus sit. Partem autem alteram quis peritus & prudens minister retro & subter pellito,seu intro, seu foras exciderit.Quæ uero tortuose & oblique luxauerint, propellito repellitoq; retrorsum & in utranq; partem.Quæ uero prominent & extuberant introrsum,nec sternutamentum,nec tussis,nec uentus flatus ue, nec cucurbitula laudabiliter reducet.Quare constitutione distentioneq; quadam opus est, deceptio tamen hæc error ue potest inesse,quod luxatis uertebris propter incuruamenta præ doloreq; uidentur introrsum luxasse,quæ facile reducuntur, celeriterq; coalescunt.Quæ uero foras prolabuntur,partim supra, partim subter contrario modo per pedes distenduntur,quæ coactio reductio ue cum distétione fit,uel sede,uel tabella,uel pede.Quæ uero hac,uel illac luxarunt, siqua distentio,status schemata ue adhibeatur,facile reducuntur & coalescunt. Peculiarisq; nutricatus,cuncta præterea sint accommodata,quæ necessaria sunt, lata,lenia,ualida,peculiaria,pannisq; ualidioribus non prius conuoluantur, q̃; parentur cuncta coactionibus repositionibusq; necessaria, commensa longitudine,latitudine,& altitudine,sicuti cum distentio coxæ peragitur, secundum talum uti distendatur & ligetur supraq; genu.Hæc quidem eodem distendito,latera & lumbos secundum alas,aqualiculum,pectinem,femur, coxam distédito.Quædam per media femina & principia,hoc quidem in pectus, hoc autem in tergum distendito.Quædam per omnia subtendito,commodato, contendito,uel ad assem pistillo similem,uel sucullam asellum ue. Si uero hæc in lecto facias,pedes uersus solum firmato,pedem uero lectuli alterum cum altero,ligno ualido transuerso connectito,superiora auté ad assem pistillo similé

Diuersitas nutricatus medicamẽtorumq;.

Quæ luxata reponant.

Qui luxata tractentur.

Tortuosa obliqua ue luxatio.

Vertebrarum luxatio.

Quæ luxata reponant.

Cum in lecto luxata reponuntur quid agas.

confirmato

confirmato & distendito, uel modiolos retæ, in hisq; assiculos cõfirmato, uel scalam, & utrinq; trudito & pellito. Sed hoc commune est, tabella sumitur sex cubitos longa, duos lata, palmum crassa, quæ planum asellum suculam ue habeat utrinq;, per mediumq; columella canaliculi ue gradatim incisi & læuigati figantur cauentur ue. Qui ad ligni substragulum rata portione commensi respondeāt, quorum incisuræ latæ & altæ digitos quatuor sint, quemadmodũ in torculari fit, tantumq; intermittatur, quantũ librari, dimoueri, & dirigi possit. Tabella uero hæc quadratum cauum foramen ue per medium habeat, columella uti stet figaturque in eo, quæ inter femina promineat, cũq; librabitur, motabitur, distendetur, subterlabi prohibeat, tabellæq; huius postrema loco aliquo, uel pariete defigito & confirmato, cũq; super hac quid recõcinnabis, quid molle, quod recõcinnandis conueniat, substernito. Quibus autem os palati subsedit, media naris his deprimitur. Quibus caluaria capitis ue os deprimitur frangitur ue casu, uel re aliqua incussa sine uulnere, de capite & eius uulnere horum nonnullis, quædam acria fauces iecur, pulmonemq; petunt. Signa uero permutationum & casuum patent, qua, qui, quantum hæc inter sese differant, quibusq; coxendicis acetabulum dimotum circũfractũ ue est, neruulusq; eius diuulsus, quibusq; manus prominentia & proiectura dimota & fracta est, quibusq; & qui, quaq; unum, uel duo, quorũ duo sunt, quibusq; pericula spesq; bonæ, uel malæ, quibusq; & quando mala malignitates ue mortis, salutisq; certæ non certæ ue, quæq; reponenda manu ue tractanda & curanda sunt, & quæ non, & quando, & quando nõ. Super his spes, pericula, quæ, quando manu curanda & tractanda, per ortumq; luxata, quæ crescent, quæ nõ, quæ citius, quæ tardius, quæ clauda & læsa remanebunt, qui, & qui non, & cur, quodq; minuetur, cur, & qui, & qui non, quæque luxata fracta ue citius tardius ue coalescant, quæq; distorquentur, superextuberantq;, horumq; remedia, quibus hulcera statim, uel postea fiunt, quibusq; ossa minus luxata & fracta sunt, quibus plus, quibus magis & minus minuentur, quibus luxata & fracta plus minus ue ꝓminent, quibus minuuntur, quibus non, quibus luxata fracta ue exeũt, quaq; magis, quæ luxarunt ossa, uel articuli, quibus ferruminantur, & callum obducunt & extuberant, quibus non, quibus uidentur, quibus putantur, & cur. Quæq; ad passiones, quæq; ad medicamenta medicandaque pertinent, scire oportet. Quibus legibus modis ue legitimis peragantur distentio, directio, fricatio, laxatio, ligatio, præparatio, superligatio, resumptio, positio, status schema ue, tempora, nutricatus diætæ ue. Quæ uesca & tenerrima sunt, statim coalescunt, contraria uero, contra distortiones curuationes ue sine carne, sine neruis. Quod repositũ est, multo propius loco est, unde luxauit, q̃ quod repositum non est. Nerui, qui continenter mouentur & agitãtur, quiq; in humido & molli loco sunt, magis concedunt, lentescunt, & mollescunt, q̃ qui contra. Quod luxauit, si confestim reponatur, optimũ est, si uero febriat, ne reponito, nec quartana, quintana

Tabella reconcinnatoria.

Tabella hæc qui cõcinnetur.

Palati dimoti signa.

Caluaria cõpressa comminuta ue sine uulnere.

Quæ in his medico præstanda sunt uide.

Qui medicũ agit hæc perspiciat.

autem,minime.Cubitum,cunctaq; torporem facietia q; celerrime si reponas, optimum est,cum inflammatio cessat.Cóuulsa uel nerui,uel chartilaginea, uel proiecturæ supereminentiæ ue,uel distantia separata ue secundum suam naturam,similiaq; quemadmodum prius fuerant restitui non possunt,callum enim statim obducunt & extuberant , tamen usus conseruatur , & remanet plurimis. Quæ postrema sunt,facile & luxant,& reponuntur,quæ facile luxant , non inflammãtur. Quæ non calefiunt non inflammãtur ue,maleq; curantur,rursus luxant,quæ statu forma ue,siue modo consueto distendito,quo maxime tollantur & reponantur,naturamq; & locum,unde luxauit,perspicito , retroq; & recta,tortuoseq; & oblique dirigito,celeriterq; ppellito. Quæ facile celeriterq; luxant,& conuelluntur,celeriter retrudito,celeriterq; circumagito,quo cófert & expedit.Quæ crebro luxant,facile reponuntur . causa est neruorum ossium ue solutio,neruorum quidem longitudo,& prolixitas, uel laxatio & supercessio,ossium autem,acetabuli læuitas & æqualitas.Capitis caluitium consuetudo & tritus usus faciunt.causa est,incontinentia,habitus,& ætas,quod submucosum est,non inflammatur.Quibus uulnera statim,uel postea facta sunt,ossibus exeuntibus,uel pruritu scabricia ue & asperitate,quæ cum senseris, statim soluito,picariumq; ceratũ super uulnus ponito,& uti uulnus superligato.Primo caput principium ue fasciæ superponito,deinde cætera peragito,nec qd læsum est,ea parte sit,sic enim maxime extenuabitur,citoq; decidet,circumq; dehiscet & expurgabitur,celerrimeq; coalescet, sed ferulas eo ne deducito,ne ue stringito premito ue.Quorumq; ossa ualde distabunt & aberunt,quorumq; parum,sic facito,multum enim suppurat,sed hæc non sic & adeo,sed sedimentorum causa refrigerantur.Quæ autem ualde prolapsa sunt & extant,siue reponantur,siue non,deligatio superligatio ue his non quadrat,sed potius distentio & distantia.Quare pilæ,quales puelli conficiunt,parentur,quarum una secundum talum,secundum genu,tibiam suram ue uersus altera ponatur,quæ latæ,commodæ,ualidæq; sint,circulosq; & anulos habeant , quibus paxilli uirgulæ ue corneæ,rata portione commensæ indantur,longæ crassæq; quantum satis erit,uti distendant.Quæ habenulas utrinq; habeant,uti in anulis colligentur,cogantq; & propellant.Medela uero picatum ceratum calidum esto , statusq; schemata ue coxédicis & pedis,quies & positio,cibusq; optimus & perparcus porrigatur.Ossa uero luxata supereminentiaq; primo,uel secundo tertio ue die reponito,sed quartana quintana ue,non,cum recentia & ualida sunt, quæ libellis mochlicis ue repones.Si uero repositum os firmamentum nó habeat,quæ prohibent,abscindito,sed tamen & sic denudata decident , contractioraq; membra reddentur.Præterea quidam articuli plus,quidam minus luxant,qui uero minus,facile reponuntur,qui autem plus,maiora facessunt negotia,malaq; neruorum,ossium, articulorum,carniumq; & statuum schematõ ue. Coxa uero,brachiumq; simillime luxant & excidunt.

Qui hæc tractãda et reponenda.

Caluitium.

Quid agendum cum ossa sauciarunt.

Ferulæ tabellæ ue his nõ ponuntur.

Pilæ quæ librãt reponunt ue.

Virgæ de corno in his locantur.

Quando luxata fractaq; reponantur et concinnentur.

Coxa luxata cũ brachio cõuenit.

Hippocratis

HIPPOCRATIS DE FRACTIS LIBER

SERMO VE SEPTVAGESIMVS

Edicum quidē oportet, q̃ rectiſſime luxata fractaq; diſtēndere & concinnare, nam horū hæc eſt iuſtiſſima & rectiſſima natura & diſpoſitio. Si quid aūt hac uel illac declinet, peccatur & erratur, ſed minus in decliue & ſubter, q̃ in accliue, ſupinū, & ſup. Qui uero nullo cōſilio & ſciētia hanc rem aggrediūtur, plerūq; nihil errāt. nā qui ligatur, manū porrigit & adiuuat, uti recte & iuſta natura & modo cogatē & colligetur. Medici uero, q præ ſe ſcientiā & peritiā ferunt, ſæpius peccāt & errāt. Diligentia quidē & ſtudio nō multo medici ferme omnes, uti uno uerbo dicā, manū fractā tractāt. Quare plura de hoc ſcribere cogor, quoniā multos medicos uidi, qui docti peritiq; cēſebātur, qui ſatis eſſe putabāt, manū poſitu, forma, & deligatione ſtatuere. Qua de re rudes & ignaros eſſe uideri oportet, nam alia plura huius artis ſic cēſentur. Nouū enim quid & externū, qđ bonum nec ne ſit, neſciūt, magis probāt, q̃ cōſuetū, quod iandudū bonum eſſe ſciūt. quodq; obſcurū eſt & nuper aſcitū, q̃ quod clarū eſt & apertū, comprobāt. Dicēdū igitur eſt & patefaciēdū medicorū errores, quos eſſe duco, quoſdamq; docere uolo, quoſdā dedocere. De manus quidē natura primū dicam, nam de aure diffracta, cæteriſq; corporis oſſibus alius ſermo erit, & documētū. Manū quidē, de qua ſermo eſt, quidā decliuē deligandā cēſuit, quidā ſic habere & ſtatuere coegit, quēadmodū ſagittātes, cū humerū præmittūt, ſicq; habētem deligauit, ſibi hoc illi naturale eſſe perſuadēs. Teſtimoniūq; hoc attulit, cubiti oſſa cuncta recta inter ſeſe eſſe, ſimilēq; colorē & rectitudinē foris & intus habere, ſagittariāq; artē teſtimoniū adducebat. Quæ cū diceret faceretq; doctus perituſq; cēſebatur, cæterarū autē artiū nō meminerat, quæ robore & uiribus, quæ artificio ſua peragūt, neſciens aliā eſſe formā ſchema ue in otio naturalē, aliā in negotio, dextræq; manus aliā, ſiniſtræ aliā formā naturalem. Quemadmodū ſi contingat libeat ue ſic cōparare, ſtatus alius, forma, & figura ſchema ue iaculatoris eſt, funditoris alius, lapidē emittētis alius, pugilis alius, quieſcētis alius, nō quieſcētis, & negotiātis alius. Quaſcūq; alias quis artes inueniat & proponat, quarū ſtatus, figura forma ue naturalis manuū non ſit idē. Nam in unaquaque arte, manum quiſque ad opus, quod facere uult, conformat & accommodat. Sagittariam autem & arcum exercenti tenenti ue par eſt, ſtatum hunc & potiorem eſſe, quam manus alterius, nam brachii diſtentio in cubiti principio & fundamento ſtatu hoc confirmatur, & confulcitur, cubitique & brachii oſſa dirigit, totum robur uti in his ſit, & articuli & iuncturæ reflexio ſtatu hoc & ſchemate reflectatur. Par igitur eſt, locū

Quæ medici in his præſtare debeant.

Quos medicos in his non probet.

Status ſchematis ue uariatio.

hunc ſic maxime rigidum fore,& non flecti,ſed diſtendi,nec ceſſurum,cumq́ manus dextera chordam & neruum attrahit,plurimum ſic attrahet, emittetq́ de ſolidiſſimo & firmiſſimo in unumq́ coacto & contracto arcu, nam his ſagittarũ emiſſionibus,uehementius,ualidius,celerius,& lõgius emittitur. Quare deligatio ſagittariaq́ nihil commune habent,ſic enim deligatam manum tenere,multos alios dolores,q̃ uulneris daret. Qui ſi flectere mandet, nec oſſa, nec nerui,nec carnes ſtatu eodem ſchemate ue conſiſtant, ſed ligatione uicta & ſuperata tranſmutentur alio,quare ſagittaria in his quid utilitatis habeat, nõ uideo.Sed fortaſſe non erret,qui ſapientiam,ſciẽtiam,& peritiam præ ſe fert, ſi læſum,& uulneratum,manũ ad pectus dare mandet,& præbere, cõtinereq́.

Modus alius deligandi.

Medicorum alius præterea manum reſupinabat,ſicq́ diſtendebat, & deligabat ratus hoc eſſe naturale,corpore,& colore eius coniectans,& oſſa ratus ſecũdum naturam ſic ſtare & eſſe,quoniam os,quod eſt ſecundum manus articulũ, prominere uidetur,uel quoniam paruus digitus ſtat & eſt recta eius oſſis, quo homines cubitũ metiuntur.Teſtimoniaq́ hæc adducebat,& argumenta, quod ſecundum naturam naturaliter ue ſic ſtant & habent,dicereq́ uerum & bene uidebatur.Sed hoc quidem non ſic habet, manus enim reſupinata ſi diſtendatur,ſummopere dolebit, quod quiſq́ facile deprehendat,ſi manum ſuam ſic diſtendat, q̃ dolorifica ſit hæc forma,& ſtatus ſchema ue perſpiciet. Siquidem & uir minor uiribus,maioribus præditum ſi prehendat ſuis manibus,facile,quo uelit,agat,quorumq́ cubitus ſic reſupinatus torqueatur,& frangatur, nec,ſi manu ea gladium teneat,eo utetur,tam uiolẽta hæc forma, & ſtatus eſt. quod ſiquis hac forma,& ſtatu deliget,ſinatq́,magis dolebit,magiſq́ ſi ſic iaceat,uel urat,qui ſi manum flectat,muſculos,oſſaq́ ſtatum alium & formã neceſſe eſt ſumere,& habere,quæ in hoc ſtatu & forma præter alia detrimenta

Manum non recte curantes carpit.

neſciuit.Nam os,quod ſecundum manus articulum prominet, digitum paruum recta ſpectat,qui cubitum.quod autem in conflexione eſt, quo homines cubitum metiuntur,brachii caput eſt,hic autem idem os, & hoc & illud eſſe putauit.Cubitus ancon ue,qui uocat̃ oſſi illi idẽ eſt reſpondet ue, quo firmamur,& excipimur.Sic igitur manũ reſupinatũ habẽti tenentiq́,hoc idẽ os diſtortũ uidet̃ & eſt.hoc aũt & illud,quo nerui de digitis articuloq́ manus, per interiorẽ partẽ tendunt,præſertim ſic reſupinatã manũ tenẽti diſtorquet̃, qui nerui brachii os petunt,cubitus unde menſurat̃,& auſpicat̃,tot & tales horum ſunt errores manus naturæ,& ignorationes.Quod ego gnarus,manũ fractam ſi quis diſtẽdat,os quidẽ parui digiti quod in cubitũ ancona ue recta tẽdit,dirigere ſuadeo & mãdo. Nã ſic nerui,q de manus articulo & iũctura brachiũ petunt,dirigentur,manuſq́ ſic locata & reſumpta,ſtatu eodem & ſimili erit,quo deligata,ſineque dolore gradietur, iacebit,quieſcet.Quare hominem in clara luce locato,uti os,quod prominet,exceſſit,fractumque eſt, in diſtentione manu tractantem non lateat,cum ſatis diſtentum erit,peritum enim,cum manum

& os

& os excedens,tanget,non latebit. Cubiti quidem ossium, nisi utraque fracta sint,medela facilis est.Sin autem superius os uulneratum,& fractum sit,quamuis crassius sit,tamen os sanum fundamenti loco subtenditur,etsi facile lateat, nisi prope manus iuncturam sit,carnis enim extuberatio,quæ supra est, crassa est,subter autem os sine carne est,nec facile latet,maiorisq; distentionis eget. Sin autem hoc comminutum non est,sed alterum,distentio lenior satis est. Si uero fracta sint utraq;,distentionis ualidioris eget.Pueri quidem cuiusdam distenta uidi plus quam oportuit,plurimi tamen minus q̄ oporteat, distendunt. Cum uero distenderis,manus palma superposita dirigito,& coæquato, postea cerato non multo linito,ne uincula dilabantur & defluant,sicq; deligato, pectoriq; admoueto,ne manus summam partem submissius cubito teneat, sed altius paulo,ne sanguis eo defluat,sed auertatur,postea superligato, caputq; fasciæ super fractum ponito,& confirmato,sed multum non premito stringito ue.Cum uero bis ter ue locum eum circunfasciaris, superiori distribuito, superligatoq; uti sanguinis defluxus auertatur,ac illic finito.Longæ nimium primæ fasciæ ne sunto,caput autem secundarum super fracturam ponito,semelq; circunducito,postea ad inferiora distribuito,minusq; stringito & premito, ad mediumq; transcendito,& redito,fasciaq; uti satis sit, considerato, & eodem redito,& recurrito,ubi prima finiuit, illicq; dextra,uel sinistra superligato,uel qua ad statum & formam fracturæ conferat,declinato.Post hæc autem lienes linamenta ue in lienis formam redacta,cerato non multo tincta supertẽdito,nam melius defluit,disponiturq;, postea sic fasciato modo dextra,modo sinistra alternatim,plurimumque ab inferioribus incipiendo ad superiora deducito,quandoq; de supernis ad inferna. Subarida uero linteis in lienis formam redactis curato,circunuoluendo dirigendoque,sed multum simul ne circunducito,sed particulatim,manus autem articulum laxius,sed crebro circunducito,duæ tamen fasciæ circunuolutiones ue primo satis sunt.Signa uero bene curati recteque deligati hæc sunt,si cum de eo quæras ualde ne stringatur, & prematur,si dicat se premi quidem & stringi,sed leniter,& præsertim in ipsa fractura,quæ si dicat,recte deligatus & curatus est. Signa uero mediocritatis sunt,si diem & noctem,quo deligatus est,multum se premi & stringi uideatur,postridie uero manus extrema,parum molliterq; tumeat, signum enim est te non multum constrinxisse,die autem finito minus premi uideatur. Tertio si laxiora uincula tibi uideantur,quidq; horum quæ dicta sunt,si deerit, scito te laxius q̄ oportuit,deligasse,sin cõtra,magis q̄ oportuit,strinxisse. Quibus admonitus postea uel laxius,uel pressius deligato,tertioq; die post distentionẽ, & directionẽ soluito,p̄moq; si parꝝ strinxeris,scd̄o loco magis paulo strĩgito. Capita uero fasciarũ,sup ipsam fracturã,sicuti p̄us,ponito, si uero sic p̄us deliges,sanies hinc undiq; ptes postremas petet,sin al'r p̄us strĩxeris,huc de pte cõpressa deriuat.Siquidẽ plurimũ confert,mentem adhibere,remq; cognoscere.

Cubiti ossa diffracta qui curentur.

Deligatio.

Lienes splenia ue.

Qui hæc diligẽtur.

Laxius nunquam deligandum est.

ſic quidem de hoc loco deligare & ſtringere incipito, quantoq; magis ab ipſa fractura diſceſſeris, tanto minus ſtringito, cæteraq; rata portione, laxius autem uſq;quaq; nunquam circũducito, ſed arctius potius. Deinde uero plurimis linteis & faſciis ſuperligato, ſingulaſq; ſuperligationes eatenus ſtringito, dum interrogatus dicat ſe plus paulo q̃ prius, ſtringi, præſertim in ipſa fractura, cæteraq; rata portione, circaque tumorem & laborem, meliuſq; & facilius habendo & ferendo pro rata portione deligationis prioris peragito. Cum uero tertianus erit, ſiue ad diem tertium uenerit, laxioraq; uincula eſſe uideantur, ſoluito, pauloq; arctius omnibus faſciis religato, cunctaq; hæc comprendant, quæ prius, cum tertianus fuerit. Septimanus uero poſt primam ligationé, ſi rite deligaueris, tumor nõ ualde magnus in ſumma manu erit, locuſq; deligatus in omnibus deligationibus gracilior deprehendetur, ſeptimo autem ualde tenuis & gracilis, oſſaq; fracta melius mouebuntur, dirigenturq;, quæ ſi fuerint, cum direxeris, ſuperligato, ferulaſq; admoueto, pauloq; magis q̃ prius, ſtringito, niſi quis maior ex tumore dolor inſit, qui in ſumma manus parte fuerit. Cum uero deligaueris, ferulis circundato, laxiſq; uinculis circunducito, uti quieſcant, & nõ moueantur, & ferularum appoſitio nihil ad manus compreſſionem addat, poſt autem hæc dolor ceſſet, ſimiliterq; uti prius, in primis ligationibus, quieſcat. Cum uero tertianus fuerit, laxioraq; uincula eſſe dixerit, tunc ferulas propius admoueto, confirmatoq; uti hæreant, qua præſertim fractum eſt, cæteraq; ſimiliter facito. Si quidem deligatio laxior ſit, & non ſtringat, ferulam craſſiſſimam, qua fractum eſt, & extuberat, ponito, dum ne multum protuberet, maxime præterea ſtudeto, ne ferula recta magni digiti ſit, ſed hac uel hac, nec etiã recta parui digiti, qua manus articuli os prominet, ſed hac uel hac, ſi uero conferat ſuper fracturam ferulas ponere, breuiores facito, ne ad manus iuncturæ oſſa, quæ prominent, perueniant, periculum enim eſſet ne hulceraretur, neruiq; denudarentur. Præterea tertio quoq; die ferulas placide leniter ue confirmato, tecumq; hoc putato, ferulas, uti deligationem conſeruent, & non ſtringant, & premãt, poni & ſuperligari. Sin autem uideas oſſa ſatis bene prioribus deligationibus coaleſcere, prurituſq; nulli uexent, hulceratioq; nulla ſubeſſe timeatur, ferulas ante q̃ uiginti dies tranſeant, ne ſuperligato, nam triginta fere circiter ue diebus ad ſummum oſſa coaleſcunt & ferruminantur, cubiti præſertim, tamen nihil certum & uerum eſt, cum naturæ & ætates inter ſeſe differãt. Cum uero ſolueris, calida foueto, & religato, pauloq; minus q̃ prius, ſtringito, faſciiſq; prioribus conuoluito, deinde tertio quoq; die ſoluito, & religato, minuſq; ſtringito, minoriq; faſciarum numero circunfaſciato. Cum uero ferulas ſuperligaueris, dubitaueriſq; ne oſſa bene concinnata ſint, uel quid aliud uulneratum & læſum moleſtet, medio huius temporis ſpatio uel ante, ſoluito, concinnato, & religato. Cibi uero his, quibus per exordia uulnera non fuerũt, nec oſſa prodierunt, ſubexiles & non ualidæ materiæ ſatis ſunt, parcius enim uſq; ad decem

Ferulæ tabellæ ue quando apponendæ.

Quando ſoluendæ.

Nutricatus horũ qualis.

ad decem dies hi nutricandi ſunt,utpote cum otiētur,tenelliſq; & molliculis, liquidis, uentremq; quid mouentibus pulmentis utitor,& obſoniis, carneq; & uino abſtineto,poſtea quidem ex additamento reficito.Sermo autem hic ſicuti lex quædam iuſta,& æquabilis,poſitus eſt,& iacet de fractis & eorum curatione,quemadmodum rite manibus tractentur,uel contra,quæ eueniant, ſcitoq; cum quid in his non rite ſuccedit,quid in manuum tractatione plus, uel minus factum eſſe.Præterea hæc in hoc ſimplici modo conſiderato, & obſeruato,quæ non admodum rite medici curant,curatio hæc,& deligatio perdere & corrumpere poſſunt omnia.Si nanq; oſſa utraq; ſint fracta,uel ſolū, quod ſubter eſt,deligatuſq; manum diſtentam in mitella teneat & habeat, cuius maior pars in fractura hæreat,manuſq; hinc & hinc attollatur,hunc neceſſe eſt inueniri habentem os cōuerſum ad ſuperiora.Sin autem fractis oſſibus hic ſummam manum in mitella teneat,ſecundumq; cubiti partem interiorem, cubiti uero pars altera ſublimis ſit & alta,hic os conuerſum ad inferiora habere inuenietur.Quas ob res oportet in mitella lata,molli tenui ue plurimam cubiti partem manuſq; attolli.Si uero brachium fractum ſit,manū ſiquis hoc ſtatu ſchemate ue diſtendat,muſculus brachii diſtentus deligabitur, cum uero ſuperligatus cubitum flectet,muſculus brachii ſtatum alium ſchema ue ſumet. Diſtentio quidem rectiſſima brachii hæc eſt.Lignum cubitale,uel paulo minus,quémadmodum ſunt bipaliorum manubria,ſumito,capulum ſuperponito, qui utrinq; emineat,& propendeat,clauoq; ferreo confirmato,locoq; alto hominem locato,ſub alamq; hoc ſtatuito,manu cum brachio ſuperpoſita, ſicq; hominem librato,& cōmenſurato,ueſtigiis uti uix conſiſtat,totuſq; fere pendeat,quidq; molle & ſtatū ſuperponito,puluillumq; unum plures ue ſcorteos & pelliceos ſubterponito commenſurate ad cubiti rectum angulum uti conueniant & reſpondeant per obliquum & trāſuerſum.Optimum quidem eſt corium latum, molleq; uel mitellam latam circundare, quidq; graue appendere, placide & modice uti diſtendat.Si minus quis ualidus ſtatu hoc ſchemate ue,cubiti partem interiorem ſubter deducat & cogat,medicus uero ſtans manibus tractato, & componito,pedemq; alterum loco altiore teneto, palmiſq; manuum os dirigito,& coaptato,nam facile dirigetur,diſtentio nanq; hæc optima eſt, ſi rite paretur.Poſtea ſuperligato, capitaq; faſciarum ſuper fractum ponito,cæteraq; omnia,ſicuti prius admonitus fuiſti,facito,manibuſq; tractato,& coaptato,ſimiliterq; petito,num rite reſtitutus, & deligatus ſit,ſigniſq; iiſdé utitor, ſi rite,& modice habeat,uel non,tertioq; quoq; die ſoluito,& religato,magiſq; ſtringito,ſeptimanumq; uel nonarium in ferulis deligato.Si uero ſuſpicetur os non rite habere,medio temporis huius ſpatio,ſoluito,cūq; recte diſpoſueris,religato.Brachii quidem os diebus quadragiuta coaleſcit,qui cum tranſierint,ſoluito,minuſq; & rarioribus faſciis ſtringito & deligato, ciboq; parciore,& delicatiore hunc nutricato,q̄ priorem & diutius,quod de tumore con-

Mitella uitta tænia ue qui dāda.

Qui brachiū fractum coaptetur.

Quoto tempore brachium fractū coaleſcat.

iectaberis, qui in manu summa est, uiresque & robur spectato, hocque etiam considerato. quoniam brachium suapte natura foras curuari, & distorqueri consueuit, si male curetur, sic & cætera ossa, quo suapte natura uertuntur, eo & curata uerti consueuerunt, cum fracta fuerint. Quare oportet, cum quid tale suspiceris, mitella lata brachium complecti, pectorique admouere, cumque dormiturus & quieturus est, multiplex linteum splena ue inter cubitum & costas ponere, quidue aliud simile, sic enim ossis curuatura dirigetur. hoc etiam obseruato, ne foras nimium uergat, & tendat.

Pes et ossa eius luxata fracta ue qui curentur.

Pes autem hominis multis & pusillis ossibus constat, quemadmodum & manus, quæ non ualde sæpe franguntur, nisi cum toto pede & eius corpore, cum re aliqua graui, uel exacuta percutitur & sauciatur, quæ cum sauciata sunt, quemadmodum curentur, in uulnerum curatione dicetur. Si quis huius, uel digitorum eius articulus luxet talus ue, & eius ossa, quæ reponito, sicuti in manu dictum est, ceratoque & linteis cõuoluito, sicutique fracta curato, similiterque ligato & stringito, ferulas ne apponito, tertioque quoque die soluito, & religato, deligatusque respondeto, quemadmodum & in cæteris fractis luxatis ue, stringatur ne plus iusto, an laxiora sint uincula.

Quoto tempore hæc sanescant.

Cuncta hæc uiginti diebus perfecte sanescunt, præterea, quæ cum tibiæ ossibus, taloque ipso neruo ue recta communicant. Tempus autem hoc totum iacere & quiescere confert, sed nonnulli malum spernentes, quiescere nolunt, sed prius quam penitus sanescant, circunuagantur, propterea multi penitus non sanescunt, dolorque eos merito sæpe uexat, corporis enim totius pondus pedes sustinent & uehunt. Cum ergo nondum sani deambulant, articuli agitati male coalescũt, propterea cum deambulant, sæpe dolitant, quæ ad tibiam uergunt, communicantia uero cum tibiæ ossibus, cæteris maiora sunt, quæ si moueantur, & agitẽtur, tardius coalescunt. Curatio eadem est, multis linamentis & fasciis utitor, totumque utrinque superligato, & stringito, sicuti cætera, potissimum qua mota sunt, primosque fasciarum circuitus eodem statuito, singulisque solutionibus calida plurimum foueto, præsertim articulos læsos, compressiones uero, laxationesque temporibus iisdem signisque quibus priora, postque deligationes similiter facito. Penitus autem hi, si quiescant, diebus quadraginta sanescunt, sin autem non quiescant, eadem & maiora, quæ priores, patiuntur.

Qui de alto cadunt uel desiliũt.

Qui uero de loco altiore deciderunt desilierunt ue, calceque sese potissimũ exceperunt, ossa his plurimum inter sese distant, & separantur dissipantur ue, uenulæque circa ossa, carne confracta diffunduntur, & spargũtur, tumorque & dolor multis superuenit, hoc enim os paruum non est, subterque recta tibiæ prominet, cũque uenis, & neruis periculosis communicat & coniungitur, posteriorque neruus huic ossi cõnectitur.

Curatio horum.

Quare hos quidem cerato, linamentis, fasciisque curato, calidaque & in his utitor, multisque fasciis superligato, plurimisque rebus aliis optimis his opus est. Si uero cutem teneram & tenuem circa calcem habeant, sic finito, sin autem dùram, & crassam, sicuti multi habent, placide hanc secato, radito, & extenuato, nec

uulnerato,

uulnerato,optimeq; ſuperligato,hæc enim cuiusuis hominis non ſunt. Nam ſi quis ſuperliget,ſicuti cætera,quæ circa talos eueniunt,ſuperligantur, modo pedem,modo neruum complectens,& conuoluens,hæ compreſſiones,& ligationes,calcem talum ue,qua fractus eſt,ſeparant,ſicq; periculum eſt, ne os ſideretur,& putreſcat,quod ſi ueniat,tota uita læſum & uulneratum uexabit.Si qua uero ſic non ſiderentur,& putreſcant,ſed incluſa,nec educta præ ſtatus & ſchematos negligentia in calce nigreſcant,uel tibia uulnerata,& hulcerata , uel aliquo loco periculoſo,& longi temporis,& communi ſiue coniuncto cum calce,uel in coxa,uel in alio malo morbo ue,quia ſupinus diu cubauerit, his tamẽ etiam longinqua & moleſta fiunt,crebroq; recrudeſcunt,& refringuntur,niſi rite deligentur,quieteq; multa curentur. Quamobrem quæ hoc pacto ſiderantur,putreſcunt ue,pericula magna præter alia detrimenta corpori præbẽt, nã febres pergraues,continuæ,tremulæ,ſingultariæ,quæ mentem tangant, paucorum dierum,& quæ perimant,ſuperueniũt,magnæq; uenæ liueſcunt, torpeſcunt,cancrum concipiunt cancellantur ue,quæ nimia etiam ſtrictione, compreſſioneq; fiunt,ſideratione nulla putrefactione ue præcedente.Quæ autem in magnis fracturis ueninnt,dicta ſunt.Quæ uero placide plurimum circunfracta ſunt,multa curatione,ſtudio,& celeritate non egent,ſed tamen rite curanda ſunt.Cum autem quod fractum eſt,magnopere læſum uidebitur,quæ dicta ſunt,facito,plurimumq; ſuperligato,calcem circunfaſciato, modo ſummum pedis,modo tibiam circunuoluito,cunctaq; uicina,quoquouerſus, ſicuti dictũ eſt,nec multum ſtringito,ſed multis linteis,& faſciis circunuoluito, dieq; eodem,uel poſtero ueratrum potato helleboriſſato ue,tertianum autem ſoluito, ſtatimq; religato.Signa uero,rebellatura ne ſint,hæc ſunt,cum uenarum diffuſiones,nigricamentaq;, proximaq; ſubrubeſcent ſubdureſcẽtq;,periculũ eſt,ne recrudeſcant,& rebellent.Quare ſi ſine febre ſit,ſuperne,ſicuti dictum eſt, purgato,quiq; continua febre non laborent,ſi uero continua febre laborarent, ne purgato potionato ue,quin & cibis,& ſorbitiõibus abſtineto,potu aũt aquæ, non uini,uel aceti mulſi utitor.Si uero rebellaturum non eſt,diffuſiones, nigriciæ,circunſtantiaq; ſublutea,& non dura ſunt,quod optimum ſignum eſt,& teſtimonium in omnibus diffuſionibus,quæ rebellaturæ non ſunt.Quæ uero cũ duritia liueſcunt,periculum eſt,ne nigreſcant.Pedem uero q̃ corpus altius teneto,nam diebus ſexaginta,ſi quieſcat,ſaneſcit.Tibia uero duo habet oſſa, multoq; ſubtilius,& tenuius alterum altero eſt,quæ prope pedem committuntur, communemq; habent proiecturam,directa autem in tibia non committuntur, ſed prope genu,coxamq;,communemq; habẽt proiecturam, quæ diffunditur, & dilatatur,quorum oſſium alterum altero longius paulo eſt, parui digiti recta.Tibiæ quidem oſſium natura hæc eſt , quæ quidem luxant , & mouentur, quandoq; pedem uerſus cum ipſa proiectura,utraq; oſſa,quandoq; ſola proiectura mouetur,quandoq; os alterum,quæ minus moleſtant , q̃ quæ in manus

Qui non rite curantur quid patiantur.

Cancrum quando in his timeas.

Signa quæ non bona.

Tibiæ oſſa.

Tibiæ oſſa qui luxent.

articulo ſunt,ſi homines quieſcant. Medelaq́ꝫ ſimilis eſt,quæ in illis,ſed diſtẽ/tione ualidiore his opus eſt,uti reducantur,quoniam hæc ualidiora ſunt, duo homines plerunq́ꝫ ſatis ſunt,qui utrinq́ꝫ diſtendant,qui ſi nõ ſint, uel non poſ/ſint facile ualidius diſtenditur,uel enim rotæ modiolum humi defodito, uel quid ſimile,quidq́ꝫ molle circa pedem dato,poſtea loris bubulis latis pedem circunducito,quorum capita ligno in modiolo,fixo ligato, quidamq́ꝫ hume/ris apprehenſis,quidam poplite diſtendant,mandato. Si uero ſuperior corpo/ris pars ſequeretur,& ſubter laberetur,ligno rotundo læuigato,uel molli re ali qua circunuoluta defixo,& inter femina dato,ne corpus,cum pedibus diſten/tur,ſubter labatur,& ſequatur,hoc retinebit. Præterea ne corpus crus cũ diſtẽ detur,& trahetur,ſequatur,quis ex obliquo & a latere ſedeto, coxendicemq́ꝫ re trudat,& contineat. Hocq́ꝫ etiam ſi quis uoluerit,ſic facere poterit,ſecundum utras alas ligna defixa dato,manuſq́ꝫ illic diſtendito & teneto,quis alius genua capito,ſicq́ꝫ diſtendito. Hoc etiam ſi uelis,facito,ſecundum genu coxamq́ꝫ lo ra alia ligato,modiolumq́ꝫ alium ſupra caput,ſtatuito, loraq́ꝫ ad lignum in eo fixum ligato,de pedibuſq́ꝫ trahito. Hoc etiam ſi uelis,idem faciet, pro modio lis mediocrem aſſerẽ ſub lectulo tendito,firmatoq́ꝫ, capitaq́ꝫ habenarũ utraq́ꝫ ad hunc ligato, uertitoq́ꝫ uti lora diſtendat, ſi uelis etiam ſuculas aſſellos ue/ utrinq́ꝫ ſtatuito hiſq́ꝫ diſtendito. Multi præterea diſtẽtionum ſunt modi, opti mum autem erit,cũ quis in aliqua magna ciuitate, medicam artem exercet, li gnum habere præparatum,quo cuncta diſtẽdat,nam luxata,fractaq́ꝫ omnia di/ſtentione librationeq́ꝫ reponũtur,& recõcinnantur,lignum uero ſatis erit,ſi ta le ſit,quales ſunt quadrati columelli quernei,qui fiunt, longitudine, latitudi/ne,altitudine,craſſitudine ue commoda. Quibus cũ diſtenderis, facile eſt arti culum reponere,nam recta ſupra,& ultra ſuam ſedẽ tollitur,quare manus pal/ma dirigito,& coaptato,cum uero iis,qui ſuper partem læſam,& iis qui con/tra in altera parte nituntur,repoſueris,ſi quidem fieri poſſit,diſtenta ſuperliga to,ſi uero lora prohibeant,illa ſoluito,donecq́ꝫ ſuperliges,diſtendito, modo/q́ꝫ eodem ſuperligato,capitaq́ꝫ faſciarum ſuper illud quod extat,mittito, pri/maſq́ꝫ reuolutiones eodem facito,plurimaq́ꝫ linamenta & puluillos eodem po nito,maximeq́ꝫ illic ſtringito & premito,crebroq́ꝫ utrinq́ꝫ ſuperligato,nã pluſ/culum quid hunc articulum ſtringere & premere oportet,q̃ eum qui in manu eſt. Cum uero ſuperligaueris,paulo altius q̃ reliquum corpus, quod ſuperliga tum eſt,teneto,ſicq́ꝫ locato,uti pes minime tollatur & moueatur,corpus uero pro ui & facultate membri luxati fracti ue emaciato. Quædam enim plurimũ, quædam parum luxant,nam omnino magis & diutius oportet,in crurum uulne ribus emaciare,q̃ manuum,ſunt nanq́ꝫ maiora hæc & craſſiora quam illa,quin etiam neceſſe eſt corpus otium agere,quieſcere,& cubare. Nihil præterea ue/tat,membrum hoc & articulum tertio quoq́ꝫ die ſoluere & religare, cæteraq́ꝫ facere,quæ in præcedentibus,ſi quidem quieſcet,dies quadraginta ſatis erũt, ſi penitus

Diſtentio uaria.

Quiete his opus eſt.

ſi penitus oſſa in ſuam ſedem redierint & ſederint,ſi uero non quieſcant, tarde,& non facile crure utentur,diuq; deligatum neceſſario geſtabunt.Quæ autem oſſa penitus in ſuam ſedem non redeant,& ſedeant,quidq; deſit,ſpatio tẽporis non longo coxendix,coxa,tibia macreſcit,& extenuatur,ſi quidem intro luxauit,pars exterior,ſi foras,interior,plerunq; tamen intro luxant. Cum uero tibiæ utraq; oſſa ſine uulnere fracta ſunt,diſtentionis ualidioris eget,quæ modo aliquo eorum,qui dicti ſunt,diſtendito,ſi magnæ permutationes, & fracturæ ſunt,ſi minus,uirorum diſtentiones ſatis erunt,nam plerunq; duo fortes uiri,qui utrinq; diſtendant,ſatis ſunt.Quæ recta ſecundum tibiæ, & coxæ naturam diſtendito,ſi quidem tibiæ & coxæ fracta oſſa diſtendas, ſicque diſtentis utriſq; oſſibus ſuperligato,quæ uis horum ſuperliges,nam hæc & cruri,& manui non conferunt.cubiti enim,& brachii fracta oſſa manus ſuſcipit, cũ ſuperligata ſunt.Quæ ſi diſtenta ſtatu carnium ſuperliges,cubiti flexione mutantur, cubitus enim diſtentus diu manere nequit,nõ enim ſæpe,& diutius ſic eſſe cõſueuit,ſed flecti. Quin & homines, cum iuxta ſecundum ue manum uulnerati ſunt,ſic deambulare non poſſunt,ſed his opus eſt in cubitum flectere. Crus uero deambulare,& ſtare conſueuit,modoq; totum diſtendi,modo parum, & ad inferiora ſecundum naturam,quin & ad corpus totum geſtandum & uehendũ, propterea facile & diſtenditur,& flectitur,cum opus eſt,quod & in cubili ſæpe facit.Cum autem uulneratum eſt,mens eius,& ſuperbia,neceſſitate in ſeruitutem redigitur,cum hi crus attollere,& mouere non poſſunt. Quare nec uti flectant,& ſtent ſurgant ue,cogitant,& meminerunt, ſed hoc ſtatu ſchemate ue iacentes quieſcunt.Propter has ergo patentes cauſas & rationes manus & cruris,nec manus diſtentio,nec ſuperligatio,nec ſtatus ſchema ue cruri conuenit confert ue.Quare ſi hominum diſtentio ſatis eſt,laborare fruſtra non oportet,ſuperuacaneũ enim eſt,& ſolœciſmon, machinamenta, & inſtrumenta ob hæc facere,cum opus non eſt.Si uero diſtentio uirorum ſatis non eſſet,neceſſario aliam proferemus,quam præ manibus habebimus. Cum uero ſatis diſtentũ erit,tũ oſſa manuũ palmis facile eſt ĩ ſuã naturã dirigere& deducere, riteq; diſponere & diſcernere.cum autem direxeris,ſuperligato,dextra ſiniſtra ue cõferat,primaſq; faſcias,capitaq; earum ſuper fractum ponito,primumq; circũuoluito.Poſtea in ſuperiorem tibiæ partem ligando diſtribuito, quemadmodum in cæteris fracturis dictum eſt,latioreſq; multo faſcias,longiores, & plures in crure,q̃ in manu eſſe oportet.Cum uero ſuperligaueris,ſuper plana, & molli re aliqua locato,nec hac uel illac torqueatur, quæ nec curua, nec caua, nec diſtorta ſit.Maxime uero confert,puluillum linteum,uel laneum non durum,ſed mollem,uel quid ſimile modice longum ſupponere, & tendere. De canalibus autem capſulis ue,cruribus fractis,ſupponendis,quid cenſeam ambigo,ſint necne ſupponendi,ſitq; utile eos ſupponi.Proſunt quidem, ſed non tantum,quantum ii qui ſupponunt, rentur.canales enim non faciũt, & cogũt

Tibiæ utraq; oſſa cũ fracta ſunt quid agas.

Cubitum fractũ qui liges.

Cum uiri ſatis diſtendunt aliud ne quærito.

Canales capſulæ ue ſint ne his ſubdendi.

crus quiescere, nihilq; commoueri, sicuti putant, ne cũ corpus hac uel illac motatur, crus non sequatur, nisi uir ipse mentem, & curam adhibeat. Nec canalis sine corpore, crus hac uel illac moueri prohibet, lignum enim durum, nec placidum supponitur, nisi quis molle quid substernat. Quare nec cũ substragulis, nec sine utile est, præsertim iis, quos egestio uexat. Quamobrem & cum canale & sine, est rite, & turpiter, & male præparare & curare, magis tamen uulgus probat, si canalis subdetur, minusq; medicus errasse uidetur, quod præ se fert, artis ignorationem. Nam in plano, molliq; rectum usq;quaq; iaceat oportet, quoniam est necesse, deligationem uersatione contineri & superare, cum quis mouetur, quocũq; sese uertat, & quæcunq; repant. Deligatusq; sicuti prius dictum est, respondeto, sic enim deligandum est, postremaq; sic tumeant necesse est, tertioq; quoq; die soluere & religare, quodq; deligatũ fuerat, gracilius deprehendi, strictiusq; & pluribus fasciis religare, sed pedem laxius cõplecti, nisi uulnus prope genu admodum sit, modiceq; distendere, ossaq; in quacũq; deligatione superdirigere. Nam si rite curetur, tumor rata portione procedet, quodq; deligatum fuerat, gracilius deprehendetur, quoq; uolueris, ossa deducentur, distentioniq; magis auscultabunt. Cum uero septimanus, uel nonarius uel undecimanus fuerit, quemadmodum in cæteris fracturis dictum est, ferulas apponito, quæ paulo supra talum, nernumq; magnum, qui secundum pedis calcem desinit, sedeant, & finiant. Tibiæ quidem ossa, si rite curentur, quadraginta diebus coalescunt. Sin autem aliquod ossium directionis alicuius egere suspiceris, uel hulcerationem aliquam timeres, tempore intermedio, soluito optimeq; disponito, posteaq; deligato. Sin autem os alterum tibiæ unum ue fractum sit, minoris eget distentionis, minusq; ualidæ, tamen in distendendo non oportet deficere, pigrumq; esse, præsertim in prima distentione & colligatione. Semper autem celerrime distendere necesse est, donec omnes fracturæ perueniant, & redeant in suam sedem. Si minus, quodcunq; os non recte dispositum, & coaptatum quis ligando presserit, & strinxerit, dolorificus magis redditur locus, cætera autem curatio eadem est, quæ priorum. Cum autem os tibiæ interius & posterius mouetur frangitur ue, molestius curatur, magisq; distendendum est, quod nisi recte disponatur, non latet, sine carne enim est, superq; crus multo tardius incedit. Sin autem os quod post est, hoc patiatur, multo facilius & curatur, & fertur, multoq; magis latet, cum non recte dispositum est, & coaptatum, quoniam sura, quæ supra est, carnosior est, citoque in pedes stant, & sistuntur. Plurimam enim ponderis partem uehit, & fert tibiæ os quod suræ opponitur, simulq; cum ipso crure recta fert, quicquid põderis est, quod super crus est. Plurimam enim laboris partem habet anterius interius ue os, caput enim coxæ, quod corporis super sese est, subuehit, suapte enim natura, cruris in interiore parte situm est, non extra, quin & recta tibiæ respondet & situm est, quæ suræ opponitur, simul & dimidia corporis altera pars huic propior est,

Curatio quæ.

Ferulæ quando apponendæ.

Tibiæ ossis coalescentia quota.

Quod tibiæ os magis uexet.

est,& recta,non autem interiori,simulque quod crassius est, quod intus est, quam quod extra. Quemadmodum os quod recta parui digiti in cubito est, quod subtilius & longius est, nam in articulo inferiore subtentio longioris ossis non est similis, dissimiliter cubitus, poplesque flectitur. Propter has igitur causas, fracto exteriore osse, celeriores incessus fiunt, tardiores autem interiore. Si uero coxæ, uel femoris os fractum sit, præ cunctis ualide distendito, ne contractior & minor remaneat, superans enim nihil lædet. Nec si quis inter sese distantia ui distentionis ossa colliget, tantum illa colligatio facere poterit, uti distent, sed cum primum distendentes dimiserint, coibunt, nam crassæ & ualidæ carnes cum illic sint, colligationem uincunt, non uincuntur. Sed uti de quo sermo fuerat, finiamus, ualide, bene, recta, non tortuose, nihil prætermittendo, distendito, magnum enim dedecus, & detrimentum est, coxam contractiorem, & breuiorem reddere. Manus enim si contractior, & breuior fiat, cælari, & tegi potest, nec magnum detrimentum, & erratum est. Crus autem contractius, & breuius si fiat, claudum reddit hominem, sanum enim crus, longius cum sit, quod læsum est, & diminutum coarguit, & demonstrat. Quare melius & utilius illi esset, qui male curetur, utraque crura potius fracta fuisse, nam æquo modo uergeret, & uaderet. Cum ergo satis distenderis, manibusque direxeris, modo, quo prius dictum est, deligato, capitaque fasciarum, sicuti dictum est, ponito, colligationemque superioribus & inferioribus distribuito, sicuti prius eadem respondeto per eadem doleat ne, & laboret, solutusque melius habeat, & leuetur, deinde similiter religato, ferularumque appositio eadem, quæ superioribus esto. Coxa quidem diebus quinquaginta coalescit. Mens etiam ad hoc adhibenda est, quod coxa tortuosa est, tumetque, magisque extrinsecus quam intrinsecus, magisque ante, quam post. Partes igitur ad eas, cum non rite curatur, uertitur, parte enim ea minus carnosa est tunc se ipsa, seu quam debeat, tegi, cælari, flecti, cum graditur, uti possit. Si quid ergo tale dubites, machinamenta, sicuti in brachio distorto monetur conficito, modicamque fasciarum partem circa coxendicem & lumbos ponito, sicuti inguina & articulus, qui est in femine, & podice, colligetur, prodest enim omnino. Summaque & postrema ferularum pars partes non deligatas non tangat, sed multum a parte denudata utrunque distet, positionemque ferularum considerato, ne in osse aliquo prominente hæreant, secundumq; articulos suapte natura cōiūctos, ne ue secundū articulū neruus aliquis sit. Tumores aūt in poplite, & pede, cōpressione suscitatos multa lana succida probe carminata, uino, & oleo tincta, cū cerato perūxeris, colligato. Si uero ferulæ p̄meret, statim relaxato, tumores etiā hos extenuato. Si ferulas, tumoresq; ab inferioribus inci

Cubitus poplesq; dissimiliter flectitur.

Coxa fracta.

Curatio.

Coxa fracta quota coalescit.

Quæ in his cauenda.

piens ad superiora distribuens, fasciis tenuibus superliges, quam primum sic tumor extenuabitur, superque priora uincula, alia ponantur, sed hoc superligationis modo uti non oportet, nisi periculum sit in tumore subbullationis, pustularum, nigredinisque. Nihil autem tale fit, nisi quis ualde fracturam presserit, & strinxerit, suspensam ue habuerit, & tenuerit, manu ue tractauerit, quid ue concitamẽtum aliud in corpus proruperit. Canalem uero capsulam ue si quis sub coxam ponat, qui poplitem non excedat, potius lædet, quam prosit. corpus enim sine coxa, neq; coxã sine corpore moueri nõ uetabit, nã molestabit, nisi poplitem superet, quodque non expedit, facere cogeret. Nam non expedit genu flectere, superligationes enim penitus perturbaret, coxaque & tibia superligata, si quis genu flectat, musculi statum formam ue necessario mutabunt, fractaque ossa necessario mouebuntur. Præ cunctis igitur facito, poples uti distendatur, canalis ergo, qui circundabit, pariter prodesse uidebitur, si de coxendice ad pedem usq; supponatur, tamen fascia lenta cum canali poplitẽ conuoluat, quemadmodum infantes in cunis fasciantur, cum enim coxa superne, uel oblique motabitur, firmius cum canali sic deligata permanebit. Canalis oblongus sit necne faciendus, hinc patet. Calcis etiam postremi summa cura habenda est, uti recte in tibiæ coxæque fracturis disponatur. Nam si pes altius tollatur, tibia reliqua errabunda, & male disposita, necesse est ossa, quæ sunt in tibiæ parte anteriore, curuari. Si uero calx altius pendeat, quam par est, necesse est os quod in anteriore parte tibiæ est, cauari cauum ue comparere præter modum, præsertim si hominis calx suapte natura magnus sit. Quin etiam cuncta ossa tardius coalescunt, nisi naturaliter sedeant, quæque nihil agitantur, statu eodem remanent, imbecilliusque ferruminantur, quæ illis eueniunt, quibus ossa quidem fracta sunt, sed nihil prominent exeunt ue, neque uulnus aliud factum est. Quibus autem ossa comminuta fracta ue sunt, parumque exeunt, multum tamen scissa fracta ue sunt, si die eodem, uel postero reponantur, suoque loco maneant, nullus abscessus defectus ue timeatur. Sin autem ossa prope articulos scissa fracta ue sunt, diligentius curentur. Quibus autem uulnus quidem factum est, sed ossa fracta non exeunt, nec fractionis modus talis est, uti fractiones scissiones ue ossium prope articulos esse timeantur, eos simpliciter curato. Quidam uero cum neque ualde bonum faciant, neque malum, uulnera quidem curant medicamento aliquo, quod purget, uel picarium superponunt, uel quod sanguinem sistat, ad cicatricem ue deducat, uel quid aliud quod facere consueuerint. Laudo quidem eos, qui splenas linamenta ue uino & oleo tincta, uel succidam lanam, uel quid aliud simile superligant. Cum autem iam uulnera purgata coalescunt, crebris tunc linteis & fasciis superligare, nituntur, ferulisque dirigere. Curatio quidem hæc

Tumor in his quid facere possit.

Canalis capsula ue quantus esse debeat.

Solen græce dicitur.

Calcanei in his cura.

Quid in his timendum.

Cũ fractura prope iuncturã est, quid agas.

Quorum medelã in his probet, et non.

hæc quid boni facit, mali uero non multum, ſed oſſa luxata fracta ue ſic ſua ſede non locantur, corporaq; tumidiora, contractioraque ea parte, quam expediat, fiunt, præſertim iis, quibus cubiti, uel tibiæ utraque oſſa fracta ſunt. Quidam præterea ſunt, qui ſtatim hæc linteis curent, faſciiſque utrinque deligent, qua autem uulnus eſt, non, ſed uti refrigeretur, & exhalet, ſinunt. poſtea ſuper uulnus medicamentum, quod purget, ponunt, linamentiſque uino & oleo tinctis, uel ſuccida lana curant. Medela hæc mala eſt, certum eſt eos, qui ſic curant, & in his, & in cæteris fractis magnopere deſipere. Maximum quidem eſt, & potiſſimum ſcire & cognoſcere, qui faſciæ caput ponatur & commutetur, quatenuſque maxime premere, & ſtringere oporteat, quatenuſque, ſi recte quis faſciæ caput ponat, proſit ſtringat ue, quatenus opus ſit, quatenuſque lædatur, ſi minus rite hæc fiant, quam expediat, ſique utrinque deligetur. Dictum autem eſt, & in ſcriptis prius, quæ ab utriſque ueniant, teſtis autem eſt & ipſa medela. Sic enim deligato neceſſe eſt uulnus tumeſcat, ſanum enim corpus utrinque ſic ſi deligetur, quidque medio loco relinquatur, maxime ea intercapedine ſpatio ue ſic relicto tumeſcet, diſcolorque & inutile reddetur. Quid ni, ſi uulnus hæc patiatur, nonne neceſſe eſt docolorari, protuberare, liueſcere, lachrimare, ſine pure eſſe, quæque caſura non eſſent oſſa, decidere. Præterea uulnus ipſum ſaliet, & pulſabit, febrietque, præterea coguntur propter tumorem ſemper ſuperemplaſtrare, quod iis, qui utrinque deligantur, non confert, pulſus enim tanquam onus non utile, ad alium pulſum additur. Demum uincula ſoluunt, cum uulnera recrudeſcunt, deincepsque ſoluta curāt, nihiloq; minus, & ſi uulnus aliud ſimile ſumant, ſic curant, nec reputant deligationem hanc utrinque, refrigerationemque & exhalationem cauſam eſſe, quod uulnus non ſaneſcat, ſed quid aliud infortunium. Profecto de hoc tam multa non ſcripſiſſem, niſi liquido uiderem deligationem hanc inutilem eſſe, multoſque ſic curare, documentumq; hoc optimum fore. Signum autem & teſtimonium hoc eſt, quæ prius ſcripta ſunt, recte ſcripta eſſe. Nam quæ fracta ſunt, aut ualde conſtringenda ſunt, aut minime. Paucis autem uti dicatur, oportet eos, qui nullam oſſis abſceſſionem timebunt, modo eodem curare, quo & oſſa fracta ſine uulnere, oſſa diſtendere, dirigere, ſicque deligare, uulnus autem ipſum picario, uel cerato linire, duplexque linamentum ſplena ue ſuperligare, quæque circa ſunt, cerato tenui liquido ue perunguere. Lintea uero, & faſciæ, cæteraque latiora ſint, latiuſque diſtribuantur, quam uulnus eſt, & habet, quodque ſuperligatur, latius multo ſit, quam uulnus. Nam quæ ſunt anguſtiora quam uulnus, moleſtant, & ſtringunt, quod non expedit, nec faciundum eſt, ſed prima circunuolutio totum uulnus complectatur, & utrinq; ſuperet, ſupq; uulnus faſciæ caput ponito, pauloque minus, quam ſi uulnus non eſſet, ſtringito, ſuperligationemque ſicuti prius dictum eſt, diſtribuito, linteaque & faſciæ ſemper in his molliora ſint, quam in his, quæ uulnus non habent.

Quid potiſſimū in his ſit.

Quale ſit hoc exemplum, perſpicito.

Picarium ceratū picatum ue.

Ligationis modus.

Copia uero horum minor non ſit, q̃ prius dictum eſt, quinimo quid plus. Cũ autem ſuperligatus erit, commode habere, & hærere, non ſtringi ſibi uideatur, dicatq; uulnus commode ſuperligatũ eſſe, temporaq; eadẽ oportet eſſe, qbus ſibi commode ſtringi, & relaxari uideatur, quibus prius dictum eſt. Poſtea tertio quoq; die ſoluito & religato, cunctaq; ſimiliter facito, ſicuti prius dictum eſt, præterquam quod hæc omnino ſtringenda, & premenda minus ſunt, q̃ illa, quæ ſi rite fiant, macilẽtius, & extenuatius uulnus ſemper reperietur, quodq; illi proximum erit, quicquidq; ſub deligatione continebitur, citiuſq; expurulabit, q̃ uulnera aliter curata, carunculæq; nigræ, mortuæq; uulneris citius decident hac curatione & dehiſcent, q̃ in cæteris, uulnuſq; ſic curatum citius ſanabitur. cauſa autem horum omnium eſt, quod locus, qui ſecundum uulnus eſt, macilentior, & gracilior eſt, quæq; circum ſunt, macilentiora. Cætera quidem omnia ſic curato, ſicuti cum ſine uulnere oſſa fracta ſunt. Ferulas autem propterea oportet apponere, faſciaſq; in his q̃ in cæteris plures eſſe, quod & minus ſtringitur, & ferulæ tardius apponuntur. Si quidem ferulas apponis, contra uulnus ne ſtringito, ſed laxius deligato, mentemq; adhibeto, ne ferulæ uulnus nimis premant, quod & in prioribus dictum fuit. Quibus autem per exordia, uulnera facta ſunt, quibuſq; oſſa exceſſerunt, parcius, diligentius, diutiuſq; nutricentur, ſimulq; uti penitus totum dicatur, parcus, diligens, & longus in ualidis, & magnis uulneribus nutricatus adhibeatur. Medelaq; uulnerum eadem eſto, quæ in oſſibus fractis ſine uulnere per exordia fuit. Si uero per curationẽ, uulnus hulcus ue fiat, uel faſciis nimium ſtrictis, uel ferulis iuſto plus inſidentibus, & hærentibus, uel alia cauſa, quod dolore, pulſuq; ſi hulcus ſubſit cognoſcitur, tumorq; extremorum dureſcit, digitumq; ſi ſuperponas repellitur, ſtatimq; reſidet, ſi quid ergo tale ſuſpiceris, & timeas, ſoluito, ſi quidem ſub ligationes, uel alibi pruriat, cerato picato, pro quouis alio utitor. Si uero nihil horum ſit, hulcuſq; multum irritatum, nigrum, non purgatum purum ue deprehendatur, carneſq; expurulent, nerui prorumpant, hos nihil refrigerato exhalato ue, nec has expurationes timeto, ſed eas curato, cæteraq; modo eo, quo ea, quibus uulnus per initia factum fuit, curato, faſciiſq; ſuperligato, principiumq; de tumore poſtremorum, ſed laxius capito, ſemperq; ligationem ad ſuperiora diſtribuito, nuſquam ſtringito, ſed commode hæreto, præſertim in uulnere, cætera uero minus ſtringito premito ue, primæq; puræ ſint, nec ſtrictæ, & anguſtæ. Copia uero, & multitudo faſciarum eſto, ſicuti in ferulis, ſi ſuperligẽtur, tumeat ue, minorque paulo. Super uulnus autem ſatis eſt linamentum ſplenion ue cerato albo tinctum ponere. Si uero caro, neruus ue ſit, qui nigricet, decidet, hæc acribus ne curato, ſed mollibus, & lenibus, quẽadmodũ ambuſta, poſtea tertio quoq; die ſoluito, religatoq;, ferulas aũt ne apponito, magis tñ, q̃ priores, qeſcito, parũq; comedito. Scitoq; ſiue caro ſit, ſiue neruus, q caſurus ſit, ſic minus uagabiẽ, & ſerpet, citiuſq; multo cadet, magiſq; q̃ circa ſunt, emaciabuntur,

Tertio quoq; die hæc ſoluantur.

Ferularum repoſitio.

Si cum curatur hulcus fiat.

Faſciæ in his qualitas.
Splenion.

Caſus oſſis carnis ue.

emaciabuntur, q̃ꝫ si quis fascias soluat, medicamentumq́ꝫ quod purget, super uulnus ponat. Quin & si marcidum purulentum ue deciderit, carnem citius creabit, quod sic curabitur, q̃ꝫ aliter, cicatricemq́ꝫ celerius obducet. Cuncta quidem hæc sunt, seu in his omnia sunt, probe, & rite superligare, modiceq́ꝫ supersistere, statusq́ꝫ & schemata si sunt, qualia esse oportet, conferunt, cæteraq́ꝫ uitæ ratio, nutricatus ue, fasciarumq́ꝫ accommodatio. Si uero in recẽs uulneratis decipiaris ratus ossium discessum, & alienationem, mutationemque non fore, quæ timeas explicato, & quæ opineris, curationis modum hũc ne uerearis, nullum enim magnum detrimentum & malum fiet, si manu sola poteris optime, & innocue superligare. Signum autẽ hoc est, si ossis abscessus, mutatio & alienatio futura est, curationis modo hoc, puris multum de uulnere fluet, gliscereq́ꝫ uidebitur. Quare crebrius propter hoc soluito, & religato, quoniam alias febris gignitur, siq́ꝫ nimis stringẽtur, & prementur deligatione uulnus, & quæ circa sunt, emaciantur. Quicunq́ꝫ ergo tenuium admodum ossium abscessus fient, mutatione magna non egent, sed laxius deligato, melius enim defluet, meliusq́ꝫ habebit, pusq́ꝫ non retinebitur, crebriusq́ꝫ deinde soluito, religatoq́ꝫ donec os abscedat ferulasq́ꝫ ne apponito. Quibus uero maioris ossis abscessus timetur, siue statim per exordia, uideris, siue postea, curationis modum mutato, distendito, dirigito, sicuti prius dictum est, linamentaq́ꝫ splenas ue duplices, latos ne minus palmo, uulnus coniectando, & considerando, quale, & quantum sit, longos uero paulo minus, q̃ꝫ uti corpus uulneratum bis circunducant, & cõplectantur, longiores uero multo, q̃ꝫ uti semel circundent. Copia autem, & multitudo quantitas ue tanta sit, quanta necessaria sit, & conferat, quos uino nigro aspero tinguito. Medium autem fasciæ super uulnus ponito, de medioque fasciæ fasciare incipito, duobusq́ꝫ capitibus permutatim deligato secundũ uulnus utrinq́ꝫ quod ne stringito, sed commode prendito, & deligato. Super uulnus autem, picatum, uel quod sanguinem sistat, uel medicamẽtum aliud, quod coalescere faciat, madefaciatq́ꝫ. Si quidem æstas sit, crebro linamenta, & splenas uino madefacito, si hyems, multam lanam succidam uino cum oleo tinctã superponito, capellæ pelliculam supersternito, & uti bene defluat, curato, superdefluctionesq́ꝫ caueto, memorque esto locos hos, si diu hoc statu schemate ue stent, contritus curatu difficiles gignere. Quos uero superligatione curare non poteris, modo aliquo dictorum dicendorum ue curato, præq́ꝫ cunctis facito, uti corpus fractum, pars ue fracta bene, rectaq́ꝫ uia disponatur, & iaceat, mentemque adhibeto, uti potius alte, q̃ꝫ demisse disponatur & iaceat. Si uero quis probe, & opportune uult hanc rem operari & exercere operæ pretium est, uti machinamenta, & instrumenta faciat, sciatque facere, quibus fracta rite distẽdat, nõ uiolẽter, qđ in tibia magis expedit. Sũt tamẽ nonnulli, q in oĩbus tibiæ fracturis, cæterisq́ꝫ superligãdis, & nõ superligãdis, pedẽ summũ ad lectũ ligãt, uel ad lignũ huic cõnexũ. Hi quidẽ oĩa male faciũt, boni uero nihil.

Quid omnia hæc faciat.

Casus maioris ossis quid possit.

Splenes.

Quid æstas hyẽsne poscat in his.

Qui sine ligatione curetur.

nam pedem alligare, medela remedium ue non est distendi, seu in eo non est distentio, & medela, nam & corpus reliquum ad pedem defluet, sicq; nunquam distendetur, nec quicquam prodest, uti rectum cótineat, sed potius obest. corpus enim cum sese hac uel illac motabit, uinculum, pedem, & ossa pedi connexa, corpusq; reliquum sequi non uetabit, si uero non alligetur, minus uertetur, minus enim in corporis motu relinquetur. Si quis autem de corio ægyptio pilas duas suat, quales ferunt, qui diu in magnis uinculis compedibus ue stete/runt, quæ utrinq; tunicas, & inuolucra habeant, uulneris autem parte maiores altiores ue seu profundiores, uersus autem articulos, minores & breuiores, quæ molliter tumeant, quarum una super talos ponatur, sub genu altera, quibus utrisq; habenulæ geminæ utrinq; assuantur, simplicis, uel duplicis lori, breuio/res tanquam ansæ, siue ansas habeant, ab utraq; tali parte, quæq; sub genu est, eadem habeto, quæ recta inferioribus respondeant. Postea uirgas corneas ca/pito magnitudine inter sese æquas, crassas digito, lógasq; uti in ansas datæ in/ter sese respondeant, & conueniant, curatoq; uti uirgularū extrema corpus non tangant, sed pilarum extremis hæreant, triaq; uirgularum paria, uel plura, par/tim aliquatenus longiora, partim breuiora parata habeto, uti si magis distendere uelis, possis, quæ uirgæ ab utraq; tali parte promineant, quæ si bene struan/tur, plane, æque, leniter, rectaq; distendent, uulnusq; non dolebit. si quid enim plus iusto stringatur, partim in pedem, partim in coxā deducetur, meliusq; uir/gæ in utraq; tali parte hinc & hinc disponentur, nec tibiæ statum impedient, uulneriq; bene prouisum erit, meliusq; feretur. Præterea nihil uetat, si quis ue/lit duas superiores uirgas coniungere, sicq; quis uelit leniter quid superponere dum quod superponetur, a uulnere distet, si quidem pilæ lenes, molles, bonæ, nouæ consuantur, uirgulæq; bene distendantur, sicuti dictum est, machinamentum optimum erit. Si uero quid hoꝝ non recte habeat, potius oberit, q̃ꝫ pro/sit, cæterasq; machinas uel rite facito, uel ne facito. Nam turpe est, præ seq; artis ignorationem fert, si quis male faciat, quod molitur. Multi præterea medi/ci fracta cum uulnere, & sine, primos dies lana succida curant, nihilq; hoc con/tra artem his esse uidetur. Qui uero coguntur subito recens uulneratis manus admouere, cum lintea, fascias, linamentaq; non habent, si lanis utantur, igno/scendum est, melius enim quis lana, cum alia non habet, nihil alligabit, dum optime carminatu tractata, mollisq; sit, & multa, paucæ enim, & malæ parua uis est. Qui uero diem unum uel duos lanam superligare, satis esse putant, tertio autem, & quarto linteis & fasciis superligantes stringunt, & distendunt, tunc hi plurimum ab artis medicæ peritia & usu parum prudenter, & opportune disce dunt, tertio enim uel quarto die uulnera diuexanda non sunt, sed uti in summa dicatur, diebus his omnes scalpri specilli ue scarificationes, cæterasq; uellicationes in his uulneribus, & cæteris caueto, cum quid irritatum fuerit. Tertius enim, & quartus dies plerūq; in plurimis uulneribus rebellationes, & refricatio/nes parit,

Pilæ sphæræ ue de corio ægyptio quid sibi uelint spectato.

Virgæ corneæ.

Quãdo uenia digni sunt qui per initia lana curãt

Tertio die et quarto hæc ne tangito.

nes parit,& adducit,quæq; ad inflammationem, & ſordes febres uè tendunt, magis irritat,& grauat.Quare ſi quod aliud præceptum,& documentum mo/menti alicuius eſt,hoc eſt.Quibuſdam tamen locis opportunis, & periculoſis medicina non ſuccurrit,& communicat,non ſolum uulneribus,ſed & plurimis aliis morbis,niſi quis dicat,& alia mala uulnera eſſe,ſermo nanq; hic aliquã ueritatem,cõuenientiam,& probitatem habet,multis enim locis alia aliis cogna/ta,& fraterna ſunt.Qui uero ſatius eſſe ducunt lanis uti,dum ſeptem dies tran/ſeãt ,poſtea diſtendere faſciis,& linteis ſuperligare,nunquam hi imprudentes, & imperiti uidebuntur,nam poſt hos dies maximum inflammationis periculũ præterierit,demiſſiora,& laxiora erunt oſſa, meliuſq; habebunt, & diſpoſita erunt.Multo tamen hæc medela ab illa ſuperatur,quæ per exordia diſtendit, dirigit,& faſciis & linteis colligat,modus enim hic ſeptimanos ferulis perfe/cte,& commode colligãdos reddit,multo autem ille poſterior,& tardior eſt, multaq; alia detrimenta habet,quæ longum eſſet perſcribere. Quibus autem oſſa fracta,& exeuntia ſua ſede locari non poſſunt, diſtentio ualida ferrea ue, per cuneos mochlos ue,quibus lignatores utuntur,fiat, qui parte una latiores ſint,ſtrictiores altera,treſq; uel plures ſunto,uti quis aptioribus utatur. Poſtea his,cum diſtentione librato,parti oſſis inferiori ſupponendo,ſuperioréq; par/tem uerſus renitendo.Sed uti tandem,& ſimplici ſermone dicamus, ſic libra/to ſcindito ue,quemadmodum cum quis lignum,uel ſaxum ualide librat, & ſcindit,ferramenta uero hæc,quatenus fieri poteſt,firma ſint & robuſta, ne in opere torqueantur,quæ magna moleſtia,& pœna eſſet. Si uero hæc commo/da & apta ſint,quiſq; ſi libret ſcindat ue,uti oportet, nulla moleſtia fiet, nam hæc tria omnium,quæ hominibus fiunt,ualidiſſima ſunt,ſuculæ aſſelli ue cir/cunductio,ſeu onu periagoge,libratio mochleuſis ue, cuneatio ſphenoſis ue. ſine his nanq; uel uno iſtorum,uel omnibus his,nullum opus ualidum, & mo/menti alicuius in his homines facient. Non eſt ergo ſpernenda hæc libratio mochleuſis ue,ſic enim oſſa uel in ſuam ſedem recident,uel modo alio nullo. Si uero ſuperior oſſis pars adeo permutata ſit,& comminuta, nullam uti cer/tam ſedem,& commodam locationẽ libellæ cuneo ue ſeu mochlo præbeat, ſed ſi quod prope fertur,& prominet,acutum ſit,ſcalpendo,læuigando cauã do ue,certam & commodam ſedem libellæ cuneo ue ſeu mochlo parato, primoq; uel ſecundo die librato,diſtenditoq;,tertio,quarto, quinto ue minime, diebus enim his non repones,ſed magnopere uexabis,magiſq; ſi reponas, in/flammabitur indignabitur ue,multumq; conuelletur. Quare putato reponas necne,probeq; conſiderato,nam cũ repoſueris,ſi dolor conuulſio ue ſeu ſpaſ/mus ſuperueniat,ſpes non multa ſalutis eſt,meliuſq; eſt,ſi ſine moleſtia fiat,os repoſitum iam de ſua ſede reiicere,non enim temporibus lenioribus, ſed mo/leſtioribus conuulſiones ſpaſmi ue,neruorumq; diſtentiones tetani ue ſuperue niunt,Sed de quo fuerat ſermo,finiamus. Diebus quidem his iam dictis,ne

Medicina tamen omnibus locis nõ ſuccurrit.

Per exordia hæc peragito.

Cum oſſa fracta et extantia nõ redeunt quid agas uideto.

Mochlos quid ſit aſpicito.

Onu periagoge mochleuſis ſphenoſis.

Mochlos.

Tertius quartus quintuſq; dies repoſitionem non admittit.

Spaſmus ſuperueniẽs in his ſpẽ ſalutis tollit.

Tetanus etiam.

uexato, ſed operam dato, uulnus q̄ꝫ minimum uti flammeſcat, & indignetur, puſq; multum emittat. Cum uero ſeptem dies, uel paulo plures tranſierint, ſi ſine febre ſit, uulnuſq; non flammeſcat, tunc reponito, ſi quidem coaleſcere, & potiri ſperas, nihil enim ueto, ſi minus, nihil fruſtra uexato, uexeriſq;. Sin autem oſſa ſuo loco repoſueris, modi, quibus curentur, ſcripti ſunt, ſiue timeas oſſa ne abſcedant, ſiue non, ſi uero times, ſicuti dicebam, plerunq; de faſciæ medio incipiens faſciato, duobus capitibus & principiis uti colliges, uulneriſq; formā conſiderato, ne nimis cum deligaueris, hiet, uel ſtringatur, & percutiatur colligatione. Quibuſdam enim confert, & coalumnum eſt, dextra ſuperligare, quibuſdam ſiniſtra, quibuſdam utraq; duobus principiis & capitibus. Quæ autē oſſa dubitaueris, & ambiges redierint ne, caſura & abſceſſura ſcito, quæq; penitus carne denudantur, pars uero nonnullorum ſuperior denudatur, quorūdam inferior, quorūdam carnes quoquouerſus commoriuntur, quorūdam uulnere uetuſto, quædam etiam oſſa putreſcunt, quædam non, quædam magis, quædā minus, quædam parua, quædam magna, propterea non eſt uno nomine & uerbo dicere quando, & quæ caſura ſunt, quædam enim paruitate, quædam quia ſummo, & poſtremo loco ſunt, citius decidunt, quædam uero non decidunt, ſed arefacta, putrefactaq; deſquamātur. Super his, ſeu præter hæc, medela differt a medela, & uti totum, & omnino dicatur, celerrime eorum oſſa decidūt, & abſcedunt, quorum uulnera celerrime pus emittunt, celerrime nanq; & pulcherrime ſic carnes pullulant, nam ſi in parte læſa carnes ſupernaſcuntur, oſſa plerunq; in ſublime tollunt, & eiiciunt. Circulus quidem, & tempus oſſis caſuri hic eſt, ſi quadrageſimo die decidat, & abſcedat, pulchre, & optime decidet, quædam enim ad ſexageſimum perueniunt, nam rara, teneraq; citius decidūt, & abſcedunt, ſolida uero tardius, parua autem citius multo, cætera uero & alia aliter. Sin autem os excedat, & exeat, uti reponatur, recidito, cum parum quid deeſſe uidetur, quin redeat, carunculaſq; uexet, & pūgat, nudumq; ſi fuerit, dematur, cætera uero parum refert, reſeces necne. Probeq; ſcito, quæcunq; oſſa carne penitus denudantur, & priuantur, ſuperareſcere cadereq;. Quæ uero deſquamantur, ne recidito, ſigniſq; iam digeſtis, & dictis hæc conſiderato, & obſeruato, quæ penitus & omnino caſura ſunt, quos linamentis ſpleneſi ue, medelaq; uinoſa, ſicuti prius ſcripſimus de oſſibus caſuris, curato. Quæ per exordia primoue tempore frigida re pertingas caueto, periculum enim eſt, ne febres horridæ frigidæ ue ſubrepant, conuulſioneſq; ſeu neruorum dolores, & diſtentiones, nam frigida hæc ſemper prouocant, quandoq; & hulcerant. Scitoq; neceſſario corpora membra ue eorum, qui utraq; oſſa fregerunt, contrahi, cum curantur, & eorum, quibus totus oſſis circulus abſceſſit. Quorūq; coxæ, brachiiq; os comminutū exceſſit, hi fere non ſuperſunt, uiuunt ue, magna nāq; oſſa, plurimaq; referta medulla, multaq; & periculoſa, nerui, muſculi, uenæ cō uulnerantur, quæ ſi reponas, conuulſiones ſuperuenire conſueuerunt, ſi non reponas

Varia horum utilitas.

Caſus et denudatio oſſis.

Curatio horum quæ.

Quid his eueniat ſpectato.

Cur hi non ſuperſint.

ponas,graues febres,ſuperbilioſæ,ſingultariæq́ ſupernigreſcuntq́. Hi certe ſuperſunt, quibus non reponuntur, nec tentantur, quin etiam hi magis ſuperſunt,quibus oſſis pars inferior exceſſit,q̃ quibus ſuperior, ſupſunt & hi, quibus reponuntur,ſed rarius.Nam curationes a curationibus multum differunt,corporumq́ naturæ,quo ad facilitatem ferendi.Differt etiam ualde brachii ne,coxæq́ oſſa interiora exceſſerint,an exteriora,multæ enim & periculoſæ uenarum diſtentiones in parte interiore ſunt,quarum aliquæ uulneratæ iugulant,ſunt & in exteriore parte,ſed minus.Quare pericula,quæ in his uulneribus ſunt,præuideto,per tempuſq́ prædicito.Si uero reponere cogaris, teq́ repoſiturum ſperes,multaq́ non ſit oſſis permutatio,muſculiq́ non concurrãt, qui colligare conſueuerunt,libratio & his contulerit,cum diſtentione. cum uero repoſueris,quo die repoſitum eſt,molle,& lene ueratrum propinato,ſi quidem eo die repoſitum ſit,ſi minus ne tentato.Vulnus autem,ſicuti fracta capitis oſſa curato,frigidũq́ nihil admoueto,cibo penitus abſtineto. Si uero ſuapte natura bile amara non redundet,ſiue picrocholos non ſit,mulſum acetum boni odoris modica aqua aſperſa propinato,ſicq́ nutricato,ſin autem acrebilioſus,picrocholos ue ſit, aquam potato.Si uero febre continua laboret, quatuor,& decem dies ſic nutricato,ſi uero non febriat,ſeptem, poſtea uero pro conſuetudine per additamentum,ſecundum rationem,& modum, leuiuſculũ cibum porrigito.Quibus autem oſſa repoſita non ſunt,purgationem eandem, uulnerumq́ curationem,& nutricatũ ſeruato,& facito.præterea corporis partem turgidam,& eleuatam ne diſtendito,ſed potius curato, ſecundum uulnus laxior,& demiſſior uti ſit,oſſium uero longos,& diuturnos abſceſſus,quemadmodum antea dictum eſt,caueto,& fugito,præſertim ſi quis pulchre,& honeſte,& commode cauere,& fugere poſſit,paruaq́ ſpes ſit,periculum uero magnum,potiuſq́ ne reponito,et ſi artis ignarus uiderere,quam reponendo propius morti,q̃ ſaluti deducas.Luxationes autem, & motiones oſſium ſecũdum genu,melius,& facilius multo reponuntur,quam quæ ſecundum cubitum.Nã coxæ articulus,iunctura ue pro magnitudine melius reaptatur,quã brachii articulus,& æquam,& rectam naturam ſolus habet,& eam rotundam, & agilem. Brachii autem articulus & magnus eſt,& plures, altoſq́ receſſus habet. Super his uero,ſiue præterea,tibiæ quidem oſſa longitudine ſimilia ſunt, paulumq́ quid non multi momenti,os exterius ſuperat,nulliuſq́ magnæ rei impedimentum eſt,cui neruus exterior hæret,qui ſecundum poplitem eſt. Cubiti aũt oſſa paria non ſunt,nam quod breuius eſt,multo craſſius eſt,tenuius uero multũ ſuperat,& ſupereminet articulum.His quidem nerui per communem oſſis coniunctionem connectuntur,plurimam uero partem,& maiorem neruorum connexionis,os tenue brachii habet,quam craſſum.Natura ergo horum articulorum,& oſſium cubiti talis eſt, propterq́ hũc naturæ,proprietatis ue modum, ſæpius oſſa,quæ in genibus ſunt,mouentur,& facilius reponuntur, magnaq́

Quæ in his prædicenda.

Curatio horum quæ.

Picrocholos.

Luxatum genu facile reponitur.
Coxa cur facilius reaptetur quam brachium.
Tibiæ cubitiq́ oſſa qualia.

Luxata hæc qui reaptentur.

inflammatio non ſuperuenit,neq; uinculum articuli ſoluitur, plerunq; tamen ad interiora mouentur,quandoq; & ad exteriora,quandoq; & poplitem uerſus,quorum omniũ repoſitiones faciles ſunt.Sed ſi interiora,uel exteriora uerſus mota ſunt,hominem in humili,& nõ alto ſtragulo locato, cruſq; altius tollito,ſed non multum,diſtentioq; mediocris plerunq; ſatis eſt, tibiam quidem hac,coxam uero hac contra diſtendito.

Cubiti reaptatio. Cubiti autem oſſa moleſtiora ſũnt,quã quæ in genu ſunt,difficiliuſq; propter inflammationem reponuntur, niſi quis ſtatim reponat,minus tamen q̃ illa mouentur,ſed difficilius reponuntur, diriguntur,& diſponuntur,& magis inflammantur,& indignantur,callumq; ſuperducunt,plerunq; quæ parum luxant,& declinant, modo coſtas uerſus, modo foras luxant,nec articulus totus mouetur,ſed aliqua pars in brachii cauo, uel cubiti oſſe remanet,quod ſupereminet.Quæ ſi hac,uel illac moueantur, facilius reponuntur,diſtentioq; recta ſatis eſt brachii recta, hicq; manus iuncturam capiat,diſtendatq; hic alam,hic manus uola ſuper articulum motum poſita retrudat,ſecundum articulum admota altera.Luxamenta uero hæc non tarde auſcultant,& obediunt,ſi priuſquam inflammentur,reponantur. Luxant autem hæc,& mouentur plerunq; magis intro,mouent̃ & foras,quod forma,ſitu ſchemate ue patet,ſæpeq; hæc in ſuam ſedem redeunt ſine ualida diſtẽtione.Quæ uero horum foras luxarunt,in ſuam naturam articulum retrudito, cubitum autem in decliue magis uergentem circumagito, plurima quidẽ cubiti luxamenta hæc ſunt.

Coaptatio horũ quæ ſit. Sin autem hac, uel illac articulus ſuper os brachii prominens,cauum brachii uerſus,quod rarius fit,ſuperueniat,diſtentio recta luxamẽtis his cõmoda non eſt, cubiti nanq; os ſupereminens in hac diſtentione,brachii ſuperaſcenſionem & aſcenſum cohibet,& impedit.Quare ſic luxata diſtẽdito,quẽadmodum ante ſcriptum eſt cum quis oſſa brachii fracta ſuperligat,de ala ſuperiora uerſus tẽdito,de cubito ad inferiora cogito,ſic enim brachium ſupra ſuam ſedem,& fundamentum tolletur,ſi ſupertolletur,diſtẽtio, & directio manuum uolis & palmis facilis erit. Os autem brachii,quod excedit, iniiciendo trudito,partem uero cubiti os uerſns,ſecundum articulum reponendo retrudito,diſtentio quidem hæc luxamenti huius minus iuſta eſt,diſtẽtione recta etiã reponeretur,ſed minus,q̃ hoc modo.

Brachiũ antrorſum luxatũ quale. Si uero brachium partem anteriorẽ uerſus luxauit,quod raro uenit,ſed quid ſubita uis, colluctatioq; non eiiciat? multa nanq; & præter ſuam naturam ſimilem,& conſuetam excidunt, præſertim ſi magnum ſit,quod ingruat,& impediat,magnũ enim fuit,quod hac colluctatione,& ui ſuper oſſa craſſiora,& neruos uenit,diſtentioq; uehemẽs, & crebra, tamen aliquibus ſic luxat,& excidit.Signum autem ſic luxati, quod nullo modo cubitum flectere poſſunt,quod & articulus,ſi manu tangatur, demonſtrat. Quod niſi ſtatim reponatur,inflammationes uehementes,& febriculoſæ fiũt, ſi uero ſtatim quis adſit,qui reponat,facile reponet, quem faſcia ualida, non magna in cubiti uerſura per tranſuerſum conuoluta ſatis reponet, cubituſq; ſi ſubito

ſubito flectatur, manuſq; ad humerum deducatur. Satis igitur eſt hæc repoſitio, & iniectio iis, qui ſic brachium luxauerunt, quin & recta diſtentio ſimiliter reponat, & iniiciat, manuſq; uola componat, & coaptet. Qui reponit, manum ſuper brachii partem, quæ luxauit, & excidit, ponito, uerſuramq; uerſus trudito. Miniſter uero de parte inferiore uerſus cubiti partem acutam retrudito, reponendo recta, qua cubitus uergit. Poteſt etiam hãc luxationem diſtẽtio prius ſcripta, cum oſſa fracta brachii ſuperligantur, coaptare. Cum uero diſtenderit, manus uola reponito, coaptato, & complanato, ſicuti prius ſcriptum eſt. Si uero brachium retro luxauit, quod rarius fit, maximum enim hoc infert dolorẽ omnium, continuamq; febrem, bilioſam, mortiferam, uitamq; non multorum dierum adducit, hi brachium diſtendere non poſſunt. Si uero his ſtatim occurras, cubitum ui diſtendito, & ſtatim per ſeſe redibit. Si uero febris te præceſſerit, ne reponito, dolor enim creſceret, ſed uti in ſumma dicatur, nullum articulum, cum febris præceſſit, reponito, cubitum uero minime. Præterea multa ſunt alia periculoſa, & quæ lædant in cubito, bilioſa, & moleſta, craſſius enim hoc os eſt, quod cum mouetur, & ab altero diſceſſit, nec brachiũ flectere, nec tendere poſſunt, quod patet, cum quis cubiti uerſuram, & flexuram tangit, uena, quæ ſupra muſculum tendit, diuiſa reperitur. Quibus autem hoc euenit, facile non eſt in eorum naturam deducere, nec ullam aliam communem horum duorum oſſium motorum coaleſcentium eſt dare, nec in priſtinam naturã facile eſt collocare, quare neceſſe eſt hanc diſtantiam tumeſcere, quemadmodũ uero hic articulus ſuperligetur, in talo dictum eſt. Quibuſdam autem os cubiti, quod brachio ſubtenditur, frangitur, quandoq; & chartilaginea pars eius, de qua neruus qui poſt brachium tendit, naſcitur, & hæret, quæ cũ luxauit, & mota eſt, quid febriculoſum, & tetrum fit, & cacœthes, loco quidem ſuo articulus manet, ſed eius fundamentum, & baſis hac diſceſſit. Cum uero qua brachii caput, ſuperat, & ſupereminet, articulus diſceſſit, incertior, & palantior redditur, q̃ ſi penitus frãgatur, minus enim hoc lædit. Sed uti in ſumma dicatur, minus oſſa fracta periculoſa ſunt, q̃ cum non penitus fracta ſunt, ſed uenæ, neruiq; periculoſi qui ſunt in his locis, dehiſcunt, quæ mortem magis accelerant, q̃ illa, præſertim ſi continenter febriant, ſed hæc fragmenta rarius fiunt. Quãdoq; caput brachii, qua committitur, dehiſcit, quod periculoſiſſimum eſſe uidetur, cum multo minus ſit, q̃ quæ in cubito ueniunt, quemadmodum autem ſingula luxamenta reponantur, diligenterq; curentur, ſcriptum eſt, quodq; luxatum articulum, quam primum reponere, maxime confert, propter celerem neruorum inflammationem, nam ſi luxatũ ſtatim reponas, ſimiliter & una nerui diſtenduntur, ſiue diſtendi conſueuerunt, ſed aliquantiſper tamen diſtentionem, & flexionem conſuetam retardant, & impediunt. Quæ cuncta ſimiliter curare prodeſt, quæ fracta ſunt, quæ diſceſſerunt, quæq; luxauerunt, quæ cuncta linteis, faſciis, penicillis, linamẽtiſq; multis, cerato, unguento ue curato, quem-

Brachium retrorſum luxatum.

Quæ non reaptãda.

Cubiti os quod ſub brachio eſt, cum dehiſcit.

Caput brachii fractum.

Caput brachii aliter fractum.

Superiora repetit.

admodum & cætera fragmenta. Cubiti uero ſtatum, & ſchema in his omnino facito, & ſtatuito, quemadmodum, cum brachium fractum, cubituſq; ſuperligatur. Status autem hic, ſchema ue cunctis luxationibus, motionibus, fracturiſque maxime communis eſt, & conuenit ad ſingulorum futuram diſtentionem, conflexionemq;, hinc enim uiæ ſimiles ad utraq;, ſtatus nanq; hic ſchema ue facilis eſt latu, reſumptu, conualeſcentiaq; lãguentis. Præterea ſi callus, gumi ue ſupereſt, manuſq; callo ſuperata diſtẽdatur, ſicq; remaneat, melius fuiſſet hoc non acceſſiſſe, quod magnopere impediat, proſit nihil. Si uero contorta remaneat, magis uſui ſit, multo quidem uſui commodior eſt, quæ mediocriter ſtatuitur, meliuſq; coaleſcit. Hæc quidem de ſtatu, ſchemate ue dicta ſunt. Superligare autem oportet caput & principium primæ faſciæ ſuper læſum ponendo, ſiue fractum ſit, ſiue luxauerit, exceſſerit, diſtet ue, primaſq; circunuolutiones illic facito, ſtringito, & firmato, utrinq; uero minus, communemq; ſuperligationem & cubiti, & brachii facito, multoq; magis utrunq; ſtringito, q̃ ſicuti plurimi faciunt, uti q̃ maxime procul a parte læſa tumor, qui utrinq; fit, pellatur, plurimumq; cubiti pars acuta circunfaſcietur, ſiue læſa ſit, ſiue non, tumor uti hinc procul colligatur, cauendum autem eſt, ne in flexione multum faſciarum coniiciatur, quatenus fieri poſſit. Pars autem læſa maxime ſtringatur, cæteraq; utrinq; laxius prendito. De compreſſione uero, ſtrictione ue, & laxatione ſingula per eadem tempora ſeruato, & facito, quæ in oſſium fractorum medela prius ſcripta ſunt, poſterioreſque & ſecundæ ſuperligationes tertio quoque die fiant, ſed laxiores, q̃ tunc, ferulaſq; ſeruato tempore circundato, nihilque uariato, & mutato, & iis qui oſſa fregerunt, & iis, qui non, niſi febriant, cubito autem, & brachio laxiores circunponito, quæ non multum craſſæ ſint, & non pares, eaſque inter ſeſe permutato, conſiderando, qua conferat, uerſuram ne, & flexuram, an alio uerſus. Quin & linamentorum, ſplenion ue appoſitionem eãdem facito, quemadmodum & ferularum dictum eſt, quas craſſiores in parte læſa ponito. Tempora uero & ab inflammatione, & ab iis, quæ ſcripta ſunt, obſeruato, & conſiderato.

Schema.

Quid in his cõmodius.

Ferulæ quales his ponantur.

DE LVXATORVM FRACTORVMQVE OSSIVM COAPTATIONE MOCHLICOVE SERMO SEPTVAGESIMVS QVO SI MVLTA PRIVS DICTA REPETANTVR NEMO MIRETVR QVIA SIC REPERTVM EST IN GRAECIS EXEMPLARIBVS FERE CVNCTIS

h

Aec autem est ossium natura, digitorum quidem ossa, & articuli simplices sunt, manus uero, pedisque multo aliter coagmentata sunt, maxima uero sunt, quæ supremo, & ultimo loco sunt. Calcis autem, calcanei ue unum est, quod extra comparet, & prominet, quo posteriores magni nerui tẽdunt, finiunt, comparentque, tibiæ uero duo, supra, & infra connexa, medio uero loco foras parum distantia, secundum paruum digitum, recta ue eius, tenuius alterum altero est, & breuius. Plurimum autem hac distans, minorque motus, & uersura est, qua genu est, magnusque neruus, qui per poplitem foras tendit, illicque hæret, quæ communem connexionem epiphysin ue loco inferiore, qua pes agitatur, habent, superiore loco alteram, qua coxæ cum genu articulus mouetur, qui simplex est, statarius oblongus, digiti recuruati specie, condylodes ue, molam supra, patellam ue, seu epimylida habens, quæ foras, & ante curuatur. Caput uero coxæ, connexio est, epiphysis ue, qua neruus, qui coxendicis acetabulo committitur, exit, qui subtortuose committitur, minus autem hoc est, quam brachii caput. Coxendix uero magnæ uertebræ, quæ secundum podicis sacrum os est, chartilagineo, neruosoque uinculo committitur. Spina uero de sacro podicis osse, magnam uertebram superiorem usque curuatur, uesicaque, & genitura, genitale ue membrum, podicisque pars, quæ huc declinat, deinde ab hoc ad præcordia usque semitortuosa tendit, lumbique secundum hoc, hinc uero magnam uertebram usque, quæ supra scapulas est, semicurua est magisq; uidetur quam sit, proiecturæ nanque seu apophysies, quæ post uertebras sunt, hac altissimæ sunt. Ceruicis aũt articulus subcuruus est, uertebræ aũt parte interiore pares inter sese sũt, pte uero exteriore, chartilagine, neruisq; cõtinentur, coagmẽtatio auté harũ tergi posteriore parte processum ecphysin ue acutam habent, quæ

Ossium qualitas

Tibiæ ossa.

Mola genu.

Coxæ caput.

Coxendix.

Spina, os sacrum podicis.

Vesica.

Lumbi.

Ceruicis articulus.

Vertebræ.

Nerui. chartilagineam insuper coniuncturam epiphysin ue habet. Neruorum hinc processus, apophysis ue decliuis est, qui sicuti musculi adnascuntur, qui de ceruice lumbos usque medium spinæ, costarumque complent. *Costæ.* Costæ uero secundum uertebrarum interiores processus, neruulo committuntur, qui de ceruice lumbos, & rhenes usque tendit, parte autem anteriore secundum pectus, fungidum, molleque & tenernm postremum habent, planiore forma, quam bruta, nam homo hac parte angustissimus est, minusque tumescit, quam cætera animantia, Qua uero costæ non sunt, processus est, ecphysis ue tortuosa, & obliqua, parua, & breuis, & lata, quæ singulis uertebris neruolo committitur. *Pectus.* Pectus uero continua crate sibi committitur, quod processus, diaphysias ue tortuosas, & obliquas habet, qua uero costæ committuntur, tenerum, chartilagineumque est. *Claues,* Claues autem, furcillæ ue pectoris iugulum, siue parte anteriore rotundæ sunt, pectusque uersum parum agitantur, sed summum humeri uersum crebrius. *Humeri summū acromion ue.* Humeri uero summū, acromion ue scapulis scoptulis ue opertis nō oībus similiter, sed plurimis dissimili modo cōmittit. *Scapulæ.* Scapulæ autem scoptula ue oporta, seu homoplatæ spinam uersus chartilagineæ sunt, cætera uero teneræ, & fungidæ, parte autem exteriore, planæ, & æquales non sunt, ceruicemque & acetabulum chartilagineum habent, quo, & unde costæ motum habent, *Costæ cæteris facilius luxāt, præter brachium.* quæ facilius luxant, quam ossa cætera, præter brachium. *Caput huius.* Huius autem ex acetabulo, neruulo quodam caput pendet, & committitur tenera chartilagine, quod processum rotundum, epiphysin ue habet, parte autem exteriore, & ante curuum, acetabulum uersus tortuosum, non rectum, pars autem eius cubitum uersus lata est, digitoque complicato similis, condylodes ue, sessilis, firma, solida, concaua retro, quo de cubito corona, cum manus extenditur, tendit. *Neruus torporis.* Torpidus etiam neruus in hoc est, qui mediis cubiti ossibus committitur, perque eorum processus, & diaphysias transit, & finit. *Nasus fractus depressus ue.* Nasus autem diffractus cum est, deprimitur, & deformatur, sicuti uidere est, si chartilago depressa sit. Tenue linamentum pellicula carchedonia conuolutum intro dato, uel alia re, qua non irritetur, conuoluito, sed pellicula potius permutato, connectito, sulphureque & cerato linimento ue tinctum iniicito, digitisque coaptato, curatoque ne hæc concalescat, & callum obducat, si uulnus, hulcus ue inesset, casuraque essent ossa, sic curato, nec committito, uti recrudescant. *Auris fracta læsa ue.* Diffractam aurem ne superligato, ne ue complastrato, si uero quid deesset, quod maxime repandum, tortuosum, & declinatum esset, per emplastrum, & ceratum cum sulphure reparato, & conglutinato. Quorum autem aures purulentæ, & repletæ sunt, crassitudine statim deprehenditur, nam hæc omnia submucosa, carne humida, & plena sunt. Quare ne decipiare, neue læsio aliqua, cum sic clausa est, fiat, caueto, hæc autem carnosa non sunt, sed humida, mucique plena, quæ ubicunque & qualiacunque sunt, si prætermittantur, & negligantur, mortifera sunt. Si uero auris transsuratur, cito

cito sanescit, sed mutilatur, quæ si clausa sit, leni medicamento conglutinario utitor. Maxillæ uero sæpius quidem conuelluntur, & restituuntur, sed rarius excidunt, & luxant, iisque maxime luxant, & excidunt, qui multum hiant, nam non excidunt, nisi quis ualde hiet, quod propterea cadit, quoniam nerui, qui utrinque colligant, uel laxant, uel non concedunt, luxatque uel altera, uel utraque quod inferior demonstrat, si tantum altera luxauit, dentes inter sese tortuose non respondent, nec conueniunt, contrario nanque modo uertitur, quam qua luxauit, nec dentes conuenire possunt, sin autem utræque prociderint, magis inter sese conueniunt, & respondent, minus enim torquentur, quod dentium postrema demonstrant, superiora enim inferioribus non respondent. Si ergo utræque luxauerint, statimque non reponantur, decimani hi plerunque moriuntur, continua enim febre, sopore, grauedineque premuntur, musculi enim distenduntur, uenter citatur, pauca, & pura demittit, si uomant, eadem uomunt. Sin autem altera luxauit, minus lædit, similique modo quo utræque reponuntur, caput quidem hominis uel iacentis, uel sedentis quis capito, medicus utrasque maxillas utraque manu capito, intus, & extra aliquantisper tractato, deinde recta, retrorsumque trudito, corpus commoueto, confundito, lenibus curato, statuque, schemate ue, menti resumptione, linitione, alleuatione utitor, nam hæc ad hanc repositionem faciunt. Humerus uero subteriora uersus luxat, & excidit, alias autem nondum uidi, nec audiui, tamen uidetur & ad anteriora posse luxare iis, quorum carnes, quæ circa hunc articulum sunt, propter naturam emaciantur, quale boues macilenti per hyemem patiuntur, magis enim macilentis, siccis, & gracilibus luxat, quin & iis, qui hudos sine inflammatione hos articulos habent, hæc enim contumescere facit, & colligat. Qui uero boues reaptant, errant, & falluntur, quod ob usum, & necessitatem, uti boues crure utantur, & iactent, eos latet, quodque hoc commune sit boui cum homine, statumque schema ue eandem habeant homines, & boues, quodque boues per hyemem macilentissimi sint, homericum illud testimonio est. Qui ergo humerum alam uersus luxarunt, cubitus his ab ala, & latere, costis ue discedit, manumque ad aurem tollere nequeunt, siquaque tollere, & agere conantur, non possunt, quibus quidem repositus non fuit, quibus autem ualde luxat, quo ue modo habeant, dictum est. Quibus uero per ortum humerus luxauit, ossa huic proxima corripiuntur, quod Anci, Galiangones ue passi sunt, quibus & cubitus, & manus corripitur, quæque his proxima sunt, emaciantur, superiora uero nihil minuuntur, quæque per adulescentiam crescunt, maxime minuuntur, minus tamen iis, qui per ortum luxarunt, minus læduntur & minuuntur, secundũq; articulos agnata, profunda, & alta minus fiũt, sed recens genitis secundum humerũ maxime protuberat, sicuti luxatis. Sin autem iam adultis luxauit, ossa non minuuntur, nam alia non habent, quæ simul æq̃ crescãt, & augeant, carnes uero minuunt, nã hoc singulis diebus & crescit,

Maxillarum luxatio.

Humeri luxatio.

Anci qui fiant.

& minuitur,& per ætates,& in quas poteſt,& cogitur formas. Signum præterea hoc eſt humeri ſummum reuulſum, & cauum, quoniam cum humeri ſummum reuulſum eſt,cauum etiam eſt, propterea brachium luxaſſe putant, cum brachii caput ſub ala compareat,quod attollere, nec uſquam agere poſſunt,ſimulque humerus alter demonſtrat hoc,quod ſic reponito. Pugnum ſub alam dato,brachiique caput ad ſuperiora propellito,manum ad pectus deducito,ſed et retrorſum circumagito,tutius utrinque uti ſtatuatur, quin & capite ad humeri ſummum,& manibus ſub ala datis caput brachii ſurſum trudito,ſubigito ue. Cubitum uero genibus protrudito,uel pro genibus cubitum alterũ adigito,& ſicuti prius peragito,uel ſecundum humerum ſtato,alæque humerum tuum ſupponito,manibuſque brachium deorſum trahito,uel calce,calcaneo ue cum alæ ſupplementa ſuppoſueris,trudito,dexterum dextero, ſiniſtrũ ſiniſtro,uel piſtillum,uel quid ſimile ſubdito,uel ſcalam,gradulum ue eius, & paxillum,uel ſpatulam ligneam in ſummo rotundam, manum uſque protentam. Medela uero hæc eſt,ſtatus,ſchema ue talis eſto,brachium ad coſtas dato,manus ſumma ſurſum paulo humerum ſanum uerſus, deinde ſuperligato, & reſumito,quod ſi non reponatur,ſummum humeri extenuatur,cũ uero ſummum humeri conuulſum eſt,luxati ſpeciem præbet,tamen nihil minuitur, priuatur ue,quod ſi reſtituatur ſtatus,ſchema ue, qui & luxato datur, curatioque ſuperligatio,reſumptio,ſubleuatio de lege,more,conſuetudine ue ſuperligationis. Cubiti uero articulus cum permutatur, penitus ue non luxauit, coſtas uerſus,uel extra motatur, pars eius acuta in brachii cauo remanet, quod cum eſt,recta diſtendito,quodque prominet,ſurſum trudito,retrorſumque & oblique. Cum autem penitus luxauit,hac,uel illac qua brachium committitur, diſtendito,& ſuperligato,ſic enim cubiti pars curua,& tortuoſa non impediet. Hic autem articulus potiſſimum coſtas uerſus luxat, & prolabitur, quod cum fit,dirigito,plurimumque ne caput coronam tangat,abducito,ſublimeque & alte circumagito,& circunflectito,recta ne cogito, ſimulque retrudito, & in utranque ſedem perpellito,ſimulque contulerit,cubitum flectere,partim quidem accliue,partim uero decliue. Medela autem hæc eſto,ſtatus, ſchema ue, manus ſummum altius paulo cubito ſtatuito,brachium autem coſtis admoueto,ſic enim poſitio,reſumptio,unctio,natura,uſus facile ferentur in communi,niſi male callum circum obduxit,quod celeriter facit. Curatio auté linteis, & faſciis ſecundum legem articulorum eſto,celeriterque acutum ſuperligato, cubitus enim cito rebellat,ſi febris cum dolore,æſtu,uomitu bilioſo ſuperuenit. Cubitus etiam propter torporem retro luxat, luxat & ante, medela eadem eſto, cum autem retro luxauit, tendere nequit, quem diſtendendo repones, cum ante luxauit,flectere non poteſt,quem cum quid durum, & rotundum in cubiti flexura poſueris,ſubito flectito,cũ aũt hæc oſſa diſtãt,& ſeparant̃,uena brachii,ſi tangatur,demonſtrat,nã diuiſa eſt,hæc aũt celeriter callũ obducũt, & coaleſcunt.

Humeri repoſitio multiplex.

Cubitus cum non penitus luxat, et cum penitus.

Cubiti aliæ luxationes.

& coalescunt. Qui uero per ortum, cubitum luxarunt, ossa his sub læsione corripiuntur, primum prope cubitũ, deinde manus, tertio loco digitorum, sed brachiũ, humerusq; ualidior fit propter nutrimentũ, manus aũt altera multo ualidior fit propter opera, caro uero illic minuitur, intus, si foras luxarunt, foris, si introrsum, semper contra quam qua luxauit. Cubitus quidem uel foras, uel intro luxat, si foras luxauit, statim distendito, si intro, brachium, malamque uersus reflectito, statu, schemate ue recuruo cubito conuenienti, & communi, mitellaque suscipito, de colloque suspendito, molle quid subdito, & secundum articulum quid graue appendito, cum articulũ subleuaueris, & reposueris, manibus coaptato, quæ & in cæteris facito. Si uero retrorsum luxarit, statim distendito, manibusque dirigito, & coaptato, si ante, linteum, fasciamque satis magno cumulo circunducito, conflectito, simulque dirigito, sin autem in alteram partem declinarit, cum direxeris, utraque simul facito. Curationis autem, & medelæ commune est, status, schema ue, & superligatio, communi nanque distentione cuncta redire, & reponi possunt. Quædam præterea repositiones subleuando reponunt, quædam distendendo, quædam circumagendo, si pro modo forma ue luxationum celeriter hac adhibeantur, uel illac. Manus quidem articulus uel intro, uel foras luxat, sed plerunque foras. Signa uero patent, si quidem intro, digitos flectere nequit, si foras, tendere. Qui modus uterque manu super mensam posita reaptatur, si partim tendatur, partim retendatur, quodque prominet, uola calce ue simul retrudatur, subterque secundum alterum os, quid molle cumulatum supponito, si quidem supra luxauit, manum cõuertito, sin autem infra, resupinato. Medela uero linteis fasciis ue peragitur. Tota quin etiam manus uel intro, uel foras, uel hac, uel illac prolabitur, & luxat, sed potissimum intro, quandoque cum sua proiectura, processu ue, seu epiphysi, quandoque tantum alterum os, distentio ualida his fiat, quodque prominet trudito, & alterum retrudito, uel manibus in mensa, uel calce, duasque formas simul peragito, & retrorsum, & transuersum, obliquum ue. Quæ uero non bene reponuntur, rebellant ue, siue relabuntur, deformia redduntur, sed tamen tempore ualida ad usum fiunt. Medela linteis, & fasciis cum manu, & cubito perficitur, ferulasque digitos usque ponito, quæque in ferulis posueris, crebrius quam fracta soluito, perfusioneque multa utitor. Qui uero per ortum, manum luxarunt, his ea contrahitur, caroque contra casum minuitur, sin autem adulto, sua magnitudine ossa permanent. Digitorum uero luxatio patet, quæ nec scribenda est, quos in mensa positos recta distendito, quodq; prominet, trudito, & retrudito. Medela conueniens linteis, fasciis superligatione peragitur, qui si non reponantur, foras extuberant, callũ ue obducunt. Qui uero per ortum, uel adulescentiam ossa luxarunt, sub luxatione ea corripiuntur, caroque contra casum minuitur, qui autem adulti luxarunt, sua magnitudine his ossa permanent. Coxæ quidem articulus quatuor modis

Cubiti item luxatio.

Diuersæ reaptationes luxatorũ.

Manus luxatio.

Digitorum luxatio.

Coxa luxata.

luxat,& excidit,sed potissimum intro,secundo loco foras.Signa,cõmune quidem alterum crus,peculiare uero,& proprium intro quidem moti hoc est,caput enim coxæ,si tangatur,in uentre sentitur, similiterq; non flectunt,crusque multo longius uidetur,nisi in medium utraq; agens distendas,nam pes, & genu foras spectant.Si uero per ortum,& adulescentiam coxa luxauit, contrahitur,tibia uero minus,cæteraq; rata portione,carnes uero minuuntur, maxime extra,qui serius eriguntur,& in sanum crus reuoluuntur,si uero cogãtur,scipione uno,uel duobus uadunt,crus autem tollunt quod quanto minus est,tanto facilius.Sin autem adultis ossa quidem permanent,sed carnes, quemadmodum dictum est,minuuntur,cum autem uadunt,errabunde,reuolute ue sicuti boues eunt,qui cum declunes remaneant,in sanum crus ilia cauantur,huic enim subire necesse est,uti uehat,huic ascendere uti uehatur,nam uehere nequit. Sicuti, qui uulnus,hulcus ue habent in pede,super sanũ crus ligno, bacillo ue tortuose corpori renituntur,læsum uero manu super genu posita, uti in ascensione, & mutatione corpus uehat,cogunt,coxendice uero si subter utatur,ossa minus subter minuuntur,carnes uero magis.Moti uero foras contraria & signa,& status sunt,nam genu,& pes parum extra spectat.Quibus autem per ortum,& adulescentiam hoc euenit,ossa non similiter coaugescunt,nec eodem modo coxẽdix,sed altiore aliquatenus,& non similiter utitur. Quibus autem ad exteriora sine inflammatione crebrius excidit,crure hi agiliore, & humidiore utuntur, quemadmodum quibus manus pollex,qui maxime suapte natura luxat,& excidit.Quibus uero magis,uel minus luxat,quibusq; facilius, difficilius ue, quibusq; metus,spes ue est,ne celerius excidat,quibusque sæpius excidit, medela eius eadem est,quibusq; per ortum,adulescẽtiam ue,morbum ue,quod & per morbum euenit.Quibusdam etiam os sideratur,& læditur.Quidam uero hæc omnia non patiuntur,minus tamen,q̃3 si ad interiora luxauerit,læduntur, si rite curentur,uti & incedentes plano,& toto pede ambulent,nec iactent, curatione multa,& diligenti peragitur.Puerulis autem si negligantur,& non reponantur,male habent,si curentur,iuuantur,uti planis, & totis pedibus incedant, caroq; parum quid minuatur.Quibus autem utraq; hæc ossa luxarunt, hæc patiuntur,caro quidem his parum minuitur,sed declunes fiunt,coxæq; torquentur,nisi ossa siderentur,& lædantur,superioreq; coxendicum parte gibberẽtur, sani quidem hi degunt,sed corpus non crescit,præter caput.Quibus autem retro luxauit,signa hæc fiunt,molliores ante sunt,sed retro prominet, pes rectus permanet,flecterеq; sine dolore,nec extendere possunt,crusq; his contrahitur, quod nec in poplite,nec in inguine tendere & flectere,nisi ualde tollant, possunt,superior enim articulus in plerisq; præcedit,cum cæterisq; articulis, neruis,musculis,intestinis,uoluis,& similibus communicat,coxendicisq; os ad clunes,& nates deferri nequit,& quia non distendunt,contrahitur, carnes uero totius cruris minuũtur.Quibus autem maxime,quo ue modo dictum est, quæq; corporis

Moti foras signum.

Puerulis quid eueniat uideto.

Coxæ utraq; ossa luxata quid faciant.

Coxæ retrorsum luxatæ signum.

Luxata,nisi agitentur,male habent.

corporis pars luxata si agitetur, ualet, si minus, male habet, nisi dolor, febris, inflammatioq; uetet. Quod præterea foras luxauit, quod ad carnem cedentem prolapsum est, contrahitur, quod autem intro longius esse uidetur, si quidem adultis non reponatur, curuati in inguina gradiuntur, poples alter flectitur, & curuatur, pectore uix mouentur, manu crus prendunt, si sine bacillo uadāt, qui si longiusculus sit, non eunt, & si eant, parum progrediuntur. Caro autē his minuitur, qui dolitant, qui gradiuntur, quibus in priorem partem luxauit, cæteri uero rata portione sani satis degunt. Quibus uero per ortum, uel adulescentiā luxauit, morbum ue, de quibus dictū est, & dicetur, maxime hi afficiuntur propter neruorum, & articulorum desidiam, simulq; ob iam dicta male habent genu, quo contracto, & laborante, uno, duobus ue bacillis incedunt hi, sanum uero crus satis carnosum fit propter usum, & laborem. Quibus autem ad anteriora luxauit, signa his contraria fiunt, nam parte posteriore molle & cauum est, anteriore uero prominet, crus hi non flectunt, sed distentum habent, pes rectus persistit, crus alteri par est præter calcis postremā partē, quæ paulo cōtractior est, q̄ maxime hi dolent, & laborant, lotium enim in his luxamentis confestim retinetur, locis enim, & neruis præcipuis coxendix figitur, & hæret, quo anteriora tenduntur, nec crescunt, coalescunt ue, sed morbosa fiunt, celeriterq; senescunt, & tabescunt, posteriora uero contrahuntur, & corrugantur. Quibus autem adultis sic luxauit, calce recto gradiuntur, quidā non possunt, etiam si multum conentur, & trahant, multum procedere, carnes uero his, & reliqua non minuuntur, motatio & usus causa est, qui cum totum crus in posteriora tendunt, erectiores gradiuntur, modicoq; bacillo, parte læsa egent. Quibus autē per ortum luxauit, cum aduleuerunt, si rite curati fuerint, usus, qui adultis præstatur, curatis uero negligenter, crus paulum distenditur, nam articuli recti q̄ primū, & maxime callum obducunt, & creant, carnes autem, & ossa rata portione minuuntur, & contrahuntur. Coxæ uero luxatæ communia hæc sunt, distentio ualida, & directio, quæ uel manibus, uel tabella, uel cuneo, mochlo ue fit, quo ad interiora rotundo, lato ad exteriora utitor, sed potissimum exteriora sic curato. Quæ autem intro luxarunt, & utriculis sub coxæ siccam partem datis reduces, cruraq; distendes, & colligabis, pedibus paululum inter sese separatis, & distantibus. postea sic complexa distendito, suspendito, & eleuato, simulq; utraq; dirigito, qđ & ad anteriora luxatis, cæterisq; satis est, dimotis autem ad exteriora, minime, ligniq; sicuti in humero moto, manum usq; subtenti, quibus intro luxauit, subligatio quadrabit, cæteris autem non, quæ autem ante, uel retro luxarunt, manu, pede ue, uel tabella, suo loco sedere coges. Genu quidem facilius restituitur, q̄ cubitus, quia facile plicatur, & tenditur, ꝑpterea facile & luxat, & reponitur, sæpius quidem intro luxat, quin & foras, & retro, quod quis citius, & ualidius si flectat, & tendat, reponat, uel lintei globulum in poplite fasciato, & ligato, & in hunc flectito, cōfestim quod potissimum retro luxatum

Coxa foras luxata.

Coxa non reaptata quid faciat.

Coxæ luxatio per ortum, adulescentiam, morbū.

Coxæ luxatio in priora.

Per ortum luxatio.

Coxæ luxatæ reaptatio.

Genu luxatio.

reponit. Poteſt & modice tendẽdo, ſicuti cubitus, quod retro luxauit, reponi. Quod autem hac, uel illac luxauit, flexio, uel tenſio, calcitratio ue reponit, & ſtatuit, quæ potiſſimũ, quod retro prolapſum eſt, reducit, quin & modica diſtentio, & directio reponit, quæ omnibus communis eſt. Si uero cum retro luxauit, non reponatur, flectere hi non poſſunt, quin nec cæteri multum, coxæ nanq; & tibiæ os ante minuitur, ſin autem intro luxauit, magis diuaricantur, nã exteriora minuuntur, ſi uero foras, contra, magis intro curuãtur, ſed minus claudicant, craſſius enim os uehit, & ſuſtinet, nam interiora minuuntur. Qui uero per ortum, adoleſcentiam ue luxarunt, ſicuti priores, rata portione afficiuntur. Tali autem oſſa luxata, q̃ manus, ualidioris & diſtentionis, & directionis utraq; ſimul facientis egent, quod omnibus commune eſt. Pedis autẽ oſſa mota uellicata ue, ſicuti manus oſſa, ſanantur. Quæ autem in tibia ſunt his communicantia, ſi non reponantur, male habent. Pedis uero per ortum, uel adoleſcentiam oſſa luxata, ſicuti manuum oſſa, tractantur. Qui uero de loco altiore ceciderũt, uel diſilierunt, ſi calce ſeſe exceperunt, & ſuſtentauerunt, oſſa diſcuſſa ſunt, uenæ confuſæ, nerui confracti, & conuulſi, quod cum euenit, periculoſiſſimum, & grauiſſimum eſt, ſiquidem periculum eſt, ne ſiderata, & læſa oſſa per omnẽ uitam, negotium faceſſant, diuulſaq; oſſa, & diſtorta, neruiq; cum his communicantes, & cohærentes ne ſic remaneaut, ſi præſertim cutem uulnerarũt, qualia & in coxa, & in tibia diſſolutis neruis communicantibus eueniunt, uel alia negligenti declinatione, ſi calx nigricet, quod recrudeſcere, & relabi rem propterea maxime facit. Quãdoq; & ſuperſideratio, læſio, & putredo fit, febreſq; prægraues, tremulæ, ſingultoſæ, mentem tangentes, & cito tollentes ſuperueniunt, magnarumq; uenarum liuores, & cancri. Signa uero recrudeſcentiũ ſunt, ſi quæ circa ſunt, diffuſa, ſparſa, nigricãtia, ſubdura, ſubrubra ue ſunt, nam ſi cũ duritia liueſcant, periculum eſt, ne nigreſcant, ſi uero ſuppurulenta, & mollia ſint, quæ liueſcunt, uel diffuſa, & ſparſa, uel ſublutea, & mollia, quæ in his omnibus, optima ſunt. Medela autem eſt, ſi febre careant, ueratro purgare, ſeu helleboriſſare, ſi uero febricitent, non, ſed potum acredulcem, & ſuauem porrigito, motoſq; articulos componito, ſuperligato, quæ magis multo in fractis facito, plurimiſq; linteis, & faſciis, & mollioribus utitor, minus ſtringito, calida plurima circunfoueto, ſtatus uero, ſchema ue hic eſto, calcem ſuperligatione nimiũ ne ſtringito, ſed ſupra genu deducito, beneq; illic diſponito, ferulis autem ne utitor. Cum uero pes luxauit ſolus, uel cũ proiectura, talo, ſeu epiphyſi, qui magis intro luxat, qui niſi reponatur, macileſcit, ſicuti tibia, coxa, coxendix, luxationis contraria parte, qui ſicuti manus iunctura reponitur, ſed diſtentio ualentior adhibetur. Medela uero fit, ſicuti lex cæterorum articulorum luxatorum poſcit, minus uero rebellat, q̃ manus iunctura, ſi quieſcat, cibus minuitur, nam otiantur. Pes uero ſi per ortum, uel adoleſcentiam luxauit, ſicuti ſuperiora, & afficit, & tractatur, præterea ſi parũ per ortũ luxauit, poteſt dirigi,

Pedis oſſium uellicatio.

Caſus de loco altiore quæ facit.

Pedis luxatio.

pedis

pedis præsertim obliquitas, modus tamen obliquitatis unus non est. Medela uero huius, ceratum rhesinosum est, unguentum ue, multa lintea, & fasciæ, tabellaq;, uel plumbea lamella, non ipsi corpori superligata, subleuatio, resumptio, status, schema ue concordet, & conueniat. Si uero luxata, fracta ue saucia rint, & extent, exeant ue, sic sinere melius est, quæ nec eleuato, nec cogito, retrudito ue, nec tractato. Medela uero, piceata medicamenta, unguenta ue sit, uel penicillis, & linamentis uino tinctis, & calidis utitor, nam his omnibus frigus hostile, & infensum est. Per æstatem foliis circundato, per hyemem lana succida, teguméti causa, quæ ne linito, emplastrato ue, nec superligatione stringito, cibus tenuis esto, frigus, pondus, pressio uiolenta ne sit, status ordo, schematos ue taxis necessarius est, quæ omnia perniciosa esse scito, modice uero, & negligenter si curentur, turpiter claudicant. Pes uero si præter pedis usum uertatur, conuellit, & molestat, uel si quo alio uertatur, rata portione uexat, tamen ossa non multum distant, parum enim denudantur, tenuemq; cicatricem obducunt, quorum maxima periculosa sunt, quæq; supra maxime sunt, salutis uero sola spes est, si non reponantur, nisi secundum digitos, manumq; summã sint, quæ pericula sint, prædicito, reponereq; tentato, sed primo, secundo ue die, si minus, decimo, quarto minime. Quæ reponãt, sunt libræ, mochlisci ue. Medela sicuti capitis ossis, teporq;, caliditas ue, sed ueratro statim, & cum reposita sunt, melius est uti. Sed scito, si hæc reponãtur, præsertim si supra sunt, mortem celerrime sequi. Pes uero cum sic excessit, dolor neruorum, spasmos ue subrepit, cancer, gangræna ue, nam si reponatur, quid horum superuenit, si reiicias, spes est, si qua spes est, nam si relaxentur, hæc non fiunt, sed cum intenduntur. Siqua uero abscissa sunt uel articuli, uel ossis, non supra, sed uel secundum pedem, uel manũ proxime supersunt, nisi magno animi deliquio statim pereant, medela, quæ capitis, & tepor. Siderationis quidem, læsionis, putrefactionisq; carnis in uulneribus causa est, sanguinis fluxus remoratus, & in ossiũ fracturis cõpressus, & in uinculis, ligationibus ue nigritia, quibusq; coxæ pars decidit, uel brachii ossa, caroq;, plurimi tamen supersunt, cæteraq; latu facilia fiunt. Quibus uero fractis ossibus carnes subito circundehiscunt, & frangũtur, qua ossa denudantur, decidũt, sed tardiuscule. Quare sub uulnere quid sani corporis auferatur, cauentem enim, & timentem dolor præperimit, simulq; cum animi deliquio, defectu ue multi pereunt. Coxæ quidem os, ex hoc resolutum cum est, octogesimo die decidit, tibia uero subtracta uigesimo, tibiæ aũt ossa media, sexagesimo, cum uero resoluta sunt, ex his cito, & tarde, prout medicæ pressiones fuerint, cætera uero, quæ placide tractantur, eorũ ossa non decidũt, nec carne denudantur. Quare hæc lenius, & superne magis suscipiantur, & tractentur, multa enim formidolosa magis sunt, q̃ peiora. Medela lenis cum tepore sit, cibus præparcus, & optimus, exactus ue, frigus enim sanguinis fluctionis periculum adducit, status esto, ne relabatur, deinde puris causa substragulũ

Pedis obliquitatis directio.

Pes præter modum tortus.

Pes repositus quando letalis.

Cum quid ex his recisum est, uel decidit, quid faciat.

Casus ossiũ quotus.

Frigus his bonũ non est.

ex æquo ſupponatur, quæq; his conferant, & nigricantibus. Præterea ſanguinis eruptiones, inteſtinorum difficultates multæ, & uehementes quidem, ſed paucorum dierum per decretorium uexant, quamuiſq; febricitent, non ualde tamen cibum auerſantur, tunc tamen nihil euacuato. Gibbus uero luxatione uertebrarum intro letalis eſt, lotium enim prohibet, torporemq; adducit, quæ uero foras tendunt, plurima minus nocent, q̃ quæ concuſſa non extant, nam hæc ſibi decernunt, ſed illa corpori plurimum indunt, & nocent, præſertim ſi in locis periculoſis ſunt, quemadmodum ſunt coſtæ. Quæ fractæ ſi ſunt, febriculã, ſanguinis ſputum, ſiderationem adducunt, ſiue una, plures ue ſint, quæ fractæ ſi nõ ſunt, medela facilis eſt, ſi febre careat, ne uacuato, ſed deligato, prout lex, mos, & conſuetudo horum poſcit. Calloſitas uero, ferruminatio ue, & coaleſcentia uiginti diebus fit, nam fungidum quid, & tenerũ eſt, quæ ſi utrinq; fractæ ſint, puſtuloſi, tuſsibundi, purulentiq; hi fiunt, coſtæq; ſiderantur. Nam ſingulis coſtis utrinq; nerui tenduntur, qui per omnes eũt. Quæ uero caſu aliquo, & colliſione perrumpuntur, minus dirigi poſſunt, præſertim quæ ſupra præcordia ſunt. Pueris uero ſi hoc fiat, non coaugeſcit, ſed ueluti crura, manus, & caput. Sin adultis, gibbus ſi fiat, malũ ſtatim diſſoluit, ſed per tempus aliquod refricat, quemadmodum & pueris, ſed minus tetre, & male habent. Sunt tamẽ qui patientius, & facilius ferant, ſed ii, qui carnoſi, & præpingues ſunt, quorũ pauci ſexageſimum annum excedunt, ſed diſtorquentur. Cauſa uero cum cæteris, & ſtatus, ſchemata ue ſunt, in quibus iacent, & ſtatuuntur, quæ prænoſcuntur. nam plurimi ſanguen ſpuunt, purulentiq; fiunt, quibus meditatio, & exercitatio, medela eſt, & ſuperligatio, uti lex, & mos eſt, nutricatus primo perparcus, & purus eſto, deinde remolleſcito, quieſcito, ſileto, ſtatus cõmodus eſto, uenter ſubducatur, uenus abeſto. Sed quibus minus ſanguis cum dolore redditur, q̃ in fractis conſueuit, magiſq; cũ temporibus redire ſolet, quibus uero mucoſum quid remanet, cum doloribus ſubmonet. Medela peruſtio quibuſdam de oſſe os uſq; non ipſum, ſi uero medio loco ſunt, trans, & in alteram partem ne penetrato, nec in ſuperiore parte remaneto, ſideratio nãq; ſequeretur. Quin & purulenta tentato, dicentur omnia prouenientia, uiſa, non ratio, cibaria, pocula, calor, frigus, ſtatus, quin & quod medicamenta quædam ſicca ſunt, quædam humida, & liquida, quædam burra, quædam alba, quædam nigra, quædã aſpera, & acerba ſuper uulnus, ſic & nutricatus, lex, modus ue repoſitionis, & iniectionis, & directionis. Lex, modus ue libellæ, mochlicos ue cuneolus, ſpheniſcos ue, ſucula, & aſellus circunducit, & reducit. Libella uero, mochlos ue cõducit, & adducit. Quæ uero reponenda ſunt, dirigenda ue, ſingula diſtendito, ſtatuq; quo manſura ſunt, & coalitura, trudito, quod excidit, eo trudito, unde excidit, quod uel manibus, uel ſuſpenſione, & ſubleuatione, uel ſuculis, & aſellis, uel circa quid perages, manibus quidem recte ſingulas partes tractato. Manus iuncturam, cubitumq; ſatis eſt cogere, manus quidem iuncturam recta cubiti,

Gibbus uertebrarum ſpinæ luxatione.

Coſtæ fractæ.

Qui ſexageſimũ annum non excedant.

Vſtionis modus in his.

Complexio medicamentorum.

Modi repoſitionis.

biti, cubitum autem ad brachii curuaturam, tanquam circa quid sic circa brachium ducito, quod sub manum subtenditur. Digitos uero manus in his, uel pedis, manus iuncturam, protuberamentum foras trudito, & retrudito, cætera uero satis est manibus pellere. Quæ uero superant, extant ue, calce uel manus palma in suam sedem pellito, super aliqua re posita, dum sub eo, quod extat, quis mollis conueniens globulus sit, partem uero alteram quis peritus, & prudés minister pellito, siue intro, siue foras exciderit. Quæ uero tortuose, & oblique luxarunt, perpellito, & repellito retrorsum, & utrinq;. Protuberamenta uero, quæ intro tendunt, nec sternutamentum, nec tussis, nec uentus, nec cucurbitula reducet, constitutione, distentione ue quadam opus est, deceptio tamen hæc inesse potest, quod tanquam luxatis, fractis ue uertebris incuruaméta hæc præ dolore intro luxasse uidentur, quæ tamen celeriter coalescunt, facileq; reducuntur. Quæ uero foras prolapsa sunt, partim supra, partim infra contrario modo, & in pedes distenduntur, coactio uero fit cum distentione, uel sella, uel pede, uel tabella. Quæ uero hac, uel illac luxauerunt, siqua distentio adhibeatur, statusq;, facile & reducuntur, & coalescunt, peculiarisq; nutricatus, cunctaq; lintea, fasciæ sint commode lata, lenia, ualida peculiariter, linteis uero, fasciis ue crassioribus, & robustioribus non conuoluantur, nisi in coactionibus, cunctaq; his parentur, commensa longitudine, latitudine, crassitudine, & altitudine, sicuti coxæ distentio cum peragitur, secundum talum uti ligetur, & supra genu, hæc quidem eodem distendito. Latera uero, lumbos ue, secundum, uel in alas distendito, secundumq; aqualiculum, pectinem ue, & coxam ligato, q̄dā per media femina, principiaq; fasciæ partim in pectus, partim in tergū distendito, quæ cuncta & subter, & supra commode ligata, & statuta distendito, uel pistillo, uel sucula, asello ue. Si uero hæc in lecto facias, pedes lectuli humi confirmato, lignoq; transuerso robusto, & ualido lectuli pedes connectito, superne pistillo, pistillo ue simili asserculo statuito, & distendito, uel modiolos rotæ defigito, & in his assiculos, uel scalam, & utrinq; trudito, sed hoc commune est. Tabella sumitur cubitos sex longa, duos lata, palmum crassa, quæ duos assiculos, asellos ue non altos utrinq; habeat, per horumq; medium columelli gradatim incisi, & leuigati figantur, qui ad ligni substragulum rata portione cō mensi respondeant, & eorum incisuræ latæ, & altæ digitos quatuor sint, quem admodum in torculari fit, tantumq; spatium intermittatur, quantum librari, dimori, dirigi ue possit. Tabella uero hæc, cauum, & foramen in medio habeat quadratum, uti columella in eo figatur, quæ inter femina exeat, cū librabitur, & distendetur, uti subter labi uetet, tabellæq; huius extrema loco aliquo, pariete ue defigito, & confirmato, cūq; super hac quid reconcinnabis, quid molle. quod reconcinnandis conueniat, substernito. Quibus autem os palati subsedit, nasus media parte deprimitur. Qui uero caput sine uulnere fregerunt, uel casu, uel aliqua re incussa, uel premente, uel rumpente, nonnullis horum acria

Spinæ caua luxatio.

Luxationum diuersæ reconcinnationes.

Concinnatio in lectulo.

Tabellæ reconcinnatoriæ conformatio.

Palati os motū.

Caput fractum sine uulnere.

quædam de capite,& capitis uulnere in fauces,iecur,pulmonem,coxamq; de/scendunt,& destillant.Signa uero harum commutationum,luxationum, cæte/rorumq; qua,quo modo,quantum hæc inter sese differant , quibusq; acetabu/lum fractum est,neruulusq; diuulsus,quibusq; proiectura , seu epiphyris fracta sit,quibusq;,quo ue modo,qua ue unum,uel duo,quorum duo sunt,periculaq; in his,spesq; bonæ,malæ ue,quibusq; & quando mortis mala,salutisq; certæ , & non certæ,quæq; reponenda sunt,manu ue tractanda , & quæ non , & quan/do,quando ue non,super his spes,pericula,qualia,quando ue tractanda per or tum luxata,crescentia,& adulta,quodq; citius,& quod tardius,quodq; claudũ remaneat,& quẽadmodũ,& nõ,& qualiũ,cur ue minuat̃,& qđ,& qua, quate / nus ue,& quẽadmodũ,qbus ue minus,q̃q; fracta citius,uel tardius coalescant, distortiões ue,supcallitionesq;,& hoꝝ remedia.Quibus hulcera stati,uel post/ea fierẽt,qbusq; ossa minus frangerent̃,& minuerent̃,qbus nõ, qbus fracta exta rent,& qua magis,quibus,quæ luxarunt,quiq; articuli ferruminent̃,& cur,qui/busq; uidentur,quibus putantur,circa affectus,passiones ue,circa medicata,le/gibus,modis ue legitimis.De superligatione,præparatio,laxatio,distentio,di rectio,fricatio,superligatio,resumptio,positio,status,schema ue,tempora, nu tricatus.Quæ mollia,tenera,fungida ue sunt,cito coalescunt , contraria uero, contra,distortionesq; uel curuationes sine carne,sine neruis . Quod repositum est,propius est multo loco,quo excidit,q̃ quod repositum non est.Nerui agi/tati,quiq; in humido loco sunt,consentiunt,& mollescunt magis , q̃ qui non. Quod luxauit,si cito reponatur,optimũ est,si febriat,ne reponito,nec quarta/na,quintana ue,Cubitumq; cunctaq; torpida,celerrime si reponantur,optimũ est,cum inflammatio cessat.Conuulsi nerui,distẽtiq; chartilagineaq; proiectu/ræ ue,& epiphysies,distantiaq; a sese,& sua natura,& separata,similia,& quem admodum prius fuerant,restitui non possunt,plurimis enim statim callus ob/ducitur,tamen usus conseruatur,& remanet . Postrema luxata facile reponun/tur.Quæ facile luxant,non inflammantur,quæ non calefiunt,& non rite curan tur,reluxant,quæ statu,schemate ue distendito , quo maxime supertollentur , & reponentur, naturamque & locum , quo luxauit, considerato , retroque re/cta , & oblique dirigito , celeriterque propellito . Quæ celeriter conuellun/tur , celeriter retrudito , circumagito , & agito celeriter , quo expedit. Quæ crebro luxant , facile reponuntur , causa est neruorum , ossium ue solutio , neruorum quidem longitudo,laxatio,cessio ue,ossiũ uero lubricitas , æquali/tas ue acetabuli.Capitis caluitium consuetudo,& usus faciunt,causa est, incon tinentia,respectus,habitus,& ætas.Quod submucosum est , non inflammatur. Quibus hulcera statim,uel postea facta sunt,ossibus extantibus,uel spiritu pru/ritu ue,uel asperitate,scabritia ue,quæ cum senseris,statim soluito,picatumq; ceratum superponito,religatoq; sicuti uulnus,caputq; fasciæ super hulcus po nito,cæteraq; deinceps peragito , dum ne , quod læsum est , sub ea remaneat, sed ulterius

Quæ dixerat, breuiter repetit.

Nerui qui resti= tuuntur.

Quæ statim re= ponantur,et quæ non.

Caluitiũ qui gi= gnatur.

Ligatio sine feru lis.

ſed ulterius producito,ſic maxime macreſcet,& extenuabitur,quodq; caſurum eſt,cito decidet,circumque dehiſcet,& purgabitur, celerrimeque coaleſcet, ſed ferulas eo ne deducito,ne ue nimium ſtringito, quorumque oſſa multum diſtabunt,& quorum parum ſic facito,& hæc quidem ſic. Quædam uero, ſe/dimenti,& ſuppuramenti cauſa refrigerantur. Quæ autem ualde exceſſerunt, ſiue reponantur,ſiue non,ſuperligatio his non conuenit,ſed diſtentio. Quare pilæ duæ parentur,quales pueris conficiuntur,quarum una ſecundum talum ponatur,ſecundum genu,ſuram uerſus altera,quæ latæ,ualidæ, cõmodæ ſint, circuloſque & anulos inſutos habeant,in quibus paxilli,uirgulæ ue, de corno rata portione commenſi dentur longi,craſſique quantum ſatis ſit, uti diſten/dant,qui habenulas utrinque habeant,quibus in anulis ligentur, cogantque & propellant. Medela uero ceratum picatum calidum eſto, ſtatuſque & ſchema, pediſque & coxendicis poſitio,& quies,nutricatus perparcus,& ſincerus. Quæ autem oſſa prodeunt,& exeunt,& luxarunt,primo,ſecundo ue,& tertio die re/ponito,quarto autem,quinto ue,non,ſed cum ualebunt,quæ libris, mochlicis ue repones. Si uero reconcinnatum os,firmamentum non habeat, quæ impe/diunt,abſcindito,quæ uero ſic denudata ſi decidant, cõtractiora membra red dunt. Quidam autem articuli plus luxant,quidam minus,& parum,qui parum, facile reponuntur,qui multum,maius negotium faceſſunt, malaq; neruorum, oſſium,articulorum,carnium,ſtatuumque & ſchematon præbent. Coxa uero, brachiumque ſimillime luxant.

Pilæ concinnatoriæ.

Coxa et brachiũ ſimiliter luxant.

HIPPOCRATIS DE PERICVLOSIS PERNITIOSISQVE VVLNERIBVS LIBER ET SERMO PRIMVS ET SEPTVAGESIMVS

Q Væ ſint periculoſa,pernitioſaq; uulnera tametſi alibi cum multis a me delibatum fuit,tamen hic ſeorſum, peculiari/terque tractamus,uti cognoſcere tractareque ea uolentibus non ſint ignota, quandoquidem ex his diligens, perituſq; medicus non mediocrem auctoritatem,non ſine utilitate, & lucello ſibi comparare poterit,quorum primo loco ca/put ponimus. Si quid præterea probe lector, de hac re ex/peteres,aliunde petas opus eſt,cum his plura non compererim.

Fragmentum.

HIPPOCRATIS DE CAPITIS VVLNERIBVS LIBER SERMO VE SEPTVAGESIMVS SECVNDVS

Cutis capitis læsa periculosa est.

C Apitis quidē uulnera nulla contēnito, nā sæpe cutis sola contusa, scissa, recisa ue ferro, uel alia re, nisi diligenter, quadamqꝫ reuerentia tractetur, cureturqꝫ, sanguinis coactione non expurgata, uel alia quauis re neglecta, uulnere recrudescente molestiam non paruam, & quandoqꝫ febrem adducit, magnumqꝫ negotium medico facessit, languenti uero mortis periculum portat, sed multo magis caluaria perfracta, proscissa, præcisa ue cerebriqꝫ tuniculæ, quæ singula nisi medicus caute, perite, diligenterqꝫ tractet, & curet, languentibus mortem sæpius accelerat, de quibus omnibus & alibi diximus, & hic cumulatius retractamus. Primo quidē capite modo aliquo percusso, quid percusserit, petito, & si detur, perspicito, quid cū percussus fuit, læsus fecerit, percunctator, & rimator, quoniā hominis caput nullū inter sese simile reperitur, capitisqꝫ suturæ nō omnibus eodē loco sitæ sunt. Nā qui priore capitis parte proiecturā, prominentiā ue, seu probolen habet, quæ caluariæ ossis pars rotunda est, plusque reliquo osse prominet, capitis suturas hic taf, siue T literæ similes habet, lineam enim breuiorē transuersam ad proiecturam, prominentiam ue, seu probolen habet, longior autem linea per capitis medium semper ad ceruicem, collum ue tēdit. Qui uero proiecturam hanc capitis in posteriore capitis parte habet, suturas etiam contrario modo, quam superior habet, nam linea breuior super proiecturam transuersa sita est, longior autem per medium caput recta semper tendens frontem petit. Qui uero proiecturam hanc tam priore quam posteriore capitis parte habet, suturas capitis hic habet hetæ, seu H literæ similes, cuius quidem literæ lineæ longiores transuersæ super utrasque proiecturas porriguntur & statuuntur, linea uero breuior per caput medium, & per longum recta pergens in utranqꝫ definit, longis quidem capitibus, lineis longis, compactioribus autem, & breuioribus, contractioribus, & breuioribus lineis. Qui uero nulla capitis parte proiecturam hanc habet, capitis quidem suturas hic habet similes chi literæ X ue, seu ✠, cuius linea una per capitis transuersum, tempus utrunque petit, linea autem altera per capitis medium, & longum recta in frontem, occipitiumqꝫ definit. Duplex autem est os medio capite, durumqꝫ & dēsum, parteqꝫ superiore, colore simile est carni, cui subest, subteriore uero, & interiore, cerebri mēbranæ, tuniculæ ue quā tegit, simile est. Cū uero de superiore, subterioreqꝫ, & interiore pte quoquo uersus ad duplicitatē, diploē ue discesseris, & tēdas, q̄ duplicitas, diploe ue caua, mollisqꝫ maxīe est, cōnexaqꝫ, & catenæ

Capitis suturæ diuersæ.
Proiectura capitis priore parte.
Suturæ capitis T literæ similes.
Suturæ capitis H literæ similes
Suturæ capitis cruci similes ✠
Color ossis capitis.
Os capitis duplex,

catenæ similis, os minus durum,densumq́ est,sed molle potius,communiusq́ capitisq́ totum os spongiosum est,præter superiorem,subterioremq́,interiorem ue paruam partem,carunculasq́ multas,humidas,inter seseq́ similes insertas habet,quas si quis digitis terat,fricet ue,sanguis emanet, quædam uenulæ tenues etiam insunt,quædam cauæ,magnæ,sanguinisq́ plenæ, duritia quidé, mollitia,densitas,crassitudo,cauitas sic habet,tenuitasq́.Capitis tamen totius tenuissimum,& infirmissimum os uerticis est,carnemq́ minimam, & tenuissimam habet,cerebriq́ plurimum hoc loco subest.Quamobrem locus hic uulneratus,periculosus est plus,minus ue prout magnum, paruum ue telum fuerit, quod uulnerauit,quiq́ uulneratus est,quoniamq́ hoc loco,tenue est os, facile frangitur,dehiscitq́ sed ad interiora potius dehiscit,quod cum est, periculosius est uulnus,difficiliusq́ curatur,uulneratusq́ hac parte mortem raro fugit, quod alibi non ita cadit,cum paria sunt uulnera, pariq́ modo incussa. cumq́ uulnus alia capitis parte factum alioquin letale sit,citius tamen hac parte simili modo incussum rapit,quoniam celerrime,maximeq́ cerebrum per uerticé, si quid mali carni,ossiq́ illic fiat,sentit præ ossis tenuitate, carnisq́ paucitate, & exilitate,quoniam sub uertice cerebri plurimum est. De cæteris uero capitis locis tempora periculosissima,& infirmissima sunt,quoniam hoc loco maxilla inferior caluariæ committitur,tanquamq́ in cardine,commissura,& articulo supra,& infra in tempore mouetur,& agitatur, locusque auditionis huic proximus est,cauaq́ & ualida uena per hæc loca tendit. Capitis præterea, & caluariæ totius os,quod in summa fronte est,parteq́ posteriore, quodq́ post aures est,ualidius,& firmius est,q̃ quod ante eas est,carnisq́ plus,& altioris supra sese habet hoc os,propterea capitis hac parte si quis uulneretur, minus in periculo est,tametsi hac parte magis os frangatur,& dehiscat,capitisq́ uulnere si quis periturus est,diutius tamen uiuit,qui parte capitis posteriore uulneratus est,q̃ qui priore,propterea quod hoc os tardius & pus concipit, & ad cerebrum propter ossis crassitudiné demittit,minusq́ cerebri sub hac parte est, plurimiq́ hac capitis parte sauciati mortem fugiunt,priore non,quiq́ de capitis uulnere,qualibet parte sit,periturus est,diutius per hyemé uiuit q̃ per æstatem.Præterea tela,quæ sauciarunt,considerentur,leuia ne sint,exacuta, uel cótra, quo loco sederint, ictum ue finiuerint, cum incussa sunt,num ne in suturis, an procul ab his, num ne in osse, neruo, num ne hæc præciderint, sciderint, cauarint, intro ue dehiscere fecerint. Quæ & in anteriore, & in posteriore capitis parte æquo modo cadunt, mors tamen omnibus, & si hoc fiat, non æquo modo, consequitur, nam si denudato, & detecto osse, sutura in uulnere compareat, qualibet capitis parte fit, læsus telo, & uulneri uix resistet, præsertim telum in ipsa sutura si sederit. Præ cunctis autem pernitiosum uulnus est, si telum in uertice, parte capitis infirmissima sederit. Capitis autem os multis modis sauciatur, & læditur, singu

Cur uerticis uulnus cæteris periculosius sit.

Cur uertex sauciatus celeriter perimat.

Tempora cur periculosa.

Capitis qua parte durum est os.

Quid in capitis uulneribus obseruandum.

Sanctionis capitis,et læsionis uaria est figura.

lorumq; modorum plurimæ sunt species,& formæ,fracturæ,scissuræ, collisionis in uulnere,cũq; uulnere ipso.Cum auté os sauciatum est, uel frangitur, uel finditur,uel præciditur,cũq; ipsa scissura necessario colliditur, si quidem scissum,fractum ue est,nam telum,quod os scindit,etiam collidit,sed plus, minus ue,cum scindit,rupit.Modus autem hic unus est,sed scissurarũ uariæ sunt formæ,nam quædam tenuiores,quædam tenuissimæ pro ossis qualitate comparent,causa uero harum scissurarum nõ statim post ictum comparet, nec per dies,quibus mortis labor debitus,& consuetus homini aduentat,quædam contra crassiores,latioresq; sunt,quædam latissimæ,quædam longiores, quædam breuiores,quædem altiores,quædam contra nõ altæ,quædam rectiores,quædam rectissimæ,quædam tortuosæ,quædam tortuosæ,& altæ, quædam subter,& per totum os tendunt.Quin etiam os secundum suam naturam scinditur,& finditur,nihilq; frangitur.Secundus auté modus hic est,sed formæ scissionis,& fissionis plurimæ sunt,nam plus,minus ue finditur,& scinditur,& altius,& per totum os,& minus alte,& minus per totum os, hæc scissura, fissura ue tendit,& plus,& minus,per latumq; & longum.Sed harum formarum nulla potest oculis dignosci,quæ nam harum sit,& quanta,nam si fissum, & scissum est,cum malum accessit,non statim post hoc oculis patet, quemadmodũ nec fracturæ quædam,cum ab osse fracto distét,quod enim scissum,& fissum est, suaq; natura motum,& cum fracturis intro cessit, nam aliter non cessisset, nisi fractum scissum ue,fissumque esset.Quod enim perfractum, fractum ue, scissum,fissumque est,uel dehiscit,intro cessit,& fractum est, discessitque ab alio osse,quod in sua natura remansit,quod sic fractura,scissuræ, fissuræ, & dehiscentiæ accessit.Modus tertius hic est,multis enim figuris, & formis os finditur,scinditur,& dehiscit,nam plus,& minus ossis ab osse discedit,scindit, finditur,dehiscit ue,magisq; & minus alte diutiusq;.Si nanq; telum in osse persedit,fregit,cũq; fractura plus,minus ue necessario dehiscere fecit, quaque perfractum est,telum ea persedit,osque & fregit, & dehiscere fecit. Modus autem quartus hic est,cum teli sedes in osse diu fuit, sedes autem uocatur, cum telum in osse persedit,permansit,ictum firmauit,& finiuit, quo plurimæ harũ rerum in singulis modis,figuræ,& formæ fiunt. De scissura quidem fissuraue, & fractura si utraque sedi accessit,sique sola scissura,fissura ue,satis dictum est, quod plurimæ figuræ,formæ ue,scissuræ,fracturæque fiunt,si teli mora,sedes ue longior,uel breuior in loco fuerit.Species etiam figuræ ue, & formæ uulnerum prout telum fuerit,eduntur,tortuosæ,rectæ,rotundæ,magis, & minus altæ,latæ,angustæ, latissimæ, angustissimæ. Præterea cum telum in osse persederit, longe, late ue perscinditur. Si uero cætera ossa, quæ perscissionem circundant sua natura permaneant, & non cum perscissione intro dehiscant, nec sua natura, loco ue mota sint, hæc assissura, asscissura ue non sedes erit. Cum autem os quauis capitis parte sauciatum est, carneque denudetur,

Modus primus in his.

Modus secũdus.

Mala uulnerum non statim patēt.

Teli diuersitas plagarum uarietatem facit.

Plagarum uarietas.

detur,ſeptimus hic modus eſt,quod cum factum eſt,nihil habes, quo proſis,
quin & ſi quis hoc malum patiatur,nec qua capitis parte, quæ ue fractura ſit,
deprehendas,terebra patefacias neceſſe eſt,quod cum patebit,ſi fractura,ſciſ- *Terebræ uſus.*
ſura ue fuerit,teli ſede in oſſe factum eſt,quod & frangit,& ſcindit,ſi uero ſciſ
ſura ſola eſt,ſine ſedis oſſis ue fractura terebra & hoc peragat.Si uero de ſua na
tura,& loco os intro ceſſit,terebræ parum uſus eſt,nec quæ maxime & fracta,
& ſciſſa ſunt, terebram poſcunt, nec ſedes ipſa,perſciſſio ue,quæ ſine fractu-
ra,& ſciſſione in ſeſe remanſit,nec perſciſſio,quæ in alteram partem penetra-
uit,ſi magna,lataq; ſit,nam perſciſſio,ſedeſq; eadem eſt. Primum autem ſau- *Capite ſaucio*
ciatum conſiderato,quaq; capitis parte uulnus habeat,nunquid in partibus in- *quid agas,uide-*
firmioribus,capilloſq; circa uulnus perſpicito,telo ne præciſi ſunt, & in uul- *to.*
nus adacti,num ne periculum ſit,os carne ne denudetur,quod cum eſt, os læ-
ſum eſſe telo dicito,quoq; periclitetur,hæc quidem priuſquam homini ma-
num admoueas,cõſiderato.Cum autem iam manus admoueris,clare uti digno
ſcas,ſtudeto,carne ſit ne denudatum os,quod oculis ſi pateat,bene habet,ſi mi
nus,ſpecillo perſpicito,quod ſi carne denudatum,& ſeparatum, nec ſanum os
de uulnere,ſpecilloq; ſic demiſſo deprehendas,quid in oſſe mali ſit, perquiri-
to,quantumq; cuius opis egeat uideto,de læſoq; petito,ſi loqui poſſit,quo pa
cto,quaq; uia paſſus ſit,& de quo.Si uero non pateat,ſit ne læſum os,diligen-
tius multo,magiſq; petito,quo pacto ſauciatus ſit,& de quo,ſciſſuraſq; & fra-
cturas oſſis,quæ non uidentur, de ſauciati reſponſione primum cognoſcito,
num quid os paſſum ſit,an non.Deinde uerbo,& opere,præter & ante ſpecil- *Specillum.ſpeci*
lationem deprehendito,ſpecillatio nanq; ſi horum quid os paſſum ſit,non de *lũ ue quid agat.*
prehendit,ſi quidq; mali in ſeſe habeat,uel paſſum ſit, ſed teli tantum ſedem,
finem ue ſpecillatio deprehendit,nunquidq; os intro ceſſerit, de ſua ue natu-
ra,locoq; diſceſſerit,nunquidq; magnopere fractum ſit,fracturaſq; non paten-
tes,patenteſq; detegit.Præterea os diſrumpitur,ſcinditur, & finditur, uti pa- *Os quæ patia-*
teat,ſuaq; natura,loco ue diſcedit,& intro fatiſcit, præſertim cum quis de in- *tur.*
duſtria,uolenſq; ſuper ictum,alterum incuſſerit,magis ſauciare, & cõficere cu
piens,uel cum de altiore loco percuſſum eſt,uel cum de plano ſauciatum eſt,
manum ualidam crus ſecutum eſt,uel cum ualidior infirmiorem ſauciauit emi
nus,cominus ue.Qui præterea cadentes os uſq; ſauciantur,oſq; ipſum,malum *Cadentes de al-*
eſt,quiq; de loco alto cadens ſuper durum,obtuſumq; locum os percuſſit, pe *to, et non alto*
riculum eſt,ne os fractum ſit,& intro ceſſerit,ſuaq; natura, & loco motum ſit, *quid patiantur.*
cadenti uero plano loco ſuper molle minus os hæc patitur, uel non patitur.
Tela,quæ in caput cadunt,incutiuntur ue,ſauciant,ad oſque & os ipſum pe-
netrant.Quod de loco alto ſuper caput cadit,quod durum ſit, non molle te-
nerum ue,obtuſumque non acutum,graue,non leue, hoc os & frangit, & fati-
ſcere,dehiſcere ue cogit,tuncqne maxime periculum eſt, ne hæc os patiatur,
cum hæc fiunt, & eueniunt, ne ue recta ſaucietur, telo cum os occurrit,

cominus ue feriatur, uel eminus iaciatur, siue quid ipsi incurrat, seu ipse corruens feriatur, quomodo ue lubet, saucius telo incurrerit. Tela uero, quæ transuerso lancinant, minus & frangunt, & in caput penetrant, trudunt ue, tametsi carne os denudetur, quædam enim tela, uulneraq; sic incussa, carne os non denudant, separant ue. Telorum autem rotunda, circinata, lati, angusti ue oris, obtusa, grauia, dura, ualde patenter, & contra, ossa frangunt, scindunt, findunt, & intro trudunt, de suaq; natura dimouent, carnemq; scindunt, lancinãt, tundũt, macerant, abscindunt, talibusq; telis uulnera per transuersum, & circunfacta, subcaua, magis purulenta, humidaq; fiunt, diutiusq; perpurgãtur, carnes enim scissas, intro detrusas, abscissas, purulentas tabescere necesse est. Tela autem ferrea oblonga, tenuia ualde, peracuta, leuia carnem, & os magis transcindunt, penetrant, secant, q̃ frangant, lancinent, dehiscere ue faciant, sedemq; magis intus faciunt, perscissio nanq; & sedes idem est. Tela uero talia os non ualde frangunt, scindunt, dehiscere ue faciunt, nec disrumpunt, nec de sua natura intro trudunt. Quare prout os tibi habere uideatur, de saucio cuncta hæc petito, nã signa magis, & minus sauciati hæc sunt, saucius si defecit, si caligauit, si concidit. Cum autem os telo, ictu ue denudatum est, uulnusq; in suturis ipsis sit, perniciosum, & difficile curatu est, quare teli sedem nunquid ibi, parte ue alia ossis sit, considerato. Sedes autem, ictus ue sit ne in suturis ipsis, sic perspicito, & cognosces, capillus enim in suturis magis fruticat, q̃ alibi, quoniam quandoq; sit ne illic sutura, telumq; illic sederit, non patet, nisi magna sit plaga, telum ue, & fractura, quæ plerunq; teli sede in suturis eueniunt, propterea difficilius ruptura osse fracto perspicitur, curaturq;, quoniam in sutura est ruptura, quæ si rupta est, quod plerunq; cadit, quoniam os illic facile rumpitur, naturaliq; eius infirmitate, & raritate demittitur, & laxatur, quoniamq; sutura facile rumpitur, cæteraq; ossa, quæ suturam circundant, demittit, & laxat, quamuis fortiora, ualidiora ue sint, q̃ sutura, tamen rupta sutura, & laxata demittuntur, & laxantur, qđ nõ facile pspicit̃, teli ne sede in sutura factũ sit, an alias, quoniã si rupta est, laxat̃. Sed difficilius est rupturã p scissurã, fissurã ue factã pspicere, & curare, mẽtem enim & speciẽ, uisum ue medici suturæ decipiũt, quæ robustiores, hirsutioresq; cætera ossis parte uidentur, cum non magnopere perscissæ, nec demissæ, & laxatæ sunt, perscissio nanq;, & sedes idem est. Quare num in suturis uulnus sit, telumq; sese in osse firmauerit, sederit ue, mentem adhibeto, quidq; os patiatur, disquirito. Nam tela magnitudine paria, & similiter incussa sæpe minus lædunt, q̃ multo minora similiter incussa, multo tamen maius malum præbent, quæ secundum suturas os percusserunt, q̃ quod alibi, plurimaq; horum plerunq; terebrare oportet, sed suturas ne terebrato, sed ab his procul si terebres, terebrato. De capitis autem uulneribus, medelaq; eorum, quo ue pacto ossa affecta, non patentia disquirantur, deprehendantur, curentur, sic mihi uidetur. Capitis quidem uulnus nihil madefacito, ne uino quidem, quod si usus poscat,

Teli, plagæq; uarietas.

Teli, ferri ue diuersitas quid faciat.

Suturæ loci signum.

Sutura fracta quid faciat.

Quæ in his aduertenda.

Capitis uulnus qui curetur.

poscat, modice facito, nec emplastrato, nec linamẽtis, penicillis ue curato, nec ligato, premito, stringito ue, nisi in frõte, loco ue capillis denudato sit uulnus, uel circa cilium, oculum ue nam in his locis uulnera cum sunt, magis emplastrantur, colliganturq; alia capitis parte. Nam alia capitis pars frontem totam continet, locaq; uulnera circundantia qualibet parte sint, sanguinis confluxu perflammantur, pertumescuntq;. Quæ autem in fronte sunt uulnera, ne usquequaq; perplastrato, superligatoq; sed cũ inflammatio, tumorq; cessauerit, tunc his supersedeto. Quod autem uulnus in alia capitis parte fuerit, linamentis, penicillis ue ne curato, perplastrato ue, neue ligato, nisi secationis egeat. Capitis, frontisq; uulnera secato, cum os nudatum non est, cũq; præ telo quid læsurũ habere uideatur, quæq; non satis magna, lõga, lata ue sint, uti si quid mali, quale, quantum ue patiatur, quatenusq; caro perscissa sit, quid ue præ telo, læsurũ necne os habeat, dispiciatur, caroq; & os, uulnus, passioq; ad medelam, quam poscat, perueniat. Hæc quidem uulnera secationis egent, cum quid mali os habet, cum carne denudatur, cum subcaua, tortuosa, trãsuersa ue sunt uulnera, tũc cauum plurimum secato, quo medicamentum, quod opus est, non facile peruenit. Quæ uero rotunda, subcauaq; sunt uulnera, per longum bifariam secato, uti oblongum uulnus reddatur. Capitis uero partes omnes aperito, secato ue, præter tempus, quodq; supra tempus est, quo uena tẽdit, nam si locus hic aperiatur, secetur ue, distentio neruorum, conuulsio, & spasmos aduentat, & supercapit. Quod si dextrum tempus aperiatur, secetur ue, sinistrum conuellitur, si sinistrum, dextrum. Cum autem capitis uulnus aperis, secas ue, uti perspicias, nũ os carne denudatum sit, num ue quid mali præ telo patiatur, cicatricem tantũ aperito, secato ue, quantum satis esse uideatur, carnemq; ab osse diducito, separato ue, osq; ab cerebri membrana, si eo declinauerit, deinde penicillũ satis amplum demittito, uti q̃ latum uulnus, cũq; minimo labore, dolore ue postmodum præstet. Cum hoc feceris superemplastrato, medicamentum ue superponito, tamq; diu, & hoc, & illo utitor, quatenus satis esse uideatur, massaq;, puls ue tenui farina cum aceto subacta, uel cocta dum satis tenax, & glutinosa fuerit, superponatur, postridie uero, cum penicillum eduxeris, num os mali quid passum sit, perspicito. Si uero tibi qualis plaga, uulnus ue esset, non pateret, quod in osse esset, uel quid mali haberet, uel non haberet, telumq; ad os usque penetrasse uideretur, scalpro quam alte, lõgeq; perradito, quatenus liceat. Nũne transuersum os fractum sit, nec pateat, perspicito, num intro cesserit, siderit ue, suaq; natura, & ab alio osse, caput, os ue caluariæ motum sit, nec uideatur, nam si hoc pacto deraseris, magis q̃ alio modo deprehendes. Si qua telum os læserit, teliq; sedem, quam etiam deradito, quæq; ossa eam circundent, ne fractura, fissura ue uel sola fissura, rima ue quæ fuerit in sede, te quandoq; decipiat, lateat ue, cum non comparuerit. Cum autem os scalpro deraseris, si quidẽ ossis rimam terebrare uideatur, priusquam tres dies trãseant, terebrato, præser-

Quæ capitis partes aperiendæ.

Quæ capitis uulnera secanda, et quare.

Quæ secanda, et quæ non

Cur, quatenusq; capitis uulnus aperiendum est.

Superioribus hæc aduersari uidentur.

Quando os radendum.

Quæ in his faciendæ sint.

tim si tempus æstiuum,calidum ue sit,si per exordia curationem sumas. Si uero suspiceris os fractũ esse,uel fissum,uel utrũq; quod & de saucii uerbis, uulnerisq; magnitudine,uehementiaq; de eoque qui sauciauit,si ualidus fuerit, si quis eum uulnerauit,teloq; quo uulneratus fuit,si uidere liceat,coniicies,si telum,num de iis,quæ mala operantur,siue mala sunt, præterea num hominem uertigo,caligo,stupor ue cœperit,cum percussus fuit,num cõciderit,quæ cũ sic fiunt,a malo est.Quibus autem fractũ ne sit os,scissum,fissum ue,siue utrũq; si non dignoscas,nec aliud uideas,linteolum oleo tinctum superponito,medicamentumq; nigrum,liquidum superinducito,massamq; pultem ue superemplastrato,superligatoq;,postridie uero soluito, uulnus mundato , purgato ue, superraditoq;,quod si sanum non sit,integrum ue,sed fractum,scissum ue,pars quidem ossis alia derasa alba erit,qua uero parte,fractura,scissura,fissura, rima ue fuerit,quæ medicamentum nigrum sorpserit,nigra erit,os reliquum album. Quare hãc partem,quæ nigra comparet,alte superradito,quod si quidem, cũ fracturam nigram comparentem superraseris,educas,dispergasq; siue disparere facias,sat habet,nam plus,& minus os frangitur,scinditur,finditurq;. Quod si scalpro fracturam,scissuram,fissuram ue deleas,minus formidolosum,perniciosumq; est,minusq; negotii facessit,sublata,dissipata ue fractura,scissura,fissura ue.Sin autem altius descendat,nec superrasa dispergatur, dispareat ue, & euanescat,calamitas hæc ad terebram deueniat,necesse est. Quare cũ terebraris cætera uulnus curato,cauetoq; ne mala carnis curatione lædatur os,& uitietur,nam cum sanum os terebratum est,uel alias denudatum,uel præ telo,quid mali habeat,sanumq; esse uideatur,periculum maius est, ne putrescat , tametsi hoc alias facturum non esset,si & caro,quæ os circundat,male curetur, inflameturq; & circunstringatur,nam febriculosum redditur,multæq; flammæ cõpletur.Quippe de carne circunstante calorem,& flammã os ad sese trahit, motumq; & agitationem,pulsumq; iniicit,malaq; quæ caro habet,in sese contrahit,sicq; de his purulentum redditur,malam enim,hudam, & putridam carnẽ in uulneribus esse scimus,diutiusq; purgare.Quare celerrime purulentum uulnus reddito,sic enim quæ circunstant parum inflammantur, citoq; purgantur, carnes enim affectas,& laborantes,teloq; scissas suppurulentas fieri necesse est, contabescereq;,cum uero purgatæ fuerint,siccius redditur uulnns,citoq; sanescit,cum enim sicca est caro,subcrescit,supraq; uulnus nunquam excrescit. Similiter & de cerebri membrana,tunica ue dicimus,q̃ primũ os terebrato, demito,membranã denudato,purgato,desiccato ne si diutius madescat,& mollescat,tollatur,& tumescat,quæ si fiant,periculum est,ne putrescat . Si quod os præterea ab alio osse discessurum,& casurum est,capite saucio, uel quod teli sedes in eo osse fuerit,uel quod alias plurimum denudatum,derelictum , separatum ue fuerit,nam os plerunq; discedit,& cadit,cum exangue est, sanguis enim ossis desiccatur,& detrahitur præ tempore, multisq; medicamentis , celerrime

Celsus hinc sumpsit,etsi atramẽtum inducit,

Terebratio caluariæ.

Cerebri membrana,tunica ue qui tractanda.

lerrime uero discedit,& cadit,siquis cito uulnus purget, desiccetq; reliquum os & maius,& minus.quod enim cito desiccatur,& auertitur, hoc maxime rebellat,discedit,& cadit ab alio osse sanguinolento,& uiuo,cum exangue,desiccatum ab sanguinolento redditur,tunc potissimum a uiuo rebellat, discedit, & cadit.Quæ autem ossa intro sidunt,& dehiscunt,suaq; natura , locoq; mota sunt,uel fracta,uel præcisa,uel admodum lata sunt,periculosa minus, & perniciosa sunt,dummodo cerebri membrana sana sit, quæq; fracturis plurimis, & latioribus confracta sunt.Quin & minus periculosa sunt, & ad extrahendum faciliora,taleq; nullum terebram poscit,neq; tamen ossa ante auferenda sunt, q̃ sua sponte ueniant,& exeant,quod par est futurum,cum primum laxantur,carne nanq; subnascente egrediuntur,quæ de ossis duplicitate,sanoq; subrepullulat,si quidẽ superior ossis pars sola siderata,læsa,& uitiata sit,celeriter sic etiã caro subnascatur,& pullulet,ossaq; redeant,& repullulent.Si quis, cum statim uulnus purulentum reddidit,purget,siq; cum per os totum utræq; ossis partes & superior,& inferior membranam uersus intro siderint, similiter si uulnus curetur,sanescet celeriter,ossaq; quæ intro siderunt,resurgent. Puerorum quidẽ ossa tenuiora,tenerioraq; sunt,quoniam sanguinolentiora, magisq; caua sunt, minus uero connexa,densa,dura,& solida sunt,minusq; telis læduntur,cum paribus,similibus,ualidis,non ualidis similiter sauciantur,puerullq; minus,q̃ pueri natu maioris,plusq; & citius pus gignunt, citiusq; sanescunt, quiq; uulnere perituri sunt,pueruli citius,q̃ adultiores pereunt. Quare sit ne carne denudatum os,fractum,scissum,fissum ue,num utrunq; teli sede in eo factum sit, cum oculis non patet,disquirito,siq; tale quid os passum sit,sanguinem mittito, terebrato leuiore terebra osse,multoq; cautius hoc facito,quoniã horum os tenuius est,& fluitantius,q̃ adultorum. Quisquis uero capitis uulnere periturus est,nec sanari,seruari ue potest,signis his dignoscito,futurũq; prædicito. Nã quæ diximus,patitur cũ quis os,quouis modo perfregit,scidit,fidit ue, quod deprehendas,ne erres,caue,ne terebres,radas ue, cum hoc os non sanum, non poscat,nam plerunq; hyeme febris ante quartum,& decimum diem supercapiet,per æstatem uero post septimum,quod cum fit,discolor uulnus reddit, saniesq; non multa glutinosa defluit,quoq; ex eo perflammatum erat, emoritur,glutinosumq; redditur,colorque tanquam salitæ carnis burrum, rufum ue quid,subliuidumq; præ se fert,tuncq; os sideratur,uitiatur,& uariatur,cum purum,læuigatum prius esset,demum procedente tempore,cum iam suppurulẽtum est,exalbescit,subterq; linguam bullæ,pustulæq; suscitantur, desipiendoq; perit,plurimosq; conuulsio, spasmus ue supercapit corporis in alia parte. Nam si capitis pars sinistra saucia est,corporis dextera lancinatur,& conuellitur,si dextera capitis,sinistra corporis percellitur,quidam uero stupescunt, siderantur ue,sicq; per æstatem ante septimum diem, per hyemẽ ante quartũ, & decimum pereunt.Similiter autem hæc signa & in adultiore,& in recentio-

Terebra quando usui est.

Puerorum ossa qualia.

Capitis uulnere pereuntiũ signa.

Spasmus quãdo, et ubi fiat.

re ueniunt,& significant.Quare cum nec febrem,nec signa alia mala uideris su peruenisse,ne tardato,& os ad membranam usq; terebrato, uel scalpro perradito,quatenus facile terebratur,& raditur, cætera quatenus conferre uideatur, quod factum est prospiciens curato.Cum autem in capitis uulnere terebrato, uel non terebrato,denudato tamen osse,& detecto tumor rubellus,pustulis uel rubris similis,& erysipelodes in uultu fiat,oculisq; utrisq;,uel altero, quem tumoré siquis pertingat,doleat,febrisq;,& rigor supercapiat, uulnus aūt ipsum, quo ad carnem,osq; uisu bene habeat,quæq; uulnus circundant, bene habeant præter uultus tumorem,nullumq; alium erroré tumor in nutricatu habeat, uentriculum huius inferiorem medicaméto subducito,& subter purgato, bilemq; educito,quem cum sic purgaueris,febrisq; deseret,tumorq; desidebit, & sanescet,quod medicamentum cum dabis,uires hominis respectato.De terebratione uero,cum necesse sit hominem terebrare, capitis ue eius os,sic sentio.Si per exordia terebrationis curationem sumas,cum os membranam usq; terebraueris,ne statim educito,membranam enim,tunicam ue cerebri diutius osse denudatam,& detectam esse non confert,quoniam male afficitur,demumq; madescit,& putrescit,periculum autem & alterum est,si cum terebraueris, statim os auferas,ne membranam in ipsa terebratione saucies. Quare cum terebraueris, peneq; ad membranam perueneris,cum iam os labat,& agitatur, terebram auferto,suaq; sponte uti os abscedat,& cadat sinito.nam in osse sic terebrato, & relicto,malum nullum superuenit,tenue nanq; & paruū est,quod relictū fuit, cætera uero quatenus uulneri conferat,curato.Cum autem terebras, terebram sæpius educito,ne os calefiat,frigidaq; aqua pertingito,nam terebra circumacta calefit,osq; calefacit,siccat,& accendit,maiusq; os terebrationem circundans absistere facit,citius q̃; abscessurum fuisset. Si uero etiam statim uelis ad membranam terebrare,& os auferre,similiter facito,terebram sæpius educito, frigidaq; aqua pertingito.Sin autem per exordia medelam hanc non sumas, sed ab alio traditam,& tractatam capias,q̃; primum os ad membranam terebrato,crebroq; terebram educito,specilloq; uel alias terebræ uiam circuntentato,nam os purulentum citius terebratur,sæpeq; terebra hac de causa fluitās os reperit,præsertim si uulnus ea capitis parte sit,qua os tenue potius, q̃; crassum est.Quare cum terebrā iniicies,quia os crassum est,semper iniicito, & firmato,crebroq; spectato,nū os agitetur,quod si labet,si uideatur,auferto,quod cum abstuleris,cætera quemadmodum uulneri conferre tibi uideatur,curato. Præterea scito,si quid puris crassum,biliosumq; remaneat,plerunq; coalescere,& lapidescere.Quod & pueris præ lacte non sano euenit,cum nimis calidū, biliosumq; est,uentrem,& uesicam calefacit,lotiumq; coaccendit, quod calculum,lapillum ue creat,Quamobrem melius esse duco, pueris uinum dulce præbere,minus enim coaccendit,minusque siccat. Quod & femellis similiter euenit, cum lotii meatus de uesica tam magnus,latusq; non est, uti lotium facile

Terebrā quando admoneas.

Tumor uultus erysipelodes.

Medela huius quæ.

Terebrationis modus qui.

Tunica cerebri qui afficiatur.

Terebra aqua tingenda.

Terebra qua immittenda.

Pueris qui calculum creet.

cile deiiciat, & pellat, nec manibus, uti mares, tractare possunt, sicq; lotii meatus in pudenda pertusi non sint, quoniamq; hi lati non sunt, propterea plusquam pueri potant. De his autem sic, uel proxime habet. Quin etiam de his quisq; qui mentem adhibeat, sic dignoscat, morbosus necne futurus est annus. Si quidem rite, secundum ue rationem signa in astris orientibus uel occidentibus fiant, si per autumnum pluat, si hyems neq; nimis serena, neq; nimis nebulosa, nec frigida præter modum, & tempus sit. Si uerno tempore, & æstate opportune pluat, sic annum par est saniſſimum fore. Si uero hyems sicca, borealisq; fuerit, uer autem pluuiosum, & austrinum, necesse est æstatem febriculosam fore, morbosq; oculorum, & lippitudines creare, cum enim æstus præfocans subito, terra madente uernis pluuiis, & austro humida superuenit, necesse est, cum terra huda est, & calida, soleq; accenditur, æstum duplicari, uentresq; hominum defluere, cerebrumq; siccum non esse, quin & corpus, & caro ne non remollescat, fieri non potest, cũ uer tale fuerit, febresq; grauiſſimas cunctis euenire, pituitosis autem uentris, intestinorum ue difficultates, seu dysenterias par est fieri, femellisq;, & suapte natura hudis. Præterea Canis ortu si pluat, hyemet ue, uentiq; anniuersarii æstatis, etesiæ ue spirent, spes est hoc cessaturum, sanũq; autumnum fore. Si minus, pueris, femellisq; periculosiſſimum futurum, maioribus uero natu, minime, qui uero supererunt, iis in quartanã finiet, de quartana autem in aquam subter cutem, hydropas ue. Si uero hyems austrina, aquosa, serenaq; fuerit, uer autem boreale, siccum, & tempestuosum, primum quidẽ feminæ prægnantes, quæq; per uer parituræ sunt, abortient, si quæ uero pariant, non fortia, morbosaq; pignora parient, quæ uel statim pereant, uel si uiuant, macilenta, non fortia, morbosaq; sint, feminis quidem hæc, cæteris uero difficultates intestinorum, dysenteriæ ue, siccæ lippitudines fient, quibusdam uero de capite in pulmonẽ destillationes, catarrhi ue defluent, pituitosis quidem intestinorum difficultates, dysenterias ue par est fieri, feminisq; pituita de cerebro superfluente propter earum naturæ humiditatem, biliosis uero siccæ lippitudines propter carnis caliditatem, & siccitatem, senibus autem destillationes, catarrhi ue propter uenarum raritatem, & distentionem. Quamobrem nonnulli mentis delirio, phrenitide ue, & insania pereunt. Quidam uero dextera parte siderantur. Cum uero hyems austrina, calidaq; sit, corpusq; non sistatur, nec uenæ, cumq; uer septentrionale, siccumq; superueniat, cerebrũ dissoluitur, purgat, & destillat, cum autem una cum uerno tempore, frigida grauedine, destillatione, raucitateq; corripitur, tũc sistitur, stringiturq;, subitoq; æstas, & calor superueniat, mutatioq; subita fiat, mala hæc superueniunt. Quamobrẽ urbes, quæ bene positæ sunt, soleq; probe perlustrantur, uentisq; bonis perflantur, aquisq; optimis utuntur, minus has mutationes sentiunt. Quæ uero palustribus, lacustribusq; aquis utuntur, maleq; sitæ sunt, soleq; non commode perlustrantur, uentisq; non bonis perflantur magis hæ mutationes has sentiunt, si

Tempora anni qui dignoscas.

Cognitio futuri anni qualitatis sicuti per aphorismos.

Canis ortum etesiæ leniunt.

Quartana hydropas facit fere

Temporum anni obseruatio.

Quæ urbes his minus obnoxiæ sunt.

quidem æstas sicca sit, morbi hi cito sedantur, sin autem aquosa, diutius durāt, communiterq; causa quauis, præsertim si uulnus, uel hulcus insit, phagedænæ suscitantur, deuorantia ue hulcera. Si uero hyems frigida sit, capita humida, & pituitosa homines habent, crebroq; eorum uentres pituita de capite defluente citantur, quorum copia, specie, qualitate ue debilitantur, maleque & comedunt, & potant. Qui nanq; capita debilia habent, nunquam bene potant, crapulaq; eos magis uexat. Mala uero loci quem colunt, hæc sunt. Primum quidem morbosæ, & fluidæ, mensium ue copiæ feminæ obnoxiæ sunt, deinde plurimæ præ morbo non natura steriles sunt, si uero aliquæ concipiāt, crebro abortiunt. Pueri uero neruis conuelluntur, torquentur ue, seu spasmantur, spiritusq; angustia laborant, & eo quod puerile malum esse putant, sacrum, comitialem ue morbum. Viri autem difficultate intestinorum, diffluentiaq; fluxu ue uentris, seu diarrhœa uexantur, frigescuntq;, & rigent, febreq; longinqua, hybernaq; laborant, plurimisq; oculi humescunt, epinyctide ue corripiuntur, qua noctes, & dies oculi manant, emittunt ue humorem, mariscæq;, siue hæmorrhoides in sede suscitantur. Laterum uero morbi, costarum ue, seu pleuritides, pulmonisq; peripneumoniæ ue, febresq; ardentes, causi ue, morbi uero qui graues, & acuti putantur, uentres lubrici cū sunt, non possunt, sed lippitudines humidæ, non longæ, non molestæ corripiunt, nisi quis morbus omnibus communis temporum mutatione uigeat. Cumq; annum quinquagesimum transeant, destillationes, catarrhi ue, si de cerebro descendant, siderantur, percutiūtur ue, seu paraplectici fiunt, cum subito uel sole caput coalescat, uel frigescat, rigeat ue. Mala hæc loci, quem colunt, sunt, morbus nisi quis omnibus cōmunis mutatione temporum uigeat, nam & huius participes sunt. Quæ autem urbes frigidis uentis aliquatenus oppositæ sunt, inter orientem, & occidentem æstiuū solis positæ sunt, uentiq; his peculiares, & proprii loci sunt, quem colunt, sed austrum, æstiuosq; uentos non sentiunt. De his autem urbibus sic habet. Primū quidem crudas, duras, asperas, frigidas, dulces, copiosas aquas habent, homines uero prolificos, morosos, asperos necesse est esse, plerosq; uentres inferiores non lubricos, sed duros habere, superiores uero latiores, magisq; biliosos, q̄ pituitosos esse. Capita uero sana, & dura habent, plerunq; tamen strumis, pustulis, hulceribus dehiscentibus obnoxii sunt, morbiq; his hi uigent, passimq; uagantur, laterum morbi, costarum ue, seu pleuritides multæ, quiq; morbi graues, & acuti putantur, & dicuntur esse. Quod sic habere necesse est, cum uētres duri sunt, purulentiq; multi de omni causa fiūt, causa est corporis robur, & distentio, uentrisq; duritia. Siccitas enim, & aquæ frigiditas strumosos pustulosos, fractosq; facit, necesse autem est naturas has edaces, non bibaces esse, lippitudines autem longas, asperas, ualidas, & uehementes fieri necesse est, oculosq; statim dehiscere, sanguinisq; defluxus de naribus uehementes per æstatem maioribus triginta annis fieri. Morbi uero qui sacri, comitiales ue dicuntur, pau-

cis,

Phagedæna.

Pueris quid fiat, et uiris.

Epinyctis.

Pleuritis, peripneumonia, causos.

Senes quid patiātur.

Situs urbium cōsiderato, hominumq; qualitates.

Morbi horū peculiares.

cis, sed uehementes fiunt, longiorisque uitæ hos homines esse, quam cæteri, par est, pituitosaque non esse eorum hulcera, nec efferari, sed mores ferinos esse potius, quam cicuratos, et mites. Mala quidem peculiaria locorum, quos incolunt, hæc uiris fiunt, nisi quis morbus omnibus communis temporum anni mutatione inualescat. Feminis autem hæc eueniunt. Primum quidem plurimæ steriles sunt propter aquas crudas, duras, frigidasque, purgationes enim mensium commodæ, & suo tempore, copiosæque non fiunt, sed paucæ, & malæ, deinde cum difficultate pariunt, non tamen admodum abortiunt, cum uero pepererunt, pueros nutricare non possunt, lac enim aquæ cruditate extinguitur, multæque post partum tabescunt, nam partus uiolentia dehiscunt, & conuellũtur, pueris uero dum parui sunt, testes aquoso modo turgent, siue hydropes in testibus fiunt, deinde procedente æstate disparent, & euanescunt, seriusque in hac urbe pubescunt. De uentis quidem calidis, frigidisque harum urbium sic habet, quemadmodum est prædictum. Quæ autẽ urbes uersus uentos inter æstiuum, hybernumque solis exortum positæ sunt, quæque contra, sic & de his habet. Quæ quidem solis ortum spectant, has par est magis sanas esse, quam quæ Vrsas, quæque calidos uentos, etsi stadii spatium intersit. primum quidem calorem, frigusque mediocrius habent, deinde cunctas aquas, quæ ad ortum currunt, necesse est limpidas esse, molles, boni odoris, cunctaque in hac urbe, iucunda, & amœna gigni. Sol enim cum oritur, perlustrat, purgat, prohibetque contraria gigni, matutinum enim aerem cotidie purum, plurimumque spargit, homines que coloratiores, nitidiores, & floridiores facit, nisi quis morbus peculiaris uetet, claraque uoce homines creat, melioresque prudentia, & ira, quam septentrionales, si quidem & alia, quæ in his gignuntur, meliora sunt, positaque sic urbs per uernum tempus mala minora, & imbecilliora caloris, frigorisque mediocritate gignit. Mala nanque semper similia locis, quibus gignuntur, sunt, sed in urbibus, quæ calidos uentos spectant, feminæ ualde fœcundæ sunt, facileque pariunt. De his uero sic habet, quæ quidem urbes occasum spectant, uentosque orientales non sentiunt. Calidi autem uenti, frigidique ab Vrsa spirantes eas perflant, necesse est urbes has morbosissimas esse positione. primum quidem aquas non limpidas habent, causa quod matutinus aer illic plurimum detinetur, qui permistus aquæ limpiditatem aufert. Sol enim priusquam ascendat, non purgat, nec perlustrat, limpidat ue. Per æstatem uero matutini uenti frigidi, seu auræ spirant, frigidus ros, pruina ue cadit, deinde post paulo sol persidet, incumbitque, & loco sic calefacto statim occidit, qđ hoĩes maxime percoquit, maliq; coloris facit, morbosos omniũ pdictoꝝ morboꝝ participes, nihil ab his excernit, hoĩesq; graui, raucaq; uoce reddit, ci.

Situs urbiũ quid faciat, uideto.

Sanus urbium situs qui.

Aquæ ad solis ortum currentes cæteris meliores sunt.

Vocis claræ homines ubi fiant.

Situs urbium nõ bonus qui.

Sol quantũ possit, aspicito.

aer illic non purus, non perpurgatus, sed morbosus sit, septentrionibus enim non multum perpurgatur, & excernitur, nam hi uenti non magnopere his urbibus proruunt, & spirant, quique his proruunt, & procumbunt, nebulosissimi, & aquosissimi sunt. Quoniam uenti de uespera, occasu ue, qui spirant, autumnalibus similes sunt, positioque, & situs huius urbis, per diei mutationes, quæ plurimum meridie, matutino, uespertinoque tempore fiunt, uexatur, de uentis quidem commodis, & bonis & non bonis sic habet. Deinceps uero de aquis dissertabo, quæ salubres, quæ morbosæ sunt, quæque bona, quæq; mala de aquis ueniant, demonstrabo, plurimum enim ad sanitatem conferunt. Quæcunque ergo aquæ palustres, lacustres, statariæque sunt, has necesse est, per æstatem ac lidas, crassas, malique odoris esse, quippe quæ non profluant, per pluuiasque semper nutriri, & augeri, reficiq;, sole uero percoquēte, mali coloris esse necesse est, malasque & biliosas, per hyemem uero præ niue, glacie, gelu ue frigidas, turbidasque, quare & pituitosissimas, & rauculentissimas esse necesse est, potantibus uero lienes magnos semper, & molestos, uentres autem duros, non lubricos, tenues, calidos, uultum autem, humeros, claues emaciari. Nam in lienem carnes colliquescunt, quoniam tenues sunt, hosque uoraces, edaces ue, siticulososque esse necesse est, superioresque, & inferiores uentriculos siccissimos habere, quare ualentioribus medicinis egent, malumque hoc per æstatem, & hyemem his coalumnum est, & uiget. Superque his plurimæ subter cutem aquæ, hydropes ue fiunt, & mortiferæ, per æstatem uero difficultates intestinorum, dysenteriæ ue plurimæ, uentrisque fluctiones, diarrhoeæ ue, quartanæque febres longæ prorumpunt, quæ mala cum producuntur, has naturas ad aquam intercutem, hydropas ue deducunt, & perimunt, hæc quidem his per æstatem fiunt. Per hyemem uero pulmonis quidem uitia, peripneumoniæ ue iis, qui iuuenculi sunt, malaque furibunda, maniode ue, maioribus uero natu febres ardentes, causi ue propter uentris duritiam, feminis autem tumores ingenerantur, pituitaque alba, cumque difficultate & concipiunt, & pariunt, partusque magni turgidique redduntur, deinde nutrimentis tabescunt, deterioresque fiunt, postque partum feminæ, puerperæ ue non bene purgantur, pueri uero herniosi fiunt, uiris autem uarices in cruribus fiunt, & hulcera, quas ob res hæ naturæ longæ uitæ esse non possunt, sed ante tempus senescunt. Præterea feminæ prægnantes sibi esse uidentur, cum uero pariendi tempus uenit, tumor uentris euanescit, quod euenit, cum aquosum humorem locelli cōcæperunt. Deīde has aquas pessimas esse duco, q̄ calidæ sunt, quæq; scaturiūt, ubi ferrū, æs, argentū, aurū, sulfur, alumen, bitumen, nitrū cōficitur, quæ cūctæ ui calefiūt, terræ ergo huius aquæ bonæ esse nō possunt, sed duræ, crudæ, morbosæ, febriculosæ, febrisq; ardētis pcreatrices, quæ malæ, & micturiunt, & egerunt, sed optimæ sunt, quæ de locis altis, tumulisq; decurrūt, q̄ dulces, & albæ sunt, modicumq;

Mutatio diei triplex.

Aquarum qualitas.

Palustris, et lacustris aqua quam mala sit, uideto.

Pueri, feminæ, uiri quid in his locis patiantur.

Quæ aquæ bonæ, et quæ contra.

modicumque uinum ferunt, per hyememque calefiunt, per æstatem uero frigescunt, tales enim sunt, quæ de profundis fontibus hauriuntur. Maximeque eas probato, quæ ad solis ortum, præsertim æstiuum prorumpunt, & currunt, quæ limpidæ necessario sunt, boni odoris, & leues. Quæ uero subsalsæ, crudæ, duræ, & asperæ sunt, quæ potentur, bonæ non sunt. Quædam tamen naturæ, & morbi sunt, quibus hæ aquæ, si potentur, commodæ sunt, de quibus statim dicam, sic autem habet & de his. Quæ fontes ad ortum decurrentes, & scaturientes habent, præ cunctis optimæ sunt. Secundo loco sunt, quæ inter ortum æstiuum, & occasum decurrunt, sed ad ortum potius. Tertio loco sunt, quæ inter occasum æstiuum, & hybernum prorumpunt. Pessimæ uero sunt, quæ ad austrum decurrunt, quæque inter ortum æstiuum, & occasum, sed quæ ad austrũ pessimæ sunt. Quæ autem ad septentrionem tendunt, meliores sunt, quibus sic utitor. Quisquis autẽ sanus est, & ualidus, nihil discernito, sed semper quæ adest, potato, quisquis uero morbi causa uult commodius potare, sic facito, & sanitatem consequetur. Qui uentriculos duros habet, sed facile calefiunt, dulcissimæ, leuissimæ, limpidissimæq; huic conferunt. Quorum autem uentres molles, humidi, & pituitosi sunt, iis aquæ crudæ, duræ, asperæ, subsalsæ, commodæ sunt, sic enim maxime desiccantur. Quæ præterea aquæ celeriter, & optime calefiunt, opportuneq; coquunt, uentrem optime soluunt, & liquefaciuut. Quæ uero crudæ, duræ, & asperæ sunt, feroque, & patum, & non bene calefiunt, uentres hæ morantur, & desiccant. Sed quidam homines tamen per imperitiam mentiuntur, & falluntur cum dicũt, & putant salsas aquas uentrem mouere, cum maxime contra habeat, crudæ enim sunt, nec cito calefiunt, quare uentrem potius morantur, & stringũt, quam molliant, sed de fontium aquis sic habet. De palustribus autem, deque iis, quæ de niue fiunt, quo pacto habeat, dicam. Pluuiales quidem leuissimæ, tenuissimæ, limpidissimæ, dulcissimæque sunt. Sol enim aquæ principium, quod leuissimum est, & tenuissimum in superiora deducit, & præripit, quod mare, & sal declarãt, salsum enim quod est, illic remanet, salque fit, tenuissimum autem quod est, sol præ leuitate præripit. Quod non solum ex aquis marinis, palustribus, & lacustribus, cæterisque, sed & de rebus omnibus, in quibus hudum quid inest, facit. Quin & de hominibus ipsis, quod tenuissimum, & leuissimum humoris inest, deducit.

Qui fontes probi.

Pluuia aqua qualis.

Cur aquam cœlestem probet, uideto.

Sol humiditatẽ rebus omnibus aufert.

HIPPOCRATIS DE VVLNERIBVS ET HVLCERIBVS LIBER ET SERMO TERTIVS ET SEPTVAGESIMVS

Qui uulnera curentur.

Vincta quidem uulnera, hulcera ue ne madefacito, nisi quædam uino, præsertim in articulo, iunctura ue si fuerint, quod enim siccum est, prope sanum est, humidum autem uulnus, hulcus ue sanum non est. Melius autem est quod non emplastratur, non ligare, nec emplastrare est quædam uulnera, magis uero recentia, quam uetusta, quæque in articulis sunt. Parum comedere, & aquam potare in omnibus uulneribus quam maxime confert, magisque recentibus quam uetustis, quodque uulnus sese inflammaturum est, quodque timetur, periculum ue est ne sideretur, putrescat ue, uulneribusque iis, & inflammationibus, quæ in articulis sunt, magnusque dolor, spasmus ue ne fiat, ubi periculum est, capitis, uentrisque uulneribus præ cunctis, coxaque fracta, locoque alio, ubi fractura sit. Stare autem in uulnere, præsertim si in cruere, præsertim si in crure sit, minime confert, nec sedere, nec ambulare, sed quiescere. Cuncta præterea uulnera recentia, & ipsa, & loca contermina minime inflammabuntur, si quis pus statim inducat, pusque exire uulneris os non impediat, si quis ue cohibeat, & auertat, ne uulnus pus gignat, nisi necessarium, & perpusillum, sed uulnus medicamento siccum maxime conseruet, non tamen in crure, febrem enim suscitaret, si horror, & pulsus accedat, tunc enim uulnera inflammantur, cum ad pus tendunt. Pus autem creatur sanguine putrefacto, corrupto, uel mutato, calefactoque donec marcescat, & pus fiat horum uulnerum. Cum autem uulnus emplastratione uideatur egere, non oportet uulnus ipsum, sed circunstantia emplastrare, pus uti uulnus emittat, quæque obduruerunt, mollescant. Quæ autem telo acuto discissa, uel recisa sunt, medicamentum poscunt, quod siccescendo sanguinem sistat, pusque educat. Caro uero, quæ telo fracta, uel recisa est, pure quam primum suscitato hanc curato, minus enim inflammatur, cogitque carnes fractas, uel recisas, pusque emittentes tabescere, nouasque creare, præterea recenti omni uulneri confert, nisi sit in uentre, crebro sanguen defluere, deque locis uulneri uicinis, præsertim si uulnus in tibia sit, uel manus, pedis ue digito magis quam alia corporis parte, sanguine nanque defluenteícciora, minora, gracilioraque fiunt, hoc enim cohibet hæc uulnera humescere, deinde omnia sanguinis mutatione, & putrefactione fiunt. Post sanguinis uero defluctionem his uulneribus confert spongiam densam, mollem, sectam superligare, siccam potius quam humefactam, superque spongiam tenuia, & mollia, tenera ue folia ponere.

Vulnus omne quietem poscit.

Pus cito prouocatum inflammationem tollit.

Pus quid.

Sanguinis defluctio in his quid faciat.

Præterea

Præterea oleum,oleaceaq; medicamenta,& mollia his uulneribus haud conferunt,nisi ualde iam ad sanitatem tendant, neque etiam recentibus uulneribus oleum prodest,nec mollia,uel pingui confecta medicaměta, præsertim si uulnus maioris purgationis egeat,demumq; uti in summa dicamus,oleo & æstate,& hyeme uulnera ea perunguito,quæ hoc medicamentum poscunt.Purgatio quin etiam inferioris uentriculi plurimis uulnerum confert,capitis præsertim,uentris,articulorumq;,quibusq; periculum est , ne siderentur , putrescant ue,iisq; quæ consuta sunt,iisq; quæ consumunt,iisq; quæ serpũt,iisq; quæ ualde uetusta sunt.Cum uero superligare uis, medicaměta ne prius ponito,q̃ uulnus ualde siccaueris,& emundaueris,tunc demum superponito, crebroq; spongia uulnus emundato,siccumq; & purum linteum rursus,& sæpe super dato. postea medicamentum,quod conferre uideatur,superponito,superligato, uel non superligato.Plurimis præterea uulnerum calidum anni tempus magis q̃ frigidum,hyems ue confert,præterq̃ iis,quæ in capite,uel uentre sunt , maxime uero æquidiale,æquinoctiale ue.Quæ bene,& uti oportet,uulnera purgãtur,semper siccius coalescunt,& sanescunt,nunquamq; fere superuacuam carnem gignunt.Si quoquam os ablatum,uel abscissum,uel ustum discessit,decidit ue,modo ue alio desit,uulnerum horum cicatrices cauæ erunt.Quæ nõ bene purgantur uulnera,nec medicamentis,nec sponte sua cohærescunr, sanescunt ue.Quæ uulnera circum inflammata sunt,nunquam ea nisi finita inflammatione sanescunt,nec etiam ea,quæ liuore,nigrore ue circum obducuntur, uel sanguinis marcore,putredine ue,uel uarice,sanguine defluěte cohærescũt, sanescunt ue,nisi quæ uulnus circunstant,sanes. Quæ rotunda sunt uulnera , si subcaua,& sublata sunt,quadrifariam secato,uel bifariam circulum , oblonga uti reddas pro hominis natura.Cuicunq; uulneri rubor , erysipelas ue superuenit,corpus optime purgato supra uel infra prout expediat uulneri.Cui secundum uulnus tumor fiet uulnere non inflãmato,post non multo tumor ille suppurabit, quodq; cum inflammatione tumuit,si non relanguescat , & demittatur,cæteris,quæ una tumuerant,& inflammari cœperant,sese demittětibus,periculum est ne & hoc cum cæteris non coalescat,& sanescat. Quæ etiam deciderint,uel aliquo modo decisa,uel diffracta fuerint,uel tumuerint , quæ uulnus circundant,si suppurant,& tumeant,tumoresq; illi si pus demittant , per uulnus demittunt.Quod emplastrationis egere uideatur,quæ circunstant,non uulnus emplastrato,pus uti defluat,quæq; obduruerunt,mollescant,quæ cum remollita fuerint,inflammatioque cessauerit,spongiam superligato,multaque & tenella folia superponito,de sanaq; parte incipito,& ulterius ligando procedito,quod non coalescet,caro huda causa erit,quam abiicito,ascindito ue. Si uero sub multa carne uulnus altũ esset,ꝓfundũ ue,ꝓptereaq; uaricě , cancrũ ue subcrearet præ uinculo,& pressura,strictura ue,quod si quis specillo subter dato,scalpro secet,latumq; uulneris os reddat,quatenus locus, & těpus poscat,

Oleum quibus bonum non est.

Purgatio uětris confert his.

Spongia superligatur.

Calidum tempus quibus uulneribus prosit.

Quæ uulnera nõ coalescant.

Erysipelas uulneris.

Quæ linienda.

Varix uulneris.

non errabit,ſicq; curet,quæq; res poſcat,apponat,quæq; plerunq; uulnus om/ne cauum recta uiſu,& aperte,quodq; non tumeat, poſcit. Si quidem putre/do,caroq; fluxa,marcida ue ſubſit,uulnus,& quæ circa ſunt,nigricabunt, uel liuida erunt,quemadmodum ſunt ea,quæ deuorant,& abſumunt,uel ubi phagedæna inſit,quæ ualidiſſime & ſerpat,& abſumat,uulnus quidem hoc, & nigricat,& ſubliueſcit circũquaq;.Tumoris quidem huius,circunſtãtiſq; inflammationis linimentum,& emplaſtratio eſt,decoctum herbaſcum,phlomos ue, trifolii folia cruda,cuperi,quadrati ue iunci folia decocta,polionq;,cana ue herba.Si uero purgare ſit opus,uulnus omne hæc purgant. Quin & fici folia, & oleæ,& marubium,praſion ue,quæ omnia decoquito,ſed potiſſimum uiticẽ, hagnon ue,ficum,oleam,granati folia,maluæ uero foliis crudis utitor, origaniq; uiridis,& rutæ,quibus omnibus lini ſemen toſtum tenuiſſime tritum miſceto.Quibus autem uulneribus periculum eſt,ne rubor,eryſipelas ue ſuperueniat,cruda glaſti,iſatidis ue folia trita cum uino linito,uel linteum ſucco ſolani,uel glaſti tinctum ſuperponito.Cum autem uulnus purum fuerit, & purgatum,ſed uulnus,& quæ circa ſunt,inflammata ſint,lentem uino decoctam tenuiſſime tritã, olei puſillo aſpero ſuperligato,canini ue rubi folia , cynoſbatu ue aqua decocta tenuiter trita ſuperponito,linteolo tenui,molli,& puro, loto ue cum oleo & uino madefacto prius ſuppoſito.Si uero conducere, & coaleſcere uelis,canini rubi folia,ſicuti lentem parato,uel naſturtium , uinum molle,tenue ue,ſiue non magnum,lini ſemen tritum,uitex crudus,hagnos ue,Melinum alumen miſcetur,quæ aceto madefacito,uel ſuccũ uuæ non maturæ candidæ per colum miſſum in æneum uas rubri æris dato,ſub ſoleque die teneto, continenterq; agitato,ſimul uti pariter ſicceſcat,leniterque & ſenſim ab æno plurimum diſcedat,& ſeparetur.Nocte uero ſub tecto ponito,ne rore madeſcat,tantiſperq; ſub ſole teneto,donec in mellis craſſitudinem redigatur,deinde in ollam æneam tranſfundito,melq; quam optimum,& uinum dulce, quo reſina terebinthina ad mellis craſſitudinem decocta ſit,eaq; abiecta commiſceto,& confundito.Succus autẽ uuæ non maturæ,omphacos ue primus,& plurimus eſto,ſecundo loco uinum,tertio mel,quin & myrrham ſtillatitiam, ſtacten ue q̃; optimam tritam eodem uino ſenſim iniecto miſcendo coquito, cũ autem craſſa ſatis eſſe uideatur,in uuæ non maturæ,omphacos ue ſuccum mittito,nitrumq; quam optimum,toſtum, tritumq; ſenſim cum hoc medicamento miſceto,floſq; æris minus q̃; nitrum,quæ omnia cum miſcueris,non minus, q̃; tres dies lignis ficulneis,non multis,uel pruna,carbonibus ue cauẽdo ne torreatur,coquito,cunctaq; hæc non liquida,ſine aqua ue cõmiſceant̃,& cõiiciãtur,cumq; hoc medicamento delinias,unguas ue,uulnera eo ne tangito,quo & ad uetuſta,& noua,recentia ue,& capitis,& aurium uulnera,& oſſa , & præputium utitor,uel fel bubulum ſiccum,mel quam optimum,uinum albũ, loti ramenta,thus,myrrha pari modo croci,floriſq; æris tantundem ſimul coquito,liquida,

Phagedæna.

Herbaſcum,uerbaſcum ue. Phlomos. Trifolion. Cupros , polion uulnera leniunt, purgantq;. Quæ uulnus purgent. Ruboris,eryſipelatis ue uulneris medela.

Succus uuæ non maturæ qui decoquatur.

Medicamenta uaria ad uulnera.

quida remaneto, primo loco uini plusculum ponito, secundo mel, tertio fellis pusillum, uel uinum, mel, cedrion parum sicca, flos æris, myrrha, malicorium siccum, uel floris æris tosti dimidium, myrrhæ duplex, croci dimidium, mellis paulum, cum uino hæc coquantur, uel thuris, myrrhæ, gallæ parem modũ sumito, croci triplicem, sicca horum tenuissime terito, deinde cõmisceto, sub soleq; calidissimo tres dies conterito, succum uuæ non maturæ paulatim superfundendo, donec uisci tenacitas fiat. Postea uinum asperum, nigrum, boni odoris paulatim superspargito, misceto, madefacitoq;, uel uino albo dulci radices ilicis coquito, cum uero recte habere uideatur, duas uini partes abiicito, partemq; unam olei amurcæ q̃ aquosissimæ iniicito, deinde leni igniculo coquito continenter miscendo, ne exuratur, donec satis crassum esse uideatur, uel cætera quidem eadem esto, sed uini loco quam acerrimum acetum album, quo sordidissima, succidissima ue lana lota sit. Deinde amurcã, caprifici lac, Melinum alumen, nitrum, florem æris utrunq; tostum misceto, quod uulnera priore magis purgat, sed prius siccat nõ minus, uel succida lana modica aqua perluta, deinde uini tertiam partem coniicito, donecq; satis crassum sit, coquito. Quam primum recentia uuluera his pus creabunt, sed hæc uetabunt. Siccum aron superspargito, uel corticem uiridem tritum cum fici lacte in uinum spargito, uel sine uino cum melle misceto, uel ramenta loti aceto albo coquito, deinde olei amurcam, picis crudam aquam, serum ue misceto, sicca hæc spargito, superligato. Nam uulnera recentia pus crare uetant, uel aceto mundato, uel uino spongiato, uel plumbum tritum, cineremq; Cyprium superspargito, uel ramẽta loti, squamam æris, alumen, petram æris, chalcitin ue cum ære, uel solam, uel cum loti ramentis, uel alio modo cum siccis his uti libeat, cinereq; Illyrico trito cum loti ramentis, solis ue ramentis, spuma ue sola argẽti trita, tritamq; aristolochiam superspargito, uel myrrha, thus, galla, flos, & ærugo æris tosta, alumen Aegyptium tostum, flos uitium, oenanthe ue, lana succida tosta, plumbago, singulorum horum par modus esto, subactioq; cum uino sicuti priora. Confectio alia est per eadem, quam acerrimum acetum album, mel, alumen Aegyptium, nitrum quam optimum, leniter tostum, fellis pusillum simul coquito. Superuacuam carnẽ hoc erodit, purgat, cauat, nec uellicat, mordet ue, Quædam etiam herba est pusillis foliis, cui nomẽ est parthenion, quæ de præputio pustulas, thymia ue deducit, uel alumen, chalcitis, melias cruda, tenue elaterium siccum, malicorium siccum tritum similiter, Maxime uero caua cõplet, purgatq; herba, cui nomen est leporis triticum, lagopyros ue, similis est cum arescit tritici aristis, folia habet oleæ similia, sed longiora, & marubii folia, cum oleo, uel caricæ quam siccissimæ, pars interior pinguior, melli similis. Duæ partes lini seminis leniter tosti, & triti, pars una cum aqua ferueto, & emplastrato, uel caricam æris floris parum tenue, fici lac commisce, & utere, uel caricæ pars exterior, chamæleon niger, fel bouis siccum commisceantur,

Confecturas horum prespicito.

Alumen Melinũ.

Quæ pus creent, et quæ uetent.

Aron.

Cinis Cyprius.

Cinis Illyricus.

Alumen Aegyptium.

Parthenion.
Thymia.

Lagopyros lagopityros ue.

Cardamon. Erysimon.

uel cætera quidem eadem sumito, sicca uero nasturtium, cardamon ue crudũ tritum irionem, erysimon ue, parem utriusq; modum, uel caricæ duas partes sumito, lini seminis duas, lac fici commisceto. Cum aliquo horum medicamentorum usus fuerit, linteolum aceto tinctum superponito, spongiamq; insuper, & superligato, magisq; paulo stringito, circunstantia uero si inflammentur, quod conferre uideatur, circunlinito. Si uero liquido uti uelis, nucinum caricon ue pharmacon superlinito, modoq; superius scripto superligato. Licet autem de his medicamentũ cõficere, ueratro nigro, sandaracha, squama æris, plumbo deusto cum multo sulfure, auripigmento, arsenico ue, scarabeo, cantharide ue, quouis horum confecto, & composito utitor. subactio autem cedrino oleo, cum uero satis habere uideatur, abiicito, medicamentoq; hoc linito, uel dracunculum, aron ue decoctum, tritum, uel siccum, tritumq; melle subigito, carico sicco, si usus sit, utitor, cætera autem amoueto, medicamentum hoc superspargito. Siccum etiam ueratro solo, sandarachaq; conficito, liquidum uero hoc. Quædam herba est, cuius folia dracunlo, aro ue, natura similia sunt, sed alba, lanuginosa, hederæ magnitudine, quæ trita cũ uino superlinitur, uel quod circa ilicis caudicem est, tritum cum uino superemplastrato, uel succũ uuæ non maturæ quam acerrimum acetum, æris florem, nitron, caprifici lac in uas rubri æris dato, sub sole continẽter agitato, deinde cum uidebitur crassitudine belle habere, de sole tollito. Medicamenta sicca, quæ conglutinant, hæc sunt. Veratrum nigrum quam tenuissimum superspargito, donec humidi quid inerit, similiq; modo superligato, quo & in emplastrationibus, uel salis grana quam siccissima in ollulam æneam, uel fictilem nouam mittito, paria maxime magnitudine, nec nimis magna, mel optimum duplo magis, quã sal, coniectura quadam, uisuq; metitum, deinde super carbones ollulam ponito, dumq; omnia comburantur, finito. Postea uulnus spongiato, purgatoq; optime, quidq; huius superspargito, superligatoq; sicuti prius, pauloq; magis stringito, postridie uero cum medicamentum non acceperit, hoc superspargito, premitoq; & superligato. Cum autem uelis hoc medicamentum amouere, calido aceto madefacito, donec abscedat, ac rursus eadem facito, spongiando, si usus sit. Siccum, & abrodens hoc est, lanam succidissimam super testam tædula perurito totam penitus, tritumq; hoc superspargito, similiq; modo deligato, uel misyn quam maxime tritum super huda, & marcida spargito, floréq; æris non admodum tritum, uel chamæleonta nigrum, perustum, alumen fici lacte madefactum, anchusauq; misceto, uel anagallida, combustumq; alumen Aegyptium, uel Orchomenion superspargito. Serpentia autem hulcera, nomas ue hæc sistunt, combustum alumen Aegyptium, uel Melinum, sed prius nitro tosto nitrato, spongiatoq;, chalcitisq; & combustum alumen comburantur, dum in cadentem carbonem redigantur. Quæ uulnera uetusta, præcisosq; neruos sanent, tibiarumq; hulcera cruenta, rubra, nigra ue sanata, cum remanẽt,

Caricon pharmacon. Medicamẽta purgantia, et sanantia.

Caricon.

Veratrũ nigrũ.

Alumen Aegyptium, Melinũ, Orchomnion.

Nerui præcisi, tibiarũ ulcera qui sanentur.

melilotí

meliloti florem tritum melle subigito,& superlinito. Neruos uero præcisos sanat myrti syluestris radix concisa,contritaq́;,oleoq́; subacta,superligataq́;,quinquefoliũ album herba lanuginosum,quod altius a terra tollitur quam nigrũ, quod inquam contritum,oleoq́; subactũ superponito,ligatoq́;,tertio die soluito,nam remollitos inuenies,medicamentis tamen his potius hyeme, quam æstate utitor. Medicamenta,pharmaca ue,quæ molliunt, cicatricesq́; honestiores,& pulcras reddunt. Scillæ partem interiorem mucosam conterito, picemq́; peucen ue cum suillo pingui recenti,modicum olei, resinæ, cerussæq́; superiacito,uel pingue anseris,scillam,olei paulum,ceram candidissimam cõmisceto,uel suillum pingue recens purgatum,scillam,oleum albũ, resinæ paulum,ceram,uel suis pingue recens,uetustumq́; oleum,æruginem,ios ue,scillã, resinam,pinguis autem uetusti duæ portiones,recentis una sunto, cæterarum autem rerum,quantum uideatur pro tempore,& re satis esse, uel pingue suillũ recens liquefacito,deinde in alteram ollulam transfundito,plumbaginisq́; molibdænes ue tenuissime tritæ,percribrataæq́;,quod cõmisceto,coquito, & agitato,donec quid in terram deiectum cogatur,postea de igne tollito, totumq́; percolato præter lapideum sedimentum,deinde resinam supermittito,& remisceto,cedrinumq́; oleum pauculum depuratum misceto. Cunctis medicamentis mollientibus,mollibus ue,siue liquidis,quibus resinam commisces,sublato ab igne medicamento,& adhuc calido,eam superiacito,& remisceto, uel suis uetus,& recens pingue,cera,oleum,sicca uero loti ramenta,thus,plumbago,thuris autem portio una esto,plumbaginis una,ramenti una, pinguis uetusti duæ,recentis una,ceræ una,uel solum pingue suillum uetustum,cumq́; hoc capræ recens pingue quam pusillũ cũ tunica,membrana ue sua sensim uellicatum,purgatum,tusum,uel tenuissime concisum,oleumq́; aspergito, & plumbum cum cinere,spodoue spargito,lotiq́; ramentorum dimidium, uel capræ pingue,cinis,spodos ue,chalcitis cyanea,lapis ue æris ueneti, & cærulei coloris. Quæ ad ambusta faciant,hæc sunt,tenellas ilicis radices coquito, lilii ue, quarum cortex,si crassus,& luteus fit,frustillatim concidito,uinumq́; album superfundito,leniq́; igniculo coquito,dum satis crassum uideatur esse,quo liniatur,quod & aqua similiter coquere potes. Medicamentum uero hoc non lancinat,uellicat ue,suis pingui solo uetusto subunguito,uel superne, cum scillæ radice diuisa,discissa ue liquefacito,superponito,deligato, postridie foueto, uel pingue suis uetus liquefacito,ceram,oleum,thus,loti ramenta, terram burram Sinopicã, minium ue,siue milton,dracunculi radicem,ari ue uino coctã commisceto,superponito,deligato,uel cum adipe suillo uetusto,radices uirgæ regiæ,asphodeli ue uino percoctas,& tritas misceto,perunguito, uel pingue suis uetustum,liquefactum,cum resina,bitumine,asphalto ue misceto, linteumq́; eo delinito,igne calefactum superponito,& deligato. Cum autem in tergo,plaga,ictu ue,uel alias uulnus fit,scilla cocta,trita,linteum linito, super

Cicatrices honestent quæ.

Cedrinum oleũ.

Loti ramenta, scobs ue.

Capræ pingue.

Spodos, chalcitis cyanea.

Prinu,crinu ue radices.

Medicamentum non mordicans.

Loti ramenta, milton.

Asphodeli radix.

Tergi uulnus.

Spodos.
Pedum tumor qui sedetur.

ponito,& deligato,postridie uero capræ,& suis pingue recens, cinis, spodos ue,thus,oleum superliniatur.Tumores in pedibus,qui sponte sua,uel non spõte fiunt,tumoresq; cum inflammatione medicamentis, emplastris ue nihil cedunt.Si quis spongiam,uel lanam,uel quid aliud super locum sanum liget, uenas ue fluentes,& plenas,si postea tumescat,uel inflammetur,sanguis est causa, cui fractio causa nõ est. quauis alia corporis parte hoc fiat,eadem ratio,& causa est.Quare sanguen mittito,de uenis illis præsertim quæ illuc defluunt,si pateant,si minus,tumores altius,crebriusq; scarificato,& cruentato, quicquidq; pertundis,& aperis scalpris,ferramentis ue maxime exacutis,tenuissimisq; paragito,cumq; scalpro,gladiolo ue sanguen mittis,multum ne premito, uenam ne transuerberes,& frangas.Deinde tepido aceto perluito,& foueto, sanguinisq; guttas,frustula ue in hiatibus ipsis ne sinito,lanamq; succidam mollem, optime carminatam medicamento sanguinem sistente conglutinanteque tinctam,uel oleo,& uino superponito,& deligato,sicq; hiatus foramen habeat, uti sanguen refluat,non defluat.Modoq; nullo madefacito,parumq; comedito,& aquam potato.si uero cum solues,foramina inflammata deprehẽdas,medicamento de uitice,hagno ue,& lini semine confecto linito. Si uero foramina hiarent,& hulcerata essent,formam considerato,& quæ opus est, porrigito,& ponito,cætera uero diligenter curato. Si uero in tibia uarices inessent, superne,& patentes,siue sub carne,tibiaq; nigricaret,sanguinisq; missione egeret,nullo modo pertundito,sanguen ue mittito,nam plerunq; maiora hulcera fiunt pertusione,& incisione propter uaricis defluxum loco patefacto, quare uaricem alio,& alio loco pungito,quo tempus,resq; poscere uideatur. Cum autem uenam aperueris,sanguenq; miseris,fasciamq; solueris, sanguen non sistatur,manus,crus ue sit,quiescito,iaceto ue aliquãtisper,sanguis uti retro agatur.deinde cum quantum opus fuerit,quieuerit,& iacuerit,sic cum habeat, & iaceat ligato,dum nulla gutta,frustulũ ue sanguinis in incisione remaneat, duplexq; linteum,splenion ue uino,& oleo tinctum superponito,lanamq; purã, nam & hoc sanguen compescit, etsi uehementer defluat.Si uero gutta,frustulum ue in incisione remaneat,ueniat ue,inflammat,pusq; creat. Pransum uero magis q̃ ieiunum,& parum plenum,potumq; secato,sanguen ue de uena mittito,concalefactumq;,dieq; calido potius,q̃ frigido.Cucurbitulã uero,si sanguen superfluat,admoueto,qua sublata si nihilominus defluat, uel sanies,celerius,& crebrius reponito,& remoueto,& anteq̃ compleatur,uacuato. Si uero cum sanguinis gutta in hiatu remansisset, hulcera inflammarentur, confestim hæc omnia tepido aceto foueto.deinde nihil madefacito,nec urito scissuras, & hiatus,sed medicamento sanguen sistente,& conglutinante linito hulcera. Cum uero cucurbitulæ sub genu,uel supra admouendæ sunt,stanti si stare possit admoueto.

Qualia uult esse ferramenta scalptoria.

Parcus uictus,et aquæ potus his uult dari.

Varices tibiæ.

Varicis medela.

Cucurbitulæ.

Hippocratis

HIPPOCRATIS DE FISTVLIS LIBER SERMOVE QVARTVS ET SEPTVAGESIMVS

Fistulæ quidem, syringes ue collisione, fractura ue, tuberculis, furunculis ue, siue phymatis gignuntur, quin & remigatione, & equitatione fiunt, cum in coxendicis acetabulo natibus podicis ue sacro osse secundũ sedẽ sanguis cogitur, qui putrefactis per mollia deditur, utpote cum podex hudus sit, caroq; cui deditur, mollis, donec tuberculum, phyma ue prorumpat, quod secundum podicẽ putrescit, quod cum fit, fistulatur, saniesq; & oletum quandoq; per eam defluit, multusq; crepitus, malusq; odor. Quin & fractura, collisioneq; fit, cum quis circa podicem locus percussione, ictu ue, siue plaga, uel casu, uulnere ue, uel equitatione, uel re aliqua simili frangitur, colliditur ue, sanguis enim illic cogitur, fistitur, & putrescit, pusq; fit, qua suppuratione eadem, quæ in tuberculis, furunculis, phymatis ue dicta sunt, fiunt. Primo quidem cum tuberculum suscitatum sentietur, crudum q̃ primum secato priusq̃ ad podicem suppuret. Cum uero fistula iam laborantem curãdum sumpseris, scapum allii uiridis sumito, hominẽq; resupinum reclinato, cruraq; diuaricato, scapumq; hunc demittito, quoad potes, fistulæq; altitudinem, profunditatem ue metitor, cuminiq; lati, seseleos ue radicem tenuiter concisam tres dies aqua macerato, mellisq; paulum in aquæ tres cyathos mittito, ieiunoq; propinato, quo & uermiculis purgato, qui nãq; non curantur pereũt. Deinde linteum byssinum tithymalli magni lacte, succo ue tinctum, floreq; æris usto, tritoq; aspersum, penicillum longitudine parem altitudini fistulæ conficito, & per eius summum linum traiicito, & per scapũ, hominemq; reclinato, specilloq; podicis quantum corrosum sit, perspicito, scapumq; hac demittito, cumq; demissus in podicem latuerit, resumens trahito, retrahito ue, penicillus uti demittatur, & æquetur superiori, & inferiori parti, cum autem intus fuerit, corneam glandulam, balanum ue in podicem dato, cretaq; terra ue, quæ mundet, podicem linito, & finito, cum autem oletabit, demito, rursusq; reponito, quintum diem usq; sic curato, sexto demito, & penicillum educito de carne. Post hæc glandulam, balanum ue triti aluminis completo, & in podicem dato, & dum alumen liquescat, illic finito, podicemq; dũ coalescere uideatur, myrrha linito. Medela alia, crudum linteum tenuissimum sumito, & quincuplicato, palmi longitudine componito, setaq; equina circũuoluito, specillumq; stanneum summa altera parte pertusum, & perforatum in cuius foramen caput lini dato, & cum lini altero capite specillum in fistulã mittito, manusq; sinistræ indicem in podicem dato, specillumq; cum lini capite altero educito, liniq; caput iterum bis, ter ue colligato, postea discedens

Causa, et origo fistulæ.

Medela.

Cornea glandula, balanus ue.

Medela altera, quam et Celsus sumpsit.

mandato,singulis diebus uti linum uertat,ne putrescat,suasq; res agitet, quantumq; lini crudi fistula putrefacta corrosa laxabit, stringito, diebusq; singulis agitato. Si uero linum crudum,anteq̃ fistulam abrodat,& secet,putrescat, linum crudum alterum setæ equinæ alligato,& demittito,nam propterea lino crudo seta hæc annectitur,quia non putrescit. Cum uero fistula perputruit,secato,spongiamq; tenuissimam melle madefactam indito, specilloq; multum æris floris usti iniicito,spõgiam uero melle tinctam digito manus sinistræ intrudito,& alteram ad eum modum,quem in mariscis diximus,superligato,postridie uero soluito,calidaq; aqua circunfoueto,spongiaq; digito sinistræ manus purgato,floremq; æris rursus iniicito, spongiamq; superligato, septemq; dies hæc facito,nam his ferme diebus tunica fistulæ putrescit. Postea donec sanescat,hanc superligato,nam ad hunc modum spongia coacta,& expressa, fistula emuncta,& emundata non repullulabit,nec pars sanabitur, pars uero repullulabit,sed tota sanescet,curatione uero hac multa calida foueto, fameq; conficito. Si uero fistula penitus non abrodatur,specillo demisso secato,quousq; descenderit,floremq; æris superspargito, sicq; dies quinq; finito, deinde calida foueto,farinaq; aqua subacta superlinito,foliaq; betæ superligato,cum autem flos æris deciderit,fistulæq; hulcus purum fuerit, sicuti priorem curato. Sin autem in loco sit,qui sic curari non possit,fistulaq; sit profunda,florem æris,myrrham,& nitrum lotio dilutum iniicito,fistulæq; os plumbea glandula,fistula ue intro data,ne coeat,apertum teneto,deinde fistulam pinna uesica colligata & in fistulam data perluito,quæ tamen non sanescit, nisi secetur. Si uero podex inflammetur,doleat,febricitet,crebro ad sellã surgat, nihil demittat,præq; inflammatione,pituita ue sedes prodire uideatur,strangulatioq; lotii,stranguria ue quandoq; corripiat. Quod malum fit,cum pituita de corpore in podicem descendit,& sistitur. Calida uero conferũt,quæ porrecta pituitam extenuãt,& deliquant,simulq; horum acrimonia, salsum quod inest in aquam redigit,nullusq; æstus,punctio ue in intestino relinquitur, quod sic curato. Cum calida laueris,baccas gnidias sexaginta tritas uini lance, dimidioq; olei subigito,tepidoq; subluito,quod & pituitam,& oletum ciet. Si uero calida non lauerit,nec in ea sederit,oua uino nigro boni odoris decocta sedi dato,cum prius quid calidum subtenderis,uel uesicam calidæ aquæ plenam,uel lini semen tostum tritum,cribratum cum pari farinæ modo mistum, uinoque nigro boni odoris subactum,& q̃; calidissimum linitum, uel hordeum tritũ, alumenq; Aegyptium misceto,glandulamq; oblongam balanum ue conficito,digitisq; circũlinito,cumq; ad ignem sedem calefeceris,foueris ue, & perunxeris,calidam intrudito,ceratoq; foris linito,uel uino nigro allium coquito,& superponito,Cũ uero hæc amoueris,in aqua calida locato, solaniq; succo pingue anseris, suis,chrysocollam,resinam,ceram albã subigito, colliquatoq;,& misceto,hisq; linito,donecq; inflammatio durat,decocto allio emplastrato,

Curatio fistulæ.

Medela fistulæ alia.

Stranguriæ causa.

Duplex alia fistulæ medela.

ſtrato, ſiquidem dolor his abigatur, ſatis eſt, ſi minus, papauer album, ſuccum ue eius potato. Si uero non proſit, quod pituitam purget, dato, dumq; inflammatio perdurat, ſorbitionibus leuiuſculis nutricato. Lotii uero ſtrangulatio, ſtranguria ue hac de cauſa ſuperuenit, podice ueſica caleſit, quo calore, pituita cogitur, quæ ſtranguriam gignit. Quæ ſi quidem una cum morbo ſedetur, quod plerunq; cadit, ſatis eſto, ſi minus, medicamentum quod ad hanc rem faciat, porrigito. Cum uero ſedes procidit, molli ſpongia calida madefacta foueto, perunguito, retruditoq;, ſpongiamq; concha calidæ tinctam manibus expreſſam ſuperligato, de pedibuſq; paulum eleuato, & breui redibit. Si uero magis procidat, uel intus non perſiſtat, medium præcingito, deq; parte poſteriore cingulum, uittam ue per media femina, coxas ue ad anteriora deducito, ſpógiáq; mollẽ calida, qua loti raméta ferbuerint, madefactã exp̃ſſamq; ſupponito, uittãq; ſecundũ umbilicum deligato, ſedemq; ea aqua foueto. Cum auté oletare uelit, planca, tabella ue anguſtiſſima oletato. Si uero puer ſit, inter feminæ pedes in genua reclinatus oletato, cum autem oletauerit, crura diſtendito, ſic enim ſedes, ſedis ue inteſtinum minus procidit. Si uero podex humeſceret, ſanieſq; deflueret, cõbuſta fece cum aqua tepida colluito, foueto ue, myrtea ue aqua, uel adianton ſiccum, tritum, cribratum ſuperſpargito. Si uero ſanguis defluat, mariſcæ ue tumeant, iiſdem colluito, uel chalcitim, cupreſſi ramenta, uel cedri, uel pini, piceæ ue, uel terebinthi trita cum chalcitis pari modo miſceto, & emplaſtrato, cerato autem craſſo foris linito. Cum autem ſedes procidit, ſuoque loco non perſiſtit, cum retruditur, laſſarpitium, ſilphion ue q̃ optimum, denſiſſimumque tenuiter tritum ſuperſpargito, ſternutamentumque naribus dato, hominemque ſuſcitato, percellitoque, uel calida perluito, uel malicorium, alumenque tritum uino albo datum podicem ſubluito. deinde linteum ſuperponito, coxaſque ſtringito, & deligato, & dies tres ſic habeto, & ieiunato, ſi minus, uinum dulce potato. Si uero neq; ſic redeat, minium, milton ue melle miſceto, & plinito, uel dracũculi, ariue, uel uiticis, hagni ue radice ſine cortice aqua coquito, deinde terito, farinamque commiſceto, calidum ſuperponito, uel uitis agreſtis quam nonnulli pſilothrion uocitant, radices tenerrimas circunraſas uino nigro, aſpero, meraco coquito, poſtea terito, & tepido linito, uel farinam commiſceto, uinoque albo, & oleo ſubigito, & tepefacto linito, uel cicutæ, conii ue ſemen terito, uinũq; album boni odoris aſpergito, deinde tepido linito, ſin autem inflammarerur, hederæ radicem aqua coctam tenuiter tritam q̃ optima farina commiſtam uino albo, & oleo ſubigito & tepido ſuperemplaſtrato, uel mandragoræ radicem peruiridẽ, ſi minus, ſiccam, uiridẽ quidẽ lauato, concidito, uinoq; diluto coquito, & linito, ſiccã uero terito, ſil'rq; linito, uel cucumeris peponis p̃te interiore trita linito. Si uero doleat, nec inflãmet, nitri rubri, toſti, tritiq; aluminis, ſalis toſti, triti parẽ modũ cuiuſq; miſceto, deinde cũ pice q̃ optĩa mĩſceto, in pãnũq; lĩteũ mittito,

Sanguinaria quare his ſuperueniat.

Sedis procidentia.

Cum ſedes repoſita nõ remanet.

Sedis procidentis uaria medela.

MMM

ſuperponitoque,& uincito,uel capparis folia uiridia,trita in ſacculum dato, ſuperponito,& deligato. Si uero capparis folia non eſſent,corticem radicis tuſum uino nigro ſubigito,ſimiliterque ſuperligato, quod & ad lienis dolorem optimum eſt. Quæ uero harum emplaſtrationum, cataplaſmaton ue refrigerant,defluere uetant,quæ molliunt,& calefaciunt, diffundunt, & diſcutiunt, quæ autem ad ſeſe trahunt,ſiccant,extenuant,& emaciant. Malum quidé hoc gignitur, cum bilis,chole ue,pituitaque,ſiue phlegma loca inferiora petunt,illicque ſiſtuntur. Quare cum podex inflammatur,medicamento, pharmaco ue perunguito,quo rheſina,oleum,cera,plumbago,pingue decocta ſint, quo digeſto,calidoq; linito.

Diuerſa medicamentorum natura.
Cur ſedes procidat.
Lenimen eius.

HIPPOCRATIS DE TELORVM EXTRACTIONE LIBER SERMO VE QVINTVS ET SEPTVAGESIMVS

Telorum extractio mutilata.

SI quis tela,ſpicula,plumbeas glandulas, pilulas ue, cæteraque infenſa corpori humano infixa, & inhærentia cum ſolertia detrahere,& reuellere uolet,primum ferrea, materiæ ue alterius inſtrumenta ad hanc rem accommodata parata habeat neceſſe eſt. Scito tamen nihil difficilius periculoſiuſque ad extrahendum eſſe, quam ſagittarum ſpicula, præſertim axillis,barbulis ue,ſeu hamulis utrinq; hiſpidata,& cuſpidata.

Præter hæc de hac re nihil aliud inuenire potuimus.

HIPPOCRATIS DE FVRORE INSANIA VE SEV MANIA LIBER SERMO VE SEXTVS ET SEPTVAGESIMVS QVEM TAMEN HIPPOCRATIS GALENVS ESSE NEGAT

DIximus etiam ſæpius de furore,inſania, mania ue neceſſario,cũ morbi crebro quandoque hoc ſuſcitent, tamen hic & cauſas, & ſpecies,& medelas peculiares adiungemus,quas ſiqs prudenter admoueat,& propinet,furoré,inſaniá,maniá ue & ſi nó penitus tollet,

tollet,tamen aliquatenus leuabit. Cum itaque triplex sit mali huius species, desipientia, paraphrosyne ue, seu paraphronesis, furor, mania ue, atræ bilis agitatio, melancholia ue, primo quidem de furore, mania ue dissertabo, quoniam & desipientia modo fere eodem curatur. Furor siquidem, mania ue sine febre, sanguine multo non marcefacto cerebrum petente gignitur, modo quidem potiore mentis parte, copia sola sanguinis bene temperati uexata, & affecta, quemadmodum in temulentis spectamus, modo cum flaua bile commisto. Capitis enim debilitas furorem præcedit, quemadmodum in pedum doloribus, podagricis ue dolor pedum semper quidem adest, dolore quando que afficiuntur, cum materia locis superfluit. Sanguine quidé solo si furor ingruat, hæc illis, qui hoc patiuntur, eueniunt, sine modo rident, præque oculis imagunculæ quædam ridiculæ diuersari uidentur, lætoq; & hilari uultu sunt, crebroque concinunt, quandoque etiam uaporationibus ascendentibus aures tintinnant, uti sibi uideantur tibicines, & tibias sonantes audire, memoria tamen illis non læsa manet, quemadmodum de iis, quæ canunt, coniectamur, pars uero quæ imaginatur, & cogitat, læsa est. Cum uero flaua bilis cum sanguine miscetur, eum uellicat, qui tanquam ab ea percellatur, cerebrum, tunicamque eius repercutit, quamobrem iracuudi, audaces, iniurii, percussores, & insultatores fiunt, & insolentes, quantoque magis cum sanguine bilis miscetur, tanto magis læta, & iucunda permutantur, & discedunt, sed iracundia, & asperitas crescit, & intenditur. Cum uero flaua bilis plusculum percoquitur, crassescitq; tanquam uiscum cerebro, tunicisque eius inhæret, furoresque ferinos suscitat, adeo uti sese impetant, carnemque suam deuorent, cognatos, familiaresque tanquam insidiatores gladiis, quibusque telis possint, insectentnr. Nam hominem eundem sæpe uidemus modo risu magno cócuti, modo animi motu, iracundia ue permoueri, nam inedia, ciboque acriore, motuque frequentiore sanguen acrius redditur, contrario autem statu, mitius. Crebro etiam nullo adhibito adiumento, pauculoque, & idoneo cibo, quod uexat, absumitur, desipientiamque nullam adducit, nam cerebrum si aliquantisper quiescat, mentis excessum liquido discutit. Nonnullis etiam per interualla, statoque circuitu malum hoc recursitat, quandoque semel, bis, uel sæpius per annum paulatim humore uexante congregato, sese absumente. Pauci quidem malo hoc ante uigorem perduntur, plerique uigore in ipso, & post eum, uirique magis quam feminæ, hique horum, qui animi affectu aliquo pathemate ue uexantur, quemadmodum sunt, derisores, dicaces, contumaces, iracundi, cogitabundi, auari, quin & potores, crebroque spuentes, quique consuetas excreationes retinent. Propterea feminæ, quibus menses remorantur, furiunt, insaniunt ue. Species autem furoris multæ sunt, quas nunc enumerare superuacaneum esset. Quare iis, qui huic rei obnoxii sunt, quædam principia ex iis quæ dicta sunt, præcedunt, sicuti risus præter rationem, & modum non

Triplex insaniæ species.

Furoris causa.

Dolor pedum.

Furoris signum risus nimius.

Flaua bilis quid agat.

Furoris uarietas.

Qui furore pereant.

Feminæ quando insaniant.

Quæ furorem præcedant.

consuetus,nonnulli quauis,& nulla de causa percelluntur,& irascuntur,nõnul-los aurium tinnitus uexat,splendores quidam,& luces præ oculis, quibusdam recursitant,& præcomparent,continuæ uigiliæ, curæ crebriores, alternæ, & alienæ,capitis grauedo,temporum pulsatio. Tempore uero procedente hæc omnia crescunt,uenereasq; ad res promptiores fiunt,propterea in somnis cre-bro polluuntur,oculi cauantur,crebroq; agitantur,quæ usq; ad perfectum, & integrum mentis excessum,& capturam prorumpunt.Peritum igitur,gnarum-q; medicum hac re laborantem,qui curabit,cum quid horum cõparebit, quæ deceat,& expediat facere oportebit.Morbo quidem præsignante, uel etiam instante, & urgente cibum subducito,liquidamq; sorbitionem dato, nec re-pleto,lubricumq; uentrem conseruato,nec sanguinem gignantia dato,uinoq; penitus abstineto.Cum uero sic tres dies nutricaueris, de cubiti uena sanguen mittito,primo de superiore,siq; illic nõ compareat,de media,si neq; in hac, de talis præsertim in feminis,quia menses alio sanguen auertunt, & mittunt, si nec in illis compareret,de superiore manuum,pedumq; parte trahito, prius per uenas euacuato,deinde medelam ad partes affectas conuertito. Cum autẽ uenam pertuderis,sanguinis tantum educito,quantum languentis uires patien tur,nam quod inflammabat,restincto confestim statarii redduntur,simulq; cæ teris adiumentis locus paratur.Sed quoniam nonnulli primam euacuationem ualide ferunt,secunda uero deficiunt,tantum prima subductione,& euacuatio ne subtrahito,& exinanito,quantum necessitas,& usus poscat,nam sic plurimũ uentosi,& superflui humoris educitur.Crebroq; in hac re pulsus tententur,qui si deficiant,in aliud tempus hoc differatur.nam cum uires receperint, secun-do,tertio ue die post,sanguen mittere poteris,cicatricemq;, scissuram ue aper tam sale superposito conseruato,caputq; rosaceo cum aceto,uel sanguinariæ, polygoni ue succo,uel œnanthino,uel malino oleo linito, succidamq; lanam oleo tinctam super uerticem ponito,crebroq; renouato, modoq; omni som-num ad noctem deducito,post hanc euacuationem,nam si post sanguinis mis-sionem uigilia sequatur,efferatiores eos reddit.Quare cõfidenter, audacter ue medicamentum papaueraceum cũ ptisanæ,uel halicæ,farris ue cremore por-rigito,uel cum aqua.Si uero primo die,quo sumpserunt,dormiãt, die post in-terposito cochliarium eiusdẽ rursus dato,nam hoc solum post sanguinis mis-sionem,consistententiam,& quietem perfectam malo huic præbere consueuit cum nutricatu commodo,quod dandum postea non est,sensus enim hæbetat. Mature etiam uentrem soluito,cibariis, & sublotionibus his præcedentibus. Hinc ab locorum auxiliis exordium sumito,sanguinis librã circiter de media frontis uena mittito,deinde postea quinto die potionem aloes peramaræ cũ mulso propinato cochliarii mẽsura biliosis.Deinde caput per nares purgato, betæ radicum cremorem,ius ue cum elaterio confundito, uel sutorium atra-mentũ,chalcãthon ue cũ lacte,Deinde sternutamẽtũ ueratro albo,struthio ue moueto,

Peruigilant insani.

Medela.

Sanguinis missio.

Quantum sanguinis mittẽdũ.
Pulsus sæpe ten tandus.

Capitis linimenta.

Papaueris potio.

Aloes potio.
Medela.

moueto,pituitãq; uite alba,agresti ue,seu astaphi agria euocato,puleioq;, uel hyssopo mulso aceto decocto gargarissato,purgamentisq; cum centaurio,gentianaq; confectis uentrem subducito,uel gentiana sola,cuius etiam radix utilis est drachmæ pődere cum mulso pota,datur & aristolochia simili modo. Maxime etiam eos iuuat fœniculi caballini radix,hippomarathri ue, semenq; tritum cum aqua singulis diebus,ieiuno si propinetur, bryoniæq; radicis drachma. Post hæc autem irudines,sanguisugæ ue capiti circunquaq; dentur,uertici præsertim. Feminis uero menses mature prouocato,deinde cũ uires resumpserint,septimo die hieram,quæ maxime uacuat,cum bona stœchadis copia propinato drachmis quatuor cum mulso, deinde prædicta naribus admoueto. Morbo uero declinãte,ad balneum ducito,cumq; his in eo perfricato, iris Illyricæ,lapidis asii,thuris pollinis,aphronitri albi,pumicis,buccini,conchæ ue marinæ cineris,lentisci floris,iunci ue odorati,apii,cassiæ herbæ, rosarum siccarum,quibus omnibus tritis,cribratis,simulq; mistis unciam sumito, primoq; balnei loco utitor,super uentremq; quantum satis uideatur spargito, tepidamq; aquam superfundito,diutiusq; uti medicamenti uis penetret, confricato,postea leniter,placide ue caput mundato,lotusq; pter caput exito, bisq; terue frigida perfundito. Si uero caput calidum habeat,crebrius deinde caput medicamento,quod de sinapi,siccisq; ficis cőficitur,confirmato,per uicesq;, & interualla pituitam educito,prædictaq; naribus admoueto,cibũq; tenuiorem,bene conditum,lubricum uentrem conseruanté suo tempore sumito. Vini autem rarior usus esto,sin autem uenter demittendus est, eo præparato, ad ueratrum album deuenito. Post hæc autem ab omnibus cibis, potionibusq; bilem creantibus abstineto,singulisq; annis uerno tempore custodiæ, conseruationis ue causa de uena sangué mittito,deinde purgato,præsertim si bilis abũdare uideatur,feminis autem studeto uti suo tempore menses decurrant. *Frictoria compositio.*

DE ATRAE BILIS AGITATIONE MELANCHOLIA VE

Q Vemadmodum in corporum membris apertis, & patentibus,quãdoq; in omnibus temperies eadem inesse uidetur, quandoq; in unis,singulis ue separatis, quemadmodum in faucibus asperatis,& in eo quod elephas dicitur, & in hudis,aquosis ue,quandoq; unica,sola ue pars, & membrum solum afficitur,uel quid amarebiliosum, & picrocholon, uel atrebiliosum,& melãcholicon,uel pituitosum, & phlegmatodes molestat,humoremq; suscipit,quod solum temperamentum commutat,sicuti cerebro euenit,quandoq; uenarum sanguen bile atra coinquinatur,quod cerebrum lædit. Quandoque sanguis uniuersus in homine mali nihil patitur,cerebrũ tamen commutatur,quod duplici de causa fit,uel cũ aliunde *Melancholia.* *Cerebrum uarie afficitur.*

illuc confluit,uel cum in loco biliosi humoris gignitur,quod fit, cum multus loci calor flauam bilem perurit,uel sanguen crassius, nigriusq; redditur, unde primo loco superior uentriculus,stomachus ue,præcordiaq; afficiuntur,quæ similiter cerebrum afficiunt,desipientiamq; adducunt, bile ue ipsa cerebrum petente,uel atræ bilis exhalatione,quemadmodum in morbo spiritali,physodi ue fit,stomachicoq;,& præcordiali iam dicto. Nam absurdum non est, ex alia parte,membro ue morbum hunc oriri,uentriculi nanq; superioris angustũ os quiduis patiens, cerebrum quadam cognatione afficit, sæptumq; transuersum,cui cohæret,communicatio quædam etiam est stomacho cum tergo,spina ue tergi,quatenus colli uertebris connectitur. Principium igitur huius atræ bilis agitationis,melancholiæ ue uti in summa dicatur, cruditate fit, spiritus enim plurimi,uentositates ue gignuntur inde,quaq; uis altiore parte, superioreq; uentriculo,circaq; præcordia plurimum uersantes. Proinde nauseæ acidæ,& ructus excitantur,cum nihil tale sumpserit,& comederit,sicciq; semper fere uentres sunt illis,nec lubrici,somniq; pusilli,nec continui, sed interrupti, somniaq; turbuléta,& aliena,pulsus modo hac,modo illa corporis parte sunt, capitis uertigo,tinnitus aurium,caput nonnullis plenum esse, & grauari uidetur,nonnullis contra leue,& uacuum,quidam caput sibi non habere uidentur. Philotimus ad hoc præter alia & hoc inuenisse traditur, caput plũbeo cœno linire,uti pondere sentiret se caput habere. Mente quidam capiuntur, & uacillant,quidam timent,quidam misericordiam captant,quidam lacrymant, quidam extrema,& quisquilias captant,& sectantur,quidam laruas,malos ue spiritus ab inimicis,ueneficiis,& excantationibus sibi putant obiectari. Potioné alii ueneficam se sumpsisse suspicantur,certamq; hac de re suspitionem præ se ferunt,nauseant,& ructant,alieno tempore crebro,quæ hoc redoleant, quemadmodum sibi uidentur,præterea aliis alia uidentur. Morbus auté hic uarius est, quidam enim subito pauent,quidam amicissimos expauescit, quidam homines omnes,quidam in lucem prodire timet,tenebricosaq; & obscura captat, & sectatur,quidam contra tenebricosa,& obscura fugit,plurimi tamen in locis tenebricosis,& obscuris diuersari gaudent,& inter monumenta, & sepulchreta, locaq; deserta,quidam & aquam pauent,uinum,oleum liquidumq; quoduis, quemadmodum canis rabidi dente læsi. Et uti in summa dicatur,deliramenta bilis atræ multiplicia sunt,quæ singulatim,& singulos uariis imagũculis exagitant,tamen unum illud omnibus commune est,timor,diffidentia,tristitia, mœstitudo ue,quidam diffidunt, mœstiq; sunt sine ratione,& modo, nec dicere possunt,sciunt ue,quid sit,quod se molestet,mortem nõ pauci horum, & alia non timenda timent,præterea nonnulli sunt,qui contra mortem optent. Cum igitur bilis atra rationalis animi principia præoccupat,mortis pauores, expectationes,& optationes fieri mirum non est,nam ex iis,quæ sunt extra nostrum corpus,nihil magis timemus,q̃ tenebras,horremus ue. Cum ergo quid obscurum,

Cruditas melancholiam facit.

Melancholicorũ uarietas.

Philotimus quid ad hoc excogitauerit.

Quæ potissimũ captent melancholici.

Canis rabidi morsus quid faciat, uideto.

Commune melancholicorum.

Diuersi horum affectus.

rum,& tenebricosum parti rationali animi prætenditur, necesse est hominem usque terreri, tanquam causam terroris corpus secum portet. Nam pueruli tanquam in magnis, & altis tenebris sint, perterrentur, perfecti uero, & adulescentes, qui rudes adhuc sunt, nec his consueuerunt, tenebras etiam horrent. Sic & atræ bilis color tenebris est similis, cum cogitationis, & imaginationis locum obscurat, & inumbrat, pauorem adducit. Causas autem omnes, quæ horum singulis fiunt, dicere non possemus, nam plurimam ambiguitatẽ, & difficultatem horum pleraque habent, sicuti cur quidam non fugienda fugiant, non formidanda formident, horreantq; non horrenda, cur ue quidã uõ bona tanquam bona captent, & sectentur, curq; hic cognatos, & familiares abhorreat, hic uero cunctos homines, ac talia. Plurimorum tamen accidentium causas medico prædicere difficile non erit, quemadmodum ille, qui se doliũ, uel quid fictile sibi esse uidetur, quod siccitate fit, melancholicus enim humor siccus est, & aridus, similiter & ille, qui se cutem siccam, & aridam, sicuti coria cõfecta sunt, sibi habere uidetur, quiq; sibi caput abstergere uidetur, quod forsan leuitate fit, cum spiritus, & exhalatio superna petit. Curq; melãcholici plurimum cibos appetant, num ne quod uentriculi os frigescit? curq; uinum quidam maxime captent, num ne quod pars frigida calefaciunda est? cur ue quidam mortem sibi consciscant, an quia putant sese maioribus malis liberos fore, nisi & hæc opinentur, pulcrum esse mori? sicuti barbari quidam, cur ue cruditate multa laborent, num ne quia turbulentum, & superflui humoris corpus refertum habent? Ventriculus propterea uix concoquit, cum usq; melancholico humore refrigeretur, cur ue siccos, & non lubricos uentres habeant, num ne quod spiritus, & exhalationes, præcordia, superioraq; petunt, & raro descendunt, uentres propterea necesse est multa, & longa detentione siccescere, quandoq; simul multa, & liquida demittunt. Sæpe antem oculis nictant, oculiq; his cauantur, quibusdam extuberant, labellaq; cur his fere semper turgescãt? quia spiritus, & exhalatio crassa est, corporeq; cur fusco sint, quod melancholicus humor sese diffundit, cur ue pilosi, & hirsuti plurimi horum sunt? crassiorũ humorum superfluitatum ue copia, celeresq; lingua plurimi sunt, quidam balbi, uoce exili, linguæ debilitate, continenter uero mouentur spiritu cum remoratur, quicquid enim continetur, & remoratur, continenter agitatur, & mouetur, celeriterq; deficit, delassatur, & defluit. Si quis præterea & cæterorum causas dicere uelit, his uestigiis insistens facile poterit. Quandoq; hic humor nigricat, modo feruens, modo frigescẽs, quod carbonibus, & huic euenit, nã accensi lucent, extincti nigricant, quod & frigus, & sanguinis calorem mutat, nam in exterioribus corporis partibus quædam præ frigore liuida, nigraq; uidemus, contra caloris excessus siccat, humorem & consumit, quo calor nutricatur, & humores denigrat, quemadmodum & sol hominum corpora. Hæc quidẽ ante curationem, & medelam noscat, & consideret medicus oportet, quæ cũ co

Bilis atra tenebricosa est.

Varia quesita.

Pilosi cur hi.

Melancholici signa.

Frigoris, et caloris uis.

gnouerit, sese ad auxilia paret, & accingat, quæ iam tempus est, sic laborantibus proponere. Nam quo ad medelam non parum facit morbi principia nouisse. Quare sciendum est duplicem esse speciem bilis atræ, & melancholiæ. Quidam enim naturali temperamento, & ab initio bilem atram, melancholicon ue humorem insitum habent. Quidam malo nutricatu sibi hoc temperamentum, & humorem comparauerunt, speciemq; hanc desidem, & demissam semper esse certum est. Quod etiam adusta bile atra morbus hic gignatur, nemo nescit, hosq; esse audentiores, iracundiores, percussores, cæterisq; promptiores, cumq; bilis feruet, horrenda, & grauia patrant, cum autem feruor remisit, demittuntur, tristioresq; fiunt, & perterrentur. Cum uero corpus sanguinem totum atra bile coinquinatum, & melancholicon habet, curationis initium de sanguinis missione facito. Cum autem solum cerebrum laborat, sanguinis missione opus non est, nisi multi sanguinis sit is quem curas, tūc enim tutelæ causa sanguen mittito. Quod sic dignosces sanguen ne totum atra bile coinquinatum, melancholicon ue corpus habeat, an in cerebro solo coactio ea sit, nigri quidem, fusci ue, hispidi latas, & tumidas uenas habentes magis obnoxii sunt, qui humorem hunc gignāt. Quandoq; & perrubri homines, melancholicon humorem, & temperamentum abunde colligūt. Post hos uero flaui, cum præsertim uigiliis, laboribus, curis pluribus distinent, tenuiq; nutricatu, cibariisq; biliosis utuntur. Sup his si qs sedis mariscas, consuetas ue alias excreationes cōpescat, uel in feminis menses, non parum etiam tempus anni, temperies aeris, locus, languentis ætas, studiaq; conferunt. Cū hæc omnia prospectaueris, cūq; in corporis totius uenis sanguen melancholicon esse putaueris, certam huius cognitionem hoc tibi præstabit, mediam brachii uenam aperito, deinde sanguen inde defluens melancholicon si non esse uideatur, statim compescito, si uero tale compareat, tantum educito quantum ad languentis habitum satis esse putes. Tertia uero species, & differentia melancholiæ est, cuius originem in uentriculo esse diximus, quod uentriculi oris, hypochonariacon ue malum dicimus, quod sæpe per prædicta dignoscitur. Primo enim uentriculi casus, & signa principium capiunt, hoc est uentosæ spirationes, & perflatus, turbulentæ murmurationes, & discursitationes, & acidæ, & olidæ eructationes, uenter durescit, & arescit, & excrementis, uomitionibus, & eructationibus hæc leuantur, languentesq; ipsi molestantia, uersantiaq; circa præcordia sentiunt, nam sæpe quibusdā fumida, crassaq; exhalatio, uel huic similis ascēdit, & emittitur, perspargiturq;, præq; oculis quædam cursitare uidentur. Similiter cum exhalatio melancholica, fumidaq; cerebrum petit, melancholica mala circa sensum, & mentem suscitantur, & fiunt. Cum ergo mala peculiaria melancholica mentis magna uidebuntur, uentriculum autem parum, uel nihil uexabunt, cerebrum præ cunctis uexari putandum est, sicuti dictum est. Cerebro igitur atra bile præaffecto, multis balneis, boni succi cibis, humidis, & liquidis, non inflātibus,

Medela. *Melancholiam quæ faciant.* *Duplex melancholia.* *Cognitio melancholiæ.* *Quæ melancholiam parent.* *Sanguinis missio præcedit.* *Tertia melancholiæ species.* *Signa eius.* *Medela.*

tibus, nulloq; uehementi adiumento curato, cum nondum temporis longitudine, humor qui uexat, difficulter educitur, tunc enim uarias magis, uehementioresq; medelas adhibere oportet. Malum enim cum nondum fere incepit, curare debemus, cum autem inueterauit, difficulter curatur, & tractatur. Communia uero, quæ adiuuant, sunt, cum cerebri primum affecti, tum præcordiorum, quæ uentrem subducunt. Primum quidem bona digestio curæ sit, deinde purgatio, thymoq; primum, & aloe purgato, nam hæc & si parum cotidie sumatur, prosunt, postea cunctis quæ ad atram bilem faciunt, curato. Quibus uero sanguen abundare uideatur, statim de brachii uena sanguen mittito, iis præsertim quibus hoc consuetum est, feminis autem quibus iam menses defecerũt, uenam quæ in talis est, aperito, sanguenq; pro earum uiribus educito. Quibus uero malus humor redundat, cum prius optimis cibis nutricaueris, hiera rhuphi, uel archigenis, uel iusti purgato, sin autem utraq; redundent, cum sanguen de uena miseris, purgato, post hæc uero diebus aliquot intermissis uentrẽ subducito, primo quidẽ aqua, qua furfures, nitri spuma, melq; deferbuerint, deinde cum polypodii radicibus contusis, epithymo, furfure aquam feruere facito, & subterdato. Dies autem post hoc potionem cum amara aloe cõfectam, & epithymum dato. Themisonq; quemadmodũ mandat, eã conficito, drachmas quidem aloes centum sumito, mastiches, croci, spicæ nardi, cinamomi, cassiæ herbæ odoratæ duplum, ari uero, & balsami seminis unciam cuiusque duasq; uncias epithymi his addito, cũ aquaq; coquito, & percolato, cochleariiq; magni mensura cum mulso dato duorum, trium ue dierũ interuallo. Deinde nutricato, uiresq; reficito, hierãq; rhuphi, uel archigenis, uel iusti rursus dato, quatuor drachmarum pondere cum mulso, salisq; paulo, melius autem est iis, quæ uentrem in dies euacuãt, placide subducere. Nigram uero bilem amaracus, cunelaq; trita cum mulso educit pota duarum drachmarum pondere. Sero lactis etiam uentrem subducere confert non eo, quod de caseo remansit, defluxit ue, sed quod lacte cocto supernatat, præsertim equino si habeas, si minus, bubulo, quod in ollam nouam dato, surculoq; ficulneo permisceto, cũq; ter, quater ue ferbuerit, mulsum acetum superspargito, & percolato, melleque misto propinato. Cum autem uenter subter currere ceperit, mel amplius ne indito, singuloq; haustu ne minus acetabulis quinq; sumito, singulisq; euacuationibus maluæ seminis tenuissime triti drachmis circiter duabus cum aquæ cyathis tribus utitor, nam ad hanc rem ualde facit, quare sæpius eo utitor. Potissimum etiam est, & optimum pulei decoctum, & ante, & post purgationes potare, centauriiq; minoris. Cremor autem absinthii sæpe deinceps si detur, perflatum, & uentum in uentriculis fieri nõ sinit, nec in fine excreationẽ exarescere, lotiumq; cit, probeq; concoctionem parat. Danda sunt etiam, quæ lotium moueant, anesum, daucum, petroselinon, asaron, nardon, magisq; caballini fœniculi radices, hippomarathriue, seminaq; humilis pinus chamæpithyos

Purgatio.

Feminæ quibus mẽses defecerũt, qui curentur.

Hiera.

Themison.

Archigenes rhuphus, iustus.

Quæ bilem atrã educant.

Serum qui conficiat.

Absinthiũ quid faciat.

Lotium pronocantia.

ue, quercuſq; humilis, chamæ dryos ue potu ſpargito. Per ſudorem euacuari peroptimum etiam eſt, perq; balnea, ſub ſoleq; ſertulæ campanæ oleo chamæ melino ue, nitri paulo iniecto perungui, cumq; ea habitudo ſeſe demiſerit, hiera rurſus purgato, cumq; oleo rutam, anethum, ſerpillum, abſinthium, artemiſiam puleium, uiticis ſemẽ, hagni ue, lauri folia, baccaſq; coquito, molliq; ſpógia hoc tincta uentriculum, ſtomachum ue foueto. Si uero lancinationes uentoſæ uentriculum moleſtarent, cum aceto peracri cuminum, & puleium coquito, ſpongiaſq; hoc tinctas uentriculo, ſtomacho ue dato, quandoq; & alumen in hoc acetum iacito, oleoq; quo uel aneſum, uel apium, uel cuminum, uel cuperum tenuiſſime tritum, uel irin, uel roſmarinum coxeris, linito. Cucurbitulas etiam apponere poteris uentoſis inflationibus ſine ſcarificatione, ſed ad inflammationes, duritiaſque cum ſcarificatione, deinde ceratis, unguentis ue cum oleo cuprino, uel polyarcho, uel ſturacino confectis, præſertimque eo, quod de ſeminibus, & ſimilibus conficitur, quodque cum ſinapi ſtupefacit, & rumpit, nam concoctiones reuocat, uentriculumq; corroborat. Vtendum etiam eſt uehementibus euocationibus, & emundationibus uentriculo datis, picarioq; unguento, hoc eſt pice ſicca cum oleo liquefacta calida in corium iactata, diſtentaq;, uentriculoq; & ſcapulis dato, illicq; dimiſſo, dum per ſeſe cadat, quodq; a cute diſceſſerit, perluatur, forficeq; placide abſcindito. Sed utiliſſimum eſt bubulum excrementum tritũ melle, & aceto ſubactum linire, bulbiq; cum nitro, uel alumine triti, cum punctio uentriculum lãcinat, & moleſtat. Quibus uero ſpaſmi, & diſtentiones, & conuulſiones inſidiantur, & inſident, caſtorium potare confert, ſicyonio oleo perunguere, ſeſeq; pro uiribus ante cibum exercere. Balnea uero bene digerenti neceſſaria ualde non ſunt, niſi dolorem, & laſſitudinem aliquam curare uelis, ſed nõ bene digerenti, uel ieiuno, uel poſt rectam, & perfectam concoctionem crebro lauari confert. Poſt balneum uero cibaria facilia concoctu non inflantia, uentrem lubricantia dato, quibus languentes ferme omnes iuuantur, non tamen omnes ad omnia ſimiliter habent, & diſpoſiti ſunt, Panis uero fornaceus plerunq; bonus eſt illis, pullorumq;, & auicularum poſtrema non pinguia, tenellaq; gallinorum oua, piſces ſaxatiles carnis tenellæ, maris herinacei, echini ue plurimũ & ad uoluptatem, & utilitatem præcedunt. Holerum uero tenellus aſparagus, petroſelinon, & ſimilia. Vinum autem tenue, puſillum ue, non ualde uetus, album poſt cibum, non multum, nec uno hauſtu, nec cibaria natent, nec etiam ab re erit cochliarium aceti ſuperpotare, cum ibit cubitum, pulmẽtaq;, & obſonia hoc tincta deuorare, ſed melius eſt ſcillæ paulum, cepæ ue, rutæq; cum aceto comedere, nam hoc uẽtos pellit, liguſticiq;, uiticis ue, ſeu hagni, & apii ſeminis, thimi, zingiberis, ſingulorum unciam terito, melleq; deſpumato, quãtum ſatis eſt, ſubigito, deinde dimidium cochliarium & mane, & ueſperi dato. Si uero mellis dulcedinem auerſarentur, ſalem hunc digeſtitium conficito, ſcilli, thumi,

Fomenta. *Linimenta.* *Picariũ ceratũ.* *Spaſmi remediũ.* *Balnea quos iuuent.* *Cibaria qualia danda.* *Panis.* *Caro.* *Piſces.* *Vinum.* *Salis ad digerendum compoſitio.*

læ,uel cepæ aſſæ unciam,ſalis hammoniaci quinq; uncias,apii ſeminis fœnicu li,thimi,petroſelini,aneſi,ſionis,zingiberis,ſingulorum drachmas quatuor, pa nis ſicci quinq; uncias,piperis unciam ſemis commiſceto.cumq; uolet comedere,cochlearium per interualla de hoc dato,theriacæ etiam antidoton porrigito,hyeme præſertim,& ueris initio,per interualla etiam uomant non uiolenter,ſed placide. Languentibus etiam remiſſiones dentur,uires uti reſumãt, concoctioniq; rurſus manus admoueantur,& opera detur, ne crebris potionibus debilitati concidant. *Theriaca.*

HIPPOCRATIS DE LOTII NOTIS SIGNIS ET DIFFERENTIIS LIBER SEPTVAGESIMVS SEPTIMVS COMPENDIOSVS QVEM TAMEN HIPPOCRATIS ESSE NEGANT

Otium quidem optimum eſt, quod ſubburrum, & ſubrubrum,ſubrutulum ue eſt,ſubflauum autem, & ſubfuluũ medium eſt,quodq; læue eſt,& tenue,& album, ſedimentum *Lotium probum quale et uiri, et feminæ.*
1 æquale habens.Feminæ uero lotium album magis eſt, q̃ uiri,maiuſq;,& craſſius ſedimentum habet. Lotium ergo ſic diuidito in effuſionem,& aſſiſtentiam,effuſionem in ſedimentum,coloremq;.Sedimentum uero tenue, uel mediocre,uel craſſum eſt,tenue uel meitur tenue,duratq; & pmanet tenue, quod cruditatem ſignificat,uel tenue meitur,& conturbatur,quod concoctionis initium innuit,mediocre uel mingitur mediocre,album,pallidum, luteum, flauum,rubrum,rubellum,nigrum,nigellum.Color uel atrũ mingitur, quod nõ ſubſiſtit,nec ſubſidet,nec cõſiſtit.Vel atrũ nõ læue,læuigatum ue mingit̃,qđ bilioſi humoris uacuitatem ſignificat.Vel album meitur,quod cruditatem,imbecillitatem,debilitatem ue,ſæpimentum,& opilationem ſignificat,quemadmodum patet in mente agitatis,phreniticis ue,percitis atra bile, melancholicis ue,quartaniſq; diuturnis,& longis,quod in febre ardenti,cauſo ue mortem portendit,nec conſiſtit,ſubſidet ue.Vel album nõ læue mingitur, & ſubſiſtit, plurimumq; humorem crudum coactum eſſe ſignificat.Vel luteum pallidũ ue mingitur,quod modice digeſſiſſe præ ſe fert,nec cõſiſtit. Vel flauum meitur, quod non conſiſtit,cruditatemq; materiæ defectum,caliditatem multam,uigiliamq; ſignificat,quemadmodum in tertianis uidemus.Vel rufum, rubrum ue meitur,ſanguinis ſanioſi coinquinatione tenue tamen eſt,nec ſubſiſtit. Vel rufum,rubrum ue meitur,non læue,& ſubſiſtit, multumque crudum humorem

Lotii diuiſio. *Color.* *Phrenitici lotiũ Melancholici. Quartanarii.* *Color qui bonus.*

coactum esse præ se fert,uel burrum,rubellum ue meitur,quod melius concoctum,sanguinisq; copiam significat,quemadmodum in continuis febribus esse cernimus,uel quod sedimentum terræ tenuissimæ simile facit, quippe coloribus his connexa non subsistunt,nisi materiæ defectu,lotii tamen colorē mutant.

Lotia mala. Lotia quidem mala sunt lutea,nigra,liuida,cruenta,saniosa. Tenue quod est,aquam subter cutem,hydropa ue significat,crassum uero mortem, nimis

Sedimentum. crassa,nimis burra,rubra ue,burra,tenuia sedimentum non habentia,olida, pinguia,oleacea,crassa,uel crassum meitur,& subsistit,quod humorum feruorem

Subleuamentum. Nubecula. cessasse significat,uel crassi uenti feruorem præ se fert. Siquid uero tenebricosum,obscurum,fuscum,nebulosum cum sedimento subsistat,malum est. Sedimentum uel album est,læue,æquale,sedemq; inferiorem cum meitur, occupans,quod sanissimum est,uel album,læue,non æquale partem inferiorem petens,quod imbecillitatem,& debilitatem præ se fert,uel album non læue, non æquale,quod melius est superiore subleuamentū,uel albū,læue,æquale sublementum habens meitur,quod modicam digestionem significat,nubilum,nubilosum,nebula,uel album læue,æquale,cum nubecula meitur, quod digestionem minorem priore habet.

Lotiorum sedimēta, nubeculæ, et reliqua. Sedimenta,nubeculæq; non bonæ, tenebricosæ, nigræ,fuscæ.Si quidem nubecula meitur cum lotio,summum,solidum, & certum malum portendit,si uero subleuamentum inest,mediocre, si sedimentū, perfectum.Liuida liquationem,tabescentiam,necemq; naturæ significant,lutea,rufa,cruditatem,sparsa,uaria,heruo similia, sedimentumq; huic simile, si quidem febricitat,corporis totius cruditas est,uel renum frigiditas. Sedimenta ramentosa,foliosa,scobacea,si febris adest,uel sudor,corporis cruditas,uesicæ ue solius est.Sedimenta furfuracea,si febris adest, corporis totius cruditas est,uesicæ ue solius.Similaginea,si rufa sunt,sanguinis exustionem significat, uehementem ue solidorum tabescentiam.Cruenta febriculosa,lutea, biliosa, olida pessima sunt.

Mensuræ,et pondera medelarum his adduntur. *Balbus Celsus.* *Boetius,Bæda, Gilbertus, Balbus, Priscianus.*

Censuimus præterea necessario his addendum esse tractatum de mensuris,et ponderibus Aphricani medici cum suis notis,quem plurimis quos de his rebus in manibus habebamus prætulimus, quia magis,et cū Hippocratis medelarum ponderibus,et mensuris,et cum latinis conuenire,et facere uidebatur. ac ad huius maiorem intelligentiam, quædā de Balbi ad Celsum agrimensoria,ratiocinatoriaq; de asse, minutisq; eius partibus ad scripsimus.notas autem horum non apposuimus,cum apud plurimos inueniantur,præsertim Boetium,Bædam, Gilbertum et ante hos,Balbum ipsum,et Priscianum,latius,et plurimis modis,quæ tamen cum iis,quæ in marmoribus,et tabellis æneis leguntur,non quadrant.

Aphricanus

APHRICANVS DE MEDELARVM PONDERIBVS MENSVRISQVE

Præfatio Aphricani.

QVoniam multis in locis de ponderibus, & menſuris mentionem fecimus, commenſus horum ueros hic addēdos eſſe putauimus, nequis anceps, & ambigens, medelarum auxilia ex his conſtantia, compoſitaq; uituperet, & damnet. Neceſſarium ergo duxi, differentias horum inter ſeſe, quibuſq; utendum eſſet, declarare, plurimis ſiquidem in uſu ſunt, & Attica, & Italica, nonnullis uero & Syriaca, & Aegyptia, quæ & Ptolemaica dicuntur, quæ comparanda inter ſeſe, & conferenda ſunt. Talentum omne mnas, minas ue ſuas circiter ſexaginta habet, mna uero, ſiue mina ſtateras quinq; & uiginti, ſtater uero drachmas, holcas ue quatuor. Talentum igitur omne mnas ſexaginta habet, ſtateras quingentos milenos, drachmas ſex milenas. Drachma ſex obolos, obolus chalcos octo, drachma ergo chalcos octo, & quadraginta habet. Talentum ergo Atticum Ptolemaico, Antiochicoq; Syriaco ue pondere, numero, facultate, & ui omni par eſt, ſed quantū ad numiſmata pertinet, Ptolemaici quadruplum eſt, Syriaci uero tertiarium, ſeſquitertium ue, ſeu epitriton, Turio uero, ſiue Tyrio par eſt. Talenti differētiam hāc & aliæ ſequuntur, ſiquidem mnæ, & ſtateres inter ſeſe differunt, & drachmæ, quantum talenta. Talentum etiam lignorum in Antiochia uidi, quod ſuas ſexaginta mnas habet, quod talentum ſeſcuplum ſiue ſexies maius erat pondere, q̄ numarium. Nec etiam hoc me latet, drachmarum ipſarum plures eſſe differentias, Deliacam enim, Aegineticam, Rhodiam Ptolemaicam quincuplā, Neſiacam uero ſexcuplam eſſe ſcio. Attica ergo utendum eſt, quo ad pondus, & numiſmata, ſiquidem pondere, & facultate ſiue ualore Italicæ par eſt, quæ denarius uocatur, plurimi enim nunc fere in omnibus Italica utūtur. Mna Attica ergo ſtateras quinq; & uiginti habet, libra uero Italica ſtateras quatuor & uiginti. Mnarum uero cæterarum infinitæ ſunt differentiæ, nobis nunc fere nihil neceſſario declarādæ. Libra uero duodecim uncias habet, uncia drachmas octo, drachma grammata tria, gramma duos obolos, gramma rurſus thermus, lupinos ue tres, thermos lupinus ue ceratia, granula ue ſiliquæ duo. Denarius autē apud Romanos diuiditur in partes milenas centenas duas & quinquaginta, habet enim tropaica duo, quinarios ue duos, numos, ſeſtertios ue quatuor, aſſaria uero, ſeu aſſes ſex, & decem. Numus uero pondere unciam habet. Aſſarion autem, aſſis ue, ſeu as diuiditur in dimidium, tertium, quartum, ſextum, octauum, nonum, decimum, duodecimum, quartum & uigeſimum, ſextum & trigeſimum, octauum & quadrageſimum, ſecundum & ſeptuageſimum.

Talentum mna. *Talentum Atticum, Aegyptiū, Syriacum.* *Talentum lignorum.* *Mna Attica.* *Denarius.* *Libra.* *Stater.* *Libra drachma.* *Denarii diuiſio.* *Aſſis partes.*

NNN

Amphora, metretes ue *Cadus, urna ue.* *Chus.* *Sextarius, xestes ue.* *Cotula.* *Oxybaphon.* *Cyathos.* *Mystron.*

Partes autem hæ apud Romanos ratiocinatores suas habẽt nominationes. Sed nunc de mensuris. Amphora quidem uini, quam plurimi metreten dicunt, semiamphoras habet duas, quas communi nomine cados uocant, urnas autẽ Romani. prochus uero, quadrantaria ue quatuor, choas octo, quas dicongia nominant, nos autem cabus. Chus uero xestas, sextarios ue sex capit, sextarium uero, seu xesten Aegyptii henion dicunt, uti amphora xestarum, sextariorũ ue octo, & quadraginta sit. Syriacus uero metretes Italici duplus est. Sextarius ergo, xestes ue in duas lances, cotulas ue diuiditur, quas heminas uocamus, lanx uero, cotula ue in duo acetabula, oxybapha ue diuiditur, acetabulum, oxybaphon ue in tres cuathos, cyathos ue diuisum est, cuathus, cyathos ue mystra quatuor facit, quæ lystra quidam sæpe uocitarunt. Cochlearium uero mystri dimidium est. Sextarius ergo, xestes ue in cochlearia sex & nonaginta soluitur. Mensuræ etiam olei similiter habent, nisi quod a centenario principium habent, quod libras centum habet, metretes autem olearius huius duplus est, cætera uero cõcordant. Quam enim comparationem, rationem ue libræ põdus ad mnam habet, libræ mensura eandem ad cotulam habet, sextarii scilicet, xestæ ue dimidium. Medimnus autem Atticus modios sex Italicos capit, modius autem hecteus uocat̃, qui duo hemihectea semimodios ue duos habet, hemihecteõ uero chœnicas quatuor habet. Chœnix autem sextarios, xestas ue duos, uti modius sit sextariorum, xestarum ue sex & decem, cæteraq; metra, mensuræ ue siccorum cum liquidis dictis similiter habent. Ptolemaicus uero medimnus Attici superdimidium est, sesquialter ue, seu hemiolius, sexq; artabis constat, sed priscis temporibus duabus, nam artabæ modiorum Italicorum quatuor & dimidium fuerat, nunc uero propter Romanum usum artabæ modiorum trium sunt. Coros uero Phœnicius satorum triginta est, saton uero superdimidium, sesquialterum ue, seu hemiolium modii est, saton autem, satorũ ue paucæ sunt differentiæ. Chus uero sextariorũ, xestarum ue sex est, pondere autem uini quatuor & decem librarum est, olei nouem, mellis quinq; & decem, sunt enim cuiusq; materiæ mensurarum pondere plurimæ differentiæ. Piperis uncia baccas, coccos ue, seu granula quingenta habet. Libra uero quinq; milena. Præterea ne in notis, signis ue characteribus ue erraretur, signa cuiusq; sic digessimus. Talentum per tal, notatur, mna per mn, libra per li, uncia per un, drachma per drach, eius dimidium semidrach, mẽsura, metron ue per metr, obolus per obol, duo oboli, diobol, tres triobol, quinq; pentabol, dimidium oboli, hemiobol chalcus per chal, qui est oboli pars octaua. Numerorum & notæ, & mensurarũ addentur, sextarius, xestes ue per xest, cotula per cot, cuathus, cyathus ue per cuath, siue cyath.

Numerorum uero notas non addidimus, quia codices nostri non habuerant.

BALBVS AD CELSVM DE ASSE, MINVTISQVE EIVS PORTIVNCVLIS

q

Vicquid unũ eſt,& quod ex integrorũ diuiſione remanet, Aſſem ratiocinatores uocāt.Quotquot ergo de integra diuiſione ſingulares res,unitates ue remanebũt,totidem aſſes erunt, ſi unitas una remanebit, unus erit aſſis as ue,ſi duæ, duo,ſi plures,plures erunt aſſes.Sed quia pauciores inter æquales,æqualiter diuidi nõ poſſunt,niſi in minutias, quẽ admodũ dictũ eſt,ſecẽtur,oportet eũ,qui docet, oſtẽdere quibus rationibus ab integris deriuẽtur minutiæ. Aſſis quidẽ,as ue in duas partes ſectus ſex principales generat diuiſiones,qbuſlibet binis partibus toti ſuo æquatus,& eiuſdẽ ſui totus cõſtitutus. Aut enim aſſis altera pars eſt deunx,altera uncia,aut altera dextans,altera ſextans,aut altera dodrans,altera quadrās,aut altera beſſis, altera triens,ſic enim potius dicendum eſt,quem aut bes,aut des, quoniā binas ex tribus aſſis partes ſibi uendicat,aut altera ſeptunx,altera quincunx,aut utræq; partes erunt ſemis.Harum omnium partium nullæ parẽ quātitatem habent præter duas ultimas,quemadmodum patuit, principales ideo dicuntur hæ partes,quoniam unaquæque illarum & in alias partes diuiditur, quæ ſecundariæ ſunt ad totum,omnis enim pars partis, totius pars eſt, quod diximus,explanandum eſt. Cuiuſlibet integræ rei in duodecim partes diuiſæ ſemper duodecima pars uncia dicitur,ſexta uero deunx,& hæ ſunt partes primæ diuiſionis,hæc de aſſis partibus tractamus,niſi eo modo, quo ſimpliciter ſunt partes,ut integri totius,ſpecies enim illius innumerabiles ſunt, nam quotquot ſunt integræ unitates,totidem neceſſe eſt intelligi aſſis eſſe ſpecies, earũ unitatum quælibet diuiſa inæquales partes ſextam habebit ſextātem, reliquas dextantem,ergo ſic poteſt diuidi,pars una aſſis dextans,altera ſextans. Item cuiuſlibet rei integræ in quatuor partes æquales diuiſæ quarta pars quadrans uocabitur,reliquæ dodrans.Item cuiuſlibet rei in tres partes diuiſæ, duæ illarum beſſis nominabitur, reliquæ triens.Rurſus cuiuſuis rei diuiſæ in tales duas partes,quarum altera alteram ſeptima ſui totius parte ſuperat,ſeptunx nuncupabitur,ſuperata quincunx.Sexto modo res aliqua integra in duas æquales minutias ſeparatᷣ,q̄ utræq; ſemis dicunt̄.Septima diuiſio his adiũgi poteſt,nā rei integræ in octo partes diſtributæ pars q̄libet ex aliis ſine aliis cõſiderata ſeſcuncia dici poteſt,reliquæ ſemũcideũx.Licet aſſis plures ſint diuiſiones,tamẽ his ſeptẽ numerarii ratiocinatores magis utũtur,& pars illa,q̄ eſt ſemũcideunx in frequẽti uſu nõ eſt,unde characterẽ nõ habet,quo deſignetur. As ergo habet

Aſſis partes.

xii	
xi	i
Deunx	*uncia*
xii	
x	ii
Dextans	*ſextās.*
xii	
ix	iii
Dodrās	*quadrās.*
xii	
viii	iiii
Beſſis	*triens.*
xii	
vii	v
Septũx	*quincũx*
xii	
vi	vi
Semis.	*ſemis.*

Aſſis ſpecies multæ ſunt.

Diuiſio aſſis.

As quas partes habeat.

unũ deuncẽ,unũ dextãtẽ,unũ dodrãtẽ,unũ beſſem,unũ ſeptũcẽ,duos ſemiſſes,duos quincũces,tres triẽtes,quatuorq́ quadrãtes,ſex ſextãtes,octo ſeſcuncias,duodecim uncias,& uncia ablata de aſſe remanet deũx, ſublata uncia de deũce remanet dextãs,ſublata uncia de dextãte remanet dodrãx,ſublata uncia de dodrãte remanet beſſis, ſublata uncia de beſſe remanet ſeptunx, ſublata uncia de ſeptũce remanet ſemis,ſublata uncia de ſemiſſe remanet quincũx,ſublata uncia de quincũce remanet triẽs,ſublata uncia de triẽte remanet quadrans, ſublata uncia de quadrãte remanet ſextãs,ſublata uncia de ſextãte remanet uncia,ſublata ſemũcia de ſextãte remanet ſeſcũcia,hoc eſt uncia,& dimidia, ſublata ſemũcia de ſeſcũcia remanet uncia. Et uncia quidẽ ſic diuiditur, unciæ ps alia ſemũcia,alia duella,alia ſiciliquus, alia ſextula,alia drachma,alia hemiſeſcla,alia tremiſſis,alia ſcripulus,ſcrupulus ue. Semũcia quidem eſt medietas unciæ,duella tertia pars,ſiciliquus quarta,ſextula ſexta,drachma octaua,hemiſeſcla duodecima,tremiſſis ſextadecima,ſcrupulus quarta & uigeſima. Quare tremiſſis cõtinet ſcrupulũ & dimidium,hemiſeſcla duos ſcrupulos, drachma tres,ſextula quatuor,ſiciliquus ſex,duella octo,ſemũcia duodecim,uncia quatuor & uiginti,ſeſcũcia ſex & triginta,ſextãs octo & quadragĩta,quadrãs duos & ſeptuagĩta,triẽs ſex & nonaginta,quincũx cẽtũ & uiginti,ſemis cẽtũ & quatuor & quadraginta,ſeptũx cẽtũ & octo & ſexaginta,beſſis cẽtũ & duos & nonaginta,dodrãs ducẽtos unũ & uiginti,dextans ducẽtos & quadraginta, deũx ducentos & quatuor & ſexaginta,as ducentos & octo & octoginta.

Aſſis ſubtractio.

Nec his plura de Balbo addenda putauimus,quandoquidem ſi uita ſuppeditabitur, totũ opus de agrimenſoria,et numerorum ratiocinatoria cum Vitruuii,Plinii,Capellæq; commẽtariis edemus. Poſt hæc Hippocratis Epiſtolas,et quædam alia adiunximus,quæ tametſi ad rem medicam non faciunt,tamen quia Græci inter Hippocratis uolumina connumerauerunt,ſic et nos fecimus.

Fabii Calui Commentarii in Plinium, in Vitruuium, in Capellam.

HIPPOCRATIS EPISTOLAE LIBER OCTAVVS ET SEPTVAGESIMVS

Magnus Artaxerxes rex regum peto ſalutem.

Magni Artaxerxis epiſtola ad Pætum, ſiue Petton,qua peſtilentiæ remedia petit.

m Orbus peſtilens uocatus in noſtros exercitus prorupit, cumq́ nos ad hæc multa egerimus,nullum tamen adhuc laxamentum dedit, quare & pro noſtris in te meritis,& pro tua in nos obſeruantia,beneuolentiaq́ a te peto quam primum ad nos uti mittas,ſi quẽ nouiſti qui hãc rem uel ſuapte natura,uel artis peritia,uel alia quauis diſciplina curet, cẽſeo, & peto hoc malũ uti repercutias,magnus eñ tumultus,& æſtus noſtras copias inuaſit,q magnopere,& crebro cuncta perflat,nã nõ bellando debellamur, hoſtemq́

ftemq; hāc tantum feram habemus,quæ greges noftros indies,& horas confu mit,plurimofq; fauciauit,& nō medicabiles reddidit,telaq; telis omnibus acer biora mittit.Mentem ergo,fenfum,confilium ue nullum habeo,quo cum ami cis poffim in medium confulere,nam omnia diffoluuntur,& difcutiuntur.Cō fcientia ergo,& prudentia,beneuolentia ue optima,ne nos defere. Vale.

Pætus,Pettos ue magno domino regi regum Arta/ xerxi gaudium,falutem ue dicit.

Pettus refpon= det.

Hippocrates hic fummopere lau= datur.

N Aturalia quidem adiumenta peftilentis mali debacchationē uul/ go,& paffim uagantem,epidemiam ue non difcutiunt.Nam ma/ la quæ natura concipiuntur,natura difcernendo curat, quæ uero de uulgari ,& paffim debacchatione,& uagatione temeraria, feu epidemia creantur,ars artificiofe difcernendo corporum muta / tionem non tollit.Hippocrates uero medicus hoc malū curat,qui genere Do riēfis eft, urbe uero Co,hic uero medicus Heraclidæ filius fuit,hic Hippocra tis,hic Gnofidici,hic Nembri,hic Softrati,hic Theodori, hic Cleomuttadæ, hic Crifamidis.Hic autem Hippocrates diuino præditus eft ingenio, feu diui na utitur natura,qui de paruis,rudibufq; rebus ad magna,& artificiofa medicā artem perduxit.Diuinus ergo Hippocrates nonus eft a Crifamide rege, deci/ mus autem octauus ab Aefculapio,feu Afclepio,uigefimus autē ab Ioue, ma/ tre uero Praxithea Phænaretes filia de Heraclidarum domo, quare utroq; fe / mine Deorum & nepos,& cognatus. Diuinus Hippocrates de patre quidem Afclepiades eft,de matre uero Heraclides.medicam uero artem apud Hera / clidam patrem,Hippocratemq; auum didicit,quare apud hos ut par eft pri / mo medicæ artis facris initiatus eft,quæ uerifimile eft & hos fciuiffe,fefe ue/ ro ipfe uniuerfam artem erudiuit diuino præditus ingenio,quantumq; animi, & ingenii dexteritate,& indole maiores fuos fuperauit, tantum ab his & artis uirtute,& præftantia differt.curat autem,& purgat non ferarum quidē genus, fed ferinos,& agreftes morbos,per totumq; terrarum orbem Aefculapii adiu menta,quemadmodum Triptolemus Cereris femina diffeminat, merito ergo & ipfe in maxima orbis pte diuinos cōfecutus eft honores,iifdēq; donis immu nitatibus,& honoribus dignus habitus eft ab Athenienfibus,quibus & Hercu / les,& Aefculapius.Quare nunc ad te uenire iubeto,quantūq; & auri, & argenti uoluerit,dato,hic enim nouit non unum huius morbi medicationis modū,hic falutis,& fanitatis eft pater,hic feruator,hic dolorum,& malorum omniū me/ dicator,hic omnino dux eft,& princeps huius diuinæ fcientiæ. Valeto.

Magnus Artaxerxes rex regum Hyftani Hellefponti præ/ fecto, Hyparcho ue falutem,gaudium ue dicit.

Hippocrates accersitur.

h Ippocratis Coi medici ab Aesculapio genus ducētis,& ad me me dicæ artis decus peruenit.Quantum igitur aurum uoluerit, illi da/ to,cæteraq; fusim,& abunde,quorū egeat,& ad nos mittito,æquo enim honore apud nos erit,quo & Persarum optimates, & si quis alius probus uir in Europa fuerit, nūc amicum regiæ familiæ cō ciliato,nihilq; opibus parcito,uiros enim qui consilio,& prudentia polleant, non facile est inuenire. Vale.

Hystanes Hellesponti præfectus,Hyparchos ue Hippocrati me/ dico ab Aesculapio genus ducenti salutem,& gaudium dicit.

Hystanes Hippocratem accersit.

m Agnus Artaxerxes rex tui egens ad nos præfectos misit, mādauitq; uti tibi & auri,& argenti quantum uolueris,cæteraq; quorū egeas, abunde tradamus,ad seseq; celerrime mittamus, nam eodem ho/ nore apud eum censeberis,quo & Persarum optimates, tu ergo quam primum uenito. Valebis.

Hippocrates medicus Hystani Hellesponti præfecto salutem,gaudium ue dicit.

Hippocratis responsio ad Hystanen.

a D epistolam,quam ad nos miseras dicens,uti q̄ primum ad regē ueniremus,quæ dico,& respōdeo,q̄ celerrime regi mittito, quod uectigalibus,ueste,domo,req; omni ad uitam degēdam necessaria cumulate fruimur,mihiq; fas non est Persarū opibus frui,nec bar/ baros homines a morbis liberare,cum Græcorum infensissimi ho stes sint. Vale.

Hippocrates Demetrio salutem,ualere ue dicit.

Hippocrates Demetrio hac significat.

p Ersarum rex nos ad sese accersiuit nescius apud me sapientiæ ratio/ nem plus ualere,q̄ quoduis aurum. Vale.

Hystanes,Hostanes ue Hellesponti præfectus magno domino Artaxerxi regi regum salutem,gaudium ue dicit.

Quid de Hippocrate Hystanes regi scribat.

q Vam ad me epistolam misisti dicens uti Hippocrati Coo medico ab Aesculapio genus ducenti mitterem,misi, hocq; ab eo respon sum tuli,quod mihi scripsit,uti quam primum ad te mitterē,qua/ re Gymnasden dieutychen cum eo ad te misi. Vale.

Magnus Artaxerxes rex regum Cois hæc dicit.

h Ippocratem medicum nuntiis meis date malos mores habentem, & in me,& in Persas insultantem,& obloquentem,si minus,scitote & uos primos sceleris,& errati eius pœnas daturos. Nam bello per sequar,uastabo,diruam urbem uestram, & insulam, & in pelagus pessundabo ne posthac unquã fuerit,necne hoc loco insula, uel Cos urbs dignoscatur. *Quid Artaxerxes Cois scribat.*

Coorum responsio. Populo Coo sic uisum est Artaxerxis regis nuntiis respondere.

c Oi nihil Merope,Hercule,& Aesculapio non dignũ facient,quorum causa ciues omnes Hippocratem non dabunt, tametsi pessime perituri sint,Dario nanq; Xerxiq; eius auis literas ad sese scribẽtibus, terram, & aquam a se petentibus populus Cous non dedit, cum eos uideret,si contra sese uenirent,posse sicuti cæteros homines perire. Quamobrem o nuntii,qua uia uenistis,eadem a Cois abite,uestroq; regi nuntiate,quod Hippocratem non dandum non dabunt, quod & dii non & nostrum curam non habebunt. *Coi regi quid responderint.*

Senatus Populusq; Abderitanus Hippocrati salutem,& gaudium dicit.

n Vnc o Hippocrates uir in maximo periculo nobis uersat̃, qui magno ornamento & nunc,& post in alios annos nostræ urbi fore putabatur,& sperabatur. Quod utinam ne nunc dii omnes nos adeo perosi sint,uti hunc hominem ob sapientiam,qua præditus est,inuideant,qua tam magno malo correptus est,uti non parum timeamus,numne uerũ sensum Democritus amiserit,quod si est,penitus ciuitas Abderitana periit. Nam rerum omnium oblitus est, curamq; sui, & suorum nullam habet,dies & noctes uigilat,singulaq; & magna,& parua ridet, nihilq; ratus esse uitam totam degit. Si quis præterea uxorem ducat,negotietur, primas in foro adipiscatur,honores ue alios,& magistratus nanciscatur,legetur, ad rẽ ue aliam a senatu designetur,ridet,si quis etiam morbo afficiatur, saucietur, pereat,ridet. Disquirit præterea bonus hic uir de rebus,quæ fiunt apud inferos,& sunt,hæcq; scribit,plenumq; imaguncularum esse aerem autumat, seq; uolucrum linguas,& uoces intelligere,& audire dicit,crebroq; noctu solus surgit,quieteq; consistit,nonnunquam canenti similis sedet, seseq; quandoq; uagari,& peregre proficisci dicit per totum,& immensum terrarum orbem,co- *Hippocrates accersitur ad Democriti curam.* *Democritus qui ab his insimuletur.*

Quid Hippocrati promittant Abderitani.

Democritum qui non sanæ mentis esse putarēt, quā sani non essent, uideto.

Quantum sese Hippocrati debituros fateantur.

Abderus conditor urbis Abderitanæ.

Quid Abderitani Hippocrati.

piamq; rerum, multosq;, & innumeros Democritos sibi similes esse dicit, mente autem, & sensu uero perditus, & correptus corpore uiuit. Hæc o Hippocrates timemus, hæc perturbamur, tristesq; sumus, quare celeriter uenito, nobis consulito, patriam nostram seruato, nam a nobis nihil non sperare potes, & honorem, & gloriā, & pecunias, quāuis apud te potiora sint, quæ doctrinæ sunt, & peritiæ uirtutisq;, q̄ quæ fortunæ, hæc tamen a nobis, & maiora consequeris, Democritum si nobis seruaueris. nam pro Democrito quicquid auri apud nos est, libenter profundemus, etiam si tota nostra urbs aurum esset, par non esset nostræ uoluntati, siquidem o Hippocrates cum Democritum languere uidemus, nostras leges o Hippocrates, languere putamus. Quamobrem uirorum optime præstantissimum uirum curaturus uenito, non enim tanquam medicus ad nos uenies, sed tanquam conditor, fundatorq; totius Ioniæ, mœnia nobis si quidem circundederis quibusuis æterniora, sanctioraq;, nam urbem non uirū restitues, sanabisq;, senatum enim languentem, periclitātem, obsessum, clausum aperies, & liberabis. Tute legum lator, tute iudex, tute princeps, & magistratus, tute seruator, ac omnium artifex uenies, hæc o Hippocrates te præstolamur, hæc omnia si ueneris, nobis eris, hæc una nō ignobilis, & obscura ciuitas, quin imo potius tota Græcia, tui eget, te rogat, uti sapientiæ corpus conserues, doctrinamq; ipsam, & sapientiam ad te legare putato, quæ te roget, uti sese ab hoc malo liberes. Sapientia quidē uti nobis uidetur, omnibus cognata, & amāda est, sed iis potissimum, qui ea nuper, & proxime priuati fuerunt, quemadmodum nos, quin magis probe scito te maiorem gratiā ab æuo futuro, futurisq; hominibus initurum, si tua opera uideat sibi ea ueritate, qua sperat, primas obtenturum Democritum non defuturum. Tu quidem Aesculapio & genere, & arte coniunctus es, hic autem Herculis est abnepos, de quo & Abderus est, quē admodum de quoquam profecto audiuisti, de quo, & de cuius nomine est nostra ciuitas. quamobrem scito te ab eo maximam & gratiam, & beneuolentiam initurū, cum intelliget abs te Democrito medelam adhibitam fuisse. Cum ergo uideas o Hippocrates sensus corruptelam, obliuionem, & insensilitatem in hunc populum, uirumq; præstantem prorūpere, uti ad nos festines, rogamus. Heu quanti morbi his ingruunt, qui bonis perfluunt, quantum enim antehac Democritus sapientiæ acumine pollebat, tantum nunc mentis ictu periclitatur, maleq; afficitur, cæteri autē Abderitani quotquot sunt, rudes quidē sunt, sensum tamen communem, & mentem habent. Quinetiam nunc prudētiores, & perspicatiores sunt ad huius uiri sapientis morbum & discernendum, & diiudicandum, qui antehac imprudentes habebantur. Cum Aesculapio igitur patre uenito, cum Herculis filia Hepione, morborum ue sedatione uenito, cum Aesculapii filiis, qui ad Troiam militaruut, uenito, nunc Phænia morborū remedia tecum afferens uenito, terra nanq; melius, & feracius nunquam alias radicum fructus, & herbarum remedia, & malorum auxilia tulit, nunquam terra

ferme

ferme flores insaniæ remedia fœcundius, montiumq; uertices tulerunt, quam nunc ad Democriti salutem, & sanitatem. Vale.

Hippocrates senatui populoq; Abderitano salutem, & gaudium dicit.

C Iuis uester Amelesagores Coum uenit, casuq; tūc, & eo die Virgæ resumptio, & replantatio fuit, uti scitis anniuersaria nobis celebratio, conuentus, celeberrimaq; pompa ad cupressum, quam consuetudo est omnibus, qui adsunt deo deducere. Sed cum & ex uerbis & aspectu festinare Amelesagores uideretur, persuasus negotio, quod urgebam, peracto literas uestras perlegi, ualdeq; miratus sum, quod adeo de unius hominis salute ciuitas tanquam unus homo angeremini, & tumultuaremini. Populi felices ꝓfecto sunt, qui bonos uiros, & sapientes sua tutamenta, & defensacula esse ducunt, non mœnia, non turres, cæteraq; propugnacula, sed sapientum uirorū sapientes mentes, & consilia mihi profecto persuasi deorum gratias, & munera liberales artes esse, homines autem naturæ opera. Quamobrem o uiri & ciues Abderitani ne mihi succenseamini, si mihi uideor nō uos, sed naturam ipsam me uocare, uti eius figmentum, & opus periclitatum ne præ morbo pereat, & cadat, caueam, restituam, & cōseruē. Quare præ uobis nunc ego naturæ, diisq; auscultabo, Democritūq; affectum curabo, siquidem & hoc morbus est, & nō deceptio, & error, qui uos cæcutire, & hallucinari faciat, quod equidem opto quod maius erga illum benignitatis, & amoris uestri signum erit hac suspitione, & timore uos adeo commoueri, & perturbari. mihi uero cum accessero nec natura, nec Deus, nec uos argentum polliceatur. Quamobrem uiri Abderitani ne me cogite hoc capere, sed artis liberæ libera esse opera finite. Nam mercede, præmiisq; capti disciplinas seruire cogūt, & ex pristina libertate quasi captiuas reddunt. quod utinam sicuti par esset, mentirentur tanquam de magno morbo, & negarent tanquam de paruo, polliciti q; non irent, rursusq; non uocati non accederent. Misera quidem est mortalium uita, quod eam penitus totā tanquam hybernus flatus, & uentus infœcunda, inutilis, non ferenda perreptat, & penetrat auaritia, & argenti cupiditas, ad quam cum omnes medici æquo passu accelerent, utinam scirent eā difficilius curari, q̃ furoris, & insaniæ morbum, quæ tametsi diuina, beataq; censeatur, tamen malus est morbus, maleque afficit. Siquidem censeo morbos & animi omnes affectus uehementes, esse furores, qui in mentibus nostris quasdam opiniones, & imagines suscitant, de quibus qui uirtute perpurgatus sit, liberatur & sanatur. Si quauis autem uia ditescere uoluissem o uiri Abderitani, decem talentorum causa non uenirem ad uos, sed magnum Persarum regem petissem, ubi plenæ beatarum opū urbes ad me uenissent, quo malam pestilentiam ab sese depellerem, sed hostē Græciæ pro-

Quid Hippocrates Abderitanis.

Amelesagores Abderitanus.

Quid sint docti homines suis urbibus.

Spernit pecunias.

Disciplinæ liberæ sunt.

Qualis auaritia.

Pecunias bono modo parandas esse.

Quo hostes debellauit.

uinciam negaui me uelle malo morbo liberare, qua re, quantū in me fuit, prælio nauali barbaros debellaui. Quod si pudendas opes ab rege cepissem, has tanquam heliopolim, & machinamentum ad urbes Græciæ capiendas, & expugnandas contulissem. Diuitiæ uero non sunt, quæ undiq; & quouis modo comparantur, magnum quid profecto sunt uirtutis sacra, non sub iustitia latentia, sed in aperto sese proferentia. Nonne scis? par scelus esse, hostes seruare, & amicos præmio curare. Sed nostra o popule Abderitane non sic habēt, morbis quidem non fruor, nec gaudeo, nec per uota, & libenter. Democriti mentis alienationem, sed moleste audiui, qui si ualet, & sanus est, & saluus, amicus erit, si languet, a me curatus, amicior fiet. Nam eum seueris, firmis, solidisq; moribus præditum esse audio, ac urbis uestræ ornamentum. Valete.

Pulcra comparatio.

Hippocrates Philopœmeni salutem, & gaudium dicit.

Philopœmon Hippocratis hospes Abderis.

q

Vi tuæ ciuitatis mihi literas legati, & tuas reddiderunt, te quidem mihi pollicente & offerente hospitium, cæteraq; uitæ commoda. Valde lætatus sum secunda fortuna, utinā ueniamus, nam quantum ex tuis literis percœpimus, meliori spe ueniemus, cum hominem hunc non insania, sed animi quodam robore, & uehementi destinatione & ualetudine ductum scriptione uestra demonstratur liberorum, uxoris, cognatorum, rei-familiaris, & alterius omnino curam nullam habere, diesq; & noctes solum apud sese degere, plerunq; autem in speluncis, sub amœnisque arborū umbris, uel in tenellis, & mollibus herbis, uel ad aquarū crebra, & quieta fluenta. Quæ quidem plurimum atra bile uexatis, & melancholicis eueniūt, nam quandoq; taciturni sunt, solitarii, locaq; deserta frequentant, hominū congressum, cognatorum aspectum tanquam alienorum auersantur, quod magis euenit disciplinarum studiosis, cæterasq; curas præ una sapiētia a sese abigūt, & contemnunt tanquam seruos, & seruas per domos contendentes, & tumultuantes comprimūt, & sedāt, tāquam cum his subito herus, uel hera comparet, timentes quiescunt, & sedantur. Similiter & cæteri animorum affectus, qui hominibus malorum sunt ministri, cum sapientiæ species, & aspectus sese obtulit, cætera ueluti mancipia spernit, & abigit, Speluncas insuper, & quietem appetunt non penitus insani, sed ii qui humana negotia contemnunt, tranquillitatis appetentia. Cum enim mens curis externis, & tumultu perfracta, & delassata corpus quieti dare uoluerit, statim tūc illud in quietem declinat, mens ipsa postea erecta, & experrecta ad sese redit, ueritatisq; locum circūspicit, quo nó pater, non mater, non uxor, non liberi, non fratres, non cognati, non serui, non fortuna, non omnino quicquam turbā iniiciens sese cóferat, perturbātia enim omnia præ timore exclusa absistunt, præq; eorum reuerentia, quæ illic habitant,

Qui censeat Democritū ualere.

Studiosos describit.

tant,propius accedere non audent.Nam locum illum disciplinæ habitant,doctrinæ,liberales artes,cunctæ uirtutes,numina,Dii,cõsilia,sensus,magnus axis,polus ue,locumq; hunc sidera plurimum sese mouentia coronant,quo fortasse Democritus præ sapientia cõmigrauit.Deinde cum non amplius, qui sunt in urbe uideat,utpote qui procul a uulgo peragret,ob hancq; solitudinis appetentiam insanire putatur,quod Abderitani pecunia,& argento deprehendere student,quoniam Democritum non intelligunt, nec cognoscunt. Tu uero philopœmon amicorum optime,hospitium nobis parato,nam urbi perturbatæ turbam præbere nolo,cum te quemadmodum scis,uetustum hospitem habeam. Valebis.

Hippocrates Dionysio salutem,gaudium ue dicit.

Dionysius Halicarnasseus alius ab nostro historico.

El nos Halicarnassi expectato,uel ad nos o amice ante uenito,summa nanq; necessitate,festinantiaq; Democriti causa mihi Abderam eundum est,ad quem languentem, & affectum urbs Abderitana me uocauit,quæ ob sui ciuis langorem adeo mihi affecta uidetur,uti magis ipsa curationis egeat, quandoquidem o Dionysi communis hic eorum affectus tanquam unius animi,& corporis omnem humanũ affectum,& langorem superat.Quod in eo morbum esse non puto, sed immẽsam doctrinam, quæ reuera nimis magna non potest esse, sed quæ rudibus, & ignaris uideatur, siquidem uirtutis magnitudo nunquam nocuit. Morbi nanq; opinionem hoc creauit,quod superabundare uideatur ob eorum, qui cẽsent, & iudicant,ignorationem & inscitiam.Quisq; enim censet, & opinatur illud in aliis superfluum esse,quod ipse non habet,quemadmodum timidi,& imbelles fortitudinem nimis magnam,& immensam esse dicunt,& auarus animi magnitudinem,& liberalitatem,uirtutisq; defectus omnis commensum modũ superare,& superuacaneum esse putat.Nos autem cum eum uiderimus, uerbaq; eius audierimus cũ præmonitione,quæ nobis inde fiet,melius dignoscemus. Tu uero Dionysi ad nos festinato, uolo enim te donec rediero patriæ meæ præesse.Nostrorum omnium,& in primis nostræ urbis curam habeas, nam ex contingentia hic annus sanus est,pristinamq; naturam habet,& seruat,nec morbi multi uexant,quare uenito.Domum uero meam tibi commodam,& opportunã habitabis,muliercula enim mea hac mea absentia,& peregrinatione apud parentes manebit,tamẽ & eius mores obseruabis uti hac sui uiri absentia probe degat,nec alios uiros cogitet,aut quæritet,hactenus tamen pudica fuit, parentesq; habuit ciuiles, & probos,patrem uero uetulum,sed seuerũ, mirificeq; nequitias perosum.Fœmina tamen semper eget sese in continentia,& pudicitia continentis, suapte nanq; natura nequitias insitas habet, quæ nisi quis in

Suo loco hunc præficit.

Quid de feminis sentiat,uideto.

dies comprimat,tanquam arbores stolones emittunt,pullulatq; materiatio. Parentum tamen amorem,curamq; in huius femellæ custodiam diligentiorem ratus sum fore,non enim sicuti cum his,sic & cum hac benignitatis,& beneuolentiæ desideriũ habitat,& degit. Quapropter admonitiones sæpe denigrat, contemnit,& auersatur, siquidem in omni re prudentius,& probius est, quod magis expers est,& minus afficitur,utpote præ beneuolentia, benignitate, & amore,minus perfractum cum sit. Vale.

Hippocrates Damageto salutem,& gaudium dicit.

Damagetus Rhodius.

Quam nauem ab hoc petat,et cur

Cum apud te o Damagete Rhodi fuissem, nauem illam cũ Solis signo pspexi, quæ mihi perpulcra uisa est carina, & puppe optima,forulosq; amplos habere,tuq; eius compages laudaueras,quod celer esset,tuta,bene compacta, facileq;,& bene regeretur, quodq; eius nauigationis uelox, & tutus cursus esset,hanc ad nos mittito,sed prius si fieri possit,non palmulis,& remis,sed alis præmunito. nam res, & amor urget,festinareq; me cogit,uti q̃ celerrime Abderã pernauigemus,perueniamusq;. Nam urbem eam languentem propter Democritum morbo affectum curare uolo,si unquam de aliquo uiri huius decus,& famam audisti. hũc eius patria furere maleq; insanire insimulat. Profecto uolo,potiusq; opto hũc non uere mente captum esse,sed potius illos hoc opinari. Semper aiunt, & in omni re ridet,signũq; hoc illis insaniæ uidetur. quare nostris amicis,qui Rhodi degunt dicito semper uti modum seruent,ne ue nimium rideãt, nec nimiũ tristes,& seueri sint,uti his gratiosissimi sint,& esse uideantur,his autem uirtutis amatores,curatores,& indagatores. nam in unoquoq; hoc malum est, o Damagete,si nimium rideat. Nam si non seruare modum in rebus quandoq; malum est,& turpe,semper aũt peius,& turpius est,dicamq; o Democrite, si quis afficitur,moritur,perimitur,siq; urbs aliqua obsidetur,rides,quicquid ue mali cadit,quicquid quisq; agit,materiam risus tibi præbet. Cum Diis pugnare nolito,si cum hæc duo in mundo sint lætitia,tristitiaq; alterum a te pepulisti. profecto beatus es,sed fieri non potest,si nec mater tibi languet,nec pater,nec præterea liberi,uel uxor,uel amicus. sed si propter tuum risum conseruantur, cætera cuncta felix es. Sed si quis languet,rides,si quis moritur,gaudes, si quid mali audis,exhilararis,pessimus es o Democrite,proculq; ab omni sapientia,si hæc non censes esse mala. Tristis ergo Democrite esto,& atra bile agiteris, si minus,in periculo es,ne & tu Abderitanus esse censearis, & urbs prudentior habeatur. Sed de his quidem Damagete illic diligentius differemus. Nauis autẽ, & tempus,quo hæc ad te scribimus,& mittimus,nos moratur. Vale.

Modum in rebus non seruare malum,et turpe est.

Quid Democrito dicturus sit.

Hippocrates

Hippocrates Philopœmoni salutem,& gaudium dicit.

Vm mente peruolutarem,summaque cura super Democriti re disquirerem,nocte quæ eum diem secuta est, quo uestras literas acceperam,aurora iam incipiente cum uix dormitarem,mihi sese hoc insomnium obtulit, quod certum, & uerum fore puto,confestim nanque mirandum in modum expergefactus sum.Nam Aesculapium uisus sum mihi uidere cum iam ad ipsas portas Abderitanas peruenissem non eo habitu,gestu,lenitateque qua eius imagines uideri consueuerunt, sed experrectus,commotoque similis,reuerentiorque , & magis timendus , & forma augustiore q̃ꝫ antea alias uidebatur,duoque eum dracones sequebantur serpentium modo eleuati,& superbi,longoque tractu & ipsi festinantes, uisuqꝫ horrendi,quemadmodum in solitudine,& in curuis uallibus subsibilantes obuiantur.Comites autem pone,longeque subsequebantur , cistasque & pixides medicamentorũ plenas clausas ualde gestabant.Deinde manum Deus ipse mihi porrigebat,quam lubens,& impiger prehendebam,rogabamque mecum uti ueniret,meque in hac curatione ne desereret,qui nihil mei nunc eges ait, sed hæc te hospitio suscipiet Dea mortalium,& immortalium communis. Conuersus ego femellam pulcram,magnam,negligenter indutam,palliatam, pellucentem uideo, pellucebant enim eius oculi,clarum,& purum lumen emittebant,uti stellarum splendor uideretur.Deus quidem separatus a nobis abiuit, femella uero hæc me leni quodam tenore manu prehendit , mihique studens per municipium ducebat.Cum uero prope hospitium fuimus , quo mihi diuertẽdum esse uidebar,discessit ceu simulachrum quoddam,& Phasma solum hoc dicens cras apud Democritum te conueniam,qua uti discederet conuersa, quæso te inquam optima,quæ nam es,quamqꝫ te nominabimus,quæ Veritatem ait,hæc uero quam uenire uides,Opinio uocatur.confestimqꝫ alia quædam mihi comparuit,non alia quidem,nec eadem,tamen audentior,& seuera magis uidebatur.Qui cum surrexissem,somnium mihi ipsi interpretatus sum, Democritum non egere medico.nam unde medicorum Deus ipse discederet tanquam curationis materiam non haberet,stultum est eo medendi causa quẽquam accedere.Quare ueritas quidem a Democrito est sanum eum esse , sed opinio est eum sanum non esse reuera ab Abderitanis est . Quæ uera quidem esse credo Philopœmon,& sunt,non enim somnia non agnosco, quæ præsertim ordinem seruant . Medicatio nanqꝫ & uaticinatio cognatæ sunt inter sese, quandoquidem & harum duarum artium pater , & auctor est Apollo , proauusque noster præsentes,& futuros morbos prædicebat,& affectos,& afficiendos curabat. Vale.

Philopœmoni somnium narrat.

Aesculapius per somnum uisus.

Phasma.

Veritas, opinio.

Pater medicinæ, et uaticinationis est Apollo.

Hippocrates Crateuæ salutem,& gaudium dicit.

Crateuas herbarius.

SCio te amice herbarium optimum esse & propter exercitationem & propter maiorum tuorum decus,& præstantiā, uti nihil differas,& inferior sis proauo tuo Cræua. Quare nunc si unquam alias quantascunq; & quam optimas herbas poteris,colligito,& ad nos mittito. nam ad uiri unius curationem nobis eundum est necessario,qui urbis unius instar est,qui Abderitanus quidem est,sed Democritus. nam eum affectum esse dicunt,purgationisq; admodum egere,cū insaniat. Ne medicamentis utamur,opto,quemadmodū & confido non opus fore,tamen me undique munitum,& paratum esse cōuenit.Herbarum enim negotium sæpius apud te miratus sum,naturamq; rerum omnium,& ordinem,terræq; ipsius sanctissimum solum,de qua cuncta animantia,plantaria,arbores,alimenta, medicamenta,fortuna,diuitiæq; ipsæ pullularent,dum ne in ea locum,ubi consisteret,auaritia haberet.nunquam enim Abderitani me tanquam medicum præmio conductitium putarent,& arguerent,decemq; talentis tanquam esca allectassent.Si uero Crateua radicem amaram auaritiæ secare posses,uti nullæ reliquiæ remanerent,probe scito quod una cum hominum corporibus & animos affectos curaremus,& purgaremus.sed hæc in uotis potius habeto. Tu uero nunc montanas herbas,& altis tumulis natas nobis colligito,nam firmiores, & robustiores sunt,acrioresq; & uehementiores,q̄ aquaticæ propter terræ densitatem,& aeris tenuitatem.Flores tamen earum,quæ secundum lacus, stagna, paludes,fluuios,riuos,fonticulosq; nascuntur, colligito, quas imbecillas, nec multi roboris,succiq; dulcioris esse duco.Succi autem omnes,ius, lac ue, qui inde manant,uitreis uasis ad nos deferantur,folia uero,flores,radices fictilibus nouis optime clausis,ne uaporent,& exhalent,medicamque uim omnem perdant.Quamobrem ea nobis quam primum mittito, tempus enim anni commodum est,necessitasq; dictæ insaniæ urget.Nam ab omni arte aliena est perendinatio,& procrastinatio,potissimumq; a medica,in qua comperedinatio, procrastinatio,prætermissioq; uitæ periculū,& animæ est.temporū enim occasiones medelarū sunt animæ,quarū negligēs obseruatio,& custodia finis est. Democritū tamen & sine medicina credo,speroq; sanū esse.Si præterea naturæ,uel tpis,uel alicuius occasionis error aliqs fit,uel causæ,mortales enim nos multa latēt,& p̄tereūt utpote ueritatis exactæ,& rerū nō penitus pspicaces,qm̄ obscurū est,q̄ uires cōgregent,nō em̄ periclitāti satis,q̄ possumus sūt,sed & q̄ nō possumus expetit,quasi q cōtra duos exercitus pugnet, humanū qdē unū, artis uero alterū,quorum hic quidem non patet,qui uero scientiæ, & artis est, definitus est,& patet. Quibus utrisque fortuna secunda ue sors opus est, certa enim nulla coniectura est in purgationibus timore eorum, quæ intrant. nam

Vellet auaritiæ radicem tolli.

Herbarum,foliorum,florumq; uires.

Mortales multa ignorant.

Languentes plus expetunt,quam medicus possit.

nam uentriculi, stomachi ue malignitatem cognoscimus, subnotamus, uidemusq;, commensumq; medicinæ modum & potius ad ignotam naturam metimur, & coniectamur. Non enim una est, & eadem rerum omnium natura, sed diuersa tametsi quod sibi consentaneum est, & commodum ascifcit, determinat, & definit. Quandoq; etiam plurima serpentia, uenenataq; malũ uirus herbis iniecerunt, circumq; spiritu, anima, & aura interiore hiãdo pro auxilio malignitatem inspirarunt. Quinetiam si quædam infectio, malus odor, ferinus, uenenatus ue, externus & alienus comparuerit, cum pullularet, seu ars casu aliquo uia recta declinauerit, & errauerit. Certiores præterea, firmioresq; semper purgationes sunt, quæ ueratro, helleboro ue fiunt, quo Melampus ad Prœti filias, Anticyreusq; ad Herculem purgandum usi fuisse traduntur. Vtinam nullo horum nos ad Democritum utamur, sed illi potentior medicinis omnibus sapientia finem faciat. Vale.

Veratrum cæteris præponit. Melampus Prœti filias eo purgauit, Herculem Anticyreus.

Hippocrates Damageto salutem, gaudium ue dicit.

Damageto nauẽ remittit, et quid apud Abderitanos egerit, narrat.

HOc illud Damagete fuit, qđ putaueramus, Democritus nõ delirat, sed cũcta supsapit, nosq; sapientiores, prudentioresque, & temperantiores reddidit, per nosq; cunctos homines, tibiq; amice nauem Aesculapii reuera remisi, quam nobis miseras, & quidem sanam, & incolumen cum Solis signo, siquidem reuera deo coadiuuante uelo cucurrit, dieq; Abderam peruenit, & pernauigauit, quo scripserã me peruenturum. Pro portis quidem Abderitanos omnes una expectantes offendimus, nõ solum uiros, sed & feminas, quin & senes, pueros, & infantes per Deos tristes tanquam Democritus insaniret, qui tunc mihi uisus est reuera sapientia, & philosophia cũctos mortales superare. Qui cum me uidissent, aliquantum respirare, & ad sese redire uisi sunt, & optime sperare. Philopœmen uero me in hospitium ducere uoluit, quod & illis decretum erat. Tunc autem inquam o uiri Abderitani, nihil mihi prius agendum est, q̃ ut Democritum uideam, qui cum hoc audissent, probarunt, & lætati sunt, meq; statim per forum duxerunt, plurimi nos sequebantur, multi præcurrebant, nonnulli utrinque decurrebant clamitãtes o Iupiter seruato, adiuuato, medicato. Quin ego eos bene sperare, & bono animo esse iubebam, quod fortasse nullum inesset malum, siquidque inesset, paruum esse, curatuque facile temporibus etesiis fretus, simulque hæc dicens pergebam, cum domus eius non procul esset, quin potius urbs tota, quæ nanque aderat; cum secundum mœnia habitaret, qui me placide, & quiete illuc ducunt. Post quandam turrim altus tumulus erat proceris, & frondosis populis opacus, Democritique illinc conciliabula, & sedilia

Populi Abderitani anxietas.

Democriti secessus, et studiorum descriptio.

conſpiciebantur, Democrituſq; ipſe ſub quadam ramoſa,& humili Platano ſella lapidea conſidebat ſolus,admodum pallidus,macilentus,barba promiſſa ſuperiore tonſa,craſſa lodicula conuolutus.Secundum autem eum dextra parte tenuis quædam aquula decliui tumulo defluebat placide murmurans. Fuit uero ſuper tumulum illum,quantum coniectura ſuſpicari licet, lucus quidam Nympharum ſedile circũuallatum arboribus,uitibuſq; ſponte natis.Democritus autem ipſe compoſite,& honeſte conſidebat,ſuper genuaq; uolumen habebat,& utrinq; alia patentia,& parata, multaq; animalia diſſecta cumulatim ſtrata erant,qui modo intentus continenter ſcribebat,modo placide,& quiete admodum perſiſtebat,ſecumq; muſſitabat. Deinde uero non multo poſt hæc peracta cum ſurrexiſſet deambulabat,uiſceraq; eorum animaliũ perſcrutabat, rimabatur,& perſpiciebat,cumq; ea depoſuiſſet,reſidebat.Tum autem Abderitani mœſti fere lacrimantes me circunſiſtunt.Hippocrates aiũt Democriti uitam perſpicis,quamq; ualde inſaniat,uti quid uelit,aut faciat,neſciat. Quidãq; eorum cum mihi uellet magis eius inſaniam demonſtrare, poſtquam clare uociferatus eſſet,lacrimauit,& luxit femellæ ſimilis liberorum mortem lugenti uiatorem agens,quod agebat,& geſtabat alius dimittens, & perdens ſubſecutus eſt.Quæ cum Democritus ſubauſcultaſſet,partim ſubſannauit, partim riſu exagitauit,nihilq; amplius ſcripſit,caput autem crebro quatiebat. Tunc ego uos Abderitani hic manete,dixi,propius ego accedã, uerbaq; eius ſubauſcultabo,corpuſq; cum uidero,huius affectus ueritatem dignoſcam.Cum hæc dixiſſem,placide,ſenſimq; deſcendi,nam locus altus erat, & præceps, uix igitur greſſum confirmans,& inhærens deſcendebam.Caſu cum propius acceſſiſſem eum offendi neſcio quid attente,diuineq; celeriter ſcribentem, propterea gradum continui,ceſſationiſq; tempus opportunum expectaui. Qui paulo poſt meum acceſſum cum ſtilum depoſuiſſet,a ſcripturaq; ceſſaſſet,me ad ſe uenientem aſpexit,ſalueq; hoſpes dixit,& ego,tu quoq; plurimum Democrite hominum ſapientiſſime.Qui ueritus,puto quod me non ſalutaſſet nomine,te autem ait quo nomine uocabimus,tui nanq; nominis ignoratione te hoſpitem nominauimus.Hippocrates medicus inquam appellor. Num ne ait, nobilitas illa Aſclepiadarum?plurimum quidem decus tuæ in medica arte ſapientiæ, & peritiæ peruagatur,ad noſque peruenit,quæ nam amice cauſa,neceſſitas ue huc adduxit,primum tamen ſedeto,cernis enim quam ſit non inſuauis, nec procul ab amœnitate hæc foliorum,& herbarum ſella,quam uiridis,quam mollis.lubentius ergo ſedeto fortunatorum,& beatorum,opulentorumq; ſellas aſpernãdo.Cũq; cõſediſſem priuatũ ne an publicũ ait,negotiũ agens, & tractans huc ueniſti?clare nobis diſſertato,nam & nos,quatenus poterimus,te adiutabimus. Quin aio reuera tua cauſa huc uenio,te uirũ ſapiẽtẽ uti cõueniã,& uideã,cauſam etiã aliquã & patria habet,cuius legatus ſum.qui dixit primũ noſtro hoſpitio uteris.Quem uti per omnia tentarem,tametſi mihi clarum erat non inſanire,

Hippocratis aduentus ad Democritum.

Democritus quid ab Hippocrate petat.

ſanire,dixi Philopœmenem ciuem ueſtrum cognoſcis,noui inquit, Damonis filium dicis ſecundum fontem Hermaida,& Mercurii habitantem.Hũc ipſum inquam,cuius ſum paternus hoſpes peculiaris, ſed tu Democrite nos potiore hoſpitio ſuſcipe,quæſo primum dicito,quid nam ſcribis?qui cum paulũ ſeſe cõtinuiſſet,de furore,& inſania,mania ue dixit,ſcribo,pater & rex Iupiter aio, quam opportune contra urbem ſcribis, quam urbem ais Hippocrates ? dixit. Sed ego Democrite nihil aio,quo pacto mihi hoc excidit,neſcio. tu uero mihi dicito quid nam de inſania ſcribis,num ne aliud niſi quæ nã ſit,& quid quo pacto hominibus fiat,& gignatur,cumuletur,creſcat,minuatur. Hæc, inquit, animalia,quæ hic uides propterea ſeco,non Dei opera peroſus,ſed fellis, bilis ue naturam,& ſitum diſquirens, nam hoc eſſe plerunque cauſam inſaniæ ſcis, cum in hominibus redundat, ſiquidem naturaliter in hominibus eſt plus, minus ue nonnullis. cum enim modus eius ſuperat, tunc morbi fiunt, & aduentant tanquam materia ſubſiſtẽte modo bona,modo mala. Tum per Iouem inquam Democrite,uere ſapienterque dicis.quare te beatum, & felicem eſſe duco,cum tanta quiete,& otio frueris,nobis autẽ huius rei participes eſſe non permittitur.quoniam aio,uel res familiaris uel agricultura, uel pignora, liberi ue,uel lucella,uel morbi,mortes ue,uel ſerui,uel nuptiæ,talia ue multa hãc facultatem,& opportunitatem nobis abſcindunt,& auferunt. Tum quidem hic bonus uir ad ſuam conſuetudinem delatus eſt,& deuenit,multumque riſit, ac reſedit,& quieuit.Tum inquam Democrite,quid rides ? num ne quod boni, uel mali quid dixerim?qui magis adhuc riſit,proculque ſpectantes Abderitani caput nonnulli quatiebant,frontem aliqui percutiebant,quidam crines, capillos ue conuellebant.nam quemadmodum mihi poſtea dixerant,maiore riſu tunc uſus fuerat,quam unquam antea conſueuiſſet.Tum inquam Democrite ſapientum optime,& ſumme cauſam huius tui affectus ſcire ſummopere cupio,num ne tibi riſu dignus uideor,uel quæ dixeram?quod cum de te didicero,ab hac cauſa,& errore deſiſtam, uel tu de me monitus, & reprehenſus riſus hos importunos compeſcas.Hic autem inquit me ſi redarguas,medicinam redargues,& medicabis,& curabis,ſanabis ue,quam nemo unquam Hippocrates.Quomodo inquam ſumme,& optime ſapientum,non merito reprehendaris,uel quo pacto non putas turpe,abſurdum,& importunum eſſe mortem hominis ridere?uel morbum,uel inſaniam,maniam ue, & melancholiam bilis ue atræ concitationem,uel cedem,& iugulationem,uel aliud peius,uel contra nuptias,celebrationes,conciones,cœtus,conciliabula,mercatus,nundinas ue, liberorum ue procreationem,& naſcentiam,uel Deorum cerimonias, & myſteria,uel magiſtratus,principatus ue,honeſtationes,& honores,quicquidq; omnino,qđ bonũ ducitur.nã qđ mœſtũ eſt,& miſeratione dignũ, rides,qđ lætitia,ſil'r, nulla uti apđ te ſit boni,mali ue diſcretio.Qui ait hæc optime,& uere dicis Hippocrates,ſed tñ mei riſus cãm adhuc nõ tenes, quã cũ ſciueris certo

Democritus quid ſcriberet,dicit.

Cauſa furoris,Inſaniæ,morborũq; eſt bilis.

Quæ mortales uexent.

Cauſam riſus petit.

Democriti riſus reprehenſio.

ſcio te legatione meliorem medelam reportaturum,qua meum riſum patriæ, & tibi cures,& narres,cæteroſq; homines temperatiores, & prudentiores red/das,pro quibus,& me forſan uiciſſim medicinam doceas, cũ cognoueris quã to ſtudio mortales omnes negligenda,momentiq; nullius curent, uitamq; totã in his conterant,ridiculaq; conſectentur.Tum inquam te per Deos rogo mihi uti hoc diſſeras,ne mundus totus neſciat ſe languere,ne ue omnino nõ habeat, quo leget ad medelam,cum extra ſeſe,& mente captus ſit. Qui ſuſcipiens ait, multæ ſunt Hippocrates mundorum imperitiæ,& ignorationes, nullo modo naturæ opulentiam amice deſpicito.Sed hæc quidem ſuo,& opportuno tem pore Democrite me docueris,nam uereor ne cum hanc imperitiam diſſerta/ris,ridere incipias,tamen ſcito te huius tui riſus nunc uitæ daturum eſſe ratio/nem. Qui me placide,& uere proſpiciens,duas inquit mei riſus putas eſſe cau/ſas,& bona,& mala,unum hominem rideo plenum quidem ignorationis, ua/cuum autem recte factorum,ſtudioq; omni,& re pueraſcentem,laboreſq; im/menſos nullius utilitatis cauſa capeſſentem, terrarumq; orbem immenſum, & omnes eius receſſus argenti,& auri gratia peragrantem,nunquamq; ab hac re ceſſantem,uti plus paret,habeatq;,quo fit,uti qui hæc ſectetur,tabeſcat,& mi/nuatur,nec pudet ſeſe falſo dicere,& appellare felicem,& beatum,quod terra rum hiatus manibus uinctorum fodiat,& eruat,quorum plurimi terra ſoluta,& ſupercadente necantur.Quidam uero diutius in hac neceſſitate tanquam in pa tria,pœnaq; perpetua permanentes per pulueris ueſtigia aurũ, & argentum ri/mantur,& ueſtigant,cuius ſegullum indicium,& ramentum cum inuenerũt,ha/renam aliam aliunde excauant,terræq; uenas ſecantes matris glebulas ad opulẽ tiam ſemper egerunt,cum una,& eadem terra ſit,quam & mirantur,& calcant. Quantus riſus mittendus eſſet & in eorum ſuperuacaneum laborem, & in eos, qui terræ latentia ſectantur,& amant,quam liquido contumelia,& iniuria affi/ciunt.Quæ patet cum de uiſceribus eius canes quidam paſcant, & mercentur, quidam equos,quidam ex ea latifundia ſibi præfiniunt,& aſcribunt, aſciſcunt ue.Plurimis alii dominari cupiunt,& imperare,cum ſibi nequeant,multi cu/piunt uxores ducere,& feſtinant,quas paulo poſt eiiciunt.plurimi amant, poſt modum oderunt,multi liberos ſuſcipere,& generare cupiunt, quos iam adul/tos abdicant.quod nam malum,& ſuperuacaneum ſine ratione,& prudẽtia cõ ſilium,& ſtudium eſt?quod nihil ab inſania differt.Cognatos quidã bello per ſequuntur,& tollunt,ſolitudinem poſtea lugent,nunquam quieſcunt, quidam regibus,& dominis inſidiãtur,quidam homines necant. Terram quidã fodiũt, & excauant,argentum quæritant,quod cum inuenerunt,terrã mercari cupiũt, quam cum emerunt,fructus eius,& redditus diſtrahunt,quos cum diſtraxerunt, argentum rurſus congerũt,& captãt,qui in quantis mutationibus, & uitiis ſint, & uerſentur perſpicis,cum opes,& ſubſtantiam non habent,captant, cum ade/pti ſunt,abſcondunt,& euaneſcere faciunt.Derideo hos in iis rebus,in quibus male

Democriti riſus cauſa.

Democritus quæ derideat,aſpice

male agunt, produco risum in iis, in quibus mala fortuna utũtur. fas enim, & ueritatis iura prætereunt, & præuaricantur. Quidam inter sese contendunt, & rixantur, perpetuasq; inimicitias gerunt, contraq; parentes, fratres, & ciues, quæ faciunt ob eas res, & possessiones, quarum nemo mortuus herus est, & dominus, naturæq; iura spernunt, nefanda sequuntur, sese mutuo mactant, patriæ, & amicorum indigentiã despiciunt, & dissimulant, per nefas rebus non dignis, & inanimis ditescunt, & exornantur, totaq; re familiari, & substãtia statuas mercantur, quoniam loqui uidentur, eos qui uere loquuntur, oderũt. Præterea res non faciles, & uarias appetunt. nam cum terras, & continentem incolant, mare, & insulas cupiunt, cum mare, & insulas tenent, & colunt, continentis desiderio capiuntur, cunctaq; in suum usum, & utilitatem conuertunt, & metiuntur. Fortitudinem in bello laudant, cotidie tamen nequitia, & auaritia uincuntur, morbis adeo cunctis, & malis affectibus languent, & corripiunt. Cur ergo & in qua re Hippocrates meum risum reprehendas? cũ omnes sint in uita Thersitæ. suã enim stultitiam, & inscitiam perspicit nemo, sed alter alterum deridet, nã qui sibi temperati, & sobrii uidentur, ebriosos derident, quidam eos, qui amant, cũ ipsi morbo grauiore, & peiore laborent, quidam nauicularios, quidam colonos, & agricolas. nam artibus, rebus, & operibus discordant. Tum aio, Democrite, hæc quidem uera sunt, nec alia ratio, & oratio uerior est, & accommodatior, quæ mortalium miserias patefaciat, & nunciet, sed actiones, & negotiationes tanquam legum latores mortalibus necessitatem hanc imponunt struendæ, & regundæ domus causa, compingendæq; nauis, cæterarumq; reipublicæ administrationũ, quibus opus est, et melius hominem sese exercere, nõ eñ ad desidiam, et inertiam eũ natura procreauit. Præterea honoris ambitio, gloriæq; cupido late diffusa, et sparsa animum recta cogitantem, et dignoscẽtem in multis aberrare cogit, cum omnes summo studio mentem eo tanquam ad casum, signum, et finem dirigant, non tamen firmo tenore rem incertã, et obscuram sibi præfiniunt, et præuident. Quis nam Democrite dixi, cum uxorem ducit, diuortium, mortem ue cogitat, et sperat? quis ue similiter, cum liberos suscepit, internitionem, uel interitum? quin etiam nec quisquam in agricultura, nec in nauiculatoria, nec in regio imperio, et ducatu, nec in omnibus rebus, quæ in uita sunt, et uersantur sese aberraturum, ac inde casurum antea præcepit et cogitauit, quin potius in his quisq; optima spe pascitur, et est, peiora uero, et aduersa ne cogitat quidem, nec meminit. Quare caueto, ne risus hic tuus his importunus, et incommodus esse uideatur. Democritus autem ait mente, et ingenio tardus admodum es, longeq; Hippocrates a mea sententia distas, cum turbæ, et quietis præ inscitia modum non prospicis, nam siquis hæc prudenti sensu digerat, et ministret, facile ab his liberabitur, meumq; risum uehementer eleuabit, nunc autem tanquam in uitæ rebus commodis, homines mẽte læsi cæcutiunt, et hallucinantur, sensuq; ratione carente, motuq; non cõpo-

Stultitiam deridet, et auaritiã, inconstantiamq.

Quæ inter se discordent.

Quid ambitio faciat.

Cogitatio futuri rara est.

Prudentia quid facit.

ſito labuntur, difficulterq; docentur, cum ſola hæc admonitio ſatis eſſe debe/ret mutatio rerum omnium, quæ celeri uerſatione prorumpens ex improuiſo cuncta uerſat, & rotat. Homines uero tanquam in re commoda, certa, et firma ſtatuti paſſionum, et affectuum crebro aliter, atq; aliter prorumpentium obli/uiſcuntur cupientes nocitura, et triſtia, quærenteſq; non conferentia calamita/tibus plurimis peruolutantur. Si uero quiſq; pro uiribus, quæ facit, mēte prius agitaret, uitam ab omni caſu liberam, et immunem conſeruaret, ſeq; ſapientē, & gnarum redderet, ſuumq; iudicium, et prudentiam liquido dignoſceret, ſtu/diumq; infinitum in nulla cupiditate poneret, diſtenderet, moliretur ue, natu/ramq; ditem, et opulentam, cūctarumq; rerum alumnam, nutricem, et matrem per ſeſe cognoſceret. Quemadmodum enim in optima, ſecunda ualetudine, et habitu morborum periculum patet, et timetur, ſic et magnitudo rerum ſecun/darum fortunatarum ue fluxa, infirma, et fallax eſt. quod mortales in aduerſis li quido perſpiciunt, cum quidam uicinorum res præ malignitate deſpicientes pereunt, quidam nota, et patentia tanquam ignota, et non patentia non proſpi ciunt, quidam longam uitam ſibi promittunt, et proponunt per exempla præ ſentium, et præteritorum, quibus futura proſpiciūtur. Propter hæc rideo, quē riſum homines ſtulti, non prudentes pœnas improbitatis ſuæ dantes auaritia plenitate nulla ſaciati inimicitia, odio, inſidiis, dolo, inuidia(difficile eſt uer/bis multa machinamenta malignitatum expromere) non probāt. Quædam em̄ imperitia et in his eſt, doloſis implicationibus, mente tortuoſa, et ſenſu cum hominibus uerſantur. Modus autem uirtutis apud iſtos eſt, qui ſemper ad dete riora declinet, et tendat, mendacia ſiquidem amant, et exercent ſeſe uoluptatis appetentia, et amore perornant, legibus non parent. Meus autem hic riſus eo/rum auiditatem, et appetentiam diſcernit, et patefacit. Speciei uero, ſeu uiſus, et auditionis, auditus ue participes non ſunt, ſolo autem hominis ſenſu mouen tur, ſenſus illa uera perſpicatia procul eſt, et lucet, q̄ quod præſens eſt, quodq; futurum eſt, proſpicit, cuncta his diſplicent, ac ruſus, iiſdē proxime accedūt, eadem retractant, et exercent, nauiculatoriam auerſati, paulo poſt nauigāt, cul/tum agrorum a ſeſe qui pepulerunt, ſtatim rurſus agriculturam exercent, con/iugem qui abegerunt, rurſus alteram ducunt, liberos qui ſepeliuit, alios captat, et educat. Senium quidam optant, cum eo peruenerunt, dolent, et gemunt, ſta tu nullo firmam habent mentem. Principes, duces, et reges priuatum beatum eſſe ducunt, priuatus principatum, et regnum optat. Qui rempublicam regit, et tractat, opificem beatum ducit tanquam omni periculo uacuum, opifex au tem illum tanquam in omnia potentiam, et ius habentem. Quietis autē, et uir/tutis rectam uiam, puram, non aſperam, certam, non fallacem non cernūt, quā nemo perreptat, ſed contrariam capeſſunt, inacceſſam, tortuoſam, aſperam tan quam per compendia ferantur. plurimi uero cum ab ea diſceſſerunt, et erraue/runt, delaſſati, et anhelantes tanquam eos quis inſectatus ſit, ſubſiſtunt, poſte/riuſq;

Secunda fluxa ſunt.

Diuerſi hominū affectus quid agant.

Cōtraria optāt.

riusq; producti contendendo tandem perueniunt. Quosdam uero horum amores nefandi cubilis alieni distrahunt, corruptela impudenti confisos, & audentes, quosdam auaritiæ morbus immensus, & infinitus tabefacit quidam inter sese insidias moliuntur. Quidam per aerem uecti gloriæ, & ambitionis amore in profundum exitii scelere, & malignitate deducuntur. quidam arant, & fodiunt, quidam domum struunt. Quidam donant, & gratiam captant, deinde poenitentia ducti amicitiæ ius uiolant, & subtrahunt, maleque afficiendo ad inimicitiam deueniunt. cognationis ius quidam calcant, oppugnant, & frangũt. causa horum omnium est Auaritia. Qua nam ergo re hi ab infantulis differũt? quibus mens, & sensus sine discretione, & ratione inest, quicquid sese his offert, uolupe est. Si quid inter loquendum, & in uerbis inæquale, & quod non placeat, exit, irascuntur. quatenus autem a brutis & feris distant? nisi quod feræ in sua libertate, & peruicacia perseuerant, quæ satis sibi esse, & sufficere uidetur. Quis nam leo aurum in terra defodit & abdidit? quis taurus uti ditesceret, & plusq; socius haberet, depugnauit? quæ panthera, & pardalis uti se saciaret ab aliis sese separauit? Lupus uero cum quiduis cibi sese illi obtulit, necessitate, & fame coactus laniauit, cessat, & sedatur, sitit aper dum sese aquula saciauit. Homo autem dies noctibus coniungens nullum habet cœnandi, comessandi, sese saturandi modum. Concubitus quidem brutorum semel in anno certus ordo finem facit. Hic autem homo continua serie nequitiarum asili furorem habet. tum Hippocrates plorantem, quod ob amorem utiliter excludatur, non deridebo? Maxime uero risum produco, si quis uti periculum deuitet, per rupes, & prærupta, pelagiq; profunda feratur, nonne & illum deridebo? qui nauem mercibus multis onustam submersit? deinde mare reprehendat & incuset, qđ eam plenam demersit. quod quidem nullo modo ridiculum duco, sed exagitatione maiore, cuperemq; inuenire, quod eos magis molestaret, quin medicina nulla super his esse debuit, quæ pæonica medicamenta arte conficeret. Tuus ille progenitor Aesculapius Asclepios ue te admoneat qui cum homines seruasset, fulmine gratiam tulit. nonne uides & me in aliqua maleficii, & sceleris parte esse? qui cum insaniæ causam disquirerem, bruta macto, & seco, cũ hoc ex hominibus inuestigandum esset. nonne etiam uides, quod & mũdus ipse hominum odii plenus est, nam infinita contra eos mala congregauit. Totusq; homo ipse ab sua nascentia, & ortu morbus est, nutritus autem, & eductus inutilis est, & sui auxilii seruus. Cum uero creuit, insolens, & contumax est, manuum tractationem, & institutionem imprudenter, & stulte fugit, cum uiribus pollet, & uiget, audax est, cum defloruit, miserandus est, suosq; labores, & tempora sine ratione iactans, & digerens, nã talis de maternis locellis prosiluit. Propterea hi quidem æqui, iusti, legibus dediti, hi contra, hi autẽ iracundi, hi uero semper in calamitatibus, rixis, pugnis persistunt, hi autem in corruptelis, & adulteriis, hi in temulentia, & popinis, hi aliena cupiunt, hi autem in suarum rerum

Scelera detestantur.

Quid possit auaritia.

Per bruta hoc probat.

Coitus inexplebilis auiditas.

Aesculapii remuneratio.

Aesculapius cur fulminatus sit.

Homo morbus est.

Diuersitas naturæ humanæ.

Secreta si resupinentur, quid inuenietur.

distractione, & perditione uersantur. Potestas aliqua utinã accederet, quæ domos, & habitationes omnium resupinaret, & patefaceret, nihilq; tegumentorum interiorũ prætermitteret, omniaq; quæ intus aguntur, inspiceret, hos enim deuorantes, & potantes deprehenderet, hos uomentes, hos uerberibus distorquentes, hos aliis insidias molientes, hos uenena miscentes, hos suffragãtes, hos ratiocinantes, hos in amicorum accusationẽ subscribentes, hos gaudentes, hos ambitione, & gloriæ cupiditate mente captos, Præterea quædã altiores actiones sunt, quæ in animis reconduntur, partim adulescentulorũ, partim seniorũ, si quid ab his petas, negant. Pauperes si sunt, & ad opes perueniant, in tantam esuritionem, & auaritiam abeunt, uti fame consumantur, hi uero prodigi adeo sunt, uti etiam si uinciantur, bona diffundant. hi delicati adeo sunt, uti delitiis gestiant, cum multos pascunt. hi necant, hi sepeliunt, hi quæ habent, spernunt; hi maiora petunt. hi maiores actiones captant, & sperant, hi uerecundi nõ sunt, hi astuti, hi simplices, hi percutiunt, hi mactant, hi superbiunt, hi multum cogitant, hi nihil, hi uana gloria tolluntur, & uolant. Hi quidem equis assistunt, & student, hi uero canibus, hi hominibus, hi lapidibus, gemmis ue, hi lignis, tabellis ue pictis, hi æneis imagunculis, hi picturis, hi scripturis, hi legationibus, hi militaribus rebus, hi sacris, hi coronamentis, hi armis, hi occidunt, mactantur ue. Hi quidem horum sese ad pugnam naualem accingunt, & feruntur, hi ad rem agrariam, hi ad naues onerarias, hi ad senatum, hi ad concionem, hi ad forum, hi ad theatrum, hi ad fugam, & exilium, hi autem alio quoquã, hi quidem ad uoluptatem, & amœnitatem, hi ad intemperantiam, hi ad desidiã. Tanta ergo studia misera, & non digna cũ uidemus, quomodo nõ subsannabimus, & carpemus eos? qui tam incõstantem, & intemperantem uitam persequũtur.

Quæ homines mutent.

Diuersa hominũ natura, et studia.

Quanta sit hominum ingratitudo.

Quod cum ita sit, magnopere timeo, & puto hos ne hanc quidem tuam artẽ medicam probaturos. nam præ inconstantia, & omnifariam intemperantia his omnia displicent, sapientiamq; insaniam esse ducunt. Quin etiam suspicor, imo liquido audio tuam hanc disciplinam diuexari, & lædi uel inuidia, uel ingratitudine, uel malo eius usu. Nam languentes cum sani facti sunt, & seruati, morbiq; malignitatem euaserunt, Diis, uel fortunæ acceptum ferunt, plurimi etiam naturæ, qui de sese bene meritus est eum infense oderũt, parumq; deest, quin eum auersentur, putentq; se nihil ei debere, nihilq; eius opera usos fuisse, nihil eguisse. Plurimi insuper artis imperiti, & rudes, quod melius est, eleuant, peius eligunt. nam non sentiunt, nec sciunt, cui potissimum suffragentur, nec languentes, & patientes aperte confiteri uolunt, nec ii, qui eiusdem artis sunt, suo testimonio confirmare, quoniam inuidia obstat. Non ignarus ergo harum nugarum hæc dixi, quoniam scio te ad res non dignas deuenire, cum ob opes, tum ob inuidiam taxari, nulla siquidem firmitate, nec testimonio notio cõfirmatur. Qui cũ hæc dixisset, superrisit, mihiq; Damagete diuinus uisus est, priorem q; formam exuisse. Democrite inquam summe, & præstantissime hospitum,

Quid de Democrito sentiat, uideto.

tum, summis a te hospitalitatis muneribus donatus Coum patriam repetam. plurima siquidem tuæ sapientiæ admiratione compleuisti, præcoq; uerax tuæ humanæ naturæ redibo, quam uestigas, & mussitas, medicinamq; meæ mentis cum a te acceperim, discedam sic anni tempore, & hora poscente, corporisq; curatione. cras autem ad ea, quæ sequuntur, huc reueniemus. cum hæc dixissem, surrexi. Qui me uti comitaretur, paratus erat, sed cum quidam nescio unde superuenisset, libros clausit, celeriterq; ego ad reuera Abderitanos rediui, qui me in specula præstolabantur. Viri inquam, legationis, quam ad me misistis, plurimæ gratiæ uobis & aguntur, & habentur, nam Democritum offendi, & uidi, sapientissimum uirum, qui solus potest omnes homines sapientiores, & prudentiores reddere. Hæc quidem habui, quæ tibi de Democrito lætus ualde, & gestiens Damagete narrarem. Vale.

Democritus Hippocrati bene agere.

SVperuenisti nobis uti furentibus ueratrum daturus persuasus ab his stultis hominibus Hippocrates, apud quos uirtutis labor insania, & furor esse ducitur. tūc enim forte, & fortuna cum uenisti, de orbis, & mundi situ, & dispositione, axium, & polorū descriptione, quin & de cœlestibus astris & sideribus conscribebamus. Cum autem in his naturā nosceris, q̄ ualde hi populariter, importune mihi negotiū facesserent, quāq; procul ab insania, desipientiaq; forem, uidisti, meamq; naturam, & ingenium laudasti, sæuosq; & furiosos eos iudicasti. Nam imaguncu læ, quæ per inane, & aera uagantur, nos in errorē ducunt, & decipiunt, sed quæ cum mundo conspiciuntur, & una eademq; uersatione, & permutatione uertūtur, & fabrefacta sunt, mens nostra ea, naturamq; eorum disquirit, & in lucē perducit, quorum testes erunt a nobis conscripti libri. Quamobrem o Hippocrates cum his hominibus te ire, & uersari non decet, quorum mens læsa, & nō cōstans est. si enim me ab his persuasus tanquam insanum potionasses, in uerā insaniam decidissem, hiq; & te, & tuam artem damnassent tanquam meæ insaniæ causam. Veratrum enim sanis si detur, sensum, & mentem hebetat, non sanis uero ualde utile esse consueuit. Quod si me non scribentem offendisses, sed iacentem, deambulantem ue, uel mecum uersantem, & mussitantem, sæpeq; modo indignantem, modo ridentem in iis, quæ mente uolutarem, iisq; cognatorum, & amicorum, qui ad me uenirent, & salutarent, mentem nō adhiberem, sed mirandum in modum mente, cogitationeq; insistentem, & contemplantem Democritum profecto puto specie ea, & uisu insanire putasses, similemq; ex iis, quæ uidisses, insaniæ simulachro. Medicū quidem oportet non solum ex specie, & aspectu morbos, & affectus iudicare, & contemplari, sed actus, gestus ap

Democritus Hippocrati quid scribat, aduertito.

Cū superioribus hæc nō quadrāt.

Veratri natura.

Democriti uerba momēti alicuius.

petentias plurimum considerare,& recensere,morbusque numne tunc primum incipiat,medio ue loco sit,an finiat,differentiam,anni tempus, ætatem, quæ cum mature considerauerit,medelam morbo adhibeat,totumq; corpus,membraq; eius curet.nam ex his morbũ facile deprehẽdas,& cognoscas. Misi præterea tibi de insania,mania ue libellum. Vale.

DE MANIA INSANIA VE LIBELLVS

Libellus de insania.

q Vemadmodum in libello,qui de sacro morbo inscribitur, dixeramus,causa sontica furoris,insaniæ maniæ ue,cerebri humiditas est.cum enim humidius est q̃ suapte natura consueuit,necessario agitatur,quod cum fit, species, uisus ue, & auditus non consistit,sed crebro mutatur, alienaq; & uaria & uidet,& audit,linguaq; differit,quæ singulis momentis & uidet,& audit.cum uero cerebrũ consistit,& quiescit, homo resipiscit,pituita autem,& bile cerebrum corrumpitur, quod hoc modo dignosces.Pituita nanq; insanientes quieti sunt,nõ clamosi, nec tumultuosi. Qui uero bile insaniunt,semper aliquid agunt,maligni sunt,astuti, semperque mali quid moliuntur,nec unquam quiescunt,& otiosi sunt,si quidem continua serie furore agitentur & insaniant,hæ sunr causæ.Si uero metus, horrores,& timores accedant cerebro calefacto bile per uenas sanguinolentas in cerebrum penetrante,& mutatione fit.cum autẽ bilis uenas repetit,corpus quiescit,molestatur autem,æstuat,obliuiscitur cerebro præter tempus pituita refrigerato,præterque consuetudinem consistente. Cum autem subito cerebrũ per uenas iam dictas bile calefit,sanguine superbulliente somnia formidolosa uident,faciesque tanquam uigilet,flammescit,oculi rubescũt,mens aliquid mali semper facere molitur.hoc quidem in somno patiuntur. Cum uero sanguis rursus in uenas redit,& spargitur,quiescit.Peregrinationum autem,epidemiorum ue quinto tradidimus,quemadmodum illocutio fiat, aphonia ue, & ignoratio,seu agnœa,& deliratio,paraleresis ue,crebræque subreuersiones,seu hypostrophæ.Lingua autem exasperatur,& durescit,quæ nisi perluatur uerbũ promere nequit,& amarore uexatur,quod plerunque sanguinis missio per uenam discutit,potus aquæ,mulsum,ueratri potio.Qui hoc patiebatur, cũ non diu uixisset,finiuit.Quidam alius fuit,qui cum noctu potare uellet, tibicinam tibias inflantem horrebat,si audiuisset,die uero nihil mouebatur.

Qui pituitosi,biliosiq; insanientes dignoscãtur.

Citat hic epidemia.

Quid linguæ amaricië tollat. Tibicinæ huius timorẽ epidemia habent.

Hippocrates

Hippocrates Democrito bene agere.

Edicæ quidem artis recte facta, catorthomata ue plurimi hominum non penitus probant, Diis enim acceptum ferunt. si uero natura repugnans, & aduersata medicatum tollat, & soluat, tunc medicum accusant, & reprehendunt diuinum numen prætereuntes. Plus quidem reprehensionis q̃ honoris hanc artem nancisci propterea puto, quoniam eam nemo penitus nouit. Nam nec ego ad summum medicæ artis perueni, quanuis senex iam sim, nec ipse huius inuentor Aesculapius, nam & ipse in multis recãtauit, quemadmodum Scriptorum libri nobis tradiderunt. tua quidem epistola ad nos missa ueratri potionem reprehendit. Ductus equidem sum, & accersitus Democrite, tanquam insanũ te uti ueratro purgarem, nec sciscitatus sum quis nam esses, sed postquam te conueniens cognoui, non per Iouem desipientiæ negotium, sed rerum omnium conceptaculum deprehendi, tuamq; naturam, & ingenium ualde laudaui, & admiratus sum, naturæq; optimum interpretem, & enarratorem esse censui. Qui uero me duxerunt eos tanquam non sanos accusaui, nam purgationis, & ueratri potionis ipsi potius eguissent. Quandoquidem ergo casus suapte nos eo deduxit, te uti cognosceremus, optime feceris, ad nos si crebrius scripseris, tuorumq; scriptorũ participes feceris. Misimus autem & nos ad te libellum de ueratri purgatione, seu helleborismo. Vale.

Quare medicina damnetur.

m

Medicinam nemo perfecte nouit.

DE VERATRI PVRGATIONE SEV HELLEBORISMO

Hippocrates Democrito bene agere.

Vi non facile per superna purgantur, ante potionem corpora multo cibo, quieteq; madefaciant. Cum autem ueratrum potauerint, corpora magis commoueant, nec dormiant. quod autem agitatio, & motus corpora conturbet, & moueat, nauigatio demonstrat. Cum autem ueratrum magis agere, & purgare uolueris, corpora magis commoueto. Veratrum autem iis periculosum est, qui sanas carnes habent. Præterea qui post potionis purgationem non sitiunt, purgatio adhuc perfecta non est, nec ea prius cessabit, quam sitis aduentet. Conuulsio, spasmos ue post ueratrum letalis est, si in magna purgatione superueniat, malum est. Si in uentris motionibus, & purgationibus, & uomitionibus sponte factis, quemadmodum oportet, purgentur, confert, & facile ferunt, si minus contra. Quemadmodum præterea, in præscito, prognostico ue dixeramus, superna purgatio

Helleborismos.

q

Præscitum citat.

Veratri purgatio superna, et inferna quibus conferat.

his commoda eſt,qui cibos ſine febre auerſantur,cor uellicantur,caligant, os amarore uexatur,& uti in ſumma,& in uniuerſum dicamus, doloribus cunctis, qui ſupra præcordia ſunt,confert. Per inferna uero cum ſine febre tormina uexant,lumborum dolor,genuum grauedo,cum menſes non facile decurrunt,cũ dolores ſub ſæpto tranſuerſo ſunt. Cum uero ſic potionabis,urbanos,otioſos, pigros corpore plurimũ caueto, & obſeruato,maxime uero fuſcos,carnes humidas habentes,& ſubſiccas,balbos,& blæſos. Qui uero per morbi principia pituitoſa per potionem diſcutere,& diſſoluere nituntur, pituita creſcente nihil proſunt,quemadmodũ in libello de ptiſana dixeramus. crudus enim morbus cum eſt,nihil cedit,quæ enim morbo repugnant,& ſalutifera ſunt, contabeſcunt,debilitato ſiquidem corpore morbus ſuperat,languenteſq; non medicabiles facit. Veratro autem,helleboriſſato ue eos, quibus de capite deſtillat rheuma,purulentis ne dato,mali ue coloris,nec rauceſcentibus, nec lienoſis, nec exanguibus,nec uentoſitate laborãtibus,nec tuſſi ſicca,nec ſiticuloſis, nec uentris dolore uexatis,nec diſtento uentriculo,nec præcordiis,& ilibus, & ſcapulis diſtentis, laterumque dolore uexatis, nec torpidis, nec hebetius cernentibus, nec aurium tinnitu laborantibus, nec lotium non continentibus,nec arcuatis,nec uentriculo,ſtomacho ue non ualentibus,nec ficoſis, nec furunculoſis. Sin autem ueratro purgare uideatur,per ſuperna tutius purgabis, per inferna uero minime,quos cibis ualide nutricabis,& replebis. Quemadmodum autem in prædictorio dixeramus,ne cibaria auerſantes,& nigra ſuperuomentes,& deliros potionato. Præ dolore parum dormientes,lumina, & oculos audaces & patentes,uel reclinatos,tortuoſos ue habentes,turgidos,caligãtes,mali coloris,& diſcolores,nec febre æſtuantes,& præfractos, quemadmodum in libello de ptiſana dixeramus,ſeſamo miſtum,& ſeſamoides commode per ſuperna purgat. Potio autem eſt drachma,uel eius dimidium cum aceto mulſo,tertiam autem huius partem cum ueratro miſceto, & minus præfocat,ſtrangulat ue. Quod & longas quartanas purgat,& eos,qui longa, & moleſta febre uexantur,& eos,qui non ſitiunt,nec excreant,hoſq; non ante tria trinundina,quandoq; & laterum morbo laborantes,conuoluuloq;. Sicutiauté in libris de feminarum morbis dixeramus,ſi locelli purgationis egeãt, purgato.

Quibus ueratrũ non dandum.

Veratrum ſuperne tutius purgat.

Potionis ueratri quantitas, et modus.

Hippocrates

Hippocrates ad Thessalum filium.

Istoriæ autem & rerum cognitio fili tibi curæ sit, Geometriæ & Arithmeticæ. nam uitam tuam non solum illustrabunt, sed plurimum tibi ad res humanas usui erunt, quin & animum acutiorem, illustriorem & experrectiorem perficient, medicamque rem & cæteras res omnes iuuabunt. Nã Geometriæ cognitio cum multiplex sit, omniaque demonstret, & perficiat, tibi usui erit ad ossium situs, positiones, status, luxationes, repositionesque, membrorumque cæterorum ordinem. nam ad plurimam horum uersationem & tractationem & articulorum reparationem te peritiorem reddet, & ad ossium sese conterentium, & contritorum reparationem & refectionem & excauationem, compositionem, subtractionem, eductionem, medelamque reliquam huius rei usu peritiorem, cum uideris, & cognoueris locum unde os luxauit, & quod nam os sit, quod inde luxauit. Numerariæ uero, seu Arithmeticæ series, & ordo, febrium ad circuitus, mutationesque non rationales languentium, & morborum decretoria, fallaciam, & inconstantiam, cuncta tibi hæc sufficiet. Seueram hæc, & statam subministrationem in re medica habet, quæ tibi ad omnium partium, membrorum, morborum intẽsiones & remissiones optimam notitiam sine errore, & noxa præbebunt. Quãobrem summo studio ad huius peritiæ facultatem deuenito. Vale.

Quæ Thessalum filium Hippocrates discere uult.

Geometriam, et Arithmeticam cur.

SENATVS CONSVLTVM DOGMAVE SENATVS ATHENIENSIVM IN HIPPOCRATIS HONOREM ET IMMVNITATEM

S. P. Q. Atheniensium hoc uisum est. Quandoquidem Hippocrates Cous medicus ab Aesculapio oriundus maximam benignitatem & beneuolentiam Græcis omnibus cum salute demonstrauit cum alias, tum maxime cum de barbaris nationibus pestilentia per Græciam totam debacchare tur, per singula loca, discipulos misit, qui cũ omni medica facultate usi fuissent, pestilentiam sæuientem liquido pepulerunt. Quodque uti medicina Græcis a sese tradita tuto, & certo modo languentes seruaret, conscripsit, ediditque sine inuidia plurima uolumina, præceptaque de medica arte, cum plurimos medicos esse cuperet, qui homines a morbis liberarent & seruarent. Quodque Persarum rege ad sese eum accersente & pollicẽte honores, præmia, cõmoda, munera paria suis omnibus a se

Dogma Atheniẽsium in Hippocratem.

Pestilentia discipulis Hippocratis sedata.

se præbita,quæque Hippocrates ipse peteret, & optaret, quod barbari regis pollicitationes contempserit,& spreuerit,quod hostis,& communis omnium Græcoꝶ inimicus esset.Senatus ergo populusq; Atheniẽsis uti semper Græcis utilia præ cũctis elegisse uideatur,decentemq;,& dignam uti gratiam pro meritis referat Hippocrati,Senatui populoque Atheniensi uisum est, & decreuit magna sacra, & mysteria Cereris Hippocratem docere, & participem facere, quemadmodum Herculem Iouis filium,coronaq; aurea mille aureorum pondo coronari,coronamq; eam magnis Mineruæ quinquatriis, panathenais ue, certamineque gymnico publicari,puerisq; Coorum omnibus licere puerilem ætatem Athenis agere, & institui, quandoquidem eorum patria talem uirum produxit,ciuitateq; Hippocratem donari,publiceque eum in Curia,Prytaneo ue nutricari.

SIMVLACHRVM GENII HIPPOCRATIS SVPER TVMVLVM APPARENTIS CVM HIS VERBIS QVI EPIVOMIOS INSCRIBITVR

Figmentum hoc obseruato.

O multi,multarumq; urbium incolæ,summaq; dignitate cõstituti,commune nomen Thessali cunctis quidem hominibus acerba,& amara necessitate datum est,Fatorum statuta ferre. possunt enim quæcunq; uolunt, extorquere ui,& facere.Tametsi nunc ego imago cum mea prole,gemina coronata,supplex in Mineruæ ara sedeo,quæ nã sim iis, qui me non nouerunt,opus est dissertare. Hippocrates, o uiri probi,uel ei similis imago sum,non seuera,sed honesta,proba, & non contemnenda causa meme,liberosq; meos uobis huc sisto,uti cognoscatis,& sciatis,o plebs,& multitudo,uiriq; mihi familiares in multis,uti re uera dicamus,ueſtrũ ueſtrarumq; urbium plurimis amici cognoscimur,uti paucis absoluamus.Formæ uero, & figuræ nomen, & similitudo iampridem separata longius discessit,uideor tamen mea arte sanitatis,salutis,& uitæ causa multis hominibus fuisse,non iis solum,qui ueſtra incolunt,sed & Græcorum plurimis uobis finitimis cognoscimur.Quare uero tantum laboris,& negotii suscepėrimus, iam dicamus.Athenienses,o uiri Thessali,male habebunt,qui Coũ patriã,& metropolin nostrã diruerũt,maleq; tractauerũt,& usi sunt,locoq; seruulæ,seruitutisq; ea posuerũt,quæ libera sunt,quia maiores suos eã cõdidisse dicunt, belliq; iure sibi eam uendicauerunt,cognationemque non uerentur, quæ illis est cum Apolline,& Hercule,quæ quidem ad Aenion, Ionion ue, & Sunion eorum liberos

Captatio beneuolentiæ, et attentionis.

Cur Atheniensibus male ominetur.

Aenius, Ionius, Suniusq; Apollinis, et Herculis filii.

liberos peruenit. Nec illis in mentem uenit Herculis beneficiorum causa, quæ communis Deus ille uobis, & nobis benefaciens, & in eos contulit. Quare uos per Iouem supplicem, Deosq; misericordes prodite, iuuate, liberate, nihilque uestræ dignitatis, & gloriæ prætermittite.

THESSALI HIPPOCRATIS FILII ORATIO QVAE LEGATIO DICITVR HABITA IN SENATV ATHENIENSI CVM PATRIAE EXCIDIVM DEPRECARETVR

Onuenire puto uiri Athenienses eum, qui ad uos uenit, cũ omnibus notus non sit, primum quidem demõstrare quis, & unde sit, postea uero & cætera pertingere. Mihi pater est Hippocrates, quem uos cognoscitis, quantamq; in re medica facultatem habeat, non ignoratis, Thessalus uero nomen est. Cognoscor autem & ego non in uestrum secũdis, & paucis. Patria uero mihi est Cos, quam uti uobis coniuncta sit, & amica dicent, qui historias dissertare, scribereq; summa facultate, & copia possunt. Huc autem a patre missus ueni, quatuor a nobis in uos collata beneficia, meritaq; dicturus. Primum quidem peruetustum commune maiorũ in omnes Amphyctionas, quorum uos non minima pars estis, collatum. Alterum uero hoc aliquanto maius in uestrum plurimos profectum, quæ quidẽ urbis nostræ esse inuenientur, & apparebunt, maiorumq; nostrorum. Tertium uero patris mei peculiare, tantumq; quantum nemo hominum uobis, Græcisque plurimis contulit. Postremum uero horum quatuor meritorum commune est & patris, & mei, nec in alios, sed in uos ipsos profectum, & collatum. quod ad alia quidem merita, prioraq; comparatum, pusillum fortasse uideatur, cæterorum autem ad gratiam dimensum, maximum inuenietur. Quæ quidem merita talia sunt, & ita habent, quemadmodum antea dixeramus esse, sed paucis dicamus, quæ, quanta, qualia, ueraq; esse dicendũ est. Principiũ ergo huic orationi, & beneficiorũ faciã, in quibus me fortasse necessitas deprehẽdet, & coget longiora, fabulosioraq; dicere. quisq; enim fere priscus, & senex prisca, & uetusta dici, & audire desiderat. Tẽpus fuit cũ gẽs Crissæa circa tẽplũ Pythicũ habitaũit, terrãq; eã habuerat, quæ nũc Apollini cõsecrata est, solũq; Crissæũ uocatur, secundũ qđ Locri habitãt, secũdũq; qđ Melæna est. Carphius uero mons huic adiacet, quẽ prope Phocẽses degũt. Crissæi uero hi cũ potẽtes, opulẽtiq; essent, bonis abutebant̃ per insolentiã, multa horrẽda, grauia, nõ honesta, non

Thessali uerba. — *Amphyctiones.* — *Quæ commemoret, uideto.* — *Narratio.* — *Crissæi.* — *Pythicum templum.* — *Locri.* — *Carphius mons.* — *Melæna urbs.*

Delphi. iusta faciebant, Deum non pie tractabant, Delphos in seruitutem redegerunt, finitimos pulsabant, qui Dei responsa petebant, eos spoliabant, colonos deprædabantur, mulieres alienas, liberos, corporaque eorum, cum sine coiugibus essent, per iniuriã uexabant. *Amphyctiones.* Quas ob res Amphyctiones irati, copias, & exercitum in eorum agros miserunt, qui prælio eos superauit, regionem, & agros eorum uastauit, urbes depopulatus est. Quare cum plurima nefanda, & non pia fecissent, in summas calamitates deciderunt, non minoraq; ipsi tulerunt, quam aliis antea fecissent, felicissimiq; horum hi fuerunt, qui manu hostili periẽrũt. *Crissæorum calamitas quanta.* secundo loco hi fuerunt, qui belli iure in seruitutem redacti sunt, quiq; ad alienas regiones & urbes transiuerunt, sua enim mala ante oculos nõ habebãt. Qui uero illic remanserunt, captiuis multo infeliciores fuerũt, nam qui suam regionem, & agros habitauerunt, cum coniugibus, & liberis agros, mancipia igni tradita, & consumpta spectabant. Quin etiam his peius uitam ducebant, qui intra mœnia degebant, siquidem ex malis prædictis quædam uidebant, quædam dissimulando auersabantur, quædam ueris maiora sentiebant (sic enim fieri cõsueuit) præterea paruam, aut malam salutis spem habebãt. Fuerat præterea his proxime locum hunc maxima urbs, certamen equestre ubi nunc celebratur, cuius urbis mœnia maxima struxerunt, & muniuerunt, cæterarumq; urbiũ eiectos, & exules suscipiebant, bello non utiles eiiciebant, necessariaq; importabant, sibiq; persuaserant urbem hanc manibus hostium nunquam capi posse, nec etiã lõga obsidione. *Munita urbs Crissæa qui obsessa, et capta.* *Amphyctiones.* Sed Amphyctiones, qui cætera ceperant ad hanc urbem obsidendam, capiendamq; sese accinxerunt, castellum construxerunt, & in eo præsidium posuerunt, quod eam obsideret, caperetq; si posset. copias uero cæteras per urbes distribuerunt. *Pestilentia obsidentium summa.* Tempore uero procedente cum pestilẽtia per hoc præsidium, & exercitum sæuiret, commilitonesq; male haberent, multiq; morerentur, castellumq; ob morbum desererent, conturbati Amphyctiones, & anxii uaria consulebant, decernebãtq; (sic enim communia, & res publicæ tractari, regiq; consueuerunt) demum huic morbo infensi, quidque agerent, nescii, & ambigentes eos qui obsidebant, & afficiebantur, Deum uti consulerent, miserunt, peterentq; quid agendum in hac re foret. *Quid his responderit Apollo.* Deus uero respondit bellandũ esse, uicturosq; eos pollicebatur, si Co peterent, ceruiq; filium cum auro suppetias, & subsidium adducerent, festinarẽtq; antequam Crissæi de penetralibus, & adyto tripodem, cortinam ue raperent, si uero hoc non facerent, urbem captum non iri. Quod cum audissent, Co petiuerunt, responsumq; nunciauerũt. Quod cum Coi non intelligerẽt, quidam uir surrexit genere quidem Asclepiades, progenitor uero noster medicus Græcorum summus, optimusq; eorũ, qui tũc erãt, omnibusq; consentiẽtibus facile princeps, qui Nebros, catulus ue ceruí dicebatur, *Nebros medicus.* qui dixerat oraculũ sese nominare, mãdareq; uti ad sese ueniret, si quidem ait Deus uobis respondit, uti Co peteretis, ceruique filium suppetias adduceretis, Cos quidem hæc est, cerui pignora, & filii Nebri dicũtur. Nebros autem

autem ego dicor. subsidium ergo quod nam potius esse potest exercitui male habenti quam medicus? quanto enim magis hæc mente uoluto, nullam aliam ob causam mihi uideor Deum Græcos opulentissimos, beatissimosq; Co pe/tere mandasse, non uti nummos aureos peterent, sed hoc oraculum domum meam uenit. Chrysos enim minimus natu filiorum meorum marium uoca/tur. Quare cuncta sunt & ad speciem, uisumq;, & ad animum, & cogitationem, quæ superat uirtus, quemadmodum Diacritos pater dicebat. quamobrem urbi & uobis succurrendum est. Ego quidem nisi quid aliud uobis uideatur, ueniã, meumque filium chryson mecum adducam, quinqueremem que meis uectiga/libus onerabo, suppetiasque & subministrationes & medicas, & hostiles mecũ afferam, utroque modo uobis uti auxilio ueniamus. Qui cum hæc dixisset, his hoc uisum est, & placuit, qui missi fuerant. Nebros autem hic nauem conscen dit, secumque Calydonium uirum apud sese educatum aduexit, de quo statim sermo declarabit, cum usus uenerit. Cum autem hi uiri ad exercitum peruenis/sent, quemadmodum Deus mandauerat, lætatus est, mortes enim commilito/num statim cessarunt, cumque diuina quadam fortuna Eurylochi ducis exerci tus Thessali, qui genus ab Heraclidis ducebat, equus cum in puluere uolutare/tur, fistulas ungula percussisset, perfregissetque, per quas in eam Crissæorũ ur bem, quam obsidebãt, defluebat, Nebros aquam eam uenenatis medicamentis infecit, qua Crissæorum uentriculi soluebantur, & corrũpebantur. quod pluri/mum contulit ad urbem capiendam. Quare obsidentiũ animi confirmati Deo iam aperte coadiutante percursabant, aggrediebantur, præmia primis mœnia conscensuris proponebant, summumq; certamen ascendere contendentiũ in/de ortum est, sicq; urbs capta est. Primus autem murum Chrysos Nebri filius ascendit, turrimq; cepit, quem a pedibus scuto tectus consecutus est Calydo/nius ille uir, de quo paulo ante dixeram. Chrysos quidẽ pilo percussus a Mer/medeo Lycei fratre, qui cum tripodem de Apollinis penetralibus, & adyto ra/pere uellet, interfectus est. Chrysos uero sic uulneratus de turre decidit. Hoc ta men pacto urbs capta est, Nebriq; subsidia & medica, & hostilia recte, & op/portune succurrerunt, Deusq; uera dixit, & ea, quæ promiserat, fecit. Quas ob res Amphyctiones templum, quod nũc in Delphis est, Apollini cõstruxerũt, certamenq; gymnicum, & equestre constituerunt, Crissæorumq; & regionem, & agrum totum Apollini consecrarunt, eiq; qui ea dederat, reddiderũt ob ea, quæ prædixerat, & responderat, Chrysonque Nebri filium in circo, hippodro mo ue publice sepeliuerunt, Delphisque mandarunt, uti singulis annis ei pu/blice parentarent. Asclepiadis uero, qui in Co degunt, ob Nebri meriti gratiã primas prouidentiæ uaticiniorum, & responsorum partes dederunt, quẽadmo dũ sacerdotibus, q̃ his præsunt. Calydoniis aũt ob eius uiri meritũ, quẽ supra memorauimus, etiã nũc p̃mæ in uaticiniis partes, & publica cibaria dãtur. sed ad nostra redeo. qđ uera dicã hæc testimonio erũt. Nã cũ pater meus, & ego

Nebros quid significet.

Chrysos Nebri filius.

Virtus cuncta superat.

Diacritos quid diceret.

Nebros, Chrysos Calydonius nauigant.

Fistulæ aquæ fractæ quid fecerint.

Chrysos primus murum ascendit, Calydonius post eum.

Chrysos occidit.

Mermedeus Lycus.

Templum Delphicum, et certamen equestre qui constituerunt.

Chrysos ubi sepultus.

Asclepiadæ quid nacti sint, et Calydonii, et Hippocrates, Thessalusq; filius.

Amphictyones adissemus, hæc omnia confirmauerunt, & comprobauerũt nobisque dederunt, publiceque in Cippo, stele ue conscripserũt, Delphisque publice legendum propofuerunt, hicque horum uerborum finis, liquido, clare, & pure demonstrat, nostros maiores, & progenitores, de uobis bene meritos esse. Sermonem autem hunc prætermittam, & alium de iisdem, non eundem sumam. Nam cum magnus rex cum Persis, cæterisque barbaris contra Græcos, qui iis aquam, terram, cæteraque necessaria non dedissent, magnas copias, & exercitus adduxissent, patria nostra maluit, publice, populariter, & cum toto populo perire, quam hoc facere, seseque illis dedere, ne uiderentur & in nos met ipsos, & in uos, & in eos, qui eadem secuti essent, quæ uos, arma sumpsisse, naues ue misisse. Quare magno animo renuit, pulcrum quid, suisque maioribus dignum hoc rata esse, qui indigetes, & Heraclidæ fuisse dicuntur. Quas ob res his potius uisum est in montes confugere, seseque recipere communis salutis, libertatisque gratia quatuor mœnibus relictis, quæ in insula fuerant bene munita, quam sese Græcorum omnium hostibus dedere. quamobrem quid nam malorum non tulerunt? municipiis, agris captis, deuastatis, hominibusque liberis aut in seruitutem abductis, aut iure, libidineq; hostium occisis, urbe insuper, cæterisq; & publicis, & profanis, & sacris ædificiis combustis. Quin etiã Artemisiæ Lygdamis filiæ propter discordiam paternam, cum omnia quæ remanserant, tradita fuissent, & asportarentur, Diis tamen neglecti, & derelicti, sicuti comparuit, non fuimus. nam magna tẽpestate orta, naues Artemisiæ ferme omnes perierunt multaque, & crebra fulmina in eius exercitum deciderũt, in nostram autem insulam rarissima, & pauca. Heroum etiam uisa, phasmata ue dicuntur huic apparuisse, quibus territa cuncta nefanda cœpta nolens, & amare fassa reliquit. quæ missa faciam. Sed & hoc loco peculiaria non falsa maioribus meis reddam, Coos nunquam sua sponte, & libentes contra uos Lacedæmonios, Græcosque cæteros arma sumpsisse, quamuis plurimæ & urbes, insulæque uicinæ, Græcique Asiam incolentes uobis cum barbaris non ui coacti bellum intulissent. nam Cadmus, & Hippolochus, qui tũc urbi nostræ præerant, maiores mei reuera fuerunt. Cadmus enim, qui tunc consilium, & senatum nostrum regebat, matris meæ progenitor fuit, Hippolochus autem Asclepiadeus quartus a Nebro, qui Crissæos euertit, nos autẽ per uirilem cognationem Asclepiadei sumus. quare & hoc pulcrum decus, & ornamentum sumatur. Nunc autem ad Cadmũ redibo, qui uir Græcis adeo studuit, uti cũ Cos insula ab Artemisiæ obsidione, & uastatione liberata fuisset, domi coniugem, & liberos relinquens cum multis eadem sentientibus in Siciliam nauigauerit, Gelonem, fratresque eius a barbarorum amicitia, & fœdere contra uos uti abduceret, quod fecit, multaque alia præclara facinora perpetrauit, quæ nũc tempus non est producere, & ostentare. Publica quidem maiorum nostrorum in uos merita, cæterosque Græcos tot, & tanta sunt, uti si ea enumerare uelim, tempus,

Persarũ rex quid fecerit.

Heraclidæ Coi quid fecerint.

Artemisia Lygdamis filia Coos uexauit.

Phasma Heroũ.

Cadmus, Hippolochus, Coi.

Artemisia.

Gelon.

Merita cuncta non enumerat.

pus, & oratio me deficiat. Patris uero mei Hippocratis ad merita deuenio, quæ si mentiar, mentem adhibete. cum pestilentia per barbaram regionē quæ supra Illyrios, Pæonasque sita est, discurreret, cumque malum iam prouinciam totam peruasisset, nationum harum reges medicæ artis fama, quæ reuera erat, moti ad patrem meum in Thessaliam mittunt, qui tunc uti nunc, illic habitabat, ad seseque eum accersunt, ad eius mali auxilium quicquid auri, argenti cæterarumque rerum haberent, ad eum se nō solum missuros, uti sibi haberet, sed etiam portaturos, & quæcunque uellet, dummodo succurreret. Qui sic eos interrogauit, qui nam motus peculiares, & agitationes apud eos fierēt per æstus, uentos, nubila, cæteraque quæ corporum habitus commouere, & mutare consueuerunt propter anni tempus, cœli statum. Quæ cum audiuisset, eos redire iussit, dixitque medicam facultatem eis subuenire non posse, quamque celerrime potuit, Thessalis dixit, quo pacto malum ingruens uitaretur, medelasque conscripsit, discipulosque per urbes misit, meque in Macedoniam amandauit. cum regibus enim Heraclidarum, qui illic regnant, nobis auitum & paternum hospitium est, quoque me pater ex Thessalia misit, accessi cunctis, qui illic essent auxiliaturus, mandauitque uti etiam ad urbem uestram accederem, Draconemque meum fratrem Pagasas nauigare parantem, Hellespontum petere iussit, præcepta que illi dedit, quæ ipse illis composuisset. Nam omnes loci non eadem mala producunt, nec eadem omnibus conferūt, quoniam cœlū, & aer non ubique eadem immittit. Polybion uero, qui filiam eius, & meam sororem coniugem habebat, cæterosque discipulos ad uarias, & diuersas urbes nauigare, & ire iussit, uti quam primum plurimis abunde subuenirent. Postquam uero Thessalica digessit nationibus etiam finitimis auxilium laturus profectus est, Pylasque cum peruenisset, Doriensibus, finitimisque illis Phocensibus subuenit, Delphosque se quandoque conferebat, & pro Græcorum salute sacrificabat, deinde sese ad Bœotiorum suppetias conuertit, cumq; iis, qui illic erānt eadem ratione subuenisset, sese ad uos conuertit, plurimaque salutaria uobis ex toto animo dixit. Quæ nunc ego non differam, quoniam multos uestrum scire puto, sint ne uera, nam uetusta non sunt, cum nonus annus nunc agatur, cum ex Pelopōneso, quo missus fueram reueni, cunctisque illic degentibus subueni, nobisque & uerbis, & re dignus undiq; & magnus honor occurrebat, adeo uti nihil nos pœniteat, quod Illyriorum, Pæonumque pecunias, cæterasq; pollicitationes non acceperimus. Quæ autem ab aliis urbibus nobis dabātur, prætermittam, quæ uero a uobis data sunt, magna fuerunt, ciuilitas enim uestra cæterorum munera superauit. Nam Athenæ nescio quid sunt ad æternam gloriā sublimius, & illustrius, quam urbes cæteræ, coronaque illa aurea patri meo in uestro theatro data, nos ad summum beatitatis, & gloriæ apicē perduxit. Sed & hoc pulcrum honestamentum, & decus illud superauit patrem meū, & me publice, & populariter participem fecisse, docuisse, & initiasse Cereris, & Pro

Pestilentia Illyrica, Pæonicaq;.

Hippocrates accersitur.

Quid responderit.

Discipuli per urbes mittuntur. Thessalus in Macedoniam.

Draco Thessali frater Pagasas.

Polybius filiam Hippocratis uxorem habebat.

Pylæ, Dores, Phocenses, Delphi, Bœotii.

Athenæ.

Pelopōnesus.

Magnum quid Athenæ.

ſerpinæ ſacris. Tria quidem hæc ſunt, quæ mihi ad orationem, & uerba tanq̃ lineam longam, & funem uerbis euoluendum, maiorum, & parentis mei cum Græcis cæteris gratias, & benefacta præbuiſtis. Quartum uero meritum nunc reſumam, quod quemadmodũ antea propoſueramus, pater, & ego uobis præſtitimus cum enim Alcibiadem in Siciliam miſiſtis cum multis quidem copiis, & ope, tamen non adeo multis, mirandæ uti eſſent, ſi quidem opera & facta conſiderentur, cumq́ uerba in ſenatu facta fuiſſent, medicus probus aptus ad hanc claſſem curandam uti mitteretur, qui eam ſequeretur, pater meus in medium proceſſit, meque ad curanda ueſtrorum corpora ſeſe daturum promiſit, ſuis quidem impenſis munitum, præmioque nullo, & mercede annua donec ea claſſis abeſſet, parui ducens utilitatem dummodo uobis foret uſui. Ego autem hoc non dicam, dum uobis ſeruio, bona quæ mihi tunc erant, conſumpſi, ſed quod magnis operibus, & aliis rebus præpoſitus multa & tuli, & feci. quod minimum eſt præ iis, quæ dicam. nam pater meus maluit me filiũ in externa, & ignota terra errare, & in mari, periculiſque hoſtilibus, morbiſque qui in his qui errabundam uitam ducunt, uenire ſolent, quam domi in his commodis, quæ uita quieta, beneque inſtituta fert, deſidere. Sciebat enim gratiam gratia remetiendam, & remunerandam eſſe, nec uobiſcum agendum eſſe, quemadmodum inter eos, qui inter ſeſe quid permutant, uel mercantur, ex manu in manus præbere, cum merces, & prætium tradiderunt, tanquam ſeſe nunquam amplius reuiſuri diſcedunt. qui quidẽ hæc uobis executus eſt. Ego autem utpote illius filius diligentiæ nihil, & artis iuuando, & ſubueniendo prætermiſi, meq́ cum meis, & ueſtris periculis expoſui, cum opus fuit, tempuſque & occaſio ad hæc utraque ſeſe dedit, nec morbus ullus, malaue paſſio, nec maris timor, uel hoſtium me prohibuit, & deterruit. teſtimonium autẽ huius, & fides apud uos eſt, non alios. Quare ſi ueſtrum quis habet, quod contra dicat, nihil ueritus ſurgat, ſed me non puto mentiri. Hæc autem faciendo tres annos præſtiti, coronaque aurea coronatus maiora, & honeſtiora adhuc Deos precatus, domum ad nuptias rediui, ſucceſſores & artis, & generis uobis noſtri uti procrearem. Quæ quidem ab urbe noſtra maioribus, patre, me uenerunt ad uos hæc ſunt. dictum autem eſt & de iis, quæ nos a uobis uti potiremur, & frueremur, habuimus. Plurimos quidem ueſtrum mirari plurimum puto quorſum hæc remetiamur, quamobrem uti & uos ſciatis, & ego tempus dicendi, quæ cupio, nanciſcar, dicam. Pater meus o uiri Athenienſes, & ego uos petimus, & rogamus, ſic enim decet liberos, & amicos dicere, & ab amicis impetrare, quæ a liberis, & ingenuis ſunt, & ex libera, & ingenua patria ueſtra, ne contra nos hoſtilia arma ſumatis. Si uero decet, & oportet, ſicuti decet, & oportet, eos qui pro re ſua ad uos uenerunt, precamur ne uos, qui tantis muneribus, & honoribus nos dignos cenſuiſtis, ſeruorum loco habeatis. quin etiam ſic enim dicere conuenit, ne faciatis, ſupplicamus, quæque ueſtra ſunt, & belli iure ſubiecta, cum multi, & potentiſſimi

Quartum meritum.

Alcibiades miſſus in Siciliam.

Quid Hippocrates maluerit.

Theſſalus corona aurea donatus.

Quid deprecetur aſpice.

tentissimi sitis, quid consequemini, si nos paucos, & non potentes superabitis? quin & hoc scitote, quod alio, atque alio modo fortuna multa alia cito uersat, quodque magni sæpe minorum eguerunt, potentioresque per impotentiores salutem consecuti sunt. Deinde puto clarum adeo manifestumque esse, mihi clarius, & apertius uti non sit dicendum, quod in rebus bellicis, & ubi ars plurimũ polleret, non solum urbem unam, sed nationes multas sæpius iam uisum, & auditum est plurimum ab uno uiro adiutas fuisse. Ne nos abiicite, & cõtemnite, cum abiiciendi, & contemnendi non simus, cuius rei testimoniũ & fides apud uos est. Quin etiam & Di illi, a quibus genus & originem nos ducere gloriamur, Aesculapius, Herculesque uos rogitant, qui ad hoc primum nati uidentur, humanum genus uti iuuarent, quos ob uirtutem, quam in terris exercuerunt, sedem & loca inter deos consecutos esse uidemus. Mea autem urbs, & ego, qui dico, ad uos cõfugimus, unde & pro Græcis, sicuti hominũ opinio habet, utrique eadem re & in quolibet præclarissimo facinore præstare uidemur. Nam fabula non est Troica fuisse, quæ reuera fuerunt, Cosque cum suis insulis, si nõ multum, maximum tamen græcis ad Troiam auxilium tulit. Sic autem Aesculapii liberi non solum arte, sed & armis Græcis profuerunt. Machaon autem & animam in Troade reliquit, quemadmodum ii tradunt, qui hæc scripserunt, cum ex equo Priami urbem intraret. Ne per Deos, ne cum cognati cum auxilio uobis, & cæteris Græcis fuerimus, nos hac iniuria afficite, non rursus Crissæas res producam, Persicas ue dicendo, siquidem & audistis, & quæ nuper dicta sunt, fere in manibus habetis. Sic autem hæc animo accipite non tam honestum, & pium esse de se bene meritos iniuria afficere, & uiolare. nam uos cõtrario modo de nobis bene meriti uideremini, quemadmodum res, & opera præ se ferrent, si de iis maioribus orti essetis, quos fabulæ dicunt maluisse uiolare, & iniuria afficere, quam pios esse. Nolo præterea molestius quid, & amarius dicere, maiores quidem uestri plurima merita, & gratias Heraclidis contulerunt, plurimisque aliis bene merendo profuerunt. Dies profecto me deficeret, si lõgius narrando enumerem, quantis quanta merita uestri maiores contulerũt, quæ nihil uobis nunc usui forent. Quare uos met ipsos circunspicite, & contemplamini, qualia, & quãta feceritis. Malum quippe est o uiri Athenienses licentia multas enim urbes perdidit, uosque & cæteri si nesciatis, quæ illius sunt metiri, cæteros uero tanquam speculum contemplando, quæ feceritis, ipsi uidebitis, ueraque ego dixero. quippe noua lex, iniqua, & non fereda esset, quæ promulgata persuaderet, permitteret, & mandaret malefacta, digestaque nõ uidere, & animaduertere. Sed hoc uestrum non est, sic enim plurimum numen diuinum tentaretis, & irritaretis, nihil enim uos læsimus, & uiolauimus. qđ si fecimus uerbis, non armis plectamur, & iudicemur. Quod summopere uos deprecor, ne faciatis, iis gratiam facturi, & eorum beneuolentiam paraturi, qui uobis auxilio sæpe fuerunt, & erunt. nam & nobis auxilio erunt, si quidem recte faciãt, quique

Magni a paruis sæpe iuuantur.

Aesculapius, Herculesq; homines uti iuuarent, potissimum nati sunt.

Machaon apud Troiam mortuus est.

Peroratio Thessali.

Argæus Thessaliæ rex, Lacedæmus Macedoniæ.

Thessaliæ rex est Argæus, quiq; Macedoniæ Lacedæmus, uel si Heraclidæ alibi degunt. Multo nanq; melius est sine ui, quam per uim, & per arma uiolentiam, & iura exercere, & administrare, quod non de iis dico, qui rebellarũt. Præterea uos certiores facio plurimis nos curæ fore, nisi probi, & grati penitus perierint. Hic quidem cessabo, finiamq;, mihi quandoquidem parua facultas orationis est, si cum aliis comparer. Peto tamen, rogoq; uos per Deos hospitales, & eos, qui uobis consulere, & prodesse consueuerunt, Deorum, Heroumque gratia, meritorumq;, & gratiarum causa, quæ homines inter sese mutuo cõferunt, si quod odium, & inimicitias in nos habetis, uti deponatis, & in beneuolentiam, & amicitiam uertatis. Quæ si in hac uestra urbe non consequimur, & impetramus, nescio quonam modo, quæ cupimus, nanciscemur.

FINIS.

M. FABIVS CALVVS RHAVENNAS CVM CAETERIS HIPPOCRATIS OCTOGINTA VOLVMINIBVS ROMAE VERTEBAT XIX CALEN. SEPTEMB. MILLESIMO QVINGENTESIMO AC INSVPER QVINTO ET DECIMO.

CVM GRATIA

ET PRIVILEGIO

SANCTISSIMI CLEMENTIS

VII. PONT. MAX. AC

SERENISSIMI FRANCISCI

REGIS FRANCORVM

AD DECEM ANNOS.

ROMAE EX AEDIBVS

FRANCISCI MINITII

CALVI NOVOCOMENSIS

ANNO A PARTV

VIRGINIS

M D X X V